1 AD ptimam pattem breuiter dico nihil probate Confeſſionem factam ad Inqoiſitionem fotmatam, noo præcedentibus legitimis indiciis, nec præiudicate Confitenti, etiam ſi ſit ratificata tradit gloſſa *in l penultima ff. de quæſtionibus*, qusm ſequitur vbi Batt. & cæteri ſcribentes, probat Angelus in *l.*1. *hoc tit.* Ancarranus *in Clementina* 1. *de homicidio* Felin. *in cap. at ſi Clerici de* Iudiciis, cum multis Maſcard. de probat. *concl.*35.*n.*1. facit *textus in l.*1 *Cod. cauſa fiſcales*, & in *l. ſi quæramus ff. de Teſtamentis.*

2 Ad ſecundam pattem etiam reſolutioè reſpoudeo, quod Confeſſio facta medio iuramento delato Officio Iodicis probat, & valet, nam Iudex poteſt ex officio compellere, iurameuto delato negare, vel Confiteri, Herculanus *de negatiua probanda n.*199 Maſcard. cum aliis *de probat concl.*396. vbi ampliat etiã ſi hæc Confeſſio facta fuiſſet publicatis atteſtationibus, dummodo ſit in his caſibus in quibus Teſtes recipiuntur late per Crauetam *conſ.* 207. vbi ait ita intelligi textum *in cap.* 1. hoc *tit. lib.*6.

3 Et hanc tamen aſſertionẽ limitari vbi Actor nihil probat, ita Marſilius *ſingulari* 83. *& in leg.* *de*

de minore 8. *tormenta n.*4. *ff. de quaſt.* qoòd explicat *ſuprà* Maſcardus, & in concluſo *Actore non probante in* 7. *ampliatione*, & aliis duobus modis limitat *dicta concluſ.*356. *num.*4. *&* 7. De his videndi ſunt etiam, Menochius *conſ.*395. *num.*61. Maſcardus *concluſ.*347. *n* 16. *concluſ.*368. *num* 4. Tuſchus *littera C. concluſ.*646. Gratian. *deciſ.*19. & Cancerius 3 *part. cap.*7. *à num.*148. Lartea poſt Farinac. *quaſt.*5. *num.*25. *& conſ.*127. *num.*8. *in allegat. fiſcalib.*66. *num.*74. dicentes etiam Confeſſionem ſine iuramento valere ad coodemnationem eum etiam facta io libello noceat, Menochius *de Arbitrariis caſ.*279. Guttiettez *de iuram. ſerm.* 1. *part. cap.*47. dicentes quod quando confeſſio eſt iutata etiam ſine eauſa probat nee reuocari poteſt.

4 Ad teitiam quæſtionis pattem exiſtimant, multi nullam eſſe confeſſionem factam in eootractu, vcl inſtrumento nullo, ex eo quia patia ſunt aliquid in aliquo ioſtruméto non contineri & eontineri, ſed id, quod continetut non poſſit per cum effectu apparere, ita Dee. *in c.cum venerabilis de except.n.*14. Roman *in conſ.*294. *n.*2. & pro bac ductrina adducitur text. *in leg.*1. *§. hac verba ff. quod quiſque iuris, l. penult §. decero, ff. nc quis cum ea, qui, cap. relatum de Clericis non reſidentib.n, l.*1. *duo ſunt Titij, ff. de teſtam. tutela, l ff. de contrahenda emptione.*

5 Facit etiam tearus, *in leg. finali, de conſt. pecunia*. vbi ſi inſtrumentum eſt nullum, ſunt etiam nulla io eo contenta, quem textum dicit ad hoe ſingulatem Baldus *in leg. ſi abſentis colum. fin. Cod. ſi certum petatur*, Barbatia *conſil.* 28. verſic. *exiſtis lib.*1. *comprobat.* ex prope infinitis. Tiraquellus *de iure conſtituti limitatione* 7. *num.*29. verſic. *huic ſpectat*, videndus ibi ad diſtinctiones, & reſtrictiones huiuſee rei.

6 Contaria tamen doctrina verior videtur, quateous probat, quod inualiditas contractûs non vitiat Confeſſionem in eo contentam, vt aduertenter ſeribit Paulus Caſtrenſis *in leg ſi ſtipulatus, §. Chryſogonus, num.*4. *ff. de verborum obligationibus*. Ibi Aleaand. Angelus, & Imola, idem tenet Battol. *in l.*1. *§. ſi quis ita*, & *in l. decem in fine, ff. eodem*, & Aogelus *in l.* 1. *Cod. praſcriptionibus* 30. *vel* 40. *annorum*, vbi dicit eſſe diligenter obſetuandum quia ſimiliter ſi contraheret ſine conſenſo propinquorum pro forma requiſito probaret eootra eam, Confeſſio appoſita in illo contractu, multis adductis probat, Maſcardus *de probation. concluſione* 358. ibi *num.*5. ampliat bane partem etiam ſi talis Coofeſſio non ſit ineerta in contractu, vel quando eſt relatiua ad aliquem contractum, vel inſtrumentum nullum ex defectu ſolemnitatis, veluti ſi quis dixetit. Confiteor provt in iuſtrumento continetur; nam lieet tale inſtrumentum ſit nullum ex defectu ſolemnitatis, ſed tamen in ſe validum ſit, quia continet veritatem, tamen talia Confeſſio ad illud relatiua probat, & valet; ſecus tamen eſſe ſi tale inſtrumentum, ſit nullum, quia falſum ſit, & in ſe falſitatem contineat, nam tunc, & Confeſſio erit in ſe Ineſſicax, quia falſitatis ratione vires ipſius inſtrumenti ſublatæ ſuut. Cúmque inſtrumentum ſit fundamentum Confeſſionis, ideo ſublato tali fundamento cenſetur, & ſublata Confeſſio, vt ſancitum eſt, *in cap. Principatus*, & *in cap. cum*

Paulus, leg. quaſtione 1. ita voluit Romanos *concluſ.* 294. *num.* 1. *&* 5. & cum hoc ſenſu exiſtimo. Cum Maſcatdo veram eſſe doctrinam, *n.*1. relatam.

7 Verum diecs, quod talis Confeſſio, non validat id, quod confitetur, ſi eſt nullum, quia ſi quis confitetur teſtamentum validum eſſe, & in rei veritate eſt oullum, huiuſmodi Confeſſio etiam quoad præiudicium coofitentis non probabit, nec validabit iſtud teſtamentum, cum ſit nullum, quia ius reſiſtit, argumento textus, *in leg. nemo poteſt, ff. de legatis* 1. *leg. ſi is cuius, ff. de interrogat. actionibus*, Tiraquellus *de iure conſtituti parte* 3. *limitatione* 7. *num.* 26. vbi cumulat concordantes Gloſſa *in leg. penult.* & Gloſſa Magna *Cod. hoc titulo*, facit textus, *in leg in Confeſſionibus, ff. de interrogat. actionibus, leg. inde* Neratius *§. finali, & leg. ſequenti, ff. ad leg. Aquil.* Maſcardus *ſuprà num.* 8. Riccius *conſil.* 3. *num.* 11. *libro* 1.

8 Ad quattam pattem quæſtionis. Reſpondeo, Confeſſiunem factam in inſtrumento pleoè probare, pro quo faciunt, *dicta ſupra in* 3. *quaſtiuncula de Confeſſione facta inſtrumento*, nullo tenet in terminis Lanftancus, qui latè pro ſoquitur in ſua, *praxi cap.* 9. *de inſtrument. product.* Maſcardus *de probat. concluſione* 360. *qui num.* 2. ampliat hane concluſionem, quando talis Confeſſio eſſet facta parte abſeote, nam nibilominus probat, & plenè pro abſente, iuxta doctriuam textus, *in leg. deſiderium, Cod. depoſiti*, vbi Baldus, & Paulus de Caſtro *conſil.* 84.

9 Hæc tamen eoneluſio multis declaratut modis de quibus idem Maſcardus, quorum præeipui ſunt, vt tantum procedat quod illos, qui nominati fuerunt in illo inſtrumento, ſecus quoad bos, qui nominati non ſunt, quia tunc nun probat etiam ſi iurata ſit; nam iuramentum præſtitum inter alios non prodeſt aliis, etiam quorum interſit etiam ſi eſſent perſonæ multum conuictæ, *ex leg.* 3. *§. penultim ff. de iuramento, leg. ſed, & ſi poſſeſſori, § finali, eodem titulo*; nam etiam, & non nominatis in inſtrumento, inſtrumentum non prodeſt ex regula textus, *in leg. ad probationem* 1. *ff. de probat* & ibi Baldus.

10 Itaque ſi Confeſſio inſtromento poſita non eſt veriſimilis oihil probaret docet Baldus *in leg. ſi quis in genus Codic. de Epiſcopis, & Clericis*, verſic. *deinde*, cum multis Maſcardus *ſuprà num.* 12.

11 Vbi *num.* 11. docet talem Confeſſionem ooo probare ſi rendat in præiudicium, & damnum creditorum, vel in diminutionem legitimæ filiorum, quia in hoc caſu etiam iutara non probat, nec valet, vt fuit obſeruatum *in l. qui teſtamentum, ff de teſtamentis.*

12 Tamen aduertendum eſt, qood Confeſſio extrai dicialis facta in ſcriptura publica benè probat, & tenet, & præiudicat confitentj iuxta textum, *in l. generaliter Cod. de non numerata pecunia*, ibi & Gloſſa Ordinaria, & communiter Doctores, & idem eſt quando talis Coofeſſio ſit in epiſtola, vel alia Seriptora priuara facta in abſentia, vel præſentia iuxta textum, *in leg. publica Mevia, ff depoſiti.* & ibi Gloſſa Ordinatia, & communiter DD. cuius tei ea nempe ratio eſt,

quia Scriptura ſemper loquitur, & eſt plus quam gemioata Confeſſio, & fit cum maxima deliberatione ita Gomez. *lib. 2. variar. cap. 11. num. 6.* verſic. *Confeſſio*, vbi aduertit, quod in caſibus iu quibus Cunfeſſio valet, & tenet, & præiudicat confitenti debet intelligi, vt laram inducat ptobationem, non, vt producat actiouem, & obligatiooem, vt ex ea agatur, & eſſe maximi effectus ait propter moduin, & fotmam petitionis.

13 Ad quintam difficultatis partem indocitur ex proximè dictis, nam Scriptura propria manu facta ita plenè probat, vt in contratium probari non poſſir ex allegatis à Mattheo de Afflictis in conſtitotione Neapolit. *lib. 2. de cauſa depoſiti Rubric. 31. num. 5.* Maſcardus *de probat. concl.* 382.

14 Vbi infert, qood qoando quis coofitetur in epiſtola, ſiue Apocha etiam abſente parte obligatur, & talis Confeſſio plenè probat, qood ex multis declarat idem Maſcardus *coaclusion.* 347. *n.* 104. verſie. *decimoqaarto, & n.* 117. verſic. *decimo octauo*, dicens hanc doctrinam eſſe veram, niſi mittens reuocet Epiſtolam, dum ex huiuſmodi reuocatione alteri non reſultet iniuria, vel illoſio iudicij, vt tradit Bald. *in l. vnica Cod. hoc tit. l. ſi mandaſſei, ff. mandati*, facit text. *in §. rectè iaſtituta eodem*. Gloſſa *in cap. ex parte Decani*, ſuper verbo *dicebam in medio de reſcriptis*, ſequitur Felinus *in cap ſi cautio de fide iaſtrument. a.* 31. Fallentia 6. nam, ibi ait, ſiue Epiſtola, ſiue Nuncius reuocetur, poſtquam alteri reſultaret iniuria, id eſt, poſtquam iam cōtractus eſſet perfectus, quia tunc actus uon reſcindetur, ſi fuit prius ignorantia reuocatio, vt ex prædictis conſtat iuribus, & hæc eſſe vera, docet Maſcardus, oiſi iu caſu textus, *cap fia. de procurat lib.* 6 vbi dicit, quod quando alicoi fuit mandatum de contrahendo matrimonio, poſſit reuocari tale mandatum, etiam poſt concluſom matrimonium; & ſic matrimonium non valere, ſed ao hoc ita ſit, alibi explanabo.

15 Item etiam prædicta doctrina noſtræ concluſionis non procedet, qoando antequam Epiſtola tibi reddatur, ego morior, quia hoc caſu hæc Epiſtola oou probat quoad Hæredes meos, nec eis præiudicare, vti per multa allegata probat, Marſilius *in Rubric. Cod. de probation. num* 267. vbi refert Innocentum ita ſingulariter ſentientem, *in cap. cum dilectus de ſucceſſ. abinteſtato*, ibi Barbar. ideoi *in cap poſt ceſſionem, de probat.* cum aliis Maſcardus *ſupra num. 106. qui num.* 117. idem docet de Apocha, in qua parte abſente Confeſſio facta eſt, quia tunc plenè probabit Apocha, quandocuoque peruenerit ad creditorem ſi legitimè talis Coufeſſio ſit probata, Baldus *conſ.* 380. *volum.* 5. & ſubliuitat Herculauus *ia tract. de probanda negatiua, l.* 57. *num.* 198. verſic. 30 *fallent*. Felinus *in dicto cap. ſi cautio*. Si illa Apocha, alias faceret fidem. Ad alia quando per Scripturam, ſeu inſtrumentum probet delictum. Videbis quæ latè adducit Farinac. *ia praxi crimin. quaſt.* 84.

16 Ad quintam quæſtionis partem, præſtabis reſolutionem ex proximè dictis., & ex his, quæ refero *infra ad Rubric. de fide inſtrumentorum*, vbi latè dico de Schedola, ſeu inſtrumeoto priuato à parte recognito, vel confeſſato, quantam fidem faciat. Sed Rebuffus *in tract. except. à num.* 114. Gulielm. *in cap. Raynuius de teſtam.* verbo *mutuo*, *n.* 337. Menochius *de Arbitrarijs, caſu* 279. docent quòd præiudicat illa Confeſſio quæ fit in charta ſecuritatis. Ibi plures alios refero cum Gaito *de decreto*, & Genua *de Scriptura priuata, ſub cap. à q.* 2. *&* 3.

Ad vltimam quæſtionis partem, breuiter dico, quod talis Confeſſio noo nocet Confitenti, quia nihil aliud probat, quàm ſolicitudinem animo inhærentem, à quo Coofitens eximi deſiderat, argumento textus *in l. cùm proponas, Cod. de interdicto matrimonio*, ibi *Vt omnu ſcrupulus auferatur*, ſic docet multis adductis Tondutos *lib.* 2. *cap.* 68 *à n.* 12. vbi *n.* 18. ait, quòd debet Confeſſio concludere per neceſſe, non per poſſibile, & cootinere aliquam certam ſummam, & determinatam, ita vt in dubio fiat ioterpretatio in fauorem Confitentis. 17

QVÆSTIO VI.

An Confeſſio in ſpiritualibus & beneficialibus probet. Et quid operetur Confeſſio relatiua. Et de Confeſſione verbis & enunciatiuis facta. Et an Confeſſio in pœnitentiali foro facta probet in iudicio. Et an Confeſſio Principis probet contra ipſum & heredes ſuos. Et an Confeſſio facta per moribundum in exonerationem conſcientia aliquid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in beneficialibus, non probat ad fauorem alterius, ſed tantùm in præjudicium Confitentis.*

2 *Confeſſio relatiua probat, quatenus eſt in relato.*

3 *Confeſſio enunciatiua, non probat niſi pro cauſa pia, & dote.*

4 *Confeſſio in foro pœnitentiali; non probat remiſſiuè.*

5 *Confeſſio Principis probat contra eum & eius heredes, & facit præſumptionem donationis & conceſſionis, n.* 6.

7 *Confeſſio facta à moribundo pro exoneratione conſcientia, quid operetur, & num.* 8. *vbi de Confeſſione pignoris accepti.*

COmmuniter doceot Doctores, quòd non ſtatur aſſertioni coniugis, ſuper impedimeoto io matrimonio carnali, ex texto *in cap. ſuper eo de eo, qui cognouit conſanguineam*, de quo dicam latè *in cap.* 1. *de conſanguinitate, & affinitate*. In beneficialibus facta Confeſſio, & in ſpiritualibus, non probat ad faoorem alterius, ex multis Maſcardus *de probation. concluſ.* 392. vbi *num.* 5. docet, quod Confeſſio in beneficialibus non probat titulum ad fauorem alterius, benè tamen probare io præiudicium, ſuiipſius. Ita cum Felin. *in cap. olim ſub a* 9. verſic. *ſimiliter de reſcriptis*. Alia plura tradit omnino videnda, apud ipſum Maſcardum, *d. concl.* 392. & ibi ab eo relatis. 1

Ad ſecuodom de Confeſſione relatiua dico, quod hæc nihil probat, niſi quatenus eſt in relato, ita Pariſius, *conſ* 7. *a.* 4. *vol.* 3. Hercolanus omninò videndus, *de probanda negatiua, num* 198. verſie, 18 *fallit*, cum aliis Maſcardus *concluſ.* 385. 2

vbi

vbi docet quod poſitio habetur pro non Confeſſa, quando quis poſitionem confitendo reſpondit relatiuè ad inſtrumentum, in quo ita non continetur.

3 Ad textum de Confeſſione facta verbis enunciatiuis, v.g. *vt aſſeritur*, nihil probat. Herculanus *in tractatu de probanda negat. n.* 197. ibi, 43 *fallent.* Maſcard. *de probat*, vbi amphat hanc doctrinam *concluſ.* 388. dicens ita procedere, etiam ſufficit parte præſente: hoc tamen limitat quando agitur de fauore cauſæ piæ, quia tunc probat enunciatiua Confeſſio, quæ diſponit, nedum in vltima voluntate, ſed etiam in contractu inter viuos, & etiam limitat quando agitur de fauore dotis, iuxta textum *in l.* 1 cum ibi notatis *Cod. de dotis promiſſione* & faciunt aliqua, quæ dixi *ſupra in princ. Rubrica.*

4 Ad quartum, an Confeſſio facta in iudicio pœnitentiali probet aliquid in foro fori, videbis quæ congerit Maſcardus *de probat.* vbi negatiuè reſpondet *concluſ.* 377. ſed quia de hoc ago, *in cap ſi ſacerdotes de officio Ordinarij*, ideò ad ibi dicta te remitto.

5 Ad quintum, an Confeſſio Principis probet contra ipſum, & eius hæredes affirmatiuè reſpondeo, ita, vt procedat etiam ſi fiat abſente parte, maximè quando agitur de præiudicio Concedentis & Confitentis, argumento textus *in l. vnica, Cod hoc tit. l. plunia, § fin. ff. depoſiti, l. generaliter. Cod de non numerata pecunia.* Ruinus *conſ.* 241. Maſcardus cum aliis *concluſ.* 376. vbi *n.* 3. docet, quod Rex, vel Princeps, videtur fundare intentionem, vel opinionem ſuam, ſuper narratis in ſua Confeſſione, & ſic talem Confeſſionem ſufficere parti, vt contra hæredem agat, ſi ex ea Confeſſione conſtet de aliquibus (puta priuilegiis & conceſſionibus) niſi probetur facta per errorem Bartolus *in l non fatetur, ff. hoc titulo.* Alex *in l ſi diuortio, ff. de verborum obligat.*

6 Ob idque Principis Confeſſio facit præſumptionem donationis per ipſum factæ, vel conceſſionis de re, quam confitetur, vt ſi confiteatur talem rem eſſe alterius, nam ex huiuſmodi Confeſſione tribuitur ius, & præſumitur illi conceſſiſſe & donâſſe, iuxta textum, *in l* 1. *§. ſimili modo, Cod. de latina libertate, §. fin. inſtit. de adoptionibus*; alia tradit Maſcardus videnda *vbi ſup.* & applicabis quæ dico infra, *de probat. in cap. poſt ceſſionem, & in cap cùm à nobis de Teſtibus.*

7 Ad ſextum, & vltimum, quia bene nouiſſimè iam dictus plura notat ex aliis longè ſeribentibus *p.* 1. *cap.* 108. ideò breuiter dico, quòd Confeſſio à moribundo facta de aliquo debito, eſt valida, ita vt obligentur hæredes, cum priuilegio piæ cauſæ, ita tamen vt iſtud debitum non debeatur niſi in vim teſtamenti, vltimæ voluntatis, & dummodo non fuerit Confeſſio reuocata, vt dicit Minchaca *controuerſ. forenſ, lib.* 1. *cap* 85. *n.* 13. dummodo non agatur de præjudicio legitimæ liberorum, quia tunc Confeſſio deberet aliunde probare, ſicut ſi ageretur de præjudicio creditorum, vel de intereſſe liberorum primi matrimonij; vel ſi ageretur de præjudicio falcidiæ debitæ hæredi, extra dictis per Mercurial, Merlin. *in tract. de legitima, lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 10 *n.* 15. *&* 16. Dilect. *de arte teſtandi. tit.* 6 *caut.* 6. *n.* 4. Tondutus *vbi ſuprà, & à n.* 19. vbi *n.* 23. addit cum Ciriaco *lib.* 1. *controuerſ.* 65. per totam, & maximè *n.* 8 *&* 15. dicere hæredi probare errorem Confeſſionis, & declarationis dicti teſtatoris, quia ſicut teſtator falſa credulitate motus, exiſtimans interueniſſe læſionem in contractu, v. g. venditionis, præfatam Confeſſionem feciſſet, ſicut ipſemet Confeſſionem reuocare poſſet dicendo de errore argumento eorum, quæ dico *infra in cap. finali*, ita etiam eius hæres reuocare poterit, & quòd Confeſſio prædicta facta ad exonerationem conſcientiæ ſit reuocabilis, tradit Seraphinus *deciſ.* 487. *n.* 11. Tiraquell. *de priuilegio pia cauſa, priuil.* 157. Molinus *ad controuerſ.* 85. quòd tamen fallet ſi ſit iurata, vel ſtipulatio interuenerit, quia tunc nequit reuocari. Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 116 *num.* 56. Surdus *conſ.* 169. *num* 9. Mantica *de coniect. lib.* 9. *tit.* 8. *num.* 10.

His addo, quòd Confeſſio facta in articulo mortis pro exoneratione conſcientiæ, quòd pignorauit quædam bona cuiuſdam tertij abſentis, nemine pro eo acceptante, probat tale debitum & obligat hæredem in vim debiti non autem legati, qui ſi nõ reuelat ipſa pignora & perdantur, tenetur pro tali eorum valore erga creditorem eius iuramento liquidando. Ciriacus *tom.* 3. *controu.* 347. cum Herculano *de probanda negatiua ſub n.* 197. Maſcard. *de probat. concl.* 347. *n* 99 vbi *n.* 100. de eo qui confeſſus eſt ſe habuiſſe cauſa pignoris, Maranta *in pract. p* 6. *tit. de confeſſione, n* 10. vbi de eo qui confitetur habere penes ſe depoſitum. 8

AD TEXTVM IN CAPITE PRIMO *PRÆMISSVM.*

TExtvs iſte quatenus agit de Socio criminis, & an in Teſtem admittatur, videbis Textum *in cap. Veniens* 10. *de Teſtibus*, & *in cap. Tanta de Simonia, cap. fin. de Teſtibus cogendis.* Et quatenus in eo agi poteſt de quæſtione, an vnico credatur Teſti, vide *in d. cap. Veniens*, & *in cap. In omni negotio, in cap Licet*, & propiùs *cap. à nobis* 28. *de Teſtibus.* Et quatenus hîc poteſt agi de purgatione, in dicenda videbis ad Titulos *de Purgatione Vulgari & Canonica.*

QVÆSTIO I.

Quare ad ſolum dictum Confitentis crimen proprium non ſit alteri infligenda pœna, & quare infamato eſt inducenda purgatio,

SVMMARIVM.

1 *Fures de ſe confeſſi poſſunt interrogari de Sociis, & Receptatoribus*

2 *Confeſſio Socij criminis, nocet Socio criminis in multis, n* 5. *&* 6. *Limitatur hic, & n.* 11. *Vide à num.* 12.

3 *Confitens proprium crimen, non facit vt alteri infligatur pœna, nec ſufficienter probat ſi idoneus non eſt. n.* 4.

5 *Socius criminis admittitur ad teſtificandum contra Socium, in crimine hæreſis, maleficij, læſæ Maieſtatis, furti famoſi, & in delictis quæ non committuntur ſine Socio.*

Digitized by Google

6 *Confeſſio ſocij, vt probet contra ſocium, debet eſſe iurata parte citatâ, & quod Index det copiam alteri parti.*

7 *Confeſſio vnius, non probat in praiudicium alterius, niſi ex conuentione partium, n.8.*

9 L. Diuus, ff. de cuſtodia, & exhibitione Reorum, n.14. l. repetit. §. 1. ff. de quæſtionibus, n.10.

10 *Latrones, & Fures qualiter differant quoad pœnas, n.11.*

12 Cap.1. de Teſtibus lib.6.

13 Cap. quoniam 3. de Teſtibus.

14 Cap. licet Hely de Simonia, l. famoſi, ff. ad l falcid. majeſtatis, l. nullus, Cod. eodem, l. Prouinciarum, Cod. de feriis, l. fin. ff. ad exhibendum.

1 DVbitationem quoad primam partem faciunt ſequentia, quia Fures qui de ſe Confeſſi ſunt, poſſunt interrogari de Sociis & Receptatoribus, vt probatur *in l. Diuus, §. cuſtodir, ff. de exhibit Reorum*, ibi, *Sed & caput mandatorum extat quod D Pius, cùm Prouincia Aſia praeſſet, ſub edicto propoſuit, vt Cirenarcha, cùm apprehenderint latrones, interrogent eos de Sociis & Receptatorbus.* Et tenent Bartolus *in l. repeti, § his qui, ff. de quaſtionibus*, quæ ſequutus eſt Alex. *in conſ.* 69 *num* 8. *lib.* 2 Ludouicus à Peguera *deciſ. Chatalon.* 37. quorum ratio ea eſt, quia congruit officio Præſidis expurgare Prouinciam malis hominibus, ac proinde interrogare de
2 Sociis.

Et confirmatur ex texto, *in cap. 1. de Teſtibus, lib.6.* vbi Confeſſio Socij criminis nocet Socio eiuſdem criminis, & ex textu *in cap. Quoniam 3. de Teſtibus*, vbi Confeſſio mulieris concubinæ
3 nocet Clerico, etiamſi ſocia criminis non ſit.

His tamen & aliis non obſtantibus dicendum eſt, iuxta textum noſtrum, quòd propter Presbyteri Confitentis homicidium ad aliorum ſuggeſtionem, non eſt ad pœnam procedendum, quia regulariter, vt ex hoc textu apparet, de ſe crimen Confeſſo contra alios, ſuper illo crimine non eſt credendum, cùm legitimus non ſit teſtis, præcipuè ſi ſocius ſit criminis. Et huc ſpectant iura *in cap. viuens de Teſtibus, cap. 1. eodem tit. lib.6. cap. ſi quis Papa 79. diſt. cap. vlt. 15. quaſt. 3. l. Seia ff. ad Senatuſconſultum Velleian. l. Maritus, ff. de quaſt. l. 1. §. idem Cornelius ff. eod. l. fin. Cod. de accuſat l. famoſi ff. ad legem Iuliam majeſt. l nullus, Cod eodem. l. 1 Cod. de falſa moneta, cap. licet.* Hely *de Simonia* alia iura adducit. Gloſ-
4 ſa *in d l fin. Cod. de accuſat.*

Quare ſi Reus accuſatus vel inquiſitus, Confiteatur de Sociis, vel interrogatus, in caſibus in quibus poteſt interrogari (de quibus infra dicam) videtur quod non probet eius dictum, quia vnus teſtis de viſu, & de actu propinquo, & ſenſu corporeo, ad hoc, vt faciat iudicium ad torturam, debet eſſe fide dignus, & omni exceptione maior, ſed talis Reus accuſatus & inquiſitus, non videtur teſtis idoneus, & fide dignus in cauſa alterius ſocij: ergo & ita tenent Gloſſa Ordin. *in l. fin Cod. de accuſat.* vbi Albericus Salicetus & alij, etiam *in l. etſi certus, ff. ad Silanianum.* Plures refert Antonius Gomez *lib. 3 variar. cap. 12. n. 18.* vbi contrarium defendit dicens, quòd talis Socius criminis in caſibus in quibus poteſt deponere de Sociis, ſufficienter probat tanquam legitimus teſtis, & perinde ſolus ſufficiat in iudicium ad torturam,
& ſimiliter duo vel plures plenè probent. 5

Tamen, etſi veram eſſe fatear hanc Gomeſij doctrinam, habet locum in caſibus in quibus Socius criminis admittitur ad teſtificandum contra Socium, vt patet in crimine hæreſis, ex Regula textus *in cap. in fidei*, Faber *de haret lib.6.* item *in crimine falſa moneta, l. 1.* verſic. 1. *Cod de falſa moneta*, item *in maleficio & Mathematico, l. 1. Cod de maleficiis*, item *in crimine laſa majeſtatis*, vt probat textus noſter, *& in crimine nefando, contra naturam, argumento prædictorum iurium, & pragmat. 85 lib. pragmat.* vbi habetur, quod iſtud crimen probatur eodem modo, quò crimen hæreſis, vel læſæ majeſtatis. Item *in furto famoſo, l Prouinciarum Cod. de feriis*, & in aliis caſibus poſitis, & collectis per Gloſſam & DD. *in d. l fin Cod de accuſat.* & regulariter idem procedere docet Gomeſius *vbi ſupra, n. 16* in verſic. *Adde.* in delictis quæ non poſſunt veriſimiliter committi ſine Sociis.

Vnde licèt regulariter Socius criminis repel- 6
latur, à ferendo teſtimonio contra Socium ex noſtro textu, & aliis ſupra relatis, ſed excipiuntur multi caſus, vt dixi, in quibus ſic teſtificanti datur plena fides, vt tenent Zinus *in d. l fin. Cod. de accuſat. q finali*, Abbas, Panormit. *hic collect. 2.* verſic. *ſecundo membro*, & ibi Suarez de Imola *col. 2. n. 2* Gomeſius *ſup d. n. 18 cap. 12 lib 3. variarum*, vbi aduertit, quòd ad hoc, vt talis Confeſſio Socij probet contra Socium, vt faciat Iudicium, oportet quòd ſit facta cum iuramento, aliàs verò ſi ſimpliciter emanauit ſine iuramento in tortura, vel ſine tortura non probare, nec facere indicium, quia non deponit tanquam Teſtis, cum forma & ſolemnitate requiſita; ob idque debere eſſe cautum Iudicem, vt Reum, vel inquiſitum deponentem de Sociis adhibeat in teſtem parte citata, & præſtito iuramento, & poſtea faciat dare copiam depoſitionis, vt poſſit ſe defendere, ſicut & in aliis teſtibus, tenet cum Hypolito, *in ſua practica § diligenter col. 9* verſic. *aliud etiam*, & cum Bartolo *in l. maritus ff. de quaſt.* vbi tenet, quòd ſi teſtis examinatur parte non citata, non probat, nec facit aliquod indicium ad torturam, *argumento textus, in l. ſi quando Cod. de teſtibus.*

Ex his patet dicendum iuxta textum noſtrum, 7
quòd Confeſſio Vnius non probat in præiudicium alterius, vt aſſerunt Pariſius *conſ. 19. n. 6. vol. 3.* cum multis Maſcardus *de probat. concl. 386.* facit tèxtus *in l. Scia in principio, ff. ad Velaianum.* & huc ſpectant quæ habentur *in l. tranſactione matris, Cod. de tranſact. & in l. poſt certi, Cod. de liberali cauſa*, aliàs enim eſſet in manu Confitentis dicere quod vellet, & ſic ius alteri queſitum auferre.

Hoc tamen limitabis, quando inter partes 8
conuenit parere Confeſſioni, & dicto vnius alterius, vt tenet Bartolus *in l. Theoponpus, ff. de dote prælegata*, Speculator *in tit. de teſtib. § reſtat*, verſic *hoc tamen fallit*, & multis adductis Maſcardus vbi proximè *n. 5* Igitur Confeſſio facta Aduerſus alium etiam in iure non valet excepto crimine læſæ majeſtatis, & multò minus quoties is qui confitetur eiuſdem ſceleris particeps eſt, *cap 1. de except cap. Veniens de Teſtibus*, & tenet Innocentius Cinonius *in paratilda huius tituli.*

Quare non obſtant relata, *ſup n. 1.* non textus 9
in

Google

in d. l. Diuus , ff. de cuſtod. & exhibitione , quia videtur contrarium tenere Marſilius *conſ.* 22. *num.*27. Rolandus à Valle *conſil.* 61. *num.*26. *limit.*1. & ante eos Salicetus *in dict. leg. vltima, Cod. de accuſat.* per textum, *in d l. repetit.* §. 1. *ff. de queſt & in dicta l. vlt. Cod. de accuſat.* quibus aperſe conſtitutum eſt de ſe confeſſos interrogari non poſſe de aliis ex doctrina textus noſtri.

10 Itaque Fachin. *lib.* 9. *controuerſiarum cap.* 93. vt prædictarum legum nodum diſſoluat eam conſtituit differentiam inter latrones, & fures, quia Latrones ſunt Graſſatores, Raptores, Prædones, viarum obſeſſores, fures autem qui clam abripiunt, vt notum eſt iuxta textum, *in leg. Cum duobus* §. *damna , ff. pro ſocio , & in latronibus* , loquitur textus , *in dicta leg. Diuus, quia de Latronibus ſcriptum eſt in l. Diui* , § *Latrones , ff. de pœnis Latrones famoſos furca ſuſpendi oportere in locis* , vbi graſſati ſunt , quod itidem de furibus dicendum non eſt iuxta Nouellam *Iuſtiniani* 134. *circa finem* , ſiue ex Iuliani tranſlatione , *in Auth. vt nulli Iudicum* , §. *vbi cautetur,* quod pro furto non eſt abſcindendum membrum , nec morti damnandum , ſed aliter caſtigandum, itaque quod de Latronibus cautum eſt non eſſe ad fures producendum , de quibus loquitur text. *in d. l. repeti.* videndus Menoch. *de arbitrarijs caſu* 474. *n.* 20.

11 Nec obſtat ratio ibi adducta nempè , vt congruat expurgari Rempubl. ampliſ. hominibus quia habet locum , vt curet, & ſequatur ſecundum modos à iure permiſſos , ſed iura non permittunt, vt hi, qui de ſe confeſſi ſunt de aliis interrogentur, niſi in criminalibus exceptis, inter crimina autem excepta , furtum à furè factum non continetur , ſed latrocinia, ergo ita reſoluit Fachin. *ſup.* quo pacto habet , intelligi quod *ſup.* dixi *de furto*.

12 Nec obſtat textus , *in cap.* 1. *de teſtibus lib.* 6. quia reſpondetur ibi, ſocij teſtimonium admitti in crimine Simoniæ ſi de eo ciuiliter agitur , & gratis vti mediator tantum, & progeneta opem tulit , & tantum criminis ſocius non muneris eſt , quod eſt admiſſum in deteſtationem tanti criminis aduertit hic Graña *n.* 3.

13 Qui *num.* 5. *in fine* , reſpondet etiam ad textum *in dicto cap. quoniam* 3. *de teſtibus* , dicens ibi Confeſſionem mulieris admitti contra Clericum ex defectu probationis , cum ciuiliter agitur , & non ad plenam probationem , ſed ad qualem , qualem præſumptionem.

14 Et eo modo dicit interpretandum textum, *in dicto cap. licet.* Hely *de Simonia* , *l. famoſi , ff. ad legem Iuliam majeſtatis , leg. nullus, Cod. eodem d. l. Prouinciarum , Cod. de feriis , l. Diuus , ff. de cuſtodia Reorum* , & textum *in l. fin. ff. ad exhibendum* . & explicat ibi , *n.* 4. textum , *in cap. veniens* 10. *de teſtibus* , de quo ibi & textum , *in cap. ſi quis Papa* 79. *de teſt.* & textum , *in l.* 1. §. *ſi publico , ff. ad legem Iuliam de Adulterijs.*

15 Ad ſecundam quæſtionis partem , talis cum Gloſſa vltima hic , & iuribus in ea adductis, reſpondebis ex his , quæ dico infra ad titulos *de purgatione Canonica , & purgatione vulgari.*

Qvæstio II.

An Teſtimonium, ſocij criminis, faciat indicia ad Inquiſitionem in caſibus non exceptis. Et an aſſertio vulnerati in articulo mortis faciat indicium ad torturam. Et an defunctus relinquens ante ſententiam, confeſſus præiudicet eius ſucceſſoribus.

Svmmarivm.

1 *Teſtimonium ſocij criminis , non facit indicium in adquirendum per ſe, n.* 4. *niſi in caſibus permiſſis.*
2 Cap. ſignificaſti de adulteriis , n 4.
5 L. qui vltimo , ff. de pœnis.
6 *Aſſertio vulnerati in mortis articulo , non facit indicium ad torturam , niſi certis indicijs , n.* 8.
7 *Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ , præſertim tempore mortis.*
9 *Index , & Teſtis declarando in articulo mortis iniuſtè ſententiam , aut teſtimonium tuliſſe, non probant.*
10 *Confiſcatio aduerſus hæredes , & ſucceſſores non procedit . ſi moriatur Reus confeſſus , & conuictus ante ſententiam , n.* 11. 14. & 17.
11 *Confeſſio licet æquipolleat ſententiæ , non tamen rei iudicatæ.*
13 *Paria eſſe videntur Reum eſſe Confeſſum , vel conuictum , & condemnatum.*
14 L. qui ſententiam Cod. de pœnis.
15 L. vltima, Cod. de iure Fiſci.
16 L. 20. ff. de accuſationibus.

AD primam difficultatis partem, per textum noſtrum DD. diuerſa loquuntur ; nam quidam exiſtimant , quod ſi Teſtes interrogentur, nullum faciunt indicium ad Inquiſitionem , quandoquidem nullum ſit hoc teſtimonium, contra legis præſcripta probatum, *ex leg. non dubium, Cod. de legibus* ; atque ita docuerunt , Fulgoſ. *conſ.* 136. & 173. Decius *conſ.* 189. Ruin. 146. *n.* 89. & 147. *n.* 2. *lib.* 5. Grammat. *conſ.* 28 *n.* 1. Menochius *de arbitrarijs caſu* 474. *n.* 24. Gozadinus *conſ.* 2. *n.* 21. 1

Alij vero contrariam ſententiam tuentur , eo quòd omnis Denunciator, quantumuis infamis, ac vilis indicium facit ad Inquiſitionem. Gloſſa *in cap. interrogatum* 2. *q.* 5. quæ adducit textum, *in cap. ſignificaſti de Adulteriis*, & Bald. citauit ad hanc rem, textum *in l. qui vltimo , ff. de pœnis in fine* , & non deſunt , qui pro hac ſententia inducunt textum noſtrum , vt aduertit Fachin. *lib.* 9. *cont. cap.* 86. & Blancus *de indicijs n.* 189. commemorat pro hac ſententia Hoſtienſem, Ioannem Andream, Panormitanum, & Ancharranum , hic Clar. *in praxi q.* 21. verſic. *retenta igitur.* Ludouic. Peguera *deciſ. Cathaloniæ.* 5 *poſt n.* 30. 2

Ego vero exiſtimo cum Fachin. vbi ſupra hanc rem eſſe expendendam hoc modo , quia nego quemlibet infamem teſtem , aut vilem de iure eſſe legitimum indicium ad inquirendum de facto. *Fortaſſis eſt praxis contraria.* 3

Nec obſtat text. *in dicto, c. ſignificaſti de Adulteriis* , qui nihil ad rem facit. 4

Nec textus, *in l. qui vltimo*, nam vltima verba, quibus Bald mittitur , intelliguntur in caſibus à iure permiſſis, vt exponit Gloſſa ibi. Nec ad hac 5

 rem

rem poteſt induci textus noſter, qui apertè dicitur de ſe confeſſum, non poſſe de aliis interrogari, & licet poſtea ſubjiciat, *Si tamen eos infamia huiuſmodi laborare cognoueris ſingulis eis.* &c. *purgationem injungas* quia ex his verbis non rectè colligitur ſocium criminis iudicium feciſſe ad Inquiſitionem, cum potuiſſet fama aliunde oriri, quam ex ſocio criminis; nam, & nos fatemur ſi alia indicia adſunt, Iudicem rectè Inquiſitionem incepturum.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem, reſpondeo, quod aſſertio vulnerati, in mortis articulo non facit indicium ad torturã, vt tenet Alex *conſ.* 14. *lib.* 3. Iaſon *in l.* 1. *n.* 10 *communia de legatis.* Menochius *de præſumptionib. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 77. Clarius *d. q.* 21. verſic. *aſſertio vulnerati*, Plaza *de delictis, lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 35. Faquin. *lib.* 9. *contr. cap.* 90. ex Vlpian. ſententia, *in l. ſi quis ingraui, §. ſi quis moriens, ff. ad Sylnanianum*, ibi, *ſi quis moriens dixiſſet à ſeruo vim mortis ſibi illatam eſſe, dicendum eſt non eſſe credendum Domin. ſi moriens hoc dixit, niſi potuerit, probari.* Et probatur ratione, nam ſi talis aſſertio morientis præſtaret iudicium ſufficiens ad torquendum, ait Vlpianus, non retinuiſſet, nec tam latè, & abſolutè non eſſe credendum pronunciaſſet.

7 Nec obſtant rationes contrariæ ſententiæ, quam tenent Angel. *in d. l. ſi quis in graui, §. ſi quis moriens.* Marſilius Sangul. 5. & 16. Grammat. *conſ.* 57 *n.* 13. eo quod nemo præſumitur eſſe immemor ſalutis æternæ, præſertim tempore mortis, *l. vlt. Cod. ad legem Iul. repetum*, nec præſumatur mentiri, & alicui velle iniuriam facere, cum plerumque tempore mortis, qui male vixerunt ad Deum conuerti, & facere, quæ ad animæ ſalutem pertinent præſumatur Riccius *collect.* 176. cum Vibio *in decis.* 20.

8 Quia, reſpondeo præſumendum non eſſe velle morientem mentiri, tamen non eſſe quempiam ſubjiciendum quæſtionibus, niſi certis argumentis, & indiciis Iudex ducatur, *limites, §. oportet Cod. de quæſt. nec ſatis*, & probabile eſt hoc indicium, ex aſſertione morientis, vt patet ex *dicto § ſi quis moriens*, vt docet Faquin. *Applica d. ad Rubricam in* verſic *item etiam præcitata q.* 4.

9 Vnde infero, quod ſi Iudex in articulo mortis pro exoneratione conſcientiæ declaret ſe tuliſſe iniuſtam ſententiam, aut teſtis aſſerat ſe falſum dixiſſe teſtimonium, huiuſmodi declarationes in præiudicium eorum pro quibus lata eſt ſententia, vel teſtimonium dictum, nihil operari, nec eis fidem adhibendam eſſe, docet Felin. *in cap. exhibita de iudiciis.* Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 89. *n.* 30. *in Palæſtra, quadam quæſtione*, relari ab Antonio Gabriel *lib.* 7. *commun. concluſ.* 32. *n.* 2. vide *infra q.* 3. *n.* 4.

10 Ad tertiam quæſtionis partem de delinquente ante ſententiam Confeſſo, vel conuicto de crimine, exiſtimo dicendum, non eſſe locum Confiſcationi bonorum aduerſus hæredes Reo defuncto ante ſententiam, licet Reus Confeſſus fuerit, vel conuictus, & ratio eſt, quia nulla lex eſt hoc dicens. Cum ergo ſi Reus ante condemnationem moriatur pœna ſit, extincta, *l. defuncto, ff. de publicis iudiciis*, rectè, namque ipſe condemnari non poterit, quia ſententia non poteſt in mortem ferri, *l. vltima*, quæ ſententia ſine appellatione reſcinditur, non enim damnari poteſt eius memoria, niſi Reus fuerit perduellionis, *l. vltima, ff. ad legem Iuliam maieſt.* quare videtur iniuſtum, vt aduerſus hæredes pronuncietur defunctum crimen commiſiſſe, vt eis bona auferantur, quia non poſſunt hæredes tam facile demonſtrare innocentiam Rei aduerſus Confeſſionem eius, vel teſtes, ſicut Reus ipſe potuiſſet, eſt enim ſpectanda condemnationis ſententia, vt bona hæredibus adimantur, in publicis criminibus exceptis, quæ à Modeſtino commemorantur, *in l.* 10. *ff. de accuſat* & ſi quæ alia legibus excepta ſunt; ita tenet Faquinetus *lib.* 9. *cont. cap.* 36. Antonius Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *n.* 81. Burſatus, cum aliis *conſ.* 77. *n.* 24. *lib.* 1. & procliuior eſt in eandem ſententiam Peregrinus *de iure Fiſci.*

11 Et confirmatur ex dictis *ſuprà ad Rubric.* & quia licet Confeſſio æquipolleat ſententiæ, non tamen æquiualet rei iudicatæ, hoc eſt ſententiæ, quæ nulla appellatione ſuſpenſa ſit, vt autem pœna locum habeat aduerſus ſucceſſores defuncti, etiam condemnati, neceſſe eſt, vt ſententia appellatione ſuſpenſa non fuerit; nam ſi appellationem Reus interpoſuerit, & ea pendente mortuus fuerit confiſcationis quæſtio ceſſat, iuxta diſtinctionem, *l.* 3. *Cod. ſi pendente appellatione mors interuenerit.*

12 Nec prædictæ ſententiæ obſtant Bartol. *in l.* 1. *n.* 7. *ff. de priuatis delictis*, Bald. *ad legem primam Cod. de delict. defunctorum, n.* 3. verſic. *ſed hic dubitatur.* Senatus Pedemont, apud Oſaſcum *deciſ.* 149. & multi quos commemorat Proſperus Farinac. *de Inquiſ. q.* 10. *n.* 56. Vaſquius *controu. illuſtrium. cap.* 96. *n.* 19 Boſſius *quomodo procedendum ſit in crimine notario, n.* 12. qui omnes affirmatiue reſpondent.

13 Eo quod paria eſſe videntur Reum eſſe, conuictum, vel confeſſum, vel condemnatum, *l. qui ſententiam Cod. de pœnis*, & per textum, *l. vltima Cod. de iure Fiſci lib.* 10. vbi Theodoſ. ait *eorum patrimonia mortuorum, qui vita ſua tempore diuerſis conſcientias ſuas dicuntur polluiſſe criminibus Fiſci rationibus nequaquam competere, vel ab eo alienari cenſemus, niſi poſt publicam accuſationem vos conſtiterit fuiſſe conuictos.* Item ex textu, *in d. l.* 20. *ff. de accuſat.*

14 Sed nihilominus adhuc prima obtinet ſententia, abſque eo, quod aliquid contra faciant prædictæ leges, quia textus, *in d. l. qui ſententiam* tantum dicit neminem eſſe condemnandum, niſi confeſſum, vel conuictum.

15 Nec firmum eſt argumentum, deſumptum ex *d. l. vltima Cod. de iure Fiſci*, quia illud verbum, *conuictos*, nihil aliud ibi ſignificat, quam condemnatos. Non enim ante conuicti videntur, quam condemnati fuerint, vt monuit Cujacius *in comment. dictæ legis*, & ante cum Gloſſa, ibi Faquinetus *ſup. d. lib.* 9. *cap.* 36.

16 Et textus, *in d. l.* 20. *ff. de accuſat.* potius noſtram confirmat doctrinam, vt patet ex verbis ibi, ex *Iudiciorum publicorum admiſſis non alias tranſeunt aduerſus hæredes, pœna ademptionis bonorum, quàm ſi lex conteſtata, & condemnatio fuerit ſequuta.*

17 Nec eſt admittenda diſtinctio Farinacij, qui *d. q.* 10. exiſtimat in propoſita quæſtione locum eſſe bonorum confiſcationi Reo confeſſo, vel conuicto, ſi de crimine agatur, propter quod bona confiſcantur expreſſe, ſecus autem ſi tacitè, & in conſequentiam bona confiſcentur, ita ſentit Faquinetus *ſuprà* in verſic. *ad quæ.*

QVÆSTIO

Google

QVÆSTIO III.

An Confeſſio facta in teſtamento præiudicet hæredi. Et an Confeſſio debiti facta, in teſtamento probet. Et an Confeſſio vni creditori facta ab hærede, proſit alijs Creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in Teſtamento non præiudicat hæredi in legitima, niſi probetur.*

2 *Confeſſio Teſtatoris dicentis ſe vſuras extorſiſſe reuocando teſtamentum, ea non reuocatur.*

3 *Confeſſio damnati ad mortem non præiudicat Fiſco poſt condemnationem.*

4 *Confeſſio Iudicis dicentis ſe protuliſſe ſententiam ob pecuniam, non nocet victori: idem de teſte.*

5 *Fides non adhibetur dicto morientis, qui dicit talis me percuſſit.*

6 *Confeſſio facta in teſtamento, poteſt ad libitum reuocari, & ſemiplene probat, fallit vt n 7.*

7 *Iuramentum facit valere Confeſſionem, è meliori modo quo poteſt.*

8 *Confeſſio defuncti nocet hæredi Conuicto de actione depoſiti.*

9 *Confeſſio de dote per maritum etiam iurata non præiudicat, & probat tanquam legatum, & nocet creditoribus, n. 10.*

11 *Confeſſio in teſtamento, quæ tendit ad exonerationem conſcientiæ probat, nec reuocatur.*
Et probat ac ſi inter viuos facta fuiſſet, & acceptata, n. 12 & Notario pro eo ſtipulãte, n. 13.

14 *Confeſſio mutui recepti in teſtamento facta probat, ita vt contra ipſam non opponatur exceptio non numeratæ.*

15 *Confeſſio in teſtamento ſub verbis*, damnatione animæ meæ, *probat plenè, ſi fiat in foro penitentiali, & præſtat fidem in fauorem abſentium ſi geminatur, n. 16.*

18 *Confeſſio in teſtamento facta, etiam iurata, non valet in præiudicium tertij, n. 19.*

20 *Confeſſio facta per aliquos in vno iudicio, an noceat aliis in alio iudicio, & quid de teſte.*

1 COmmunis eſt Doctorum ſententia, vt Confeſſio facta in teſtamento non præindicet hæredi. Ita Capella Tholoſan per teſtatorem in teſtamento non producit actionem contra hæredem. Riccius *collect.* 1120. ad textum, *in l. cum quis decedens, §. Codicillis, ff. de legatis* 3. vnde dicendum eſt, quod talis Confeſſio non probat quo ad minuendum legitimam filiorum, niſi hoc verum eſſe probaretur, ita Cardinalis Alban. *in ſuis lucubrationibus, ad Bart in l. vnica ff. de Officio Conſulis* 25. Maſcard. *de probat. concl.* 359. *n* 5.

2 Et in tantum eſt verum; nam ſi Teſtator cõfiteretur in teſtamento, quod vſuras extorſit, vel malè abſtulit, ei non præiudicat, quin reuocando teſtamẽtum illa reuocare poſſit Bald. *dec.* 291.

3 Itaque dicendum eſt etiam, vt Confeſſio damnati ad mortem non præiudicet Fiſco poſt condemnationem, vt in terminis conſuluit Baldus *conſ.* 476. *volum.* 5. incipit teſtamenta. Angelus *in d. l. cum quis decedens*; Barbatia *in cap. Raynaldus de eo lum* 62. Maſcard. *ſup. n* 15.

4 Et ſic ſi Iudex in articulo mortis confiteatur ſe protuliſſe ſententiam in fauorem alicuius, ob pecuniam receptam non nocet victori, ita Doctores per textum *in l. §. ſi quis filium ff. de carboniano edicto, & in cap. ſicut de teſtibus*, idem voluit Baldus dicendum eſſe de Teſte qui in articulo mortis conſtitutus, dixit ſe falſum in tali dixiſſe cauſa quia non nocet parti, vt in *Auth ſi dicatur. columna* 2. *Cod. de Teſtibus*.

Et Gloſſa, & Angelus *in l.* 2. *Cod. de calumniat*, 5 dicunt fidem non eſſe habendam dicto morientis, qui dicit talis me percuſſit, licet hæres illum accuſans propter hoc excuſetur à calumnia. Maſcardus *ſupra n.* 31. & 32.

Igitur dicendum eſt, talem Confeſſionem de 6 qua nunc loquimur, poſſe per hæredem reuocari. Bellamera *in deciſ.* 691, Riccius *vbi ſupra* Cúmque Confeſſio facta in teſtamento habeat tantum vim legati, poterit ad libitum teſtator eam reuocare vt cauet Vlpianus *in l.* 8 *ff. de adimendis legatis in fine*, Cum ſimilibus, Baldus in *l.* 1. *Cod de furt*, vbi inquit, quòd ſemiplenè probat, ſicut quælibet alia Confeſſio extraiudicialiter facta, Socinus *in l. quibus diebus*, §. *qui dotalem. ff. de conditionibus & demonſtrationibus.* Maſcardus *ſupra num.* 3. Vbi refert quemdam doctrinam contrariam, ſuadentem.

Verùm prædicta fallit doctrina, primò ſi ta- 7 lis Confeſſio facta fuiſſet cum Iuramento Balbus *deciſ.* 101. quam notat Riccius *dicta collect.* 1120. verſic. *Nunc ad textum*, & quod ibi notatur in *auth. quod obtinet Cod. de probat.* Bartolus *in dicta l cum quis decedens*, §. *Codicillis, ff. de legatis* 3. Abbas *in cap fin, de ſucceſſionibus ab inteſtat.* Itaque huiuſmodi Confeſſio probat, vt nec Hæres poteſt venire contra eam, nec ipſe Teſtator poterit eam reuocare, etiamſi facta eſſet non præſente eo, cui ex Confeſſione acquiritur commodum Maſcardus *ſupra num.* 8. 9. & 10. Vbi tradit rationem quia Iuramentum facit valere Confeſſionem eo meliori modo quo poteſt, *Cum Pater*, §. *filius matre*, *ff. de legatis* 2. *cap. quanto*, verſic. ſi verò & ibi Abbas *in quinto notab. extra de reſcriptis.* Angelus, Bartolus, & Baldus relati à Maſcardo, vbi *num.* 11. id etiam ampliat vt procedat, etiam ſi Iurata non eſſet, ſed tantùm diceret ipſe ſe iuraſſe. ſalicetus *in l. generaliter in* 12. *quæſt. Cod. de non numerata pecunia.* Bartolus *in l ex hac ſcriptura in* 3. *colum. ff. de donat*, & iuramentum ſupplet abſentiam ipartis. Baldus *in Rubric. Cod. res inter alios actas*. & faciant aliqua *dicta ſupra ad rubr. q.* 2.

Ex his intelligitur Riccius *collecta* 176. qua- 8 tenus dixit, quod Confeſſio defuncti nocet hæredi, conuento de actione depoſiti.

Verum tamen eſt quod Confeſſio facta per 9 Maritum de dote accepta etiam Iurata non præiudicat Confitenti, & Maritus poteſt eam reuocare. Bartolus *in d. l. cum quis decedens* § *Codicillis* Ruinus *conſ.* 49. *n.* 6. *lib.* 2. Maſcardus *ſupra dicta concluſ.* 359. *n* 6. vbi docet, quod etſi talis Confeſſio non probet debitum quantitatis, quod poſt mortem non deberet tanquam debitum, tamen probare tanquam legatum vel ex donatione quæ fuit morte confirmata & quæ eſt ad inſtar legati *l. cum hic ſtatus.* §. 1. cum ibi notatis, *Cod. de donat, inter virum & vxorem dicit* Ruinus, *dicto conſ* 49. *lib.* 2 *n.* 9.

Sed quòd Confeſſio à marito de dote noceat 10 creditoribus docet Riccius *ſupra* cum Afflictis *in deciſ.* 400. Bobetio *deciſ.* 330. & idem Afflictis *in deciſ.* 49. dicit; quòd Confeſſio vnius ex Correis debendi nocet alteri.

11 Item ſecundò aduertes, quòd ſi Confeſſio quæ fit in teſtamento tendat ad exonerationem conſcientiæ, plenè probabit, nec reuocari poterit. ita docet Tyraquellus *de priuilegiis pia cauſa* 117. Maſeardus *vbi ſupra n.* 25. vbi Angelo, in *dicta l. cum quis § Codicillis*. ait, quòd relictum Pauperibus pro exoneranda conſcientia non poteſt reuocari, quia habet Vim debiti Confeſſati, tanquam ſi fuerit parte præſente acceptatum.

12 Et addit Maſeardus *n.* 20. *&* 21. quòd Confeſſio in teſtamento facta parte præſente probat, ac ſi inter Viuos facta fuiſſet, nec reuocari poſſe; ſequitur Riccius *dicta deciſ.* 1120. verſiculo *limita* 2.

13 Et addit procedere etiam Notario pro eo ſtipulante, cum Franciſco Marco, in *deciſ.* 460. & aliis, Maſcardus *ſupra n.* 22.

14 Qui in *d. n.* 20. docet quod Confeſſio multi recepti in teſtamento facta plene probat, nec contra ipſum poſſe exceptionem opponi non numeratæ pecuniæ, etiam intra biennium ex ea ratione, quia in Confitente non præſumitur adeſſe ſpem futuræ numerationis. Cùm ſperet non indigere mutuò propter dubiam Vitæ ſpem. ita Felinus in *cap. ſi cautio*, *n.* 54. *de fide inſtrument.* vbi dicit, hanc doctrinam non habere contradictoriam, ſed eam docet intelligi Maſcardus procedere tantummodo in illo, qui conſtitutus eſt in extremis, non autem in quolibet ægrotante, vel. vltima voluntate.

15 Vnde infertur etiam, quòd ſi Confeſſio fiat in teſtamento, Cum bis verbis, videlicet, ſub *damnatione animæ meæ* plenè probabit Felinus *in cap. literas de præſumpt. num.* 11. & cum aliis Maſcardus *ſupra n. fin. qui n.* 33. ait, idem procedere, ſi fiat in foro pœnitentiali, Felinus *in d. cap. ſi cautio, n* 24. Salicetus *in l. generaliter Cod. de non numerata pecunia.*

16 Imo, talis Confeſſio fidem faciet, ſi geminata fuerit, etiamſi fiat in fauorem abſentium. Maſcardus *ſup. n.* 34. qui idem docet *n.* 35. ſi vna vice Confeſſio fiat inter viuos & altera vice in teſtamento, in articulo mortis ex dictis reſponſum datum eſt etiam ad ſecundam quæſtionis partem.

17 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeas aduertes, quod Confeſſio in teſtamento facta etiam Iurata non valet, nec probat, quatenus tendit ad præiudicium, & damnum creditorum, vel in diminutionem legitimæ filiorum ita per DD. *in l. qui teſtamento ff de probat*, Cum aliis relatis à Barbat. *in cap Raimutius col.* 63. *de teſtamentis*, cuius Rei ea poteſt eſſe ratio, quia Confeſſio in teſtamento facta tantum probat quoad nominatos in ipſo non quoad in nominatos tradit compluribus Maſeardus *d. concl.* 359. *n.* 16. *&* 17.

18 Sed Antonius Faber *de erroribus pragmat.* Decade, *errore.* 10. dicit, quod ſi is, cui ex teſtamento ſiue ab inteſtato delata eſt hæreditas interrogatus in iure ab aliquo ex creditoribus hæreditariis reſponderit ſe hæredem eſſe, talis Confeſſio proderit etiam aliis creditoribus, nam cum ad hæredem creditoribus omnibus obligandum, nihil aliud requiratur, niſi vt hæres eſſe probetur. hæres autem fiat quis quis eſſe vult hoc ipſo quod profitetur velle ſe hæredem eſſe, dummodo hæres eſſe poſſit, id eſt ipſi ſit delata hæreditas, quid apertius eſſe ait quam eum, qui in Iure fateatur ſe hæredem licet vno tantum ex creditoribus interrogante hoc ipſo fieri hæredem tametſi, antea non fuiſſet, ac conſequenter creditoribus omnibus obligari ita ille qui *n.* 2 refert, ſummo omnium pragmaticorum conſenſu probatam eſſe contrariam doctrinam per textum *in l. vlt. ff. de interrogat. action.* vbi creditur diſertis verbis à Scæuola reſponſum eſſe in illis verbis *reſpondet ab his qui in iure non interrogaſſent ex reſponſo ſuo conueniri non poſſe*, & faciunt prædicta *ſupra in d.* verſic. *ad tertium.*

Et quod Confeſſio facta per aliquos in vno 20
iudicio inter certas perſonas præiudicet in alio iudicio, inter alias perſonas tenet, Guido Papa in *deciſ.* 144. & ſic etiam Confeſſio facta ab aliquo tamquam teſte nocet ſibi in alio iudicio docet Surdus *deciſ.* 309. Riccius *collect.* 576. Vbi cum eodem ſurdo *deciſ.* 55. docet vt quoties Confeſſio eſt veriſimilis ſemper nocet tertio.

QVÆSTIO V.

An Reus Confeſſus, & conuictus de vno crimine, teneatur reſpondere interrogatus de compluribus, nulla, infamia laborantibus, & quid in foro poli. Et an Reus Iuridice interrogatus negans delictum pœnale teneatur reſtituere. Et an interrogatus à Iudice propter ſemiplenam probationem, vel indicia teneatur reſpondere etiam in cauſa capitali. Vbi de eo, qui negauit veritatem ad quod teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Interrogari quando à Iudice poſſit delinquens de aliis complicibus*, *n.* 2. *&* 3.

2 *Iudex interrogans de complicibus quando peccet.*

4 *Confitens in foro animæ quando queat reuelare complicem*, *n.* 5. *&* 6.

7 *Reus iuridicè interrogatus negans delictum non ob id tenetur illico ad pœnam delicti, & quando ſalis*, *n.* 8.

9 *Iudex non tenetur ad reſtitutionem pœnæ pecuniariæ fiſco, vel parti ſoluendæ non damnans Reum iuſto.*

10 *Vxor accuſata adulterij falſis teſtibus ſe defendens non tenetur viro dotem, aut alia bona reſtituere.*

11 *Iudex, vt legitime interroget Reum, quæ debeant interuenire.*

12 *Iudex rectè interrogans debet Reo declarare cauſa ſtatum indicia, & teſtes, ſed non eorum firmas.*

13 *Reus interrogatus Iuridice nequit mendacium dicere.*

14 *Reus interrogatus à Iudice non tenetur veritatem dicere, & idem ſi interrogetur à non ſuo Iudice n.* 16.

15 *Interrogatus, cum formidine iniuſtæ interrogationis non tenetur aliquando dicere verum.*

16 *Interrogatus iniuſte poteſt fallere Iudicem interrogantem, ſed non mentiri. Et procedit etiam ſi iuret de dicendo n.* 17.

18 *Reus cuius delictum non eſt probatum poteſt interrogatus illud celare ſecus ſi ſit probatum num.* 19. *& procedit etiam in criminali cauſa, num.* 20.

21 *Reus*

Digitized by Google

21 *Reus mentitus in Confeſſione, non punitur vt periurus.*
22 *Reus qui interrogatus negauit, & à Iudice condemnatus eſt non tenetur reſpondere, ſi iterum interrogatur, & quid dum iam eſt in patibulo.*
23 *Reus imponens delictum accuſatori ad quid teneatur remiſſiue vbi de Reo interrogato. & quod in criminalibus, nolens interrogatus reſpondere, non habeatur pro confeſſo.*

1 AD primam difficultatis partem Reſpondeo, quod ſi conſtat delictum fuiſſe commiſſum non ab vno tantum poſſe de aliis interrogare complicibus generali inquiſitione, vt pote, ſi homo mortuus reperiatur, nec conſtat à quo ſit Occiſus, verùm in hoc puncto, dicendum eſt adhuc, taliter de Complicibus faciendam eſſe declarationem, ſi infamati ſint de tali delicto, & ita regulariter Iudices interrogantes ſuſtinebuntur, & non aliter. Ita Villalobos, *in ſumma, parte* 1. *tract.* 14. *difficultate* 10. *n.* 2. vbi cum Nauarro, ait quod tenetur intertogarus ad reuelandos complices, ſi intelligat non adhuc eſſe pœnitentiâ correptos, ſed paratos potius ad perpetranda alia delicta in damnum publicum, ſeu particulare, quæ non euitabunt, mediâ correptione fraterna, vt contingit in publicis Latronibus, & Falſariis monetæ in Lanniis, Sortilegis, Hæteticis & aliis, videbis, quæ ex multis congerit hic Barboſa, *n.* 2. & 3. imo debebit Iudex declarare ipſi Interrogato, quando teneatur complices declarare vel ei permittere, vt conſular Doctos, ne incidat in laqueum Diaboli

2 Quare, concludit Diana, non teneri Reum de quocumque caſu interrogatum, complices declarare, & ſic tantum poterit eum obligare ad declarandos complices, in caſibus iam expreſſatis & taliter procedere quod ſi Iudices deductis Complicibus, interrogent extra prædictos Caſus, peccabunt mortaliter.

3 Ita cum multis, *parte* 3. *tract.* 5. *Miſcelan. reſp.* 99. Qui docent, non eſſe abſolutè reuelandos Complices in omnibus caſibus quando cognouerint correptos, & emendatos, vel ſi probabiliter cognoſcat emendatum iri per ſolam correptionem fraternam, vt notat & valde commendat eum Gaſpar Hurtado *de Iudic. forenſi diſputatione* 2. *difficult.* 17. & *diſput.* 3. *defen.* 3, alia tradit Italemque *in opere morali p.* 2. *cap.* 1. *Dubio* 22. Vbi cum Bonacina Sanchez & aliis agit de hac *q.* 16.

4 Sed ſi dubites an in foro animæ qui Confitetur poſſit à Confeſſario de complicibus interrogari dico duplicem eſſe ſententiam, vna quæ docet complicem eſſe reuelandum, etiamſi aliquid reputationis amittat erga Confeſſarium ex ea ratione, nam alias deficeret integritas requiſita in ſacramento pœnitentiæ, quia neceſſum eſt, vt reuelentur omnia peccata, ita tenent D.Thomas *opuſculo* 12. *q.* 6. & in 4. *diſtinction,* 16, *q.* 3. *art.* 2. *q.* 5. Caietanus *verbo Confeſſio, condict.* 3. & *tomo* 1. *opuſculor. tract.* 31. *reſponſ.* 5. Suarez in 4. *diſt.* 34. per totam. Cui ſententiæ fauent verba Diui Bernardi *de formula honeſta vita ibi de nullo ſiniſtre loquaris niſi in Confeſſione, & hoc vbi aliter non poſſes explicare peccatum.*

5 Verùm contraria ſententia receptior eſt, pro qua faciunt dicta *ſupra*, tum etiam, quia Confeſſionis præceptum eſt diuinum tantum, & præceptum, de non infamando proximo eſt diuinum, & naturale, quod magis obligat, & facione verba Bern. lib. de præcepto, & præcepti diſpéſatione ibi *quod pro charitate inſtitutum eſt, non debet contra charitatem militare.* Ita docent Nauarr. poſt Innocentium, & Hoſtiencem, in *cap. conſideret de dignit. diſt.* 5, & in Manuali *cap.* 7. *n.* 3. Bañez, 22. *q.* 33. *art.* 8. Aragon, *de Iuſtitia, & Iure q.* 33. *artic.* 2. Cano, *in relect. de pœnit. p.* 5. Ledeſma t. 1. *Summa de pœnit. cap.* 20. Cum aliis, Villaloboa *p.* 1. *Summa tract.* 9. *difficultate* 38. *à n.* 1. & 3. qui poſtquam defendit hanc doctrinam, & reſpondit ad contraria fundamenta, *n.* 4 docet, quod in qualibet harum ſententiarum, tenetur pœnitens facere quidquid poſſit ne Complicem reuelet.

Niſi tale eſſet peccatum, de quo nulla in complicem redundaret infamia, vt contingit in Iuuene, & milite iactantibus de peccatis alia videbis, *ad textum omnis vtriuſque ſexus de pœn. & remiſſum.* 6

Ad ſecundam quæſtionis partem, quòd ſi Reus Iuridice interrogatus neget delictum, ex cuius commiſſio e teneretur pœnam pecuniariam ſoluere non eſt obnoxius reſtitutioni, ex eo quòd, licet in iſto caſu Reus lædat iuſtitiam publicam, & vindicatiuam, non tamen lædit commutatiuam Iuſtitiam, ex qua oritur obligatio reſtitutionis ita Leſſius, *lib.* 2. *de Iuſtitia cap.* 31. *dubio* 8. Sanchez, *in ſumma, parte* 1. *lib.* 2. *c.* 22. Gaſpar Hurtado, *de Reo, difficultate* 6 Azotius *l. lib.* 5 *cap.* 8. *q.* 5. Nauarrus, *in Manuali, cap.* 18. *n.* 49 Cum aliis, Diana *parte* 3. *tract.* 5. *Miſcel, Reſp.* 52. vbi hanc partem defendit, contra Molinam, *de Iuſtitia & Iure, l.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 95. prope finem Sotus, *de Iuſtitia, lib.* 1. *q.* 6. *art* 6. Caſtro Palago, *de lege pœnali, lib.* 2. *cap.* 12. §. *ex his,* & aliis. 7

Contrariam ſententiam ſuadentes, eo quod, & ſi Iudex, ante latam ſententiam ius non habeat exigendi pœnam pecuniariam à Reo, habet tamen ius, ad inquirendum de delicto, ad dictam pœnam inferendam: ergo ſi Reus neget iniuſtè, impedit Iudicem ad dictam pœnam conſequendam ac proinde teneri ad reſtitutionem, quam partem tuetur Layman, *in Theologia morali lib.* 3. *ſect.* 5. *tract.* 2. *cap.* 7. *n* 4. in illo caſu, quo pœna illa ſit ipſo facto impoſita à lege propter criminis admiſſionem, ſecus tamen, ſi pœna ſit Iudicis arbitraria. Vide quæ tradit Villalubos, *p.* 2. *tract.* 16. *difficult.* 5. iterum Diana *p.* 4. *tract.* 4. *Reſp.* 65. 8

Vnde infero, quod ſi Iudex, non damnauerit iniuſte Reum, non teneatur ad reſtitutionem pœnæ pecuniariæ Fiſco, vel parti læſæ ſoluendæ. Azotius *tom.* 5 *lib.* 5. *cap* 8. *quæſt.* 9. *ad* 4 Leſſius *lib.* 2. *cap.* 17. *dubio n* 73. & Diana, vbi *ſupra* cum aliis, in verſiculo *notandum*, contra Siluestrum Salonium & Vazquez. 9

Qui etiam docet contra Layman, vxorem adulterij accuſatam & falſis teſtibus ſe tuentem aut apponendo (1 cet falſo) ſimile adulterium viro, minimè teneri dotem, ac alia bona, ſuo viro reſtituere, quæ ille alioquin propter mulieris adulterium lucrari deberet, ſed teneretur tantum reſtituere litis expenſas, & famam iniuſtè ablatam, ita Sanchez, *de matri. tom.* 3. *lib.* 10. *diſp.* 8. *num.* 19. 10

Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeas Aduertendum eſt, quod, vt Iudex legitime poſſit Reum in Iudicio interrogare, præt requiritur, 11

vt

Digitized by Google

vt ſi procedat per accuſationem, adſit ſaltem Teſtis vnus de viſu maior omni exceptione, aut adſint indicia, vel infamia. & eidē eſſe, ſi procedat per denunciationem, ſin autem procedat per inquiſitionem, non ſufficere ſolam infamiam, ſed vt interrogatio legitimè fiat, præ requiritur Iuramentum in cauſâ criminali, & quod idem adſit præquiritur ad torturam incutiendam, vel ad eius comminationem. Ita Baldus *in L.1. col 2. Cod. Quorum appellationes non recipiantur.* Greg. rius, ad textum *in leg. 4 tit. 29. p. 7.* (Gluſſa) *Iurar que diga la verdad*, Leſſius *lib 2. de Iuſtitia cap 31.*

12 Vnde neceſſum eſt, quod vt Iudex rectè interroget, debet Reo declarare cauſæ ſtatum, Indicia, & Teſtes qui contra ipſum adſunt, etiamſi eorum firmas non oſtendat ei. ita Gregorius, vbi *ſupra*, & Leſſius *num.16.* Caietanus 22 *q.69. art 1.* Diaz, *in pract. cap.* 128. Nauarrus *in cap. inter verba. Concluſ. num.* 20. Salon, 22. *q.68 art.6. controuerſia* 2. Villalobos *in ſumma p.2. tract. 16. difficult. n.1 & 2.* licet contrariam praxim doceat Clarius, *q.55. n.9. & 8.*

13 Iterum, aduertes in nullo caſu, etiam propter ſaluandam vitam, licere Reo mendacium dicere *vt alibi late dicam*, quia hoc eſt intrinsecè malum, iuxta doctrinam Pauli *ff. ad Rom 3. ibi non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona.* D. Auguſt. *lib. Contra mendacium*, per multa capita, *& lib. de mendacio*, Villalobos *ſupra n.4.* vbi docet Reum non peccare mortaliter mentiendo, caſu, quo non interrogetur legitime, niſi ſit cum Iuramento, nec enim idem eſſe docet ibi *n.3.* mendacium dicere, vel veritatem occultare.

14 Quo fit, vt ſi Reus à Iudice interrogetur non Iuridicè, non teneatur dicere veritatem; vel ſi interrogetur ab incompetenti Iudice; idemque erit, ſi dubitet Reus, an legitimè interrogetur, ex eo, quia quiſque poteſt ſe, & ſua tueri ac conſeruare, nec tenetur obedire, niſi conſtiterit ei, de imperio præcipientis legitimè. Ita Caietanus 22 *q 69 art.1.* Sotus, *de ſecreto membro 3 q.7. concluſ.* Leſſius *lib.2. cap 31. n.60* Aragon. 22 *q 69. art 2* Villalobos *ſupra n 5. & 6.* vbi idem docet procedere in Teſte interrogato illegitimè Salon, 22. *q.68. art. 1. controuerſ.3.*

15 Verùm ſi Reus aut Teſtis credant legitimè interrogari, ſed cum formidine iniuſtæ interrogationis, tunc probabiliter non tenetur reſpondere, in caſu magnæ neceſſitatis, ſeu causâ grauiſſimâ. Ita Villalobos eo quòd cùm adeſt aliquod inconueniens præcauendum veluti ſi interrogetur contra perſonam ſatis dignam in Republica, fauore cuius adeſt timor probabilis ſuæ innocentiæ, tunc poſſe ſequi, & amplecti minus probabilem opinionem, ita Nauarrus in dicto cap. *inter verba corolario 5. n.135.* Sanchez, *lib.2. de matrimonio diſp.39 n 8.* Sotus, *de Secreto, membro 3. q 2. concluſ. 3. ibi nam periculum graue, ne digniſſima perſona præter Ius occidatur facit, vt in moralibus formido præponderet opinioni.* Vide quæ adducit Diana *p.3 tract. 5. definitione 106.*

16 Itaque iniuſtè interrogatus à Iudice, vel iuris ordine non ſeruato, ſeu à non ſuo Iudice, non tenebitur reſpondere, & ſi coactus reſponderit, iuſtè & ſine vitio, Valeat ipſum Iudicem, verbis ex communi ſignificatione ambiguis fallere; mentiri nullo pacto ei licebit, alioqui peccato ſubderur, ſicuti docet eleganter Auguſt *lib de Conflicto vitiorum*, & textus, *in cap ſiquis, & cap. primum*, 22. *q.2.* D. Thomas. 22. *q 69. art.2.* Caietanus *q 68. art.7* Cum aliis Cobar, *lib. 1. variarum cap.2. n 2* vbi adducit plura.

17 Et docet Nauarrus, hanc doctrinam procedere *in dicto cap. inter verba concluſ. 6. n.* 13. & Villalobos *ſupra difficultate 1. n 8.* etiamſi Reus iuret de dicendo quod ſcit, quia poteſt dicere ſe interrogatum neſcire abſque metu periurij intelligens intra ſe illud ipſum ſcire, abſque obligatione propalandi.

18 His ergo præmiſſis, ad difficultatem propoſitam, non ſine difficultate DD. reſpondent, quod plenà manu congerit Diana *p 1. tract.15 Miſcel. reſp.27* vbi in verſic. *Dico*, ait, *Reum*, Cuius crimen non eſt plenè probatum poſſe in cauſa capitis ad mortem euitandam celare veritatem, non obſtante ſuperiori præcepto de ea dicenda, eo quòd eſt hominibus inditum à natura, vt ſe defendant, & à mortis faucibus incolumem vitam reddant ob idque leges ſcriptas eſſe quibus licet occidere inuaſorem, cum moderamine inculpatæ tutelæ & aliena ſubripere, extremâ famis neceſſitate ad id impellente. Et quia *in l.4. ff. de Teſtibus*, nemo cogitur ad teſtificandum contra parentes & ſanguine iunctos, & quia lex humana non obligat cum periculo mortis, niſi magnitudo negotij aliud exigat, quæ procedent in caſu, quo Reus propterea recuſat dicere veritatem, eo quòd ſcit ſuum ſcelus ita occultum eſſe, vt ſcientia ad ſententiam. Condemnationis requiſita, aliter haberi non poſſit, quam per ſuam Confeſſionem.

19 Nam ſi delictum plenè probatum eſt, tunc tenebitur reſpondere ad mentem Iudicis & manifeſtare veritatem; & in hoc ſenſu contraria ſententia tenenda eſt, quæ docet teneri Reum iuſtè interrogatum, ſiue procedatur per accuſationem, ſiue inquiſitionem ad dicendam veritatem ſub pœna peccati mortalis, etiamſi ſciat ex hoc ſibi eſſe infligendam mortem, ita Cobar. D. Thomas, Caietanus, & alij relati à Villalobos, dictâ *diff.1. tract. 16 p.2. à n.97.* Cuius doctrina ſemper vera eſt, in cauſis ciuilibus.

20 Et doctrina Dianæ locum ſibi vendicat, non ſolum in cauſa capitali, ſed etiam in criminali cauſa, in qua venit imponenda pœna Triremum, mutilationis, & confiſcationis bonorum aut aliquo alio graui dedecore. Nauarrus *de reſtitutione, lib.2. q.4. n.142.* Leſſius, *de iuſt. lib.2. cap 31. dub. 3. num.* 18. & alij communiter. Nec obſtat dicere quòd cùm Iudex iuridicè interrogat apertè ſequitur, vt non poſſet Reus occultare veritatem, quia in eo caſu, Iudex ſuperior verè eſt, & iuſtè præcipit, ſed reſpondeo dari caſus, in quibus licet iuſtè Iudex interroget etiam Reus iuſtè neget, cum non ſit abſurdum dari bellum ex vtraque parte iuſtum, vt docet Diana, licet Villalobos neget, qui cum aliis intelligitur ſub præſtita iam diſtinctione 5. Videbis quę dico *ad Rubricam de iureiurando q 1.* verſic. *ad quinm.*

21 Ad vltimam quæſtionis partem, vt reſpondeam, præmitto quod ſi Reus mentitus eſt in Confeſſione non ob id debeat puniri tamquam periurus, in foro contentioſo, quia ſolum habet Deum vltorem: ita Alex, *in Apoſtila ad* Bart. *in l.1. n 1. ff de bonis eorum*, Boſius *tom. de periuriis n.3.* Clarius *in pratica q 45. n.10.*

22 Dubium tamen eſt, ſi iuridicè interrogatus negauit veritatem, teneatur eam fateri in aliquo tempore, & in hac difficultate adducit aliquos dicendi

dicendi modos Diana, *p.3. tract. 15. reſolut. 26.* Cum multis ab eo relatis, vbi ait quòd *poſtquam Reus ſemel interrogatus negauit delictum, numquam tenetur ſiue ante ſententiam, ſiue poſt de illo dicere veritatem.* Sed aliqui docent in aliquo caſu graui teneri illud delictum Iudici, ſeu publicè fateri præter Confeſſionem in foro pœnitentiali factam; ita Nauarrus, *in ſumma cap. 19. n.38.* Frater Emanuel *reſp. quorum regular, tom.2. q.18. art.9.* eo quòd nullum adſit ius hoc præcipiens. Alij autem, cum D. Thoma contrariam ſententiam docent, ex eo quia Iudex ſemper legitimè interrogauit quo vſque ſuam ſententiam condemnatoriam exequitur, ob idque ad pedem patibuli ſolent Reipublicæ delictum fateri, quare Sanchez *in ſumma tom. 1. lib. 3. cap. 7. num.8.* ait, *quòd debet ſe habere cautè Confeſſarius, vt non inducat Reum ad fatendum, ſi iterum interrogatus à Iudice.* Videbis Hurtadum *in tract. de Iudicio forenſi diſp.4. difficultate 3.* Bonacinam, *in tract. de legibus diſp.10. q.3. puncto 2. n.8.* Azor *p.3. lib.13. cap. 25. dubio 5.* vbi aliter de Confeſſario dicit, vt teneatur dicere Reo vt ſit paratus, ad dicendam veritatem, ſi à Iudice iterum interrogatur, ſed ego dico, quòd, & ſi Iudex à principio legitimè interroget, tamen poſtquam iam Reum damnauerit ex proceſſu, non poteſt iterum interrogare, quia Iudex iam ſemel functus eſt officio ſuo, ex regula textus, in *l. Iudex ff. de re iudic.* Diana *p. 3. tract. 5. reſp. 103.* Villalobos in *ſummà, p.2. tract. 16. diffic. 3. n.4.* vbi *diffic.*

23 Alia aduertit de Reo negante delictum, vel Accuſatori eius aliquod crimen imponente, an teneatur ad reſtituendum: quod diſſolues ex dictis in principio huius quæſtionis; Ad alia vides Egidium Trulen. *in opere morali lib. 8. dubio 2. 3. & 4.* De his, & aliis pluribus dubiis Suarez, *de las Iuras ex num.19.* Salced. *ad berard.* Diez *in pract. crim. tit. 29.* Farinac. *q.37.* dicentes, vt Reus legitimè interrogatus ſub iuramento, teneatur dicere veritatem in cauſis criminalibus fuſiſſimè Thomas Sanch. *in conſ. in tract. 1. p. lib.6. c. 3. dub. 29. & ſeq ad 34. & in ſumma l.3. c.7.* vbi an aliquando liceat Iudici benè roganti, ſub amphybologia reſpōdere, *c.16.* Trulenſ. *in decalogo lib.8. cap.4. cap. 2. 3. & 4.* Scaccia *de Iudic. li. 2. cap. 1. 9. 8. & 18. & de re iudic.* Gloſſa *14. q.21. in n.70.* videndi etiam Pichard *in manud. ad prax. 3. p. §. 3. ex n. 10.* Zeuallos cum aliis *in pract. q. 301.* Saytus cum aliis, *ad vtramque partem in clam reg. lib. 1. à cap. 16. ex n. 10.* & addunt Gratian. *in reg. 89.* Scaccio latiſſimè *de indiciis lib.1. cap.97. ex n. 74.* quod in criminalibus non habetur pro Confeſſo qui non vult reſpondere.

QVÆSTIO V.

An teſtes priuilegiati teneantur reuelare crimen occultum ſui coniuncti ratione Monitorij. Et an teſtis legitimè interrogatus teneatur ex iuſtitiâ commutatiua reſpondere, ita vt dicendo ſe nihil ſcire reſtitutioni obnoxius ſit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes non tenentur ad teſtificandum contra coniunctos niſi in defectu aliorum.*

2 *Teſtis interrogatus, ad quid teneatur remiſſiuè.*

GENERALITER, (vt iam dixi) Teſtes non tenentur ad teſtificandum contra coniunctos quando alij Teſtes non adſunt, teneri docent Felinus *in cap.1. de Teſtibus cogendis*, & multi relati à Diana *parte 3. tract. 7. reſp. 63.* contra Gabrielem à Pereira de manu Regia, *cap. 10. n.36.* de quo latè *ad titulam de Teſtibus & Teſtibus cogendis.* 1

Ad ſecundam difficultatis partem, etiam reſpondebis ex dictis *ſupra* in principio quæſtionis præcedentis Interim videbis quæ tradit Diana *p.3. tract.5. reſp. 101.* cum multis ab eo relatis, de quo etiam dico *infra de Teſtibus.* 2

QVÆSTIO VI.

An Reus Iuridicè interrogatus de homicidio commiſſo ob Iuſtam ſui defenſionem teneatur reſpondere. Et, an ſit pœna ordinaria homicidij puniendus Confeſſus ſe homicidium feciſſe ad ſui defenſionem. Et, quid eſt ſtatuendum de Reo, qui tormentis ſubiectus, negauit ſe maleficium Commiſiſſe. Et, quid Iudex faciet, cùm Reus non vult directè reſpondere. Ex verbis textûs noſtri, ibi ſcelus homicidij, & nulli pœnæ ſubdendos, *iuſtè inquiro de his quæſtionibus.*

SVMMARIVM.

1 *Interrogatus de homicidio, non tenetur fateri ſi non peccauit in committendo.*

2 *Homicidium, quò dicit commiſiſſe, ad ſui defenſionem, quando pœna ordinaria puniatur, num.3. & 4.*

5 *Allegans commiſiſſe homicidium ad ſui defenſionem, qualiter id probet remiſſiuè.*

6 *Reus qui negauit in tormentis ſe maleficium commiſiſſe, plerumque abſoluitur. num. 7. 8, 11. & 12.*

7 *Tormentis ſolent purgari indicia, num.9.*

8 *Tormentis non eſt Reus ſubijciendus niſi vt veritas clareſcat, quando ſuſpectus redditur.*

9 *Reus ita torquendus, vt ſaluus eſſe poſſit, vel innocentiâ vel ſupplicio.*

10 *Tormenta ſunt efficaciſſima ad eruendam veritatem num.11.*

12 Lege, ſi quis adulterij, ff. ad legem Iuliam de Adult.

13 *Reus interrogatus, cùm non vult reſpondere, poteſt Iudex eum ſubijcere tormentis, & non dat ei tempus ad reſpondendum, ſed tantam Actorum copiam, vt ſe poſteà defendat, n.14. & 15.*

15 *Iudex interroget Reum abſque fallaciis & machinationibus, vt euitet praxim diabolicam.*

16 *Confeſſio delinquentis facit indicium aduerſus ſocium*

AD primam difficultatis partem. Reſpondeo cum Portel *in additionibus ad dubia regularia verbo Iuramentum num.16.* quòd quotieſcumque factum externum, excuſatur à peccato, propter aliquam circumſtantiam, poteſt interrogatus iuridicè de illo ſub iuramento, illud negare intelligendo de Crimine Criminoſo, ſeu de opere, quod fuerit peccatum, vt ſi quis occidat 1

hominem,

Digitized by Google

hominem putatum Feram, vel ob iuſtam ſui de-
fenſionem, vel quodcumque aliud opus fecit
ex ignorautia inuincibili, vel quid ſimile, nam
interrogatorium Iudicis ſolùm tendit ad opus,
quod ſit crimen, quale non fuit illud legitimè
excuſatum à culpa, ſequitur Diana *p. 3. tract. 5.*
reſol.66. Bañez *in 22.quaeſt.99. art.2. dubio penult.*
Hurtadus *de Iudicio forenſi diſp.2.difficult* 3. Axor.
2 *tom.1.lib.11.cap.4.q* 5. qui plures alios caſus ad-
ducunt.† Ad ſecundam difficultatis partem, ali-
qui docent non eſſe homicidium, ad ſui defen-
ſionem, eò quòd capitalis ſententia in quem-
quam ferri non poteſt, qui non ſit plenè Con-
feſſus, vel conuictus, vt Conſtantinus ſtatuit,
in l qui ſententiam.Cod.de pœnis, ſed hîc non vide-
tur plenè Coofeſſus homicidium, qoia noo pu-
rè, & ſimpliciter Confeſſus eſt, ſed ea adjecta
qualitate, quòd nimirum illud ad ſui neceſſa-
3 riam defenſionem admiſerit. † Alij verò autu-
mant pœna capitali plectendom, qui præſumi-
tur eſſe perpetrarum homicidium dolo, ac pro-
inde, qui allegat ad ſui defenſionem caſu, &
non aoimo occidendi illud perpetraſſe, probare
debet iſtud ipſum, quod eſt fundamentum ſuæ
excuſatiouis, ac defenſionis, vt *in l.1. Cod.ad le-
gem Iuliam de ſicariis, l ſi non conuicij, Cod de iniu-
riis, & in cap.1. de præſumpt.* Vide quæ referunt
Panormit. *in cap. Auditis de præſumpt.* de cuius
in cap. Venerabilis de except. vbi Balboa *à n. 3.* &
4 alij relati à Fachineo *lib.1.controu.cap* 27. † Ego
autem dieo, hanc ſecundam opinionem eſſe te-
nendam, quoties aduerſus homicidium, adeſt
doloſa homicidij præſumptio & diffamatio, quia
tunc etiam ſi reſpondeat ad ſui defenſionem ho-
micidium feciſſe, nihilominus ei nocebit pro-
pria eius Confeſſio, rejecta qualitate defenſio-
nis; donec Reus ipſam probauerit, nam Iuris
præſumptio eſt homicidium iniuſtom & iniu-
rioſum fuiſſe, cùm ſit de genere malorum, *d.
l.1.Cod.ad l.Corneliam de Sicariis*, cum aliis Iuri-
bus iam relatis, & io hoc ſenſu exit veriſſima
ſententia Bartoli *in l. Aurelius §.item quæ,n.2 ff.de
liberatione legata*, quam recipiunt Felinus *in d.
cap.Venerabilis,de excep.n* 15. Decius 20 Patiſius
48. Surdus *conſ.173,n.12.* Gailus *lib.1.de pace pu-
blica cap.17.* & Zeuallos *in pract.q.362.* vbi *n.10.
&* 11. com aliis pluribus huuc articulum exa-
mioat, dicens haoc Confeſſionem poſſe acce-
ptari pro parte, & pro parte reiici, ſic cum Bar-
tol. Hypolito & aliis. Itaque Faquinet ex doctri-
na Alberici & aliorum, quos enumerat Franciſc.
Sarmient. *lib.1.ſelect. interpr. c.1.n.11.* docet hanc
rem eſſe definiendam ex perſonarum circun-
ſtantiis, nam ſi is, qui hominem occiderit fuerit
probus, non rixarum amator, ſed qui conſue-
uerit honeſtè viuere, & alterum noo lædere, Oc-
ciſus verò contra Rixoſus ſit, nec vitæ admo-
dum laudabilis, hoc caſu nuoquam in capitis
pœnam, debet Occidens damnari, & cooſen-
tire videtur Zeuallos, ex Iaſone Hypolito &
aliis *ſup. n.12.* quatenus docet, quod iſti confi-
tenti ſub illa qualitate, non poterit imponi pœ-
na ordinaria delicti, & ita ceſſabit pœna mortis.
Cæterùm ſi Occidens contra eſſet vir malus, vi-
tiis & malis artibus deditus pœnæ capitali po-
terit adiudicari: alia dicit Faquioetus. Nec ob-
ſtat Salicetus *in l. 1. Cod. de Confeſſis*, quatenus
impugnando Bartolum ibi *n.8.* ait, *Non poſſe in-
duci Confeſſionem ex verbis exceptionis propoſita ad
inducendam Actoris intentionem.* Quia hoc ſibi
vindicat locum ad alium finem, & ſuppoſita re-
lata diſtinctione, de quo leges Boherium *conſ.*
243. Hypolitum *conſ.136.n 31.* & alios quos re-
fert Maſcardus *de probat concluſ.867.n.3.*† Et ſub 5
hac diſtinctione ſunt intelligendi Bernardus
Diex *reſp* 122. Plotus *de in litem iurand* 540 *n.2.*
Boſius *de Confeſſione, n.10.* Antoo. Gabriel, Me-
nochius, Maſcardus, Clarus & alij tenentes pri-
mam ſententiam, Molina, Auendañ. Thom. San-
ches, Merla, Farinacius, & alij quos refert Ail-
lon. *lib.3. variar.* Antonij Gomezij *de homicidio,
num. 27.* videndus iterum Farin. *in praxi crimin.
q 125 ex n. 419.* ſed eùm allegat ſe occidiſſe ad
ſui defenſionem, quomodo id probari debeat,
benè diſſoluit ex multis Faquinetus *d. lib.1. con-
trouerſ.cap* 30. & de hoc caſu Boſius *tit.de homici-
dio,n.62.& codices de caſibus fortuitis, p.158.n.14.*
Maſcardus *de probatione, concluſ.* 491. *ex n.1. &*
904. *n.6.* Baiardus ad Clarum *§.homicidium,n.110.*
Menochius *de præſumpt. lib.5.præſumpt.3.num.50.*
cum pluribus Farin, *in praxi q.26.n.76.& q 125.
n.423.& de Teſtibus q.62.ex num.90.* videndus *&
conſilio 6.lib.1.* latè & iterum *q.47.n.135.* dicentes
per coniecturas & per Teſtes, cooſanguineos,
affines, & domeſticos, poſſe probari ſufficien-
ter homicidium fuiſſe commiſſum ad propriam
defenſionem. † Ad tertiam quæſtionis partem, 6
quid ſit ſtatuendum de Reo, qoi tormentis ſub-
jectus oegauit ſe maleficium commiſiſſe, in quo
articulo exiſtimant aliqui nihilominus eſſe con-
demnaudum, per textum, *in l.1. §. quæſtioni; ff.
de quæſtionibus.* Alij equidem docent eſſe puoien-
dum mitiori pœnâ, ex eo quia cauſa cognita eſt,
adhibenda fides qoæſtioni, *ex d. l.1. §. quæſtion.
quare*, cùm vehementioribus argumentis Reus
vrgetur; licet tormentis ſubjectus negauerit, vi-
detur tamen afficiendus aliquâ pœnâ, nec ſem-
per credendum quæſtioni. Alij verò dicunt cau-
ſam eſſe in deciſam relioquendam, Reo tamen
ex carceribus liberato, fideiuſſore dato de Iudi-
cio ſiſti; ſiue, vt noſtri loquuntur de ſe præ-
ſentando per textum, *in l ſi qui Adulterj, ff. ad
l.Iuliam de Adulteriis*, vbi patet cauſam deciſam
non fuiſſe, ſed ſuſpenſam. Demùmque argu-
mentis, ac probationibus ſuperuenientibus,
Reum condemnatum. † Verùm, ego eorum 7
ſententiæ adhæreo, qui reſpondorunt Reum
eſſe abſoluendum ex eo, quòd tormentis indi-
cia purgari videntur. Nam, tormentis, verberi-
bus, & igne fatigati, quod dicunt, veritas ipſa
dici videtur, vt dicebat Gloſſa *in l. edictum ver-
bo efficaciſſimas, ff. de quæſtionib.* † Tum etiam, 8
quia Reus oon eſt tormentis ſubiicieodus, niſi
ad inueſtigandam veritatem, & eo dumtaxat
caſu, quo probabilibus argumentis, ac indi-
ciis ſuſpectus eſt delati criminis, vt *in l. mili-
tes, Cod.de quæſtionibus*, ſi ergo tormentis ſub-
jiciatur, & neget, nec veritas intelligi ac ſciri
poteſt, & ſolæ præſumptiones aduerſus eum exi-
ſtunt, nemo autem ex præſumptionibus eſt dam-
nandus, *l. abſentem, ff.de pœnis.* † Deiude facit 9
textus, *in l. quæſtionis modus, ff. de quæſtionibus*,
vbi dicitur *Reum eſſe ita torquendum, vt ſaluus
eſſe poſſit, vel innocentiâ, vel ſupplicio*, quæ ver-
ba accipit Faquinetus *lib.1. cont. cap.33.* vt vi-
delicet ſaluus ſit ſupplicio, ſi criminis Reus de-
prehendatur, ſi verò negaoerit, tanquam inno-
cens liberandus ſit. † Et facit etiam, quia tor- 10
menta dicuntur eſſe efficaciſſima ad eruendam
veritatem, *l. edictum, ff. de quæſtionibus*, ſed hæc
efficacia,

efficacia, non aliunde procedere poteſt, quàm
ex eo, quòd plerúmque nocentes veritatem fa-
teri ſoleant Innocentes verò negare (licet ali-
quando aliter decidat, ergo. Nec obſtant ar-
gumenta contrariæ ſententiæ, non primum &
ſecundum, quibus nituntur duæ primæ, quia Re-
ſpondeo, non ſemper habendam eſſe fidem quæ-
ſtionis; ſed tamen plerùmque adhibendam eſſe
tamquam efficaciſſimæ, ad veritatem inuenien-
dam. Nos autem loquimur de eo, quòd regulari-
ter eſt ſtatuendum, non autem de omni caſu par-
ticulari, in quo ſingulares circonſtantiæ aliud re-
12 quirant; ita Farinac. vbi ſupra. † Qui reſpondet
etiam, ad textum *in d.l. ſiqui adultery*, quò inniti-
tur tertia ſententia, quia cum textus ibi dicat
*Accuſatos obiecta crimina depuliſſe obtentu proximi-
tatis*, ideò ſequitur eos, fuiſſe abſolutos rebus ſic
ſtantibus, quia Iudex de qua re cognouit, cogen-
dus eſt pronuntiare, *l. de qua re, ff. de Iudicijs*, vel ſi
abſoluti non fuere, noua ſuperuenerunt indicia,
& argumenta, dum cauſa ipſa penderet, & ſi con-
cedamus, in ea lege ita fuiſſe obſeruatum, non ta-
men ſequitur ita ſemper obſeruandum; cum iu-
ris regulæ aduerſentur. Vide Menochium, *de præ-
ſump. l. 1. q. 93.* Ant. Gomez *var. reſol. t. 3. c. 13. n. 28.*
13 Iul. Clar. *in prax. § fin. q. 64. illata Reo tortura.* † Ad
quintam quæſtionis partem, dico, quod ſi Iudex
rectè interroget Reum, & ipſe reſponſum non
præbeat, poteſt eum ſubjicere tormenta, vt re-
ſpondeat clarè & apertè negando, vel fatédo ſine
verbis dubijs; ita Bald. *in l. Accuſat., poſt n. 11. verſ.
ſuper hoc melius, Cod. qui accuſare non poſſunt*, Clar.
in practica *q 45. n. 6 Villalob. in ſumma q. 2. tr. 16.
diff.* 2. qui dicunt idem procedere, quando non
ſolum recuſat reſpondere ſuper facto principali,
ſed etiam circa circunſtantias eius, de quibus ve-
riſimiliter queat recordari, veluti ſi interrogetur
de rebus de quibus alij facilè recordantur.
14 † Quod ſi Reus, ad reſpondendum tempus exi-
gat, non debet ei concedi, ſecundum communem
praxim, de qua teſtatur Clar. vbi *ſup. n. 71.* ne ex
tempore, ſeu termino ſibi aſſignato machinatur
contra veritatem, & contra ſimplicitatem, quam
ſequeretur ſi de repentè reſponderet. Hoc tamen
non admittit Alexander *in l. 1.* in principio, *ff. de
15 edendo n. 6.* † Verùm tamen eſt, poſt modum acto-
rum dandam eſſe Reo copiam cum termino ad
ſatiſfaciendum obiectionibus ſibi impoſitis; &
Iudex ita christiane debet procedere, vt non au-
ferat Reo legitimam defenſionem, & ſic interro-
gabit animo eruendi ab eo veritatem, abſque fal-
lacijs, & machinationibus; alias diceretur Praxis
diabolica, vt tenet Clar. *q 45. n. 11.* Villalob. *n. 3.
ſup.* & Signor. *conſ. 163. n. 16. 5.* † Nam notabis ex
Gloſſa hic, confeſſionem delinquentis aduerſus So-
cium aliquam facere præſumptionem, & indiciũ
de quo cum multis agit Barb. ſic. *n. 4.* vbi videbis.

Qvæstio VII.

An crimen læſæ Maieſtatis, faciat vt Reus poſſit interrogari de complicibus, vbi aliqua de hoc crimine.

SVMMARIVM.

1 *Læſæ Maieſtatis crimen definitur, cuius ſunt duo capita, n. 2. & 3.*
1 *Læſæ Maieſtatis caput primum eſt, cum commit-
titur iſtud crimen aduerſus Princip. eius conci-
liarios, ſeu Rempublicam* & alios *n. 4. & 5.*
3 *Læſæ Maieſt. ſecundum cap. aduerſus quos.*
5 *Læſæ Maieſtatis crimen qualiter committatur
ab offendente Papæ Vicarium.*
6 *Læſæ Maieſtatis crimen, punitur morte, infamiâ,
contra poſteros, & confiſcatione bonorum do-
te excepta, & dimidia parte quæſitorum ma-
trimonio durante*, n. 9 *quid de iure can.* n. 7.
8 *Proditoris ædes diruuntur, euertuntur, & aratro
inducto, ſale aſperguntur.*
9 *Maſculi filij propter infamiæ notam incapaces
ſunt hæreditatis extraneæ, & quid hodie.*

AD primam difficultatis partem præbui re- 1
ſponſum *ſup. q. 1* ſed quia ex verbis text. no-
ſtri, ibi *crimine læſæ Maieſt. excepto*, ſe ſe offert lo-
cus opportunus, vt agam de atrocitate ex pœnia
huius criminis, ideò accipies ſequentia præmiſſa,
ergo definitione huius criminis, *vt ſit nempe cri-
men, quod aduerſus Popul. Rom. vel eius ſecurit. com-
mittitur*, vt colligitur ex textu *in l. ff. ad l. Iul. Ma-
ieſt.* † Dico eſſe huius criminis capita duo, pri- 2
mum caput dicitur quoties iſtud crimen cõmit-
titur aduerſus Principem, vel contra eius lateri
aſſiſtentes, vel Conciliarios, vel contra Remp. de
quo in *l quiſquis Cod. ad l Iul Maieſt.* Ita Afflict.
in tit quæ ſunt Reg. verbo, & bona commit. n 53. Cap.
deciſ. 130 n 17. iunct. n. an. *poſt med.* verſic. *& quo-
niam.* & Sfortia Odus *conſ. 27 n. 17.* dixit, crimen
læſæ Maieſt. dici commiſſum *in l. quando conſpirat.*
vel contra perſonam Principis, vel contra perſo-
nas colateralium, & Conſil qui ſunt pars corpo-
ris eius, vel contra Statum, vel Regn. tentando;
ſcilicet illud, vel partem transferre in alium
Principem, vbi *num.* an. cum ſeqq. dicit, *quòd
crimen læſæ Maieſtatis propriè dicitur committi in
hoc primo cap. in alijs verè caſibus dicitur impropiè
committi.* † Secundum autem caput eſt, quòd tale 3
crimen committitur aduerſus alios præter iam
expreſſos, nam in hoc capite continentur om-
nes alij caſus, in quibus quia non molitur con-
tra Rempublicam, & contra Principem, ſeu
eius colaterales. Plura adducit omnino viden-
da Farinacius, *in practica criminali q.* 112, inſpe-
ctione 1. & *q.* 116. *num.* 124. qui cum alijs dicit
primum caput non comprehendere Principis
conſiliarios, niſi eius lateri aſſiſtant, vt colligit
ex textu *in d. l. quiſquis d. q.* 112. *à n.* 70. vbi alia
adducit pro explicatione. † Quare dices hoc 4
crimen læſæ Majeſtatis committi contra Pa-
pam, quia Papa eſt ſupra omnes alios Princi-
pes contra Imperatorem, cum habeat Impera-
tor poſt Pontificem ſupremam Majeſtatem *l. 1.
in primo Cod. de legibus l. apertiſſimè, in fine Cod.
de Iudicijs l. quiſquis Cod. ad legem Iuliam Maje-
ſtatis*. Item contra Regem de cuius ſupremâ po-
teſtate non eſt dubitandum. Item hoc crimen
incurrunt qui Rempublicam Romanam, ſeu
aliam habentem ſupremam poteſtatem offen-
derunt. † Igitur qui offendit Vicarium Papæ, 5
ſeu Imperatoris hoc crimen committit, ſi of-
fendatur ratione publicæ inimicitiæ, non ſi ex
priuatâ, ſic offenſio facta contra eius filios non
ſpectat ad hoc crimen læſæ Majeſtatis, ſi Vi-
carius eſſet perpetuus, non ſi ad tempus, eò
quod iſte vicem Principis propriùs gerat, ita di-
ſtinguit Farinac *d. q.* 112. *n 43 qui à numeris ſeqq.*
cum alijs quæſtionibus, refert quamplura gene-
ra perſonarũ aduerſus quos iſtud crimen poteſt
committi, & qualiter committitur in fabricatio-
ne falſæ monetæ. † Et ſi ad ſaturitatem plura de 6
C hoc

hoc crimine cupis videre leges quamplures DD
quos citat Richardus *in maunductionibus ad prax.,*
p.3n - 5.litera l.g vbi aſſerit, quòd iſtud crimen
punitur pœna mortis naturalis perpetuæ, infa-
miæ. quæ in Filios etiam, & Poſteros deſcendit,
& confiſcatione omnium bonorum, dote excep-
tâ & dimidia parte quæſitorum, conſtante ma-
trimonio, quæ mulieri reſeruatur, quâ de re la-
tiſſimè Iuris conſulti, & Cæſares *in l. 1.* & ſeqq.
ff & Cod. ad l. Iuliam Majeſtatis, & in §. l. inſtituta
de publicis Iudicijs maximè *in d. l. quiſquis, eodem*
7 *tit.* † De Iure canonico, Laicus excommunica-
tur, & in monaſterium detruditur, clericus de-
gradatur, verbaliter ex communi ſententiâ, quæ
pœnæ à iure ciuili impoſitæ, Regijs legibus con-
firmantur. *l. 1.* & ſeqq. *tit. 2. p. 7 l.* & ſeqq. *tit. 7. lib.*
8. *ordinamti, l.* 1 & ſeqq *tit* 18. *lib. 8. recopilation. l.*
8 10. *tit* 9 *lib. 5.* eiuſdem *recop. l. 6. tit. 13. p. 2.* † Et
Proditoris ædes dicuntur, euertunturque & ara-
tro in eas inducto ſale deinde aſperguntur d. *l.*
9 *6, tit 13. l. fin. tit. 19 l. 6 tit 27 parte,* 2. † Cuius filij
maſculi, præter infamiæ notam, hæreditatis,
etiam extraneæ incapaces fiunt, fœminæ non ſic,
quia quartam partem bonorum maternorum ha-
bere poſſunt, iure antiquo; ſed hodie integram
hæreditatem poſſe habere exiſtimat Pichardus,
ſup. vide Maſcardum, *concluſ.* 462 Couar. *l. 2 var.*
c. 8. & c. 9. n 4 DD. Scholaſtici, & Neoterici, in
iam relatis locis, & de diuerſis pœnis, quibus pu-
niuntur hoc crimen committentes & eorum fi-
lij, Farinac *ſupra q. 116. §. l. 1. & 3 & §. 4* vbi agit
de affectu in hoc crimine puniendo, *& q. 17.* vbi
de excuſationibus huius criminis. Et ad quàm
plura, videbis Narbonam *in 3. Recop l 20 tit. 1. l.*
4. Gloſſa *7. per totam,* vbi plures refert ſcribentes
de hoc crimine.

QVÆSTIO VIII.

*An in caſibus, quibus hoc crimen læſæ Maje-
ſtatis, defuncti memoria damnari non po-
teſt: publicari queant eius bona. Et an ipſo
Iure, bona publicentur. Et an hæreditates,
quæ filijs Rebellium deferuntur, Fiſco ap-
plicentur. Et, quando defuncti memoria
damnetur, propter hoc crimen.*

SVMMARIVM.

1 *Bona defuncti, quando publicentur, ſi poſt mor-
tem veniat damnandus de crimine læſæ Ma-
jeſtatis,* num 2. 3. & 4.

3 *Pœna redemptionis bonorum, quando non tranſit
aduerſus hæredes.*

4 *Læſæ Majeſtatis Iudicium exercetur in Defun-
ctum non vt damnetur ſed vt declaretur de-
lictum commiſiſſe,* n. 11.

5 *Læſæ Majeſtatis Reus, non amittit ipſo iure do-
minium bonorum ſuorum vſque ad condemna-
tionem: tamen amittit adminiſtrationem, nec
alienare ea poteſt,* n 6. 7. 6 *fallit,* n 10.

6 *Læſæ Majeſtatis Reus, amittit etiam Iuriſdictio-
nem & feuda quæ habet.*

8 L. quæſitum 15. ff. qui, & à quibus manu-
miſſi, num. 9.

9 *Læſæ Majeſtatis Reus vt amittat bona, requirit
ſaltem ſententiam declaratoriam* n. 12.

10 L. 10 ff de accuſat. quiſquis, Cod. ad legem
Iuliam Majeſtatis ſup. n. 6.

11 *Sententia declaratoria in crimine læſæ Majeſta-
tis retrò trahitur ad tempus commiſſi delicti.*

12 *Amiſſio bonorum ex crimine læſæ Majeſtatis,
tantum habet locum in primo capite, niſi ali-
ter a ſupremo Principe decernatur.*

13 *Hæreditates quæ deferuntur Filijs Rebellium, non
applicantur Fiſco,* n, 19. *ſecus de hæreditate
quæ erat illius Rebellis,* n 15.

15 L. quiſquis §. vxores ff ad legem Iull. Majeſt.

16 *Filius Patris Rebellis, quæ bona & iura amittat:
& quæ non,* n. 17. 18. 19. 10. 23 & 27.

21 *Pater non punitur propter crimen læſæ Majeſta-
tis, commiſſum à Filio.*

22 *Vxor non punitur ex delicto, à marito commiſſo.*

24 *Conſanguinei Rebellis, numquam puniuntur, nec
filius adoptiuus.*

27 *Hæreſis crimen cum læſa Majeſtate, qualiter
ſe habeat*

26 *Memoria defuncti ex crimine læſæ Majeſtatis,
quando damnetur, vel non,* n. 26. 27. & 28.

P*Ro crimine læſæ Majeſtatis, qualiter fiat degrada-* 1
tio & traditio curiæ ſæculari, de Clerico criminoſo;
dixi ſup. in c. cum non ab homine, de Iudicijs. 9. 20.
Igitur ad primam difficultatis partem responde-
bis, ſi rectè intelligas text *in l. vlt ff. ad legem Iu-*
liam Maieſtatis, & in l. vlt. Cod. eodem; etenim ſe-
cundùm mentem aliquorum, cùm ex his legibus
videantur coniungi defuncti memoriæ damnatio
& bonorum publicatio conſequenter dicunt
quod ſi Defuncti memoria damnari nequit, ne-
que eiuſdem bona confiſcari poterunt; ita docent
Angelus *in conſ* 223. Ruinus *conſ. 3 n 12. l. 5.* An-
gelus Aretinus *in § publica n 3. Inſt. de publicis Iu-*
dicijs, Rolandus à valle *conſ 1. n. 22 l. 3. & alij ad-*
ducti à Faquin l. 9 controuerſ. c. 34. † Vndè cùm 2
Menochius, *in conſ. 99. à n. 52.* dicat illationem
proximè relatam, non legitimè inferri, eò quòd à
maiori ad minùs valeat argumentum affirmati-
uè, non autem negatiuè; Ideò, vt Paquinetus re-
latus explicet hanc controuerſiam, docet, Vlp.
in d. l fin ff. ad leg Iul. Majeſt. loqui de ſolâ bono-
rum publicatione *in illis verbis non quis, leg. Iulia*
Majeſt. Reus eſt, in eadem conditione eſt ſed quid per-
duellionis Reus eſt: quare cùm nullam etiam faciat
mentionem damnationis memoriæ Defuncti,
quàm ratione confiſcationis bonorum, & ex-
preſſe dicat bona confiſcari tantùmodo, eius qui
perduellionis Reus eſt nec contrarium dicatur
in d. l. fin Cod eodem; euenit, an non ſatis perſpici
poſſit, quo pacto bona confiſcari poſſint poſt
mortem cõmittentis crimen, in alio capite, quam
perduellionis: quia in alijs capitibus morte cri-
men extinguitur. Nec hæreditas Fiſco vendicari
poterit, ex mente Vlpiani; quare ipſe accipiendus
venit in perduellionis Reo, qui aduerſus Princi-
pem, vel Rempublicam hoſtili animo fuerit ani-
matus. *Cæterum ſi quis ex aliâ cauſa Reus legis Iu-*
liæ Majeſt. ſit, morte crimine liberatur: & ſic extra
crimen perduellionis, bona confiſcari poſt mor-
tem delinquentis non poterunt. † Et confirma- 3
tur ex *text. in l. 20 ff de accuſat.* vbi Modeſt. ſcribit
pœnam ademptionis bonorum non tranſire ad-
uerſus hæredes, *excepto repetundarum, & Majeſta-*
tis Iudicio, quæ etiam mortuis Reis quibus cum nihil
actum eſt adhuc exerceri placuit, vt bona eorum
Fiſco vendicentur. † Exercetur enim Iudicium
contra Defunctum, non vt condemnetur,
quia mortuus damnari nequit, ſed vt pro-
nuntietur eum delictum commiſiſſe; vt ſci-
licet bona eius publicentur. Et hæc eſt procul-
dubio Defuncti damnatio, cuius fit mentio
quod

Google

in d. l. vlt. Cod. ad legem Iuliam Majeſtatis, vt
alijs citatis declarat Peregrinus *de Iure Fiſci*,
5 *lib. 4. t. 5. num. 43.* † Ad ſecundam partem diffi-
cultatis, vt reſpondeam dico receptiorem ſen-
tentiam eſſe, vt quiſquis crimen læſæ Majeſta-
tis Reus ſit non ipſo Iure amittat dominium
bonorum ſuorum vſque ad condemnationem.
Faciunt pro hac doctrinâ, *qua dixi ſup. in dicto
cap. cum non ab homine de Iudicijs q. 28. 29.* & 30.
Et in terminis noſtræ difficultatis communiter
Doctores tenent cum Bart. *in l. Imperator, ff.
de Iure Fiſci*, quem ſecuti ſunt Paulus Caſtren-
ſis, Ludouicus Romanus Baldus Immolenſis,
Aretinus Iſernia, Boſſius, Grammaticus, & Gi-
gas quos refert, & ſequitur Peregrinus, *de Iure
Fiſci lib. 5. tit. 1. num.* 171. Antonius Faber,
coniect. Iuris lib. 7. capit. 20 qui dicunt huiuſmo-
di crimen committentem, admittere bono-
rum ſuorum adminiſtrationem; quia nec ea
alienare, nec donare poteſt, nec ſeruos manu-
mittere, ſed dominium retinere, & ideò, ipſo
Iure bona ipſius non confiſcari, ſed condemna-
toriam ſententiam requiri, facit textus *in l. quæ-
ſitum 15. ff. qui & à quibus manu miſſi*, vbi diſer-
tè Paulus aſſerit Reum læſæ Majeſtatis domi-
num eſſe ante damnationem Ergo dicendum
eſt, quod ſi Reus huius criminis ſtatim amitte-
ret Dominium, eſſet inanis dubitatio an poſſet
alienare, vel manumittere, nec erat opus ei
adminiſtrationem bonorum interdicere. Et ex
his rationibus ſuſtinetur quod dicit Farinacius
6 *in Praxi Criminali, queſt. 116. §. 1 num. 17.* † Sed
obſtat prædictæ reſolutioni alia communis ſen-
tentia, quæ docet ipſo facto incurri amiſſio-
nem bonorum ſine alia ſententiâ ex doctrina
Dyni, *in d. l. Imperator. ff. de Iure Fiſci*, & ita
Barbatia *conſ.* 50. poſt numerum 28 & *ſeq. l.*
4. ait quòd confiſcatio bonorum in hoc crimi-
ne læſæ Majeſtatis, venit per ſententiam latam
à Iure, & quod ipſo iure inducitur feudorum
priuatio plura alia tradit Farinac. *vbi ſup. num.*
19. *vbi num. 1. 15. ait*, quod Rebellis, & Reus
læſæ Majeſtatis amittit, non ſolùm bona, quæ
Fiſco applicantur, ſed etiam Iuriſdictiones,
quas habet, & feuda, ſecundum Bartolum *in
extrauaganti, qui ſint Rebelles* in verbo *rebellan-
do.* Et hæc ſententia fulcitur per textum *in l.
ex Iudiciorum 20 ff. de accuſat. ibi adeò, vt D.
Seuerus & Antoninus reſcripſerant, ex quo quis
aliquid ex his cauſis crimen contraxit; Nihil ex
bonis ſuis alienare, aut manumittere eum poſſe.
Item per text. in l. vlt ff. ad legem Iuliam Maje-
ſtatis* ibi, *nam ex quo ſceleratiſſimum quis Conſi-
lium capit, exinde quodammodo ſuâ mente punitus
eſt; ſic & Diuus Seuerus, & Antoninus conſtitue-
runt. Ex quo quis tale crimen contraxit, nec aliena-
re, nec manumittere eum poſſe, nec ei ſoluere Iure
debitorem magnus etiam Antoninus reſcripſit*, &
textus *in d. l. quiſquis Cod. eodem tit* ibi *bonis eius
7 omnibus Fiſco addictis.* † Tamen reſpôdeo, ſenſum
prædictarum legum eum eſſe, vt ipſo Iure tale
crimen læſæ Majeſtatis committentes, amit-
tant adminiſtrationem ſuorum bonorum tan-
tum: Non Dominium ex eo quia iam con-
ſcientia delinquentis eum certum facit, fore vt
condemnetur, nec morte condemnationem eua-
dere poteſt. Ergo in fraudem Fiſci bona ſua
alienare non poterit *l. in fraudem ff. de Iure Fiſci*
in terminis noſtris; & textus expreſſus in d. *l.
quiſquis §. emancipationis Cod. ad legem Iuliam
Majeſtatis*, ibi *quas ex eodem tempore qualibet
fraude.* Eſt ergo ſciendum poſt contractum cri-
men capitale irritas fieri omnes alienationes bo-
norum, ſi poſtea ſequuta ſit condemnatio, quaſi
videantur factæ in fraudem Fiſci, cum non ſi-
ne ſuſpicione pœnæ fieri poſſint. Et iſtud eſt,
quod Martianus ſcribit in 18 *de manumiſſionibus*,
ibi *ex reſcripto Diui Pij libertates ab eo qui iam lege
conuicta damnatus eſſet, aut futurum proſpiceret vt
damnaretur Seruis datas non competere*, quia vide-
licet in fraudem Fiſci datæ videntur condemna-
tione poſtea ſequutâ. Nam ſi condemnatio ſe-
quuta non ſit, donationes factæ valent, quæ
eſt ſententia textus *in l. poſt contractum, ff. de
donat.* Faquinetus *lib. 9. contr. capit.* 45 qui
ita interpretatur textum *in d. l. quæſitum 15. ff.*
qui & à quibus manumiſſi. † Admonens quòd 8
in crimine læſæ Majeſtatis Reus proſpicere
ſemper poteſt ſe condemnatum iri, quia etiam
poſt mortem condemnatur memoria eius, &
bona hæredibus auferuntur, vt in *l. vlt. Cod.
ad legem Iuliam Majeſtatis, & in l. fin. ff. eodem,
& in d. l. 20 ff. de accuſat.* † Igitur Reus amittit 9
bonorum ſuorum adminiſtrationem, ne in frau-
dem Fiſci ad quem peruentura ſunt aliquid agat,
d. l. in fraudem ff. de Iure Fiſci, ſed antequàm
condemnatus ſit Dominus eſt, vt *in d. l. quæſitum*:
quo fit, vt licet Menochius *conſ 99. lib. 1 n.* 60.
ſcribat *ex d. l. 2. ff. accuſat.* non requiri ſenten-
tiam condemnatoriam in crimine læſæ Maje-
ſtatis, quia textus dicit ibi, *non alias tranſeunt
aduerſus hæredes pœna bonorum ademptionis, quam
ſi lis conteſtata, & condemnatio fuerit ſequuta,
excepto repetundarum, & Majeſtatis Iudicio.* Ta-
men id parum obſtat: quia non ex eo infertur,
vt non requiratur condemnatio in hoc crimine
læſæ Majeſtatis cum requiri probet Textus *in
d. l. quæſitum ff qui, & à quibus manumiſſi.* &
ſententia illius textus eſt, poſt mortem Rei per-
duellionis Iudicium exerceri poſſe aduerſus hæ-
redes, vt bona Fiſco vindicentur, eo Iudicio
conuinci, & damnari eius memoriam indicat
d. l. vlt. Cod. ad legem Iuliam Majeſtatis, ibi, vt
conuicto Reo memoria eius damnetur & eius
ſucceſſoribus eripiantur † Eripiuntur ergo bo- 10
na ſucceſſoribus & Fiſco applicantur Reo con-
uicto, & ſententiâ damnationis memoriæ eius
ſequuta: ſecus ſi ab hæredibus crimen purgetur,
vt in d. *l. vlt. ff. eodem.* Quòd ſi Reus criminis
non ſit mortuus, proculdubiò condemnandus
erit, nec de eo loqui textum in *d. l. 20. ff. de ac-
cuſat* docet Faquinetus ſup vbi in eum ſanè
ſenſum interpretatur text. *in Rom. d. l quiſquis C.
ad legem Iuliam Majeſtatis, ibi bonis eius omnibus
Fiſco noſtro addictis*, vt non ipſo Iure publicatio-
nem bonorum indueant, ſed poſt condemnatio-
nem, quia ante damnationem dominus eſt *d. l.
quæſitum* † Vt cumque tamen ſit, ſiue hæc pœna 11
confiſcationis bonorum, & priuationis feudo-
rum incurratur ipſo Iure, ſiue non omnes tamen
videntur admitte declaratoriam eſſe neceſſariã
ſecundum Ancharranum *in Clement paſt n. 8. de
ſent. & de Iudicata.* Archidiaconus & communi-
ter alij *in c. felicis de pœnis l.* 8 vbi tamen decla-
rant, quoad adoptionem dominij: alia plura do-
cet Farinac. *d. q. 116. § à n. 17. & 20.* ab aliter di-
ſtinguit, & Decianus *in tractatu Criminalium lib.
principio 7 cap. 40. num. 6. in d. & fine docet*. quod
dicto caſu ſententia declaratoria retro trahitur
ad tempus commiſſi delicti, ita vt illa ſequuta

tem poteſt induci textus noſter, qui apertè dicitur de ſe confeſſum, non poſſe de aliis interrogari, & licet poſtea ſubjiciat, *Si tamen eos infamia huiuſmodi laborare cognoueris ſingulis eis &c. purgationem injungas* quia ex his verbis non rectè colligitur ſocium criminis iudicium feciſſe ad Inquiſitionem, cum potuiſſet fama aliunde oriri, quam ex ſocio criminis; nam, & nos fatemur ſi alia iudicia adſunt, Iudicem rectè Inquiſitionem incepturum.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem, reſpondeo, quod aſſertio vulnerati, in mortis articulo non facit indicium ad torturã, vt tenet Alex *conſ.* 14. *lib* 3. Iaſon *in l.* 1. *n.* 10. *communia de legatis*. Menochius *de præſumptionib. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 77. Clarius *d. q.* 21. verſic. *aſſertio vulnerati*, Plaza *de delictis*, *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 35. Faquio. *lib.* 9. *contr. cap.* 90. ex Vlpiano. ſententia, *in l. ſi quis ingrauĩ*, §. *ſi quis moriens*, *ff. ad Sylanianum*, ibi, *ſi quis moriens dixiſſet à ſeruo vim mortis ſibi illatam eſſe, dicendum eſt non eſſe credendum Domin. ſi moriens hoc dixit, niſi potuerit, probari*. Et probatur ratione, nam ſi talis aſſertio morientis præſtaret iodicium ſufficiens ad torquendum, ait Vlpianus, non tetiuuiſſet, nec tam latè, & abſolutè non eſſe credendum pronunciaſſet.

7 Nec obſtant rationes contrariæ ſententiæ, quam tenent Angel. *in d. l. ſi quis in graui*, §. *ſi quis moriens*. Marſilius Sangul. 5. & 16. Grammat. *conſ.* 57 *n.* 13. eo quod nemo præſumitur eſſe immemor ſalutis æternæ, præſertim tempore mortis, *l. vlt. Cod. ad legem Iul. repetunt*, nec præſumatur mentiri, & alicui velle iniuriam facere, cum plerumque tempore mortis, qui male vixerunt ad Deum conuerti, & facere, quæ ad animæ ſalutem pertinent præſumatur Riccius *collect.* 176. cum Vibio *in deciſ.* 20.

8 Quia, reſpondeo præſumendum non eſſe velle morientem mentiri, tamen non eſſe quempiam ſubjiciendum quæſtionibus, niſi certis argumentis, & indiciis Iudex ducatur, *limites*. §. *oportet Cod. de quæſt. nec ſatis*, & probabile eſt hoc indicium ex aſſertione morientis, vt patet ex *dicto* § *ſi quis moriens*, vt docet Faquin. *Applica d. ad Rubricam in* verſic. *item etiam præciſa ea q.* 4.

9 Vnde infero, quod ſi Iudex in articulo mortis pro exoneratione coofcientiæ declaret ſe tuliſſe iniuſtam ſententiam, aut teſtis aſſerat ſe falſum dixiſſe teſtimonium, huiuſmodi declarationes in præiudicium eorum pro quibus lata eſt ſententia, vel teſtimonium dictum, nihil operari, nec eis fidem adhibendam eſſe, docet Felin. *in cap. exhibita de iudiciis*. Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 87. *n.* 30. *in Palobra, quadam quæſtione*, relati ab Antonio Gabriel *lib.* 7. *commun. concluſ.* 32. *n.* 2. vide *infra q.* 3. *n.* 4.

10 Ad tertiam quæſtionis partem de delinquente ante ſententiam Confeſſo, vel conuicto de crimine, exiſtimo dicendum, non eſſe locum Confiſcationi bonorum aduerſus hæredes Rei defuncto ante ſententiam, licet Reus Confeſſus fuerit, vel conuictus, & ratio eſt, quia nulla lex eſt hoc dicens. Cum ergo ſi Reus ante condemnationem moriatur pœna ſit, extincta, *l. defuncto*, *ff. de publicis iudiciis*, certè, namque ipſe condemnari non poterit, quia ſententia non poteſt in mortem ferri, *l. vltima*, quæ ſententia ſine appellatione reſcinditur, non enim damnari poteſt eius memoria, niſi Reus fuerit perduellionis, *l. vltima*, *ff. ad legem Iuliam majeſt.* quare videtur iniuſtum, vt aduerſus hæredes pronuncietur defunctum crimen commiſiſſe, vt eis bona auferantur, quia non poſſunt hæredes tam facile demonſtrare ionocentiam Rei aduerſus Confeſſionem eius, vel teſtes, ſicut Reus ipſe potuiſſet, eſt enim ſpectanda condemnationis ſententia, vt bona hæredibus adimantur, in publicis criminibus exceptis, quæ à Modeſtino commemorantur, *in l.* 10. *ff. de accuſat* & ſi quæ alia legibus excepta ſunt; ita tenet Faquinetus *lib.* 9. *cont. cap.* 36. Antonius Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *n.* 82. Burſatus, cum aliis *conſ.* 77. *n.* 24. *lib* 1. & procliuior eſt in eandem ſenteotiam Peregrinus *de iure Fiſci*.

Et confirmatur ex dictis *ſuprà ad Rubric.* & 11
quia licet Coofeſſio æquipolleat ſententiæ, non tamen æquiualet rei iudicatæ. hoc eſt ſeotentiæ, quæ nulla appellatione ſuſpenſa ſit, vt autem pœna locum habeat aduerſus ſucceſſores defuncti, etiam condemnati, neceſſe eſt, vt ſententia appellatione ſuſpenſa non fuerit; nam ſi appellatiooem Reus ioterpoſuerit, & ea pendente mortuus fuerit confiſcatioois quæſtio ceſſat, iuxta diſtinctionem, *l.* 3. *Cod. ſi pendente appellatione mors interuenerit*.

Nec prædictæ ſententiæ obſtant Bartol. *in l.* 1. 12
n. 7. *ff. de priuatis delictis*, Bald. *ad legem primam Cod. de delict. defunctorum*, *n.* 3. verſic. *ſed hic dubitatur*. Senatus Pedemont, apud Oſaſcum *deciſ.* 149. & multi quos commemorat Proſperus Farinac. *de Inquiſ. q.* 10. *n.* 56. Vaſquius *controu. illuſtrium. cap.* 96. *n.* 19. Boſſius *quomodo procedendum ſit in crimine notorio*, *n.* 12. qui omnes affirmatiue reſpondent.

Eo quod paria eſſe videntur Reum eſſe, con- 13
uictum, vel confeſſum, vel condemnatum, *l. qui ſententiam Cod. de pœnis*, & per textum, *l. vltima Cod. de iure Fiſci lib.* 10. vbi Theodoſ. ait *eorum patrimonia mortuorum, qui vita ſua tempore diuerſis conſcientias ſuas dicuntur polluiſſe criminibus Fiſci rationibus nequaquam competere, vel ab eo alienari cenſemus, niſi poſt publicam accuſationem vos conſtiterit fuiſſe conuictos*. Item ex textu, *in d. l.* 20. *ff. de accuſat.*

Sed nihilominus adhuc prima obtinet ſen- 14
tentia, abſque eo, quod aliquid contra faciant prædictæ leges, quia textus, *in d. l. qui ſententiam* tantum dicit neminem eſſe condemnandum, niſi confeſſum, vel conuictum.

Nec firmum eſt argumentum, deſumptum ex 15
d. l. vltima Cod. de iure Fiſci, quia illud verbum, *conuictos*; nihil aliud ibi ſignificat, quam condemnatos. Non enim ante conuicti videntur, quam condemnati fuerint, vt monuit Cujacius *in comment. dictæ legis*, & ante eum Gloſſa, ibi Faquinetus *ſup. d. lib.* 9. *cap.* 36.

Et textus, *in d. l.* 20. *ff. de accuſat.* potius no- 16
ſtram confirmat doctrinam, vt patet ex verbis ibi, ex *Iudiciorum publicorum admiſſis non aliàs tranſeunt aduerſus hæredes, pœna ademptionis bonorum, quàm ſi lex conteſtata, & condemnatio fuerit ſequuta.*

Nec eſt admittenda diſtinctio Farinacij, qui 17
d. q. 10. exiſtimat in propoſita quæſtione locum eſſe bonorum confiſcationi Reo confeſſo, vel conuicto, ſi de crimine agatur, propter quod bona confiſcantur expreſſe, ſecus autem ſi tacitè, & in conſequentiam bona confiſcentur, ita ſentit Faquinetus *ſuprà* in verſic. *ad quæ.*

QVÆSTIO III.

An Confeſſio facta in teſtamento præiudicet hæredi. Et an Confeſſio debiti facta, in teſtamento probet. Et an Confeſſio vni creditori facta ab hærede, proſit alijs Creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in Teſtamento non præiudicat hæredi in legitima, niſi probetur.*
2 *Confeſſio Teſtatoris dicentis ſe vſuras extorſiſſe reuocando teſtamentum, ea non reuocatur.*
3 *Confeſſio damnati ad mortem non præiudicat Fiſco poſt condemnationem.*
4 *Confeſſio Iudicis dicentis ſe protuliſſe ſententiam ob pecuniam, non nocet victori: idem de teſte.*
5 *Fides non adhibetur dicto morientis, qui dicit talis me percuſſit.*
6 *Confeſſio facta in teſtamento, poteſt ad libitum reuocari, & ſemiplenè probat, fallit vt n 7.*
7 *Iuramentum facit valere Confeſſionem, è meliori modo quo poteſt.*
8 *Confeſſio defuncti nocet hæredi Conuicto de actione depoſiti.*
9 *Confeſſio de dote per maritum etiam iurata non præiudicat, & probat tanquam legatum, & nocet creditoribus, n. 10.*
11 *Confeſſio in teſtamento, quæ tendit ad exonerationem conſcientiæ probat, nec reuocatur.*
Et probat ac ſi inter viuos facta fuiſſet, & acceptata, n. 12 & Notario pro eo ſtipulãte, n. 13.
14 *Confeſſio mutui recepti in teſtamento facta probat, ita vt contra ipſam non opponatur exceptio non numeratæ.*
15 *Confeſſio in teſtamento ſub verbis*, damnatione animæ meæ, *probat plenè, ſi fiat in foro pœnitentiali, & præſtat fidem in fauorem abſentium ſi geminatur, n. 16.*
18 *Confeſſio in teſtamento facta, etiam iurata, non valet in præiudicium tertij, n. 19.*
20 *Confeſſio facta per aliquot in vno iudicio, an noceat aliis in alio iudicio, & quid de teſte.*

1 COmmunis eſt Doctorum ſententia, vt Confeſſio facta in teſtamento non præiudicet hæredi. Ita Capella Tholoſan per teſtatorem in teſtamento non producit actionem contra hæredem. Riccius *collect.* 1120. ad textum, *in l. cum quis decedens, §. Codicillis, ff. de legatis* 3. vnde dicendum eſt, quod talis Confeſſio non probat quo ad minuendam legitimam filiorum, niſi hoc verum eſſe probaretur, ita Cardinalis Alban. *in ſuis lucubrationibus, ad Bart in l. vnica ff. de Officio Conſulis* 15. Maſcard. *de probat. concl.* 359. *n* 5.

2 Et in tantum eſt verum; nam ſi Teſtator cõfiteretur in teſtamento, quod vſuras extorſit, vel malè abſtulit, ei non præiudicat, quin reuocando teſtamẽtum illa reuocare poſſit Bald. *dec.* 291.

3 Itaque dicendum eſt etiam, vt Confeſſio damnati ad mortem non præiudicet Fiſco poſt condemnationem, vt in terminis conſuluit Baldus *conſ.* 476. *volum.* 5. incipit teſtamenta, Angelus *in d. l. cum quis decedens*. Barbatia *in cap. Raynaldus de colum* 62. Maſcard. *ſup. n* 15.

4 Et ſic ſi Iudex in articulo mortis confiteatur ſe protuliſſe ſententiam in fauorem alicuius, ob pecuniam receptam non nocet victori, ita Doctores per textum *in l. §. ſi quis filium ff. de carboniano edicto, & in cap. ſicut de teſtibus*, idem voluit Baldus dicendum eſſe de Teſte qui in articulo mortis conſtitutus, dixit ſe falſum in tali dixiſſe cauſa quia non nocet parti, vt in *Auth ſi dicatur. columna* 2. *Cod. de Teſtibus.*

Et Gloſſa, & Angelus *in l.* 2. *Cod. de calumniat*, 5
dicunt fidem non eſſe habendam dicto morientis, qui dicit talis me percuſſit, licet hæres illum accuſans propter hoc excuſetur à calumnia. Maſcardus *ſupra n.* 31. & 32.

Igitur dicendum eſt, talem Confeſſionem de 6
qua nunc loquimur, poſſe per hæredem reuocari. Bellamera *in deciſ.* 691. Riccius *vbi ſupra* Cúmque Confeſſio facta in teſtamento habeat tantum vim legati, poterit ad libitum teſtator eam reuocare vt cauet Vlpianus *in l.* 8 *ff de adimendis legatis in fine*, Cum ſimilibus, Baldus in *l.* 1. *Cod. de furt*, vbi inquit, quòd ſemiplenè probat, ſicut quælibet alia Confeſſio extraiudicialiter facta, Socinus *in l. quibus diebus*, §. *qui de talem, ff. de conditionibus & demonſtrationibus.* Maſcardus *ſupra num.* 3. Vbi refert quemdam doctrinam contrariam, ſuadentem.

Verùm prædicta fallit doctrina, primò ſi ta- 7
lis Confeſſio facta fuiſſet cum Iuramento Balbus *deciſ.* 101. quam notat Riccius *dicta collect.* 1120. verſic. *Nunc ad textum*, & quod ibi notatur *in auth. quod obtinet Cod. de probat.* Bartolus *in dicta l. cum quis decedens, §. Codicillis, ff. de legatis* 3. Abbas *in cap fin, de ſucceſſionibus ab inteſtat.* Itaque huiuſmodi Confeſſio probat, vt nec Hæres poteſt venire contra eam, nec ipſe Teſtator poterit eam reuocare, etiamſi facta eſſet non præſente eo, cui ex Confeſſione acquiritur commodum Maſcardus *ſupra num.* 8. 9. & 10. Vbi tradit rationem quia Iuramentum facit valere Confeſſionem eo meliori modo quo poteſt, *Cum Pater, § filiis matre, ff. de legatis* 2. *cap. quanto*, verſic. ſi verò & ibi Abbas *in quinto notab. extra de reſcriptis.* Angelus, Bartolus, & Baldus relati à Maſcardo, vbi *num.* 11. id etiam ampliat vt procedat, etiam ſi Iurata non eſſet, ſed tantùm diceret ipſe ſe iuraſſe. Salicetus *in l. generaliter in* 12. *quæſt. Cod. de non numerata pecunia.* Bartolus *in l ex hac ſcriptura in* 3. *colum. ff. de donat*, & iuramentum ſupplet abſentiam partis. Baldus *in Rubric. Cod. res inter alios acta*. & faciunt aliqua *dicta ſupra ad rubr. q.* 2.

Ex his intelligitur Riccius *collecta* 176. qua- 8
tenus dixit, quod Confeſſio defuncti nocet hæredi, conuento de actione depoſiti.

Verum tamen eſt quod Confeſſio facta per 9
Maritum de dote accepta etiam Iurata non præiudicat Confitenti, & Maritus poteſt eam reuocare. Bartolus *in d. l. cum quis decedens § Codicillis* Ruinus *conſ.* 49. *n.* 6. *lib.* 2. Maſcardus *ſupra dicta concluſ.* 359. *n* 6. vbi docet, quod etſi talis Confeſſio non probet debitum quantitatis, quod poſt mortem non debetur tanquam debitum, tamen probare tanquam legatum vel ex donatione quæ fuit morte confirmata & quæ eſt ad inſtar legati *l. cum hic ſtatus.* §. 1. *cum ibi notatis, Cod. de donat, inter virum & vxorem dicit* Ruinus, *dicto conſ* 49. *lib.* 2 *n.* 9.

Sed quòd Confeſſio à marito de dote noceat 10
creditoribus docet Riccius *ſupra* cum Afflictis *in deciſ.* 400. Bobetio *deciſ.* 330. & idem Afflictis *in deciſ.* 49. dicit, quòd Confeſſio vnius ex Correis debendi nocet alteri.

11 Item ſecundò aduertes, quòd ſi Confeſſio quæ fit in teſtamento tendat ad exonerationem conſcientiæ, plenè probabit, nec reuocari poterit, ita docet Tyraquellus *de priuilegiis piæ cauſæ* 117. Maſcardus *vbi ſupra à n.* 25. vbi Angelo, in *dicta l. cum quis § Codicillis*, ait, quòd relictum Pauperibus pro exoneranda conſcientia non poteſt reuocari, quia habet Vim debiti Confeſſati, tanquam ſi fuerit parte præſente acceptatum.

12 Et addit Maſcardus *n.* 20. *&* 21. quòd Confeſſio in teſtamento facta parte præſente probat, ac ſi inter Viuos facta fuiſſet, nec reuocari poſſe; ſequitur Riccius *dicta deciſ.* 1120. verſiculo *limita* 2.

13 Et addit procedere etiam Notario pro eo ſtipulante, cum Franciſco Marco, in *deciſ.* 460. & aliis, Maſcardus *ſupra n.* 22.

14 Qui in *d. n.* 20. docet quod Confeſſio multi recepti in teſtamento facta plene probat, nec contra ipſum poſſe exceptionem opponi non numeratæ pecuniæ, etiam intra biennium ex ea ratione, quia in Confitente non præſumitur adeſſe ſpem futuræ numerationis. Cùm ſperet non indigere mutuò propter dubiam Vitæ ſpem, ita Felinus in *cap. ſi cautio, n.* 54. *de fide inſtrument.* vbi dicit, hanc doctrinam non habere contradictoriam, ſed eam docet intelligi Maſcardus procedere tantummodo in illo, qui conſtitutus eſt in extremis, non autem in quolibet ægrotante, vel vltima voluntate.

15 Vnde infertur etiam, quòd ſi Confeſſio fiat in teſtamento, Cum his verbis, videlicet, *ſub damnatione animæ meæ* plenè probabit Felinus *in cap. literas de præſumpt. num.* 11. & cum aliis Maſcardus *ſupra n. fin. qui n.* 13. ait, idem procedere, ſi fiat in foro pœnitentiali, Felinus *in d. cap. ſi cautio, n* 24. Socinus *in l. generaliter Cod. de non numerata pecunia.*

16 Imo, talis Confeſſio fidem faciet, ſi geminata fuerit, etiamſi fiat in fauorem abſentium. Maſcardus *ſup. n.* 34. qui idem docet *n.* 35. ſi vna vice Confeſſio fiat inter viuos & altera vice in teſtamento, in articulo mortis ex dictis reſponſum datum eſt etiam ad ſecundam quæſtionis partem.

17 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeas aduertes, quod Confeſſio in teſtamento facta etiam Iurata non valet, nec probat, quatenus tendit ad præiudicium, & damnum creditorum, vel in diminutionem legitimæ filiorum ita per DD. *in l. qui teſtamento ff de probat*, Cum aliis relatis à Barbat. *in cap Rainutius col.* 63. *de teſtamentis*, cuius Rei ea poteſt eſſe ratio, quia Confeſſio in teſtamento facta tantum probat quoad nominatos in ipſo non quoad in nominatos tradit cumpluribus Maſcardus *d. concl.* 359. *n.* 16. *&* 17.

18 Sed Antonius Faber *de erroribus pragmat.* Decade, *errore.* 10. dicit, quod ſi is, cui ex teſtamento ſiue ab inteſtato delata eſt hæreditas interrogatus in iure ab aliquo ex creditoribus hæreditariis reſponderit ſe hæredem eſſe, totalis Confeſſio proderit etiam aliis creditoribus, nam cum ad hæredem creditoribus omnibus obligandum, nihil aliud requiratur, niſi vt hæres eſſe probetur, hæres autem fiat quis quis eſſe vult hoc ipſo quod profitetur velle ſe hæredem eſſe, dummodo hæres eſſe poſſit, id eſt ipſi ſit delata hæreditas, quid apertius eſſe ait quam cum, qui in Iure fateatur ſe hæredem licet vno tantum ex creditoribus interrogante hoc ipſo fieri hæredem tametſi, antea non fuiſſet, ac conſequenter creditoribus omnibus obligari ita ille qui *n.* a refert, ſummo omnium pragmaticorum conſenſu probatam eſſe contrariam doctrinam per textum *in l. vlt. ff. de interrogat. action.* vbi creditur diſertis verbis à Scæuola reſponſum eſſe in illis verbis *reſpondet ab his qui in iure non interrogaſſent ex reſponſo ſuo conueniri non poſſe*, & faciunt prædicta *ſupra in d. verſic. ad tertium.*

Et quod Confeſſio facta per aliquos in vno iudicio inter certas perſonas præiudicet in alio iudicio, inter alias perſonas tenet, Guido Papa in *deciſ.* 244. & ſic etiam Confeſſio facta ab aliquo tamquam teſte nocet ſibi in alio Iudicio docet Surdus *deciſ.* 309. Riccius *collect.* 176. Vbi cum eodem Surdo *deciſ.* 55. docet vt quoties Confeſſio eſt veriſimilis ſemper nocet tertio. 20

QVÆSTIO V.

An Reus Confeſſus, & conuictus de vno crimine, teneatur reſpondere interrogatus de compluribus, nulla, infamia laborantibus, & quid in foro poli. Et an Reus Iuridice interrogatus negans delictum pœnale teneatur reſtituere. Et an interrogatus à Iudice propter ſemiplenam probationem, vel indicia teneatur reſpondere etiam in cauſa capitali. Vbi de eo, qui negauit veritatem ad quod teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Interrogari quando à Iudice poſſit delinquens de aliis complicibus, n.* 2. *&* 3.

2 *Iudex interrogans de complicibus quando peccet.*

4 *Confitens in foro animæ quando queat reuelare complicem. n.* 5. *&* 6.

7 *Reus iuridicè interrogatus negans delictum non ob id tenetur illico ad pœnam delicti, & quando fallit, n.* 8.

9 *Iudex non tenetur ad reſtitutionem pœnæ pecuniariæ fiſco, vel parti ſoluendæ non damnans Reum iuſte.*

10 *Vxor accuſata adulterij falſis teſtibus ſe defendens non tenetur viro dotem, aut alia bona reſtituere.*

11 *Iudex, vt legitime interroget Reum, quæ debeant interuenire.*

12 *Iudex recte interrogans debet Reo declarare cauſæ ſtatum indicia, & teſtes, ſed non eorum firmas.*

13 *Reus interrogatus Iuridice nequit mendacium dicere.*

14 *Reus interrogatus à Iudice non tenetur veritatem dicere, & idem ſi interrogetur à non ſuo Iudice n.* 16.

15 *Interrogatus, cum formidine iniuſta interrogationis non tenetur aliquando dicere verum.*

16 *Interrogatus iniuſte poteſt fallere Iudicem interrogantem, ſed non mentiri. Et procedit etiam ſi iuret de dicendo n.* 17.

18 *Reus cuius delictum non eſt probatum poteſt interrogatus illud celare ſecus ſi ſit probatum num.* 19. *& procedit etiam in criminali cauſa, num.* 20.

21 *Reus mentitus in Confeſſione, non punitur vt periurus.*
22 *Reus qui interrogatus negauit, & à Iudice condemnatus eſt non tenetur reſpondere, ſi iterum interrogatur, & quid dum iam eſt in patibulo.*
23 *Reus imponens delictum accuſatori ad quid teneatur remiſſiue vbi de Reo interrogato, & quod in criminalibus, nolens interrogatus reſpondere, non habeatur pro confeſſo.*

1 AD primam difficultatis partem Reſpondeo, quod ſi conſtat delictum fuiſſe commiſſum non ab vno tantum puſſe de aliis interrogare complicibus generali inquiſitione, vt poce, ſi homo mortuus repetiatur, nec conſtat à quo ſit Occiſus, verùm in hoc puncto, dicendum eſt adhuc, taliter de Complicibus fa. iendam eſſe declarationem, ſi infamati ſint de tali delicto, & ita regulariter Iudices interrogantes ſuſtinebuntur, & non aliter. Ita Villalobos, *in ſumma, parte 1. tract. 14. difficultate 10. n. 2.* vbi cum Nauarro, ait quod tenetur interrogatus ad reuelandos complices, ſi intelligat nun aduc eſſe pœnitentiâ correptos, ſed paratos potius ad perpetranda alia delicta in damnum publicum, ſeu particulare, quæ non euitabunt, mediâ correptione fraterna, vt contingit in publicis Latronibus, & Falſariis monetæ in Lamiis, Sortilegis, Hæreticis, & aliis, videbis, quæ ex multis congerit hic Barboſa, *n. 2. & 3.* imo debebit Iudex declarare ipſi Interrogato, quando teneatur complices declarare vel ei permittere, vt conſulat Doctos, ne incidat in laqueum Diaboli

2 Quare, concludit Diana, non teneri Reum de quocumque caſu interrogatum, complices declarare, & ſic tantum poterit eum obligare ad declarandos complices, in caſibus iam expreſſatis & taliter procedere quod ſi Iudices deductis Complicibus, interrogent extra prædictos Caſus, peccabunt mortaliter.

3 Ita cum multis, *parte 3. tract. 5. Miſcelan. reſp. 99.* Qui docent, non eſſe abſolutè reuelandos Complices in omnibus caſibus quando cognonerint correptos, & emendatos, vel ſi probabiliter cognoſcat emendatum iri per ſolam correptionem fraternam, vt notat & valde commendat cum Gaſpar Hurtado *de Iudic. forenſi diſputatione 2. difficult. 157. & diſput. 3. defen. 3.* alia tradit Italemque *in opere morali p. 5. cap. 1. Dubio 52.* Vbi cum Bonacina Sanchez & aliis agit de hac *q. 16.*

4 Sed ſi dubites an in foro animæ qui Confitetur poſſit à Confeſſario de complicibus interrogari dico duplicem eſſe ſententiam, vna quæ docet complicem eſſe reuelandum, etiamſi aliquid reputationis amittat erga Confeſſarium ex ea ratione, nam alias deficeret integritas requiſita in ſacramento pœnitentiæ, quia neceſſum eſt, vt reuelentur omnia peccata, ita tenent D. Thomas *opuſculo 15. q. 6.* & in *4. diſtinction, 16. q. 3. art. 2. q. 5.* Caietanus *verbo Confeſſio, condict. 5. & tomo 1. opuſculor. tract. 31. reſponſ. 5.* Suarez *in 4. diſt. 34.* per totam. Cui ſententiæ fauent verba Diui Bernardi *de formula honeſta vita ibi de nullo ſiniſtre loquaris niſi in Confeſſione, & hoc vbi aliter non poſſes explicare peccatum.*

5 Verùm contraria ſententia receptior eſt, pro qua faciunt dicta *ſupra*, tum etiam, quia Confeſſionis præceptum eſt diuinum tantum, & præceptum, de non infamando proximo eſt diuinum, & naturale, quod magis obligat, & faciunt verba Bern. lib. de præcepto, & præcepti diſpẽſatione ibi *quod pro charitate inſtitutum eſt, non debet contra charitatem militare.* Ita docent Nauarr. poſt Innocentium, & Hoſtiencem, in *cap. conſideret de digne. diſt. 5.* & in Manuali *cap. 7. n. 3.* Bañez, *22. q. 33. art. 8.* Aragon, *de Iuſtitia, & Iure q. 35. artic. 2.* Cano, *in relect. de pœnit. p. 5.* Ledeſma *t. 1. Summæ de pœnit. cap. 20.* Cum aliis, Villalobos *p. 1. Summa tract. 9. difficultate 38. à n. 2. & 3.* qui poſtquam defendit hanc doctrinam, & reſpondit ad contraria fundamenta, *n. 4* docet, quod in qualibet harum ſententiarum, tenetur pœnitens facere quidquid poſſit ne Complicem reuelet.

Niſi tale eſſet peccatum, de quo nulla in 6
complicem redundaret infamia, vt contingit in Iuuene, & milite iactantibus de peccatis alia videbis, *ad textum omnis vtriuſque ſexus de pœn. & remiſſum.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, quòd ſi 7
Reus Iuridice interrogatus neget delictum, ex cuius commiſſione teneretur pœnam pecuniariam ſoluere non eſt obnoxius reſtitutioni, ex eo quòd, licet in iſto caſu Reus lædat iuſtitiam publicam, & vindicatiuam, non tamen lædit commutatiuam Iuſtitiam, ex qua oritur obligatio reſtitutionis ita Leſſius, *lib. 2. de Iuſtitia cap. 31. dubio 8.* Sanchez, *in ſumma, parte 1. lib. 2. c. 22.* Gaſpar Hurtado, *de Reo, difficultate 6* Azorius *l. lib. 5 cap. 8. q. 5.* Nauarrus, *in Manuali, cap. 18, n. 49* Cum aliis, Diana *parte 3. tract. 5. Miſcel, Reſp. 52.* vbi hanc partem defendit, contra Molinam, *de Iuſtitia & Iure, l. 1. tract. 2. diſp. 95.* prope finem Sotus, *de Iuſtitia, lib. 1. q. 6. art. 6.* Caſtro Palago, *de lege pœnali, lib. 2. cap. 15. §. ex his,* & aliis.

Contrariam ſententiam ſuadentes, eo quod, 8
& ſi Iudex, ante latam ſententiam ius non habeat exigendi pœnam pecuniariam à Reo, habet tamen ius, ad inquirendum de delicto, ad dictam pœnam inferendam: ergo ſi Reus neget iniuſtè, impedit Iudicem ad dictam pœnam conſequendam ac proinde teneri ad reſtitutionem, quam partem tuetur Layman, *in Theologia morali lib. 3. sect. 5. tract. 1. cap. 7. n 4.* in illo caſu, quo pœna illa ſit ipſo facto impoſita à lege propter criminis admiſſionem, ſecus tamen, ſi pœna ſit Iudicis arbitraria. Vide quæ tradit Villalobos, *p. 2 tract. 16. difficult. 5.* iterum Diana *p. 4. tract. 4. Reſp. 65.*

Vnde infero, quod ſi Iudex, non damnauerit 9
Iniuſte Reum, non teneatur ad reſtitutionem pœnæ pecuniariæ Fiſco, vel parti læſæ ſoluendæ. Azorius *tom. 5 lib. 5 cap 8. quæſt. 9. ad 4* Leſſius *lib. 2. cap. 17. dubio n 73.* & Diana, vbi *ſupra* cum aliis, in verſiculo *notandum*, contra Silueſtrum Salonium & Vazquez.

Qui etiam docet contra Layman, vxorem 10
adulterij accuſatam & falſis teſtibus ſe tuentem aut apponendo (licet falſo) ſimile adulterium viro, minimè teneri dotem, ac alia bona, ſuo viro reſtituere, quæ ille alioquin propter mulieris adulterium lucrari deberet, ſed teneretur tantum reſtituere litis expenſas, & famam iniuſtè ablatam, ita Sanchez, *de matri. tom. 3 lib. 10. diſp. 8. num. 19.*

Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeas 11
Aduertendum eſt, quod, vt Iudex legitime poſſit Reum in iudicio interrogare, prærequiritur,

vt

Digitized by Google

vt ſi procedat per accuſationem, adſit ſaltem Teſtis vnus de viſu maior omni exceptione, aut adſint indicia, vel infamia. & eidē eſſe, ſi procedat per denunciationem, ſin autem procedat per inquiſitionem, non ſufficere ſolam inf-miam, ſed vt interrogatio legitimè fiat, præ requiritur Iuramentum in cauſâ criminali, & quod idem adſit præquiritur ad torturam incutiendam, vel ad eius comminationem. Ita Baldus *in L. 2. col 2. Cod. Quorum appellationes non recipiantur.* Gregorius, ad textum *in leg.* 4 *tit.* 29. *p.* 7. (Gloſſa) *Iurar que diga la verdad*, Leſſius *lib. 2. de Iuſtitia cap* 31.

12 Vnde neceſſum eſt, quod vt Iudex rectè interroget, debet Reo declarare cauſæ ſtatum, Indicia, & Teſtes qui contra ipſum adſunt, etiamſi eorum firmas non oſtendat ei. ita Gregorius, vbi *ſupra*, & Leſſius *num.* 16. Caietanus 22 *q.* 69. *art* 1. Diaz, *in pract. cap.* 128. Nauarrus *in cap. inter verba. Concluſ. num.* 20. Salon, 22. *q.* 68 *art.* 6. *controuerſia* 2. Villalobos *in ſumma p.* 2. *tract.* 6. *difficult. n* 1 *&* 2. licet contrariam praxim doceat Clarius, *q.* 55. *n.* 9. *&* 8.

13 Iterum, aduertes in nullo caſu, etiam propter ſaluandam vitam, licere Reo mendacium dicere *vt alibi late dicam*, quia hoc eſt intrincecè malum, iuxta doctrinam Pauli *ff. ad Rom* 3. *ibi non ſunt facienda mala, vt inde eueniant bona.* D. Auguſt. *lib. Contra mendacium*, per multa capita, *& lib. de mendacio*, Villalobos *ſupra a.* 4. vbi docet Reum non peccare mortaliter mentiendo, caſu, quo non interrogetur legitime, niſi ſit cum Iuramento, nec enim idem eſſe docet ibi *n.* 3. mendacium dicere, vel veritatem occultare.

14 Quo fit, vt ſi Reus à Iudice interrogetur non Iuridicè, non teneatur dicere veritatem; vel ſi interrogetur ab incompetenti Iudice; idemque erit, ſi dubitet Reus, an legitimè interrogetur, ex eo, quia quiſque poteſt ſe, & ſua tueri ac conſeruare, nec tenetur obedire, niſi conſtiterit ei, de imperio præcipientis legitimè. Ita Caietanus 22 *q* 64 *art.* 1. Sotus, *de ſecreto membro* 3 *q.* 7. *concluſ.* . Leſſius *lib* 2. *cap* 31. *n.* 60 Aragon. 21 *q* 69. *art* 2 Villalobos. *ſupra n* 5. *&* 6. vbi idem docet procedere in Teſte interrogato illegitimè Salon, 22. *q.* 68. *art.* 1. *controuerſ.* 3.

15 Verùm ſi Reus aut Teſtis credant legitimè interrogari, ſed cum formidine iniuſtæ interrogationis, tunc probabiliter non tenetur reſpondere, in caſu magnæ neceſſitatis, ſeu cauſâ grauiſſimâ. Ita Villalobos eo quòd cùm adeſt aliquod inconueniens præcauendum veluti ſi interrogetur contra perſonam ſatis dignam in Republica, fauore cuius adeſt timor probabilis ſuæ innocentiæ, tunc poſſe ſequi, & amplecti minus probabilem opinionem, ita Nauarrus in dicto cap. *inter verba corolario* 5. *a.* 135. Sanchez, *lib. 2. de matrimonio diſp* 39 *a* 8. Sotus, *de Secreto, membro* 3. *q* 2. *concluſ.* 3. *ibi nam periculum graue, ne digniſſima perſona præter Ius occidatur facit. vt in moralibus formido præponderet opinioni.* Vide quæ adducit Diana *p.* 3 *tract.* 5. *definitione* 106.

16 Itaque iniuſtè interrogatus à Iudice, vel iuris ordine non ſeruato, ſeu à non ſuo Iudice, non tenebitur reſpondere, & ſi coactus reſponderit, iuſtè & ſine vitio, Valeat ipſum Iudicem, verbis ex communi ſignificatione ambiguis fallere; mentiri nullo pacto ei licebit, alioqui peccato ſubdetur, ſicuti docet eleganter Auguſt *lib de Conflicto vitiorum*, & textus, *in cap ſiquis, & cap. primum,* 22. *q.* 2. D Thomas. 22 *q* 69. *art.* 2. Caietanus *q* 68. *art.* 7 Cum aliis Cobar, *lib.* 1. *variarum cap.* 2. *n* 2 vbi adducit plura.

17 Et docet Nauarrus, hanc doctrinam procedere *in dicto cap. inter verba concluſ.* 6. *n.* 13. & Villalobos *ſupra difficultate* 1. *n* 8. etiamſi Reus iuret de dicendo quod ſcit, quia poteſt dicere ſe interrogatum neſcire abſque metu periurij intelligens intra ſe illud ipſum ſcire, abſque obligatione propalandi.

18 His ergo præmiſſis, ad difficoltatem propoſitam, non ſine difficultate DD. reſpondent, quod plenâ manu congerit Diana *p* 1. *tract.* 15 *Miſcel. reſp.* 17 vbi in verſic. *Dico*, ait, *Reum*, Cuius crimen non eſt plenè probatum poſſe in cauſa capitis ad mortem euitandam celare veritatem, non obſtante ſuperiori præcepto de ea dicenda, eo quòd eſt hominibus inditum à natura, vt ſe defendant, & à mortis faucibus incolumem vitam reddant ob idque leges ſcriptas eſſe quibus licet occidere inuaſorem, cum moderamine inculpatæ tutelæ & aliena ſubripere, extremâ famis neceſſitate ad id impellente. Et quia *in l.* 4. *ff de Teſtibus*, nemo cogitur ad teſtificandum contra parentes & ſanguine iunctos, & quia lex humana non obligat cum periculo mortis, niſi magnitudo negotij aliud exigat, quæ procedent in caſu, quo Reus propterea recuſat dicere veritatem, eo quòd ſcit ſuum ſcelus ita occultum eſſe, vt ſcientia ad ſententiam. Condemnationis requiſita, aliter haberi non poſſit, quam per ſuam Confeſſionem.

19 Nam ſi delictum plenè probatum eſt, tunc tenebitur reſpondere ad mentem Iudicis & manifeſtare veritatem; & in hoc ſenſu contraria ſententia tenenda eſt, quæ docet teneri Reum iuſtè interrogatum, ſiue procedatur per accuſationem, ſiue inquiſitionem ad dicendam veritatem ſub pœna peccati mortalis, etiamſi ſciat ex hoc ſibi eſſe infligendam mortem, ita Cobar. D. Thomas, Caietanus, & alij relati à Villalobos, dictâ *diff.* 1. *tract.* 16 *p.* 2. *à n.* 97. Cuius doctrina ſemper vera eſt, in cauſis ciuilibus.

20 Et doctrina Dianæ locum ſibi vendicat, non ſolum in cauſa capitali, ſed etiam in criminali caoſa, in qua venit imponenda pœna Triremum, mutilationis, & confiſcationis bonorum aut aliquo alio graui dedecore. Nauarrus *de reſtitutione, lib.* 2. *q.* 4. *n.* 142. Leſſius, *de iuſt lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 3. *num.* 18. & alij communiter. Nec obſtat dicere quòd cùm Iudex iuridicè interrogat apertè ſequitur, vt non poſſet Reus occultare veritatem, quia in eo caſu, Iudex ſuperior verè eſt, & iuſtè præcipit, ſed reſpondeo dari caſus, in quibus licet iuſtè Iudex interroget etiam Reus iuſtè neget, cum non ſit abſurdum dari bellum ex vtraque parte iuſtam, vt docet Diana, licet Villalobos neget, qui cum aliis intelligitur ſub præſtita iam diſtinctione 5. Videbis quę dico *ad Rubricam de iureiurando q* 1. verſic. *ad quintum.*

21 Ad vltimam quæſtionis partem, vt reſpondeam, præmitto quod ſi Reus mentitus eſt in Confeſſione non ob id debeat puniri tamquam periurus, in foro contentioſo, quia ſolum habet Deum vltorem: ita Alex, *in Apoſtila ad Barr. in l.* 1. *n* 1. *ff de bonis eorum*, Boſius *tom. de periuriis n.* 3. Clarius *in pratica q* 45. *n.* 10.

22 Dubium tamen eſt, ſi iuridicè interrogatus negauit veritatem, teneatur eam fateri in aliquo tempore, & in hac difficultate adducit aliquos

dicendi

Digitized by Google

dicendi modos Diana, *p.3. tract. 15. reſolut. 26.* Cum multis ab eo relatis, vbi ait quòd *poſtquam Reus ſemel interrogatus negauit delictum, numquam tenetur ſiue ante ſententiam, ſiue poſt de illo dicere veritatem.* Sed aliqui docent in aliquo caſu graui teneri illud delictum Iudici, ſeu publicè fateri præter Confeſſionem in foro pœnitentiali factam; ita Nauarrus, *in ſumma cap. 19. n.38.* Frater Emanuel *reſp. quorum regular. tom.2. q.18. art.9.* eo quòd nullum adſit ius hoc præcipiens. Alij autem, cum D. Thoma contrariam ſententiam docent, ex eo quia Iudex ſemper legitimè interrogauit quo vſque ſuam ſententiam condemnatoriam exequitur, ob idque ad pedem patibuli ſolent Reipublicæ delictum fateri; quare Sanchez *in ſumma tom. 1. lib. 3. cap. 7. num.8.* ait, *quòd debet ſe habere cautè Confeſſarius, vt non inducat Reum ad fatendum, ſi iterum interrogatus à Iudice.* Videbis Hurtadum *in tract. de Iudicio forenſi diſp.4. difficultate 3.* Bonacinam, *in tract. de legibus diſp.10. q.3. puncto 2. n.8.* Azor *p.3. lib.13. cap. 25. dubio 5.* vbi aliter de Confeſſario dicit, vt teneatur dicere Reo vt ſit paratus, ad dicendam veritatem, ſi à Iudice iterum interrogatur, ſed ego dico, quòd, & ſi Iudex à principio legitimè interroget, tamen poſtquam iam Reum damnauerit ex proceſſu, non poteſt iterum interrogare, quia Iudex iam ſemel functus eſt officio ſuo, ex regula textus, in *l. Iudex ff. de re iudic.* Diana *p. 3. tract. 5. reſp. 103.* Villalobos in *ſummâ, p.2 tract. 16. diffic.3. n.4,* vbi *diffic.*

23 Alia aduertit de Reo negante delictum, vel Accuſatori eius aliquod crimen imponente, an teneatur ad reſtituendum: quod diſſolues ex dictis in principio huius quæſtionis; Ad alia vides Egidium Trulen. *in opere morali lib. 8. dubio 2. 3. & 4.* De his, & aliis pluribus dubiis Suarez, *de las Iuras ex num.19.* Salced. *ad bernard.* Diez *in pract. crim tit.29.* Farinac. *q.37.* dicentes, vt Reus legitimè interrogatus ſub iuramento, teneatur dicere veritatem in cauſis criminalibus fuſiſſimè Thomas Sanch. *in conſ. in tract. 2. p. lib.6. c.3. dub.29. & ſeq ad 34. & in ſumma l.3. c.7.* vbi an aliquando liceat Iudici benè roganti, ſub amphybologia reſpõdere, *c.16.* Trulenſ. *in decalogo lib.8. cap.4. cap.2.3. & 4.* Scaccia *de Iudic. li.2. cap.1. 9.8. & 18. & de re iudic.* Gloſſa *14. q.21. ex n.70.* videndi etiam Pichard *in manud. ad prax.3. p.§.3. ex n.10.* Zeuallos cum aliis *in pract. q. 301.* Sayrus cum aliis, *ad vtramque partem in clam reg. lib.1. à cap.16. ex n.10.* & addunt Gratian. *in reg. 89.* Scaccio lariſſimè *de iudiciis lib.1. cap.97. ex n. 74.* quod in criminalibus non habetur pro Confeſſo qui non vult reſpondere.

Qvæstio V.

An teſtes priuilegiati teneantur reuelare crimen occultum ſui coniuncti ratione Monitorij. Et an teſtis legitimè interrogatus teneatur ex iuſtitiâ commutatiua reſpondere, ita vt dicendo ſe nihil ſcire reſtitutioni obnoxius ſit.

Svmmarivm.

1 *Teſtes non tenentur ad teſtificandum contra coniunctos niſi in defectu aliorum.*
2 *Teſtis interrogatus, ad quid teneatur remiſſiuè.*

Generaliter, (vt iam dixi) Teſtes non teneantur ad teſtificandum contra coniunctos quando alij Teſtes non adſunt, teneri docent Felinus *in cap.1. de Teſtibus cogendis*, & multi relati à Diana *parte 3. tract. 7. reſp. 63.* contra Gabrielem à Pereira de manu Regia, *cap 10. n.36.* de quo latè *ad titulum de Teſtibus & Teſtibus cogendis.* 1

Ad ſecundam difficultatis partem, etiam reſpondebis ex dictis *ſupra* in principio quæſtionis præcedentis interim videbis quæ tradit Diana *p.3. tract.5. reſp. 101.* cum multis ab eo relatis, de quo etiam dico *infra de Teſtibus.* 2

Qvæstio VI.

An Reus Iuridicè interrogatus de homicidio commiſſo ob Iuſtam ſui defenſionem teneatur reſpondere. Et, an ſit pœna ordinaria homicidij puniendus Confeſſus ſe homicidium feciſſe ad ſui defenſionem. Et, quid eſt ſtatuendum de Reo, qui tormentis ſubiectus, negauit ſe maleficium Commiſiſſe. Et, quid Iudex faciet, cùm Reus non vult directè reſpondere. Ex verbis textûs noſtri, ibi ſcelus homicidij, & nulli pœnæ ſubdendos, *iuſtè inquiro de his quæſtionibus.*

Svmmarivm.

1 *Interrogatus de homicidio, non tenetur fateri ſi non peccauit in committendo.*
2 *Homicidium, qui dicit commiſiſſe, ad ſui defenſionem, quando pœna ordinaria puniatur, num.3. & 4.*
5 *Allegans commiſiſſe homicidium ad ſui defenſionem, qualiter id probet remiſſiuè.*
6 *Reus qui negauit in tormentis ſe maleficium commiſiſſe, plerumque abſoluitur. num. 7. 8. 11. & 12.*
7 *Tormentis ſolent purgari indicia, num.9.*
8 *Tormentis non eſt Reus ſubijciendus niſi vt veritas clareſcat, quando ſuſpectus redditur.*
9 *Reus ita torquendus, vt ſaluus eſſe poſſit, vel innocentiâ vel ſupplicio.*
10 *Tormenta ſunt efficaciſſima ad eruendam veritatem num.11.*
12 Lege, ſi quis adulterij, ff. ad legem Iuliam de Adult.
13 *Reus interrogatus, cùm non vult reſpondere, poteſt Iudex eum ſubijcere tormentis, & non dat ei tempus ad reſpondendum, ſed tantum Actorum copiam, vt ſe poſteà defendat, n. 14. & 15.*
15 *Iudex interroget Reum abſque fallaciis & machinationibus, vt euitet praxim diabolicam.*
16 *Confeſſio delinquentis facit indicium aduerſus ſocium*

AD primam difficultatis partem. Reſpondeo cum Portel *in additionibus ad dubia regularia verbo Iuramentum num.16.* quòd quotieſcumque factum externum, excuſatur à peccato, propter aliquam circunſtantiam, poteſt interrogatus iuridicè de illo ſub iuramento, illud negare intelligendo de Crimine Criminoſo, ſeu de opere, quod fuerit peccatum, vt ſi quis occidat 1

hominem

hominem putatum Fetam, vel ob iuſtam ſui de-
fenſionem, vel quodcumque aliud opus fecit
ex ignoraotia inuincibili, vel qoid ſimile, nam
interrogatorium Iudicis ſolùm tendit ad opus,
quod ſit crimen, quale non fuit illud legitimè
excuſatum à culpa, ſequitur Diana *p. 3. tract. 5.
reſol.66.* Bañez *in 22.quaeſt.99. art.2. dubio penult.*
Hurtadus *de Indicio forenſi diſp.2.difficult* 3. Azor.
2 *tom.1.lib.11.cap.4.q* 5. qui plures alios caſus ad-
ducunt.† Ad ſecundam difficultatis partem, ali-
qui docent non eſſe homicidium, ad ſoi defen-
ſionem, eò qoòd capitalis ſeoteotia in quem-
quam ferri non poteſt, qoi non ſit plenè Con-
feſſus, vel conuictus, vt Conſtantinus ſtatuit,
in l qui ſententiam, Cod.de pœnis, ſed hîc non vide-
tur plenè Confeſſos homicidiom, quia non po-
tè, & ſimpliciter Confeſſus eſt, ſed ea adjecta
qualitate, quòd nimirum illud ad ſui neceſſa-
3 riam defenſionem admiſerit. † Alij verò autu-
mant pœna capitali plectendom, qui præſumi-
tur eſſe perpetratum homicidium dolo, ac pro-
inde, qoi allegat ad ſui defenſionem caſu, &
non animo occidendi illud perpetraſſe, probare
debet iſtud ipſum, quod eſt fundameotum ſuæ
excuſationis, ac defenſionis, vt *in l.1. Cod.ad le-
gem Iuliam de ſicariis, l ſi non conuicij, Cod.de iniu-
riis, & in cap.1. de præſumpt.* Vide quæ referunt
Panormit. *in cap. Auditis de præſumpt.* de cuius
in cap. Venerabilis de except. vbi Balboa *à n.* 3. &
4 alij relati à Fachineo *lib.1.controu.cap* 27. † Ego
autem dico, hanc ſecuodam opioionem eſſe re-
nendam, quoties aduerſus homicidium, adeſt
doloſa homicidij præſumptio & diffamatio, quia
tonc etiam ſi reſpondeat ad ſui defenſionem ho-
micidium feciſſe, nihilominus ei nocebit pro-
pria eius Confeſſio, rejecta qualitate defenſio-
nis; donec Reus ipſam probauerit, nam Iuris
præſumptio eſt homicidium iniuſtum & iniu-
rioſum fuiſſe, cùm ſit de geoere malorum, *d.
l.1.Cod.ad l.Corneliam de Sicariis*, cum aliis Iuri-
bus iam relatis, & in hoc ſeoſu exit veriſſima
ſententia Bartoli *in l.Aurelius §.item qua.n.2 ff.de
liberatione legata*, quam recipiont Felinus *in d.
cap.Venerabilis, de excep.n* 15. Decios 20 Pariſius
48. Surdus *conſ.173.n.12.* Gailus *lib.1.de pace pu-
blica cap.*17. & Zeuallos *in pract.q.*362. vbi *n.*10.
& 11. cum aliis pluribos hunc articulum exa-
minat, dicens hanc Confeſſiooem poſſe acce-
ptari pro parte, & pro parte reiici, ſic cum Bar-
tol. Hypolito & aliis. Itaque Faquinet ex doctri-
na Alberici & aliorom, qoos enumerat Franciſc.
Sarmient. *lib.1.ſelect interpr. c.1.n.*11. docet hanc
rem eſſe definiendam ex perſonarum circun-
ſtaotiis, nam ſi is, qui hominem occiderit foerit
probos, non rixarum amator, ſed qui conſue-
uerit honeſtè viuere, & alterum nooiædere, Oc-
ciſus verò contra Rixoſus ſit, nec vitæ admo-
dum laudabilis, hoc caſu nunquam in capitis
pœnam, debet Occidens damnari, & conſen-
tire videtur Zeuallos, ex Iaſone Hypolito &
aliis *ſup. n.*12. quatenus docet, quod iſti confi-
tenti ſub illa qualitate, non poterit imponi pœ-
na ordinaria delicti. & ita ceſſabit pœoa mortis.
Cæterùm ſi Oceidens contra eſſet vir malus, vi-
tiis & malis artibos deditus pœnæ capitali po-
terit adiudicari: alia dicit Faquinetus. Nec ob-
ſtat Salicetus *in l.* 1. *Cod. de Confeſſis*, quatenus
impugnando Bartolum ibi *n.*8. ait, *Non poſſe in-
duci Confeſſionem ex verbis exceptionis propoſita ad
inducendam Actoris intentionem.* Quia hoc ſibi
viodicat locom ad alium finem, & ſuppoſita re-
lata diſtinctione, de quo leges Boherium *conſ.*
243. Hypolitum *conſ.136.n* 31. & alios quos re-
fert Maſcardos *de probat concluſ.*867.*n.*3.† Et ſub 5
hac diſtinctione ſuot intelligendi Bernardus
Diez *reſp* 122. Plotos *de in litem iurand* 540 *n.*2.
Boſius *de Confeſſione, n.*10. Anton. Gabriel, Me-
nochius, Maſcardus, Clarus & alij tenentes pri-
mam ſeotentiam, Molina, Auendañ. Thom. San-
ches, Merla, Farinacius, & alij quos refert Ail-
lon. *lib.3 variar.* Antonij Gomezij *de homicidio,
num.* 27. videndus iterom Farin. *in praxi crimin.
q* 125 *ex n.* 419. ſed cùm allegat ſe occidiſſe ad
ſui defenſionem, quomodo id probari debeat,
benè diſſoluit ex multis Faquinetus *d. lib.1. con-
trouerſ.cap* 30. & de hoc caſu Boſius *tit.de homici-
dio, n.*62. & *codices de caſibus fortuitis, p.*158. *n.*14.
Maſcardus *de probatione, concluſ.* 491. *ex n.*1. &
904.*n.*6. Baiardus ad Clarum *§.homicidium, n.*110.
Menochius *de præſumpt. lib.5.præſumpt.3.num.*50.
cum pluribus Farin, *in praxi q.26.n.76. & q* 125.
*n.*423. *& de Teſtibus q.62.ex num.*90. videndus *&
conſilio 6.lib.*1. latè & iterum *q.47.n.*135. dicentea
per coniecturas & per Teſtes, cooſanguineos,
affines, & domeſticos, poſſe probari ſufficien-
ter homicidium fuiſſe commiſſum ad propriam
defenſionem. † Ad tertiam quæſtionis partem, 6
quid ſit ſtatuendum de Reo, qoi tormentis ſub-
jectos oegauit ſe maleficiom commiſiſſe, in quo
articulo exiſtimant aliqui nihilominus eſſe con-
demnaodum, per textum, *in l.1. §. quaſtioni; ff.
de quaſtionibus*. Alij equidem docent eſſe punieo-
dum miriori pœoâ, ex eo quia cauſa cognita eſt,
adhibenda fides quæſtioni, *ex d. l.1. § quaſtion.
quare*, cùm vehemeotioribus argumentis Reus
vrgetur; licet tormentis ſubjectus negauerit, vi-
detur tamen afficieodus aliquâ pœnâ, nec ſem-
per credendum quæſtioni. Alij verò dicunt cau-
ſam eſſe io deciſam relinquendam, Reo tamen
ex carceribus liberato, fidciuſſore dato de Iudi-
cio ſiſti; ſiue, vt noſtri loquuntor de ſe præ-
ſentando per textum, *in l. ſi qui Adulterj, ff. ad
l.Iuliam de Adulteriis*, vbi patet cauſam deciſam
noo fuiſſe, ſed ſoſpenſam. Demúmque argu-
meotis, ac probatiooibus ſuperuenientibus,
Reum condemnatum. † Verùm, ego eorum 7
ſententiæ adhæreo, qui reſpondorunt Reum
eſſe abſoluendum ex eo, quòd tormeoris indi-
cia purgari videntor. Nam, tormentis, verberi-
bus, & igne fatigati, quod dicunt, veritas ipſa
dici videtur, vt dicebat Gloſſa *in l. edictum ver-
bo efficaciſſimas, ff. de quaſtionib.* † Tum etiam, 8
quia Reus noo eſt tormentis ſubiicieodus, niſi
ad inueſtigandam veritatem, & eo dumtaxat
caſu, quo probabilibus argumentis, ac indi-
ciis ſuſpectos eſt delati criminis, vt *in l. mili-
tes, Cod.de quaſtionibus*, ſi ergo tormentis ſub-
jiciatur, & neget, nec veritas intelligi ac ſciri
poteſt, & ſolæ præſomptiones adoerſus eum exi-
ſtunt, nemo autem ex præſumptionibus eſt dam-
nandus, *l. abſentem, ff.de pœnis.* † Deinde facit 9
textus, *in l. quaſtionis modus, ff. de quaſtionibus,*
vbi dicitur *Reum eſſe ita torquendum, vt ſaluus
eſſe poſſit, vel innocentiâ, vel ſupplicio*, quæ ver-
ba accipit Faquinetus *lib.1. com. cap.*33. vt vi-
delicet ſaluus ſit ſupplicio, ſi criminis Reus de-
prehendatur, ſi verò negauerit, tanquam inoo-
cens liberandus ſit. † Et facit etiam, quia tor- 10
menta dicuntur eſſe efficaciſſima ad eruendam
veritatem, *l. edictum, ff. de quaſtionibus*, ſed hæc
efficacia,

efficacia, non aliunde procedere poteſt, quàm
ex eo, quòd plerúmque oocentea veritatem fa-
teri ſoleant Innocentes verò negare (licet ali-
quando aliter decidat, ergo. Nec obſtant ar-
gumenta contrariæ ſententiæ, noo primum &
ſecundum, quibus nituntur duæ primæ, quia Re-
ſpondeo, noo ſemper habendam eſſe fidem quæ-
ſtioni; ſed tamen plerùmque adhibendam eſſe
tamquam efficaciſſimæ, ad veritatem inuenien-
dam. Nos autem loquimur de eo, quòd regulari-
ter eſt ſtatuendum, noo autem de omni caſu par-
ticulari, io quo ſingulares circoonſtantiæ aliud re-
12 quirant; ita Faquinet. vbi ſupra. † Qui reſpondet
etiam, ad textum *in d.l. ſiqui adultery*. quò innii-
tur tertia ſenteoria, quia cum textus ibi dicat
*Accuſatos obiecta crimina depuliſſe obtentu proximi-
tatis*, ideò ſequitur eos, fuiſſe abſolutos rebus ſic
ſtantibus, quia Iudex de qua re cognouit, cogen-
dus eſt proouuntiare, *l. de qua re ff. de Iudicijs*, vel ſi
abſoluti noo fuere, noua ſuperuenerunt indicia,
& argumenta, dum cauſa ipſa penderet, & ſi con-
cedamus, io ea lege ita fuiſſe obſeruatum, non ta-
meo ſequitur ita ſemper obſeruandum; cum Iu-
ris regulæ aduerſentur. Vide Menochium, *de præ-
ſump. l. 1. q. 93*. Ant. Gomez *var. reſol. t. 3. c. 13. n. 28*.
13 Iul. Clar. *in prax. § fin. q. 64. illata Reo tortura*. † Ad
quintam quæſtionis partem, dico, quod ſi Iudex
rectè interroget Reum, & ipſe reſponſum non
præbeat, poteſt eum ſubjicere tormentis, vt re-
ſpondeat clarè & apertè negando, vel fatẽdo ſine
verbis dubijs: Ita Bald. *in l. Accuſat., poſt n. 11, verſ.
ſuper hoc melius, Cod. qui accuſare non poſſunt*, Clar.
io practica *q. 45. n. 6 Villalob. in ſumma q. 1. tr. 16.
diff.* 2. qui dicunt idem procedere, quando non
ſolum recuſat reſpondere ſuper facto principali,
ſed etiam circa circunſtantias eius, de quibus ve-
riſimiliter queat recordari, veluti ſi interrogetur
de rebus de quibus alij facilè recordantur.
14 † Quod ſi Reus, ad reſpondendum tempus exi-
gat, non debet ei concedi, ſecundum communem
praxim, de qua teſtatur Clar. vbi *ſup. n. 71*. ne ex
tempore, ſeu termino ſibi aſſignato machinator
contra veritatem, & contra ſimplicitatem, quam
ſequeretur ſi de repentè reſponderet. Hoc tamen
noo admittit Alexander *in l. 1*. in principio, *ff. de
15 edendo n. 6*. † Verùm tamen eſt, poſt modum acto-
rum dandam eſſe Reo copiam cum termino ad
ſatiſfaciendum obiectionibus ſibi impoſitis; &
Iudex ita chriſtiane debet procedere, vt non au-
ferat Reo legitimam defenſionem, & ſic interro-
gabit animo eruendi ab eo veritatem, abſque fal-
lacijs, & machinationibus; alias diceretur Praxis
diabolica, vt tenet Clar. *q. 45. n. 11*. Villalob. *n. 3.
ſup*. & Signot. *conſ. 163. n. 16. 5*. † Nam notabis ex
Gloſſa hic, confeſſionem delinquetis aduerſus So-
cium aliquam facere præſumptionem, & indiciũ
de quo cum multis agit Barb. hic *n. 4*. vbi videbis.

Qvæstio VII.

*An crimen læſæ Maieſtatis, faciat vt Reus
poſſit interrogari de complicibus, vbi
aliqua de hoc crimine.*

SVMMARIVM.

1 *Læſa Maieſtatis crimen definitur, cuius ſunt
duo capita, n. 2. & 3.*
2 *Læſa Maieſtatis caput primum eſt, cum commit-
titur iſtud crimen aduerſus Princip. eius conci-
liarios, ſeu Rempublicam* & alios *n. 4. & 5.*
3 *Læſa Maieſt. ſecundum cap. aduerſus quos.*
5 *Læſa Maieſtatis crimen qualiter committatur
ab offendente Papa Vicarium.*
6 *Læſa Maieſtatis crimen, punitur morte, infamiâ,
contra poſteros, & confiſcatione bonorum do-
te excepta, & dimidia parte quæſitorum ma-
trimonio durante, n. 9 quid de iure can. n. 7.*
8 *Proditoris ædes diruuntur, euertuntur, & aratro
inducto, ſale aſperguntur.*
9 *Maſculi filij propter infamiæ notam incapaces
ſunt hæreditatis extraneæ, & quid hodie.*

AD primam difficultatis partem præbui re- 1
ſponſum *ſup. q. 1* ſed quia ex verbis text. no-
ſtri, ibi *crimine læſæ Maieſt. excepto*, ſe ſe offert lo-
cus opportunus, vt agam de atrocitate ex pœnis
huius criminis, ideò accipies ſequentia præmiſſa,
ergo definitione huius criminis, *vt ſit nempe cri-
men, quod aduerſus Popul. Rom. vel eius ſecurit. com-
mittitur*, vt colligitur ex textu *in l. ff. ad l. Iul. Ma-
ieſt*. † Dico eſſe huius criminis capita duo, pri- 2
mum caput dicitur quoties iſtud crimeo cõmit-
titur aduerſus Principem, vel contra eius lateri
aſſiſtentes, vel Conciliarios, vel contra Remp. de
quo in *l. quiſquis Cod. ad l. Iul. Maieſt*. Ita Afflict.
in tit. quæ ſunt Reg. verbo, & bona commit. n. 53. Cap.
deciſ. 130 n. 17. iunct. n. 20. poſt med. verſic. *& quo-
niam*. & Sfortia Odus *conſ. 27 n. 17*. dixit, crimen
læſæ Maieſt. dici commiſſum *in l quando conſpirat*.
vel contra perſonam Principis, vel contra perſo-
nas colateralium, & Conſil qui ſunt pars corpo-
ris eius, vel contra Statum, vel Regn. tentando;
ſcilicet illud, vel partem transferre in alium
Priocipem, vbi *num.* 20. cum ſeqq. dicit, *quòd
crimen læſæ Maieſtatis propriè dicitur committi in
hoc primo cap. in alijs verè caſibus dicitur impropiè
committi*. † Secuodum autem caput eſt, quòd tale 3
crimen committitur aduerſus alios præter iam
expreſſos, nam in hoc capite contineotur om-
oes alij caſus, in quibus quia non molitur con-
tra Rempublicam, & contra Principem, ſeu
eius colaterales. Plura adducit omninò viden-
da Farinacius, *in practica criminali q. 112*, inſpe-
ctiooe 1. & *q. 116. num. 124*. qui cum alijs dicit
primum caput non comprehendere Principis
conſiliarios; niſi eius lateri aſſiſtant, vt colligit
ex textu *in d. l. quiſquis d. q. 112. à n. 70*. vbi alia
adducit pro explicatione. † Quare dices hoc 4
crimen læſæ Majeſtatis committi contra Pa-
pam, quia Papa eſt ſupra omnes alios Princi-
pes contra Imperatorem, cum habeat Impera-
tor poſt Pontificem ſupremam Majeſtatem *l. 1.
in primo Cod. de legibus l. apertiſſimè, in fine Cod.
de Iudicijs l. quiſquis Cod. ad legem Iuliam Maje-
ſtatis*. Item contra Regem de cuius ſupremâ po-
teſtate non eſt dubitandum. Item huc crimeo
iocurrunt qui Rempublicam Romanam, ſeu
aliam habentem ſupremam poteſtatem offen-
derunt. † Igitur qui offendit Vicarium Papæ, 5
ſeu Imperatoris hoc crimen committit, ſi of-
fendatur ratione publicæ inimicitiæ, non ſi ex
priuatâ, ſic offenſiu facta contra eius filios non
expectat ad hoc crimen læſæ Majeſtatis, ſi Vi-
carius eſſet perpetuus, non ſi ad tempus, eò
quod iſte vicem Principis propriùs gerat, ita di-
ſtinguit Farinac *d. q. 112. n 43 qui à numeris ſeqq*.
cum alijs quæſtionibus, refert quamplura gene-
ra perſonarũ aduerſus quos iſtud crimen poteſt
committi, & qualiter committitur in fabricatio-
ne falſæ monetæ. † Et ſi ad ſaturitatem plura de 6

Digitized by Google

ind. l. vlt. Cod. ad legem Iuliam Majeſtatis, vt alijs citatis declarat Peregrinus *de Iure Fiſci*,
5 *lib. 4. t. 5. num. 43.* † Ad ſecundam partem difficultatis, vt reſpondeam dico receptiorem ſententiam eſſe, vt quiſquis crimen læſæ Majeſtatis Reus ſit non ipſo Iure amittat dominium bonorum ſuorum vſque ad condemnationem. Faciunt pro hac doctrinâ, *quæ dixi ſup. in dicto cap. cum non ab homine de Iudicijs q. 58. 59.* & 30. Et in terminis noſtræ difficultatis communiter Doctores tenent cum Bart. *in l. Imperator, ff. de Iure Fiſci*, quem ſecuti ſunt Paulus Caſtrenſis, Ludouicus Romanus, Baldus Immulenſis, Aretinus Iſernia, Boſſius, Grammaticus, & Gigas quos refert, & ſequitur Peregrinus, *de Iure Fiſci lib. 5. tit. 1. num.* 171. Antonius Faber, *coniect. Iuris lib. 7. capit.* 20 qui dicunt huiuſmodi crimen committentem, admittere bonorum ſuorum adminiſtrationem; quia nec ea alienare, nec donare poteſt, nec ſeruos manumittere, ſed dominium retinere, & ideò, ipſo Iure bona ipſius non confiſcari, ſed condemnatoriam ſententiam requiri, facit textus *in l. quæſitum 15. ff. qui & à quibus manu miſſi*, vbi diſertè Paulus aſſerit Reum læſæ Majeſtatis dominum eſſe ante damnationem. Ergo dicendum eſt, quod ſi Reus huius criminis ſtatim amitteret Dominium, eſſet inanis dubitatio an poſſet alienare, vel manumittere, nec erat opus ei adminiſtrationem bonorum interdicere. Et ex his rationibus ſuſtinetur quod dicit Farinacius
6 *in Praxi Criminali, quæſt.* 116. *§.* 1 *num.* 17. † Sed obſtat prædictæ reſolutioni alia communis ſententia, quæ docet ipſo facto incurri amiſſionem bonorum ſine alia ſententiâ ex doctrina Dyni, *in d. l. Imperator. ff. de Iure Fiſci*. & ita Barbatia *conſ.* 70. poſt numerum 28 & *ſeq. l.* 4. ait quòd confiſcatio bonorum in hoc crimine læſæ Majeſtatis, venit per ſententiam latam à Iure, & quod ipſo iure inducitur feudorum priuatio plura alia tradit Farinac. *vbi ſup. num.* 19. *vbi num* 1. 15. *ait*, quod Rebellis, & Reus læſæ Majeſtatis amittit, non ſolùm bona, quæ Fiſco applicantur, ſed etiam Iuriſdictiones, quas habet, & feuda, ſecundum Bartolum *in extrauaganti, quiſint Rebelles* in verbo *rebellando*. Et hæc ſententia fulcitur per textum *in l. ex Iudiciorum 20 ff. de accuſat. ibi adeò, vt D. Seuerus & Antoninus reſcripſerant, ex quo quis aliquid ex his cauſis crimen contraxit; Nihil ex bonis ſuis alienare, aut manumittere eum poſſe. Item per text. in l. vlt ff. ad legem Iuliam Majeſtatis* ibi, *nam ex quo ſceleratiſſimum quis Conſilium capit, exinde quodammodo ſuâ mente punitus eſt; ſic & Diuus Seuerus, & Antoninus conſtituerunt. Ex quo quis tale crimen contraxit, nec alienare, nec manumittere eum poſſe, nec ei ſoluere Iure debitorem magnus etiam Antoninus reſcripſit*, & textus *in d. l. quiſquis Cod. eodem tit* ibi *bonis eius*
7 *omnibus Fiſco addictis.* † Tamen reſpõdeo, ſenſum prædictarum legum eum eſſe, vt ipſo Iure tale crimen læſæ Majeſtatis committentes, amittant adminiſtrationem ſuorum bonorum tantum: Non Dominium, ex eo quia iam conſcientia delinquentia eum certum facit, fore vt condemnetur, nec morte condemnationem euadere poteſt. Ergo in fraudem Fiſci bona ſua alienare non poterit *l. in fraudem ff. de Iure Fiſci* in terminis noſtris; & textus expreſſus in d. *l. quiſquis §. emancipationis Cod. ad legem Iuliam Majeſtatis*, ibi *quas ex eodem tempore qualibet fraude*. Eſt ergo ſciendum poſt contractum crimen capitale irritas fieri omnes alienationes bonorum, ſi poſtea ſequuta ſit condemnatio, quaſi videantur factæ in fraudem Fiſci; cum non ſine ſuſpicione pœnæ fieri poſſint. Et iſtud eſt, quod Martianus ſcribit in *l. 8 de manumiſſionibus*, ibi *ex reſcripto Diui Pij libertates ab eo qui iam lege commiſſa damnatus eſſet, aut futurum proſpiceret vt damnaretur Seruis datas non competere*, quia videlicet in fraudem Fiſci datæ videntur condemnatione poſtea ſequutâ. Nam ſi condemnatio ſequuta non ſit, donationes factæ valent, quæ eſt ſententia textus *in l. poſt contractum, ff de donat.* Faquinetus *lib. 9. contr. capit.* 45 qui ita interpretatur textum *in d. l. quæſitum 15. ff.* qui & a quibus manumiſſi † Admonens quòd 8
in crimine læſæ Majeſtatis, Reus proſpicere ſemper poteſt ſe condemnatum iri, quia etiam poſt mortem condemnatur memoria eius, & bona hæredibus auferuntur, vt in *l. vlt. Cod. ad legem Iuliam Majeſtatis, & in l fin. ff. eodem, & in d. l. 20 ff. de accuſat.* † Igitur Reus amittit 9
bonorum ſuorum adminiſtrationem, ne in fraudem Fiſci ad quem peruentura ſunt aliquid agat, *d. l. in fraudem ff de Iure Fiſci*, ſed antequàm condemnatus ſit Dominus eſt, vt *in d. l. quæſitam*: quo ſit, vt licet Menochius *conſ 99. lib.* 1 *n.* 60. ſcribat *ex d. l. 2. ff. accuſat.* non requiri ſententiam condemnatoriam in crimine læſæ Majeſtatis, quia textus dicit ibi, *non alias tranſeunt aduerſus hæredes pœna bonorum ademptionis, quam ſi lis conteſtata, & condemnatio fuerit ſequuta, excepto repetendarum, & Majeſtatis Iudicio.* Tamen id parum obſtat: quia non ex eo infertur, vt non requiratur condemnatio in hoc crimine læſæ Majeſtatis enim requiri probet Textus *in d. l. quæſitam ff qui, & à quibus manumiſſi.* & ſententia illius textus eſt, poſt mortem Rei perduellionis iudicium exerceri poſſe aduerſus hæredes, vt bona Fiſco vindicentur, eo Iudicio conuinci, & damnari eius memoriam indicat *d. l. vlt. Cod. ad legem Iuliam Majeſtatis*, ibi, vt conuicto Reo memoria eius damnetur & eius ſucceſſoribus eripiantur † Eripiuntur ergo bo- 10
na ſucceſſoribus & Fiſco applicantur Reo conuicto, & ſententiâ damnationis memoriæ eius ſequuta: ſecus ſi ab hæredibus crimen purgetur, vt in d. *l. vlt. ff. eodem.* Quòd ſi Reus criminis non ſit mortuus, proculdubiò condemnandus erit, nec de eo loqui textum in *d. l. 20. ff de accuſat* docet Faquinetus ſup vbi in eum ſanè ſenſum interpretatur text. *in Rom. d. l quiſquis C. ad legem Iuliam Majeſtatis, ibi bonis eius omnibus Fiſco noſtro addictis*, vt non ipſo Iure publicationem bonorum inducant, ſed poſt condemnationem, quia ante damnationem dominus eſt *d. l. quæſitam* † Vtcumque tamen ſit, ſiue hæc pœna 11
confiſcationis bonorum, & priuationis feudorum incurrant ipſo Iure, ſiue non omnes tamen videntur admitte declaratoriam eſſe neceſſariã ſecundum Ancharranum *in Clement poſt n. 8. de ſent. & de Iudicata*. Archidiaconus & communiter alij *in c. felicis de pœnis l.* 8. vbi tamen declarant, quoad adoptionem dominij: alia plura docet Farinac. *d. q. 116. §. à n.* 17. & 20. ab aliter diſtinguit, & Decianus *in tractatu Criminalium lib. principio 7 cap. 40. num. 6. in d. & fine docet. quod* dicto caſu ſententia declaratoria retro trahitur ad tempus commiſſi delicti, ita vt illa ſequuta

poſſit Princeps vendicare omnia bona ipſius
Rei per eum alienata à die perpetrati deli-
cti : etiam ante condemnationem, ſeu decla-
ratoriam prædictam. † Notabis quòd prædicta
12 pæna non habet locum in omni capite criminis
læſæ maieſtatis, ſed tantum in primo videlicet,
quando illud committitur contra Rempublicam
vel contra Principem, vel contra eius Collatera-
les : iuxta textum *in d.l.quiſquis cod.eodem*; In alijs
autem caſibus tantùmmodo pœna mortis ſuc-
cedit abſque bonorum publicatione, ita Farinac.
com Afflictis, Carrero, & Deciano *ſup. num.* 23.
& 29. vbi dicit quod poterit Princeps non co-
gnoſcens ſuperiorem per edictum conſtituere,
vt pro quacumque ſpecie criminis læſæ Maieſta-
tis, talis pæna confiſcationis incurratur; ſecus
ſi ſuperiorem recognoſcat, & inibi ſcribit de
alijs pœnis huius criminis. † Ad tertiam quæ-
13 ſtionis partem, an hæreditates, quæ filijs rebel-
lis deferuntur Fiſco applicentur, & Fiſco eſſe
applicandas cenſuerunt, Cynus Petrus Alberi-
cus, & Salicetus *in commentarijs ad Textum in d.
l. quiſquis §. filijs, cod. ad legem Iuliam Maieſtatis*,
& facit, *§.vxores eiuſdem legis*, vbi Fiſcus aufert
ab his filijs, quòd à matre habituri ſunt. Tenent
etiam Imola, *in cap. 2 num. 4445.de Teſtamentis.*
Boſſius *de crimine læſæ Maieſtatis n.137.ibi magna
tamen eſt authoritas Saliceti.* † Alij nempe con-
14 trariam ſequuntur ſententiam ex eo quia nulla
lex eſt, quæ Fiſco applicet hæreditates filijs de-
latas Rebellium, non enim ſunt indigni, ſed
incapaces tales filij hæreditatum; *nam*, ait lex,
ab hæreditate & ſucceſſione habeantur alieni, &
rurſus, *Teſtamentis extraneorum nihil capiant*. Ergo
Fiſcus non eis auferre poteſt, tamquam indi-
gnis, ſed quia incapaces ſunt, ad alios, hæredi-
tates deferuntur, vt in caſu legis *l.cod.de ſecun-
dis nuptijs*. Ita tenent Fulgoſius *in dicta l. quiſquis
in fine*, & ibidem Angelus idem ſenſit, *de male-
ficijs in verſic. huic tradito. n.* 29 Menochius *conſ.
175. lib 3. n.* 16. Peregrinus, qui alios citat, *de
iure Fiſci lib. 3 tit.* 9. quibus accedit Faquinetus
lib.9. contr.cap. 36. tradit cum multis Farinac *in
praxi criminali d q.* 116 *§ an.* 131. *vbi n* 133. *&*
134. ſine diſtinctione procedere ait, tàm in ſuc-
ceſſionibus ab inteſtato quàm ex teſtamento,
licet, Salicetus *in d. l. quiſquis*, *§ filijs n.* 57,
in q. 9 & alij doceant primam opinionem pro-
procedere in ſucceſſionibus ex teſtamento. Se-
cundum, in ſucceſſionibus ab inteſtato. † Et
15 inhærendo in hac ſecundâ ſententiâ non obſtat
fundamentum contrariæ ex *d. l. quiſquis §. vxo-
res*, quia loquitur de bonis, quæ fuerunt Mariti
Rebellis; vnde meritò ad Fiſcum pertinent, non
autem ad filios Rebellium. Omnia enim bona
Rebellis confiſcantur, excluſis filiis, & licet ea
bona vxoribus donata fuerint, vel relicta: tamen
non fuerunt eis pleno Iure, & vt noſtri loqnun-
tur *irreuocabiliter* adquiſita; ſed reuocabiliter.
Scilicet, ſi ad ſecundas nuptias conuolauerint,
nam tunc tenentur ea reſeruare filijs primi ma-
trimonij, *iuxta text in l. fæmina cod.de ſecundis
nuptijs* Hoc igitur ius filiorum occupat Fiſcus,
ſicut & cætera bona, ac iura patris perduellis.
Ita explicat, vbi *ſup.* Faquinetus, dicens propter
rationem hanc ſpecialem ita procedere; quæ lo-
cum habere non poteſt in alijs hæreditatibus
maternis, & auitis Vel ſi dato, quod in alijs
caſibus procederet non tamen liceret nobis in-
terpretatione tam graues pœnas in filios, qui
nihil peccauerunt conſtitutas extendere atque
ampliare; ſed eas potius reſtringere. *ex reg.
textus. in cap odia, de regulis caris. & in l. inter-
pretatione ff. de pœnis.* † Et ſecundùm præfatum 16
intellectum, dico procedere multa quæ addo-
cit Farinacius, omninò videndos *in d. q.* 116. *§.
3. per totum*, vbi dicit regulare eſſe, vt filius in
prædicto crimine læſæ Maieſtatis a patre com-
miſſo teneatur pro patre, *text in d.l. quiſquis.* vbi
Gloſſa *in verbo communiter*, eò quod in filijs pa-
terni hæreditarijve vitij exempla metiuntur,
prout docet *textus d.§. filij verò*, *&* gloſſa *verbo
in quibus*, & referens plures pœnas, quibus Filij
puniebantur inter eas *à numero* 108. † Di- 17
cit quod amittunt inſignia domus, item Ius Pa-
tronatus, ſed non priuari ſucceſſione ſibi dela-
tâ ante prædictum crimen, licet eius poſſeſſio-
nem nedum apprehenderint. † Nec priuati bo- 18
nis a Matre ſibi donatis inter viuos. Secus cau-
ſam mortis. † Nec priuari ſuo peculio caſtrenſi, vel 19
quaſi caſtrenſi, nec etiam aduentitio p ofectitio
autem ſic. † Item nec filij clerici priuantur be- 20
neficio Eccleſiaſtico, quòd habent, Gloſſa, *in
cap. peruerſum diſt.* 56. quod limitat, ſi pater
commiſiſſet crimen læſæ Maieſtatis, contra Car-
dinales, iuxta terminos textus *in d. cap. Felicis
de pænis in* 6. vel quando Clerici Pater, illud
commiſiſſet in Papam. Farinac. *ſup. num.* 119.
† Nec regula procedit in crimine commiſſo læ- 21
ſæ Maieſtatis á filio, nam Pater eius non pu-
nitur. † Item nec vxor punitur eò quòd Ma- 22
ritus tale crimen incurrat : quia non ſolum
dotem recuperat à ſuo viro, ſed etiam do-
nationem propter nuptias &, alia quæ col-
ligit Farinacius *ex d. l. quiſquis §.vxores. & ibi
Gloſſa*. † Nec enim puniuntur Filij, niſi illud 23
commiſſum fuerit immediatè contra Collate-
rales Principis. Nec priuantur alimentis, nec
priuantur bonis, niſi etiam interueniat conſpi-
ratio contra Principem, Rempublicam, ſeù
Collaterales. Nec quando de tali crimine non
conſtat, nec quando à Principe reſtituuntur Fi-
lij, vt longè explicat ibi Farinac. *a n.*135. † Vbi 24
n. 116. dicit quod Filios Adoptiuus, nunquam
punitur, nec Conſanguinei & Agnati illius, qui
crimen læſæ Maieſtatis contraxit puniantur
aliquâ pœnâ, vt ibi dicit, *n* 122. † Ad quartam
de crimine hæreſis, ratione cuius etiam filij 25
Hæreticorum puniuntur. Videbis infra ad tit.
de Hæreticis, & ibi in cap. vergentis. Habet enim
crimen læſæ Maieſtatis, maximam affinitatem
cum crimine hæreſis, iuxta ea, quæ tradit Fa-
rinac. cum multis *in praxi criminali q.* 112. *in-
ſpect. l. à n.* 5. vbi dicit maius eſſe crimen hoc
quàm illud. Cum longè grauius ſit crimen hære-
ticale, cum lædat æternam Maieſtatem, illud
verò ſolùm temporalem : & ſic æquiparatio
criminis læſæ Maieſtatis, non habet locum, niſi
in caſibus de quibus eſt expreſſum in Iure. Valet
enim argumentum læſæ Maieſtatis humanæ, ad
hæreſis crimen, tamquam de minori ad maius.
Non econtrà, vt tradit Rolandus *in concluſ.* 33.
*n.*16.9 *& ſeq. lib.* 3. † Ad vltimam quæſtionis
partem vt reſpondeas repetes, quæ dixi *ſup. in 26
q præcedenti*, ſed quia dubium eſt maximum,
an quando Defuncti memoria propter tale cri-
men damnetur. Dices ſolùm procedere, quando
ſcilicet quis contra Imperatorem, vel Rem-
publicam, hoc eſt Romanum Imperium hoſtili
animo fuerit animatus, vel aliquid machinatus.
Bartolus

Bartolus *in extrauag. qui ſint* rebelles, verbo *Rebellando*, Angelus *conſ.* 223. & pluribus aliis. Faquinetus *dicto lib. 9. cont. cap* 33. faciunt verba textûs, in *d. l. vlt ff. ad legem Iuliam Maieſt. & in §. publica inſt. de publicis Iudicijs.* Quare non rectè docuerunt, qui Defuncti memoriam damnati reſponderunt, ab eximen commiſſum, in alios Principes inferiores. Inter quos Cepola, *conſ.* 17. Beroius 61. *l.* 1. Peregrinus *de iure Fiſci, lib. 4. tit. 5 poſt n* 16. quia nulla eſt lex tale aliquid dicens, & nulla ratio ſuppetit. † Et appli-
27 ca, quæ dicit Farinatius vbi *ſup. num.* 125. quatenus ait non puniri filios ex crimine læſæ maieſtatis à Patre commiſſo in Principes non recognoſcentes ſuperiorem, vel in Rempublicam præter Romanam, ſi ſit inferior quare rejiciendi ſunt etiam, qui id locum babere voluerunt, in eos qui crimen admiſerunt in Principem, vel Rempublicam nemini ſubiectam. Modo dicto.
28 † Item, nec audiuntur, qui id voluerunt admitti in delinquentes contra officiales Cæſares, nec mouet Henrici conſtitutio, *ind extrauag. qui ſint Rebelles.* Quia hoc tantum vult Rebelles eſſe qui, contra officiales, in his, quæ ad commiſſum eis officium pertinent aliquid moliuntur. Sed nihil dicit, de memoriæ damnatione.

AD TEXTVM
IN CAPITE II.
PRÆMISSVM.

VT intelligas textûs noſtri materiam, videbis aliqua, quæ notaui *ſupra in capite cum ſuper, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, & quia hîc agitur de illo, qui cum confeſſus eſt ſe crimen ſimoniæ commiſiſſe præſtando ſuffragium in quadam electione, propter pecuniam receptam, & de priuando eum ab omni beneficio eccleſiaſtico, & etiam officio, videbis quæ longè dico ad titulum *de Simonia.* Quæ omnia poſſunt applicari ad hunc textum præcipuè, *in capite* 11. 12. 23. 26. *&* 27. Et Doctores *in capite fin. de pactis*; ſed quia hic agitur etiam de pœna eius, qui tale crimen confitetur, ideò applicabis *d. ſup. ad Rub. & in cap. lib. hoc tit. facienda infra in cap finali.*

QVÆSTIO I.

An Confeſſus incidenter crimen in Iudicio poſſit puniri.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus incidenter crimen non punitur in eodem Iudicio, vbi de alio agebatur.*
3 *Reus an puniatur ſi per probationes incidenter, conſtet de aliquo delicto.*
4 *Ordinandus, cui obijcitur homicidium in quo incidenter punitur.*
5 Cap 2. de confeſſis intelligitur, num. 9.
6 *Falſi Reus incidenter confeſſus non punitur in eodem Iudicio.*
7 *Confeſſus defectum ſui iuris in beneficio incidenter non priuatur in illâ inſtantiâ.*
8 *Confeſſus extraiudicialiter, & incidenter multò minus punitur, & etiam contra alios.*
9 *Confeſſio incidenter facta in crimine Simoniæ qualiter noceat*, & q. 2. num. 10.
10 *Confeſſio incidens in vno Iudicio, qualiter deſeruiat, vt in alio Iudicio confeſſus puniatur.*

SOlent Doctores per textum noſtrum diſputare de quæſtione, an Reus confeſ- 1
ſus in Iudicio crimen poſſit ex ſolà confeſſione puniri, abſque alijs adminiculis, ad quod ſatis ſit, ex dictis *ſup. ad Rubricam.* Nunc verò ad propoſitam quæſtionem plura, vt reſpondeant Doctores commiuiſcuntur; igitur communiter docent, quòd confeſſio incidenter emanata de crimine ad quod non agebatur, non ſufficiat ad condemnandum. Gloſſa hic in verbo *confeſſus verſic. ſed nonne iſte*. vbi plura adducit, concordantia iura: Bartolus, *in lib.* 2. *§. ſi public. num.* 10 *ff. de adulterijs.* Romanus *in lib. Magiſtratibus num.* 4. *in fine.* Verſic. *ſed quid. ff de iuriſdict. omnium Iudicum.* Ita cum infinitis Farinac. *in praxi q.* 81. *capite* 7. Decius *in cap. at ſi clerici num.* 19. 20. *&* 21. *de Iudicijs*, & ibi Abbas. † Ex quo fit, vt ſi quis à me petat 2
decem mutuò, & ego, vt me excuſem dixerim: non habeo, immò quia egebam pecunijs, accepi decem à Titio: qui quidem Titius præſens eſt tamen non poterit, idem Titius ex tali confeſſione contra me agere; cum eam non fecerim principaliter ſuper ipſo mutuo Titij, ſed incidenter: ob idque mihi non præiudicat, vt pulchrè dixit Salicetus *in l.* 1. *col.* 4 *Cod. de Confeſſis.* Marſilius *in repetitione ad Rubric. cod de probationibus.* Vbi benè agit á n. 103. Tyraquellus, in tit. *res inter alios acta, in prima limitatione.* Maſcardus *de probat. concluſ* 583. † Et generaliter dicendum 3
eſt quòd confeſſio incidenter, de crimine intentato per viam exceptionis, ad condemnandum non ſufficiat. Textus eſt, ſibi notant omnes *in cap.* 1. *de excep. vbi ad alia* Ex iſto caſu, multò minùs poteſt imponi pœna, quando aio de crimine conſtat non per confeſſionem, ſed per probationes; Quia tunc, nec etiam extraordinaria pœna imponi poteſt etiam, quod crimen obiectum tangat cauſam de quâ agitur, & illi ſit annexum: ſecundùm Innocentium *in dicto cap.* 1. *in verbo confeſſi*; verſic. *ſed nec extraordinaria*, & in verbo *præſertim de except. ſed an* hæc ampliatio vera ſit, & quando tradit Hoſtienſis, *vbi. n. & ad finem*, & plures quos adducit Farinac. *ſup. num.* 222. † Quare dicendum eſt, vt ſi pro- 4
mouendus ad ſacros Ordines; ad quem repellendum obijciatur crimen (putà) homicidium, illud fateatur, tunc quidem repellitur ſolùm á ſuſceptione ordinis, non autem ex hâc ſuâ confeſſione punitur, eo quòd ad pœnam criminis non agebatur. Marianus *in cap. qualiter, & quando. de accuſat illat* 28. 8. *verum n.* 1014. Petrus Surdus *deciſ* [illegible] 309. *num.* 2. cum alijs Farinacius *ſup. num.* 210. † His tamen omni- 5
bus, videtur obſtare textus noſter, vbi cum Vincentius Canonicus, fuiſſet in iure confeſſus quòd pro præſtando alterius electioni conſenſum exiſtens Simoniæ mediator, ab ipſo beneficio, & officio per ſententiam fuit depoſitus: Sed communiter Doctores deducunt ex noſtro textu, illam confeſſionem incidenter factam fuiſſe. Ergo verùm hoc

non obſtante , dicendum eſt in textu noſtro,
non ex ſolâ Cõfeſſione criminis tangeotis prin-
cipale negotium condemnationem proceſſiſſe,
ſed ex nouo proceſſu,& nouâ accuſatione inter-
ueniente,vt ſentit Abb. *hic n.* 12. *&* 16. Grana *n.* 5.
6 *in fine.* † Vnde licet in crimine falſi poſſit quis
puoiri, etiam Confeſſione incidenter factâ vt
dixit Decios *in cap at ſi Clerici* 4. *de Iudiciis, n.* 30.
& Petrus Anchattanus *conſ.* 163. *n.* 7. verſic *cuius
dictis*, & fuit obſcuratum *in l.* 2. §. *ſi publico , ff.
de Adulterijs.* Vbi cum multis Farinacius *ſuprà
n.* 131. *Cod. de falſis* Tamen non erit puniendus
in eodem Iudicio, in quo incidenter facta fuit
talis Confeſſio , vt ait Decius *ſuprà n.* 21. & ſe-
quitur Maſcardus *de probat. dicta concluſ.* 383.
num. 4. ex eo quia non agebatur ad hoc princi-
paliter , argumento textûs *in cap. licet ff. gloſſ. de
Simonia. l. vt fundus , ff. de commun. diuidendo*, &
ſic in alio Iudicio, benè poſſe puniri voluit du-
ctiſſimè Innocentius , *in cap. per Inquiſitionem
de elect.* & ibi Abbas *colum. penult* verſic. *ex quo.*
Nota ſingulariter, *& hic col.* 3. *in ſecundâ lecturâ.*
Bald. *in l. Mercalem, in fine, ff. de condit. ob turpem
cauſam.* Feln. *in cap. denique ſub n.* 3. *de except.* vbi
docet illum textum ita eſſe interpretandum.
7 † Quo fit , vt ſi Reus confiteatur defectum ſui
iuris in beneficio actore nõ probante,non poſſit
tamen in eadem inſtantiâ priuari. Ita Felin *in d.
c. denique*, cum multis aliis Maſcard *d. concl.* 383.
n. 5. vbi *n.* 6. pro regula tradit , quod Confeſſus
incideoter in Iudicio ad aliud intentato , non
poſſit io illo damnari. Videbis Felin. *ſup. à n.* 6.
8 vbi de materia ſcribit latè. † Quod facilius pro-
cedit in Coofeſſione extraiudiciali ad alium ef-
fectum & finem, & ſic incidenter emanata, quæ
nec etiam facit indicium ad torturam. Et multo
magis in Confeſſione incidenter emanatâ in vno
Iudicio, quæ eò minùs probat in alio. Ita Farin.
ſup. n. 228. 219. qui *n.* 230. ait idem eſſe quando
agitur de intereſſe partis , quia tunc talis Con-
feſſio incidenter emanata probat multo minùs;
idem Farinac explicat ibi , *in praxi crimin. q* 81.
n. 109 & ſic *n.* 217. *d q.* 81 præſtat huius dicti ra-
tionem ; nam ſicut Confeſſio incidenter facta,
non nocet confitenti ; multò minùs nocere aliis
perſonis , non nominatis in cauſâ, in quâ Con-
9 feſſio emanauit. † Sed adhuc videtur obſtare
textus noſter ; Nam cum loquatur , de crimine
Simoniæ , & in iſto crimine Confeſſio inciden-
ter , & per viam exceptionis facta, ſufficiat ad
condemnandum in eodem Iudicio, & inſtantiâ,
vt tenet vero ius per text. noſtrum *in d. cap at ſi
Clerici, de Iudiciis*, *n* 88. verſic *hinc videmus*, vbi
idem eſſe videtur de mente Mantuæ, *n.* 8. *in fine*,
verſic. *nec obſtat:* ergo ſupra dicta non ſubſiſtant.
verùm idem Farin. docet, quòd nec in prædicto
crimine Simoniæ, Confeſſio incidẽter facta no-
ceat confitenti , ad plenum præiudicium , & ad
textum noſtrum reſpondet ; vel quòd loquatur
in alio Iudicio, ſecundum iam dicta ; vel quando
crimen Simoniæ contingit cauſam principalem,
vt idem in prædicto crimine ex multis ſatis ex-
ornat, *d q.* 81. *n.* 159. Videndus etiam ad plures de-
clarationes, & limitationes, *à n.* 281. vſque in fi-
10 nem illius, *cap.* 7. vbi *à n.* 272. † Quàm plures re-
fert DD. diſputantes de quæſtione, an Confeſſio
incidenter facta io iſto, noo ſufficiat ad condem-
nandum in illo iudicio , in quo facta fuit. Suffi-
ciat tamen ad condemnandum in alio; quòd de-
nuò formari poteſt ex illa iocidenti confeſſiooe,
affirmat Gloſſa hîc io verbo *Confeſſus*. Sed ne-
gaot multi relati ab eodem Farin. *ibi n.* 273. *& an-
teà n.* 109 qui *n.* 275. cooncludit, vt quidquid DD.
inter ſe controuertaot io Confeſſione inciden-
ter emanatâ in alio nouo formato proceſſu re-
productâ ad condemnaodum ſufficiat. Eſſe ta-
men abſolutum , quod quæcunque probationes
criminis vno Iudicio factæ, & in alio oouo for-
mato deductæ , & reproductæ minimè ad con-
nandum ſufficiant; vt pluribus probat Felinus *in
c.* 1. *de except. n.* 5. *&* 6. & alij adducti ab eodem
Farioac. ibi, *& n.* 222. Videbis relatos à Barboſa
hîc *n.* 7. & applica , ad faciliorem expeditionem,
ea quæ tradit Balboa *in d. cap.* 1 *de except. à n.* 92.
& communiter ibi DD. de quo aliqua , *q. ſeq.* Et
quæ nouiſſimè adducit Catena *de offic. Inquiſ. p.* 3.
tit. 8. §. 4. *à n* 14 vbi *n* 29 ait quòd in ſancto Of-
ficio incideoter Confeſſus, poteſt pœnâ ordina-
tiâ damnari quia in hoc Iudicio proceditur Cum
malive, & de plano, & Inquiſitores procedunt in
crimine hæreſis in incidentibus , & connexis.

Qvæstio II.

An Confeſſio de crimine incidenter facta ſufficiat ad imponendam pœnam extraordinariam ipſi Confitenti. Et quid ſi crimen contingat negotium principale.

Svmmarivm.

1 *Confeſſus crimen incidenter , poteſt puniri pœna extraordinariâ contra, n.* 4. *& n.* 5. *&* 6.

2 *Confeſſus incidenter quando crimen contingit negotium principale , qualiter punitur, num.* 7. 8. *& à n.* 12.

3 *Delictũ debet puniri quocũque modo conſtet n.* 6.

5 *Puniri nemo poteſt ſine legitimo accuſatore.*

7 Cap. 2. de Confeſſis , n 10.

8 L. 2 §. ſi publico, ff. ad leg. Iuliam de Adult.

9 *Eſſe inter Reos quid ſignificet.*

10 Cap. per Inquiſitionem de electione.

11 Cap. 1. de except. ſup. q. 1. *& vide* q. 3. infra.

12 *Pœna ordinaria delicti imponitur illi , qui Confeſſus eſt incidenter , ſi delictum ſit connexum, vel contingat principale negotium , n.* 13. *limita , à n.* 14.

13 *Crimen , quando contingat cauſam principalem.*

16 *Confeſſio incidenter emanata in Iudicio ciuili, non facit , vt puniatur delictum confeſſatum, fallit in crimine falſi , n.* 17.

18 *Confeſſus crimen incidenter in iudicio cœpto ſaltem generaliter ſuper eodem debito , facit vt puniatur delinquens.*

19 *Confeſſus incidenter in eodem Iudicio , poteſt puniri parte petente, vel Iudice inquirente, quando reaccuſatio in eo Iudicio locum habet.*

20 *Criminis exceptio , ſi capit naturam accuſationis , ſufficit ad condemnandum.*

Est communis Doctorum aſſertio , quòd Confeſſus crimen oppoſitum per viam exceptionis puta Teſti, vel Accuſatori ad effectum eos repellendi à Iudicio, vel aliàs incidenter. Licet oon poſſit puniri pœnâ ordinaria , poſſit tamen puoiri pœnâ extraordinariâ · ita per text. *in cap. de except.* vbi dicit quòd Teſtis, qui Confeſſus eſt, crimen ſibi obiectum oon punitur pœnâ ordinariâ : ergo ſumpto à contrario ſenſu poterit 1

terit puniri extraordinariâ pœna, ptovt ſic ar-
guendo adnotarunt ibi Innocentius, *in verbo*
Confeſſus verſic. *vel ibi*, & verſic. *ſed nec extra-*
ordinaria, ibi Hoſtienſis *num* 43 *& num* 45. Bu-
trius *in* §. *Verùm num.*50. Abbas *n.*32. & alij ad-
ducti à Farinacio *in praxi crimin q.*81.*à num* 266.
2 † Verùm pro contraria ſententia faciunt iura
in textu nostro, & *in cap. per inquiſitionem*
de electione, cap.cum dilectus, verſic. *Quemadmo-*
*dum de ordine cognit.l.*2.§.*ſi publico Iudicio ff.ad le-*
gem Iuliam de adulteriis, vbi probatur in prædi-
cta ſpecie crimen Confeſſos eſſe puniendos, vel
3 pœnâ ordinariâ, vel nullâ. † Et confirmatur
ex eo, nam cùm in punitione delictorum ſit ad
miniſtratio Iuſtitiæ, & conſiſtat ſalus publica,
debet Iuſtitia adminiſtrari, & delictum puniri,
quocumque modo conſtat *cap.* 2. *iuncta Gloſſa*,
Verbo *ſuſpicio* 32.*q.* 1. *cap* 2.*cap. in litteris*, 12.
de præſumpt. cap. ſicut. 6. *de ſimonia*: ergo videtur
dicendum vt in prædicto caſu puniantur pœnâ
4 ordinariâ. † Sunt etiam qui exiſtimant, vt Con-
feſſus crimen oppoſitum per viam exceptionis,
ſeu alias incidenter, non poſſit puniri aliquâ
pœnâ etiam extraordinariâ, ita Imnola *in d.cap.*
1. *de except.num.*7.vbi defendens late hanc opi-
nionem reſpondet contrariis, & teſtatur de ve-
riori opinione: & ibi etiam Felinus,*n.*9. & De-
cius *n.*15.Romanus *in l.cum mulier,n.*40.*& ſeqq.*
ff. ſoluto matrimonio, vbi expreſſè dixit primam
5 opinionem falſam. † Inter has ergo opiniones
mihi videtur prima receptior & plauſibilior,&
vt eam explicem. Dico quòd nemo ſine legiti-
mo accuſatore debet puniri, *cap. de manifeſta*, &
ibi Gloſſa 2.*q.*1. *cap. Vnico vt eccleſiaſtica beneff.*
ſine diminutione conferantur l. reſcripto. 6. §. *ſi quis*
accuſatorem ff.de muneribus, & honoribus cap. feras
verſic.*omni negotio* de verb. ſignificat. Farinacius
*de inquiſit q.*1 *n.*7. Menochius *conſ* 100. *n* 170.
*vol.*1. Cumque ex hâc ratione non debeat cri-
men incidenter Confeſſus puniri pœnâ ordina-
riâ, quia Iudex in criminalibus debet iuxta for-
mam petitionis pronunciare *l. vt fundus ff. com-*
muni diuidendo cap. qualiter, & quando accuſat,
6 *elect.*2. † Tamen quia neceſſum eſt, vt crimen
aliquo modo puniatur ex Iuribus traditis pro
ſecunda ſententiâ ideo debet pœna extraordi-
naria puniri, vt contingit in dicto *cap.* 1. *de ex-*
*cept.*nam, cum Teſtis de quo ibi afferendo teſti-
monio cum infamia repellatur ſatis, pœnâ ex-
traordinariâ punitur, vt ſentit ibi Balba *à n* 96.
Panormit.*n.*19.Felinus 10.Decius 4.Pariſius 31.
Gregorius, *in l.*19.*tit* 2. *p* 7. Verbo *infamia*, &
Verbo *in tal caſo*, & hanc ſententiam longè pro-
bat Farinacius, vbi *ſupra à n.* 268. & applicabis,
quæ notat cum multis, Barboſa *in collect. p.* 6.
*n.*1.*&* 2. vbi optimè hanc difficultatem, & tex-
tum explicat, ipſum videbis hic *tit.*1. *n.*8. vbi ex
multis tradit, cum Gloſsâ Verbo, *nonne quod*, vt
Confeſſio incidenter de crimine emanata, ad
quod principaliter non agebatur, non ſit ſuffi-
7 ciens ad condemnandum. † Nec obſtant Iura
pro ſecunda ſententia adducta, quia textus no-
ſter, & textus *in d. l* 2. §. *ſi Publico*, procedunt
quando crimen per exceptionem obiectum tan-
git negotium principale iuxta communem in-
tellectum, vt firmant Panormitanus, *in dicto cap.*
1. *de except.n.*14. Felinus 10. Pariſius, *n* 28. Man-
tua *n* 32. Panormitanus hic *n.*13. Gregorius Lo-
pez *in d.l.fin.* Verbo *in tal caſo,tit.*1.*p.*7. quo caſo
requiritur, vt contra Teſtem, & Confeſſum in
incohetur nouus proceſſus per inquiſitionem,
cap.vnico, vt eccleſiaſtica beneficia ſine diminu-
tione conferantur. Vide Gloſſam hic in verbo
Confeſſus. Et circa *text.in d.* §. *ſi publico*. Omiſſis
quæ tradit Balboa *in l.viro atque vxore, ff. ſoluto*
*matrim. n.*5 & Balboa *in d. cap.*1. *de except. à n.*
100. vbi benè tu breuiter reſpondebis textum
illum, non agere de crimine per viam exceptio-
nis oppoſito: ſed de reconuentione loquitur
enim Vlpianus de muliere receptâ inter Reos,
quæ prohibetur opponere lenocinium, vt mari-
tum ab accuſando excludat, quia cum quis re-
ceptus eſt inter Reos, non poteſt exceptionem
obiicere, *l ſi maritus*. 15. §. *præſcriptiones ff ad le-*
gem Iuliam de Adulteriis. † Eſſe autem inter 8
Reos ſignificat, cum mulier iam geſtat habitum
Reorum ſqualidum ſordidum ad mouendam
miſericordiam; & ſic conſtat ibi non eſſe ſer-
monem ſolùm de exceptione Lenocihij quæ
opponi poteſt *leg. cum mulier* 47. *ff. ſoluto matri-*
monio, opponitur enim in principio vt excluda-
tur maritus ab accuſando, *l.quoniam Cod. ad leg.*
Iuliam de adulteriis, & opponitur in viam reac-
cuſationis, non tam ad defenſionem, quàm ad
vindictam. † Nec etiam obſtat textus ibi ad- 9
ductus, *in d. cap. per inquiſitionem* 26. *de electio-*
ne, quia in eius ſpecie Cancellarius ibi non ſu-
mitur tamquàm teſtis, cui crimen fuerat in ex-
ceptione probatum, ſed tamquàm Reus Simo-
niæ, & illius complex, ſi quidem ſciens & pru-
dens elegit ſimoniacum quo prorſus modo
procedere textum noſtrum, dixit Balboa *in d.*
cap. 1. *de except.n.* 99 quia electi ad Epiſcopa-
tum fuerunt ſimoniaci & de ſimoniâ conſta-
bat per Confeſſionem vincentij Canonici, qui
proprium Confeſſus eſt crimen; ob idque non
puniri à Pontifice tamquam Teſtem, ſed tan-
quam Reum principalem. † Quod ſecus eſt *in* 10
*d.cap.*1. *de except.* vbi qui punitur, erat Teſtis.
† Ad ſecundam partem quæſtionis videtur iam 11
ex dictis reſpondendum, vt ſi crimen oppoſitum
negocium principale contingat poſſit teſtis ſeu
Reus Confeſſus puniri pœnâ ordinariâ; iuxta
*text.in dicto c.*1.*de except.& in cap.*2. verſic. *quem*
admodum de ordine cognitione *d.cap. per inquiſi-*
tionem, & hoc noſtro textu, explicat Balboa *in d.*
*cap.*1.*de except,n.*97. vbi Decius *n.*4. *&* 7. exiſti-
mat adhuc in eo caſu Teſtem puniri non poſſe,
niſi cum illo nouum incipiatur iudicium accu-
ſationis data illi defenſionis copiâ Nec rruera
docet contrarium in Iure probari, ſed Farinac.
cum multis ab eo relatis *in praxi, q.*81 *num.*251.
docet, vt quoties crimen Confeſſatum tangit
negotium principale, vel illi eſt connexum ſuf-
ficiat ad condemnandum, ex Confeſſione inci-
denter emanatâ. † Et quando dicatur crimen 12
tangere cauſam principalem tradunt Abbas *in*
d.cap 1.*de except.n.*14. Felinus *à n.*10. *& n.*15. vbi
ampliat hoc procedere non ſolùm quando cri-
men tangit cauſam ſed etiam quando prouenit
ex facto in illâ cauſâ agitato, ita ibi *n.*17. *&* 41.
vbi teſtatur de communi Doctorum, & tunc
quidem quando conſtat de crimine connexo, &
contingente cauſam de quâ agitur poterit impo-
ni pœna ordinaria delicti, licet ſecùs ſit, quando
agitur de crimine non connexo in ſpecie firma-
runt Innocentius *hic n.*3 *ad finem*, Hoſtienſis *n* 9.
pariter in fine, Bellamera poſt.*n.*8. Butrius, *n* 10.
ad finem, Felinus *num.*10. multis Farinacius *ſupra*
num. 260. Diaz, *Reg.* 126. vbi declarat quatuor

 modos

modos,Clatus *in praxi. §. fin.q. 55.* verſic. *poſſet*
etiam dicere. Vbi quòd hoc omnes conſentiunt,
licet contta vt in iſto caſu non poſſit imponi
pœna ordinaria,videatut eſſe de mente Hoſtien-
ſis *in dicto cap.2.n 43. col.penult. in fine* in verbo
14 *contingit* de ordine cognit. † Notandum verò
eſt præcedentem doctrinam procedere qoando
de crimine tangente cauſam principem de qua
agitur,vel illi annexo conſtat perConfeſſionem,
ſecus ſi conſtaret per probationes, quia tunc
Reus in illis non punitut pœnâ aliqnâ, vt dixi
ſupra q.1 in terminis ex multis Farinac. *d. q* 81.
15 *n. 222. & 262.* † Item etiam prædicta ſententia
procedit, quaodo agitur coram Iudice ordina-
rio ſecus autem ſi coram delegato, quia tunc ab
eo etiam, quod crimen Confeſſatum tangat;
cauſam principalem non poteſt imponi pœnâ
ordinaria videndi ſunt pto hac declaratione.
Innocentius, & Hoſtienſis, hic Zabatella *in d.*
cap.1.de except.n 2. verſic. *eo caſu*, & hîc *col.fin.*
verſic.*tertia concluſio*, & verſic.*ſequenti*, vbi reſ-
16 pondet contrariis. † Item etiam prædicta com-
munis ſententia procedit, quando Iudicium in
quo emanauit Confeſſio erat crimioale quia
tunc talis Confeſſio, incidentee emanata in Iu-
dicio ciuili, non ſufficit ad condemnandum,
etiamſi rangat cauſam,& ctimen quod ptincipa-
liter intentatur Felinus *in d.cap.1. de except. n.*
14. & 16 Boſius *in tit. quomodo procedendum per*
exceptionem,n 8. poſt Felinum, Abbatem, & Sa-
17 lycetum. † Tamen hanc doctrinam non proce-
dere in crimine falſi in quo Confeſſio inciden-
ter facta ſufficit ad condemnandum. Etiam
quod cauſa in qua quis fuit Confeſſus fuerit ci-
uilis dixit Felinus *in cap.1.de except.n.16. in fine*,
verſic.*verum* Sed hoc diſſolues ſecundum, quæ
18 dixi *ſupra q.1.* † Quod ſi Iudicium, & illius pœ-
na fuit ſaltem ordinata generaliter contra eum
de cuius crimine incidenter conſtat per eius
Confeſſionem: tunc talem Confeſſionem ſuffi-
cete ad condemnandum, etiam in eu Iudiciò;
iuxtà ſpeciem textus *in d.cap. per inquiſitionem de*
electione. Tenuerunt,Hoſtienſis ibi *col.1.* Verbo
ſuperſtatu, Zabatella *n.5* Felinus *in d cap.4. de*
except. n.5. in l.concl Buttius *in d.cap.2 de ordine*
cognit.n.50. & ibi Abbas *n.19* Mantua *n* 18. vbi
teſpondet argumentis,& rationibus *de ist. qui in*
d.cap.1 n.17. Contrarium docet, videbis Farinac.
19 *ſupra n. 237. & 270.* † Igitur incidenter Con-
feſſus delictum poterit puniri etiam in eodem
Iudicio parte petente,& inſtante; vel Iudice in-
quitente, vbi inquirere poteſt. Ita Boſius *in tit.*
quomodo proced. per exceptionem num. 3. vbi dicit
nullam habare difficultatem. Hoſtienſis hîc *n.9.*
Buttius *n.9.* Sed quia hæc declaratio admodum
teſtringit regulam in contrariom, vt ſentit ex
multis Farioac. *d.q.81. in praxi cum. n.246.* ideò,
n.247. Cum Romano *in l.cum mulier n. 33.ff. de*
except. explicat Boſij doctrinam, vt procedat
quando ſcilicet ſumus in caſu, in quo Accuſatoe
poteſt tecuſari quia tunc, ſi accuſatus excipiat
de crimine contra Accuſatorem,ipſumque prin-
cipaliter de tali crimine teaccuſet, & Accuſator
teconuentus crimen oppoſitum fateatur poterit
ex tali Confeſſiooe parte, & Accuſatore ſic in-
ſtante, & petente condemnari videtot cognoſ-
ci, non per viam exceptionis & incidenter, ſed
principaliter,& per viam accuſationis. Ita Are-
tinus *in tit.de except.in principio n.41. in 3.conclu-*
ſione, vbi loquitur etiam de pœoa ordinaria
† Vnde quoties criminis exceptio ſapit naturam 2
accuſationis, & illius locum aſſumit. Tunc
Confeſſio incidenter facta de illo crimine ſuffi-
ciet ad condemnandum, etiam in eodem Indi-
cio, Felinus *in d cap 1.de except.n.7. in 3. concluſ.*
Buttius *in d.c.2.§.Verum de ordine cognit.num.50.*
verſic. *idem ſi crimen*, & verſic.*ſequenti*, vbi pro-
ponens exemplum, ait, quòd poteſt puniri cri-
men deductum in Iudicio vt exceptio, excuſa-
tio, vt puta quando excipiens ſimul inſtae
apud Iudicem, vt puniatur, & ibi docet Abbas
n.30. vbi id declatat procedere, quando de cri-
mine conſtaret per Confeſſionem, non per pro-
bationes. Alia tradit Farinac *ſupra d.q 81. n.239.*
Notabis, quod Confeſſus crimen puniri non
poteſt niſi de crimine conſtiterit per ſententiam
definitiuam. Farinac *in praxi q. 2.à num.7.cum aliis*
Barboſa *hîc tom 1.n.6.* qui *in part. 6. hîc n.3.* quod
Reus qui Confitetur delictum non eſt ſtatim
condemnandus poſt Confeſſionem, ſed ei dan-
dum eſſe tempus,vt ſe defendat *ex l. 1.§.* Diuus
ſeoerus, *ff de confeſ. l. ſi Confeſſus*, & ibi Gloſſa,
ff.de cuſtodia Reorum,& Gloſſa,verbo, *nouerit,l. ſi*
quis in hoc Cod. de Epiſcopis, & Clericis, Gloſſa
Verbo, *æſtimanda in l. preinde, §. fin ff. ad legem*
Aquiliam.

QVÆSTIO III.

An teſtis qui Iudicialiter examinatus reſ-
pondendo fatetur aliquod crimen contra
ipſum per viam exceptionis oppoſitum poſ-
ſit puniri. Et quid, in Accuſatore.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis cum examinatur ſi fateatur incidenter*
aliquod delictum qualiter puniatur, n.2.3 4.
5 *Exceptio contra Teſtem eſt anomala, & ſic*
quandocumque in Iudicio ponitur.
6 *Accuſator cui opponitur crimen in modum ex-*
ceptionis, quando puniatur.
7 *Crimen Teſti, vel accuſatori, quando dicatur*
oppoſitum; & ſub qua forma, n.8.

HVic difficultati, quam ex text, *in cap. 1. de* 1
except. ſoleot mouere DD. per verba ibi,
cæterum ſi de criminibus ad ſolam exceptionem obie-
ctis Teſtes conuicti fuerint, ſiue Confeſſi pœnâ ordi-
nariâ mulctari non debent, de qua Zabarella *hic*
col.1. in principio verſic. *ſi de crimine conſtat*, &
verſic. *ſi de crimine teſtis col 1.* Igitur communitee
docent ex tali Confeſſione Teſtem damnari
non poſſe, quia ad id in eo Iudicio non ageba-
tur,& facit textus *in cap. 2. de ordine cognit* dum
pariter dicit, *quemadmodum ſi in modum exceptio-*
nis aliquod ceimen teſti obiiciatur, vt à teſtimonio re-
pellatur, & ſi crimen contra eum probatum fuerit
non ideo ſibi pœna infligitur ordinaria ſed eius dum-
taxat teſtimonio non credatur, quòd ea ratione con-
tingit quoniam in ipſum accuſatio non procedit, &
ibi hoc notat Gloſſa magna, *in verbo reſtitutio*
poſt principium, hoſtienſis *n. 35* & Gloſſa. hîc,
verbo Confeſſus, vbi Hòſtienſis *n.7.* verſic. *ſed*
videtur, Bellamera *n. 8.* verſic. *ex qua reſtitutione.*
Videbis Maſcatdum, cum aliis *concl. 345. n.24*
& cum multis Farinac. *in praxi q. 81.n.223.* † Sed 2
prædictis obſtant plura quæ dixi *ſupra, q.1. & 2.*
Tum

Tum etiam,quia ſi contra Teſtem ſeu Accuſato-
tem excipiatur, quòd ſint falſi, ſi per eorum
Confeſſionem conſtet de obiecto crimine falſi,
talem Confeſſionem ſufficere ad condemnan-
dum, probant Gloſſa *in d. cap.1. de except. ad fi-
nem*, verbo *contingere*, verſic. *ſic & teſtis*, vbi
Hoſtienſis *n.3*. Butrius *n.12. in fine*, Abbas *n* 14.
& 17. Mantua *n.32*. imò Zabarella hic iam *ſup.
citatus*, abſolutè docet, quòd Teſtis Confeſſus
in Iudicio crimen appoſitum poſſit ſine noua-
tela condemnari, quia confeſſio facit crimen no-
torium, & ſufficit ad punitionem, etiam ſine
3 proceſſu. † Vnde ſi Teſtis, vel accuſator contra
quos eſt intentatum crimen per viam exceptio-
nis aſſumant defenſionem obiecti criminis, tum
ſi de crimine obiecto conſtat per Confeſſionem
eius, qui defenſionem aſſumpſit; talis Confeſſio
ſufficiet ad condemnandum tàm in connexis,
quàm in non connexis, & tàm in vno Iudicio,
quàm in alio. Felinus *in d. cap.1. de except n* 8.
verſic. *quarta concluſio*, *de crim n.17.* verſic *Sed
contrarium*, Mantua *n.17.* vbi benè comprobans,
reſpondet contrariæ ſententiæ fundamentis,
quàm latè tuetur Romanus *in l cum mulier, n* 36.
ff. ſoluto matrimonio: & alij adducti à Farinac. *à*
4 *n.240. d. quæſt.*81. † Verum prima ſententia, re-
ceptior eſt, nec obſtant dicta pro contrariâ, qui-
bus breuiter reſpondeo, procedere in pœna ex-
traordinariæ, non in ordinaria, ſecundum dicta
quæſt 1. *&* 2. Et licet, quod dictum eſt de crimi-
ne falſi, ita procedat eueniet ex eo quia quan-
do Teſti, vel Accuſatori apponitur de falſitate
accuſationis, vel depoſitionis; dicitur tunc agi
de crimine annexo, & tangente cauſam, quæ
principaliter agitur, ob idque Confeſſionem
emanatam ſufficere ad condemnandum. Dixit
Farin. *ſup. n* 233. Sed Boſſius ait *in tit. quomodo
proced per except. n* 2. *&* 7. nec etiam extraordina-
riè puniendum eſſe Teſtem, quia ad id actum
non eſt alia diſtinguens, docet Farin. *ſup. à n.*143.
5 † Et pro complemento infero, quòd ſemper
exceptio contra Teſtem opponi debet ante cau-
ſæ cognitionem, & definitionem, vt indicant
verba textus, *in d. cap.1. de exceptionibus*, ibi. *An-
tequam cauſa per ſententiam terminetur*. quæ verba
ſignificant, hanc exceptionem non eſſe dilato-
riam; nam dilatoria iuxtà ſui naturam debet op-
poni ante litem conteſtatam, *l exceptionem* 19.
Cod de probat cap. paſtoralis de except. vbi latè
Doctores, *l.1. tit.5 lib 4 recop.* Vnde quamuis
inhabilitatis exceptiones oppoſitæ contra Iudi-
cem, vel contra perſonam, quæ ſtat in Iudicio
ex forma textus, *in l. ſi quis ex aliena, ff. de Iu-
dicijs, & in leg. quoties, Cod. eodem*, dilatoriæ
videantur. Tamen exceptio in teſtem non cen-
ſetur dilatoria; quia non proponitur ab initio,
nec peremptoria; quia licèt integrè probetur,
non perimit cauſam principalem. Sed potiùs
anomala dicenda eſt, & accedit naturæ perem-
ptoriarum; quia probata perimit teſtis autho-
ritatem, & regulariter proponitur, poſtquam
partes ad probandum admittuntur. Et plerum-
que etiam ante ſi Teſtes recipiantur, & aliquan-
do etiam poſt publicatas atteſtationes, *cap. li-
cet cauſam de probat. cap. præſentium de Teſtibus,
cap.2. eodem, lib* 6. vide Gloſſam *in dicto cap.1.
de except.* verbo *per ſententiam*. Butrius ibi *n.*10.
Panormitanus 6. Felinus 2. Pariſius 20 cum aliis
Balboa *a.*95. Marania de ordine Iudiciorum 6.
6 *pract.*13. † Ad ſecundam partem quæſtionis de
Accuſatore, facilè reſpondeo ex dictis, nam ſi
objiciatur ei crimen ad effectum repellendi eum
ab agendo, & objectum crimen ipſe fateatur,
non erit condemnandus. Nam quæ excipien-
do dicuntur, non operantur condemnationem;
ſed ſolùm excluſionem ad quam actum eſt. Ita
Farinacius *in praxi crimin. dicta q.*81. *n.*216. & ſic
*num.*142. dicit quod ſi Accuſator, vel Teſtis
ſuſcipit defenſionem criminis oppoſiti contra
eos ad effectum eos repellendi à Iudicio, tam
quàm Accuſator, vel Teſtis, tunc non poſſit
puniri; ſecus ſi abſolutè ſuſcipit defenſionem:
nam tunc poterit puniri, ad minus extraordi-
nariè, quia conſentit, vt de crimine contra eum
cognoſcatur. Ita cum Decio *in dicto cap.1. de ex-
ception. n.*17. verſic. *Vnde concordando*, Abbas *in
d. cap* 2. *de Ordine cognit.* vbi cum hâc declara-
tione concordat iam relatas opiniones. Et ſic
debent audiri Beroius *in cap. at ſi Clerici de Iu-
diciis, num.*33. & Decius *in d cap.1. de exception.*
vbi dixerunt, quòd non poteſt condemnari
etiam pœnâ extraordinariâ, Accuſator. † Et 7
ſi velis ſcire ſub qua forma Teſti dicatur oppo-
ſitum crimen, vt à teſtimonio repellatur, vide
Tiraquellum *in tract. res inter alios acta fol.*9. ver-
ſic. *Poſtremo*, Folerius *in pract. crimin p.1 n.*29.
verbo, *& ſi confitebuntur*, Maſcardum *de probat.
d. concluſ.*345. *n.*14. Petrum Surdum *deciſ. Man-
tuanâ* 309. *n.*2. † Et quando, & ſub qua forma 8
Accuſatori dicatur oppoſitum crimen ad effe-
ctum ipſum repellendi ab accuſatione, dixerunt
Bottius *ſuprà in cap. at ſi Clerici, de Iudicijs n.*33.
Decius *in d. cap.1. de except. num.5. in fine*, ver-
ſic. *& iſta concluſio*.

AD TEXTVM
IN CAPITE EX PARTE III.
DE FINE HVIVS TITVLI.

PRÆMISSVM.

HVIVS textûs materiam peramplius in-
telliges, ex dictis *ſuprà ad Rubricam, &
in relatis iuribus*: Et quia, hîc agitur de
Confeſſione in Iure facta, per Oeconomum
Eccleſiæ, ideo applicabis, quæ dico *ſuprà ad tit.
de Syndico, & ad tit. de procuratoribus, & de po-
ſtulando.* Et ad quæſtiones applicabis, *dicta ſup.
in cap.9. de Iudiciis*, & ibi, *à quæſt.*6. Et cùm tex-
tus iſte agat de Confeſſione, per alterum facta;
& quod Confeſſio per errorem facta queat re-
uocari, ideo de his duobus ſeparatim inquiram.

QVÆSTIO I.

*Quare Confeßio in Iure facta per Eccleſiæ
Oeconomum, nocet ipſi Eccleſiæ. Et an
Confeßio Prælati, ſiue in Iudicio, ſiue ex-
tra, aut in alio actu facta præiudicet Ec-
cleſiæ.*

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio per Oeconomum facta in Iure nocet
Eccleſiæ, ſi habeat mandatum ſpeciale.*

2 *Confeſſio*

Digitized by Google

2 *Confeſſio Prælati in Iudicio præiudicat Eccleſiæ, & quare, n.3. & 4. cum aliis.*

5 *Confeſſio Prælati præiudicat, ſi habet præſumptionem pro ſe, & mandatum ſpeciale à Capitulo, & tendat ad liberandum. Secùs, ſi ad obligandum, & in aliis.*

6 *Confeſſio in cauſa bonorum diuiſorum Prælati & Eccleſiæ, qualiter probet.*

7 *Confeſſio Prælati præiudicat in omnibus caſibus, in quibus eſt legitimus Adminiſtrator. Fallit, num.9.*

8 *Confeſſio Prælati cum clauſula, prout in inſtrumento, ſi eſt adminiculata, nocet.*

10 *Confeſſio Prælati facta ſine conſenſu capituli, aut ex ignorante, valet in paruis rebus, & qualiter in arduis.*

11 *Confeſſio Prælati facta etiam de conſenſu capituli, ſi Eccleſiæ præiudicat habet reſtitutionem.*

12 *Confeſſio Rectoris, non nocet Eccleſiæ, nec Confeſſio Abbatiſſæ nocet ſuccedenti.*
Nec facta in uno Iudicio ad aliud ſi probetur aliter facta, quam peracta prioris Iudicij.

1 AD primam difficultatis partem faciunt quæ dico, *quæſtiuncula ſeq. de Prælato*, & quæ dico etiam, *q.2. infra de Procuratore*, ſed in terminis omnes tenent ex noſtro textu talem Confeſſionem præjudicare Eccleſiæ: quod iotelligitur, ſi Syndicus habeat mandatum ſpeciale. Nam ſi illum non babuerit oon præjudicabit in ea re, inquam mandatom ſpeciale; nam tencat, Riccius *collect.*176. io verſic. *& primo:* Antonius Faber *in deciſ.*4. *hoc tit.* imò Confeſſio præfati Ageotis, & procuratoris, etiam ſine conſenſu capitoli præjudicat Eccleſiæ ipſo Iure, dixit Bellamera *in deciſion* 697. Riccius *collect* 1824.
2 † Ad ſecundam partem difficultatis, diuerſa traduot Doctores, vt reſpondeant; nam quidam exiſtimant, vt Prælati Confeſſio, ſiue in Iudicio, vel extra, aut in alio actu facta io præjudicium Eccleſiæ nihil probet. Et ratio eſt, quia ſtatur Confeſſioni, quæ præjudicat tantùm Confitenti, & non alteri vt in Authent. *de æquali, dot. §. primum quidem illud ſancimus*, & in Authent. *quod obtinet, Cod. de probat.* & *l. ſi quis poſt hac, Cod. de bonis proſcript.* cum aliis relatis à Paulo de Caſtro *conſ.*327. *primo quæritur, n.9. volum.*1. cooſulendus Menochius *conſ.*50. *n.*51 *& in tractatu de recuper poſſeſſ. Rem.*9. *à num.*106. latè Matthæus de Afflict. cum multis ab eo relatis *deciſ.*168. *à n.*4. Socinus *conſ.*15. incipit, *viſis n.*3. *vol.*1. & Canoniſtæ vnanimes tradidere *in cap. fin. ac præſcript.*
3 † Sed quia in contrariam ſententiam deſcendetunt Domini de Rota *deciſ.*466. verbo *Confeſſio Prælati in nonis*, & Bellamera *deciſ.*696 dicentes, quòd Prælati Cooſeſſio præjudicat Eccleſiæ per textum noſtrum, *& in cap.* 1. *vt lite non conteſtata cap. ſub orta de Reiudicata cap.*1. *& cap. potuit de occaſione, & conductione cap. cum dilectus de capellis Monach cap dudum el.*2. *de elect* quæ iura, licet in Syndico, vel Procuratore Eccleſiæ loquantur fortiori ratione vrgent in Prælato, qui minus ius, ratione ſuæ legitimæ adminiſtrationis, ſibi competenti, Iure Prælaturæ ſuæ cenſetur habere, quàm dicti Procuratores, & Syndici, qui poſſunt conſtitui & reuocari: iuxta textum, *in cap.*1 *de procurat. cap. cauſam, quæ de Iudic.* notat Archidiaconus *in cap. præſertim de Teſtibus lib.*6. Cynus poſt Petrum *in l. Verba Cod. hoc tit. quæſt.*15. & de iſta parte eſt caſus *in cap. ſi aduerſus de integrum reſtitut. lib.*6. † Ego autem 4
exiſtimo banc ſecundam ſententiam ſuſtineri in illis caſibus, in quibus eſt legitimus Adminiſtrator Eccleſiæ Prælatus, cum ergo Prælati ſint ſuarum Eccleſiarum legitimi Adminiſtratores, & Monaſteriorum, & Congregationum, & pro eis ſtare poſſint defendendo iuxta textum, *in cap. edoceri de reſcriptis*, & agendo, vt *in cap. cum deputati de Iudiciis, l. cuncti, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine*, ideo benè eius Confeſſiones præjudicabunt, vt ſentit Maſcardus *de Probationibus concluſ.*367. *n.*3. † Vnde talis Confeſſio 5
probat, ſi habeat præſumptionem Iuris pro ſe, & ſi facta fuerit ſimul cum capitulo Gloſſa *in cap dudum el,*2. *de elect.* Vel etiam ſine Capitulo ſi Prælatus habeat mandatum à Capitolo. Vel ſi tendat ad liberaodum aliquem, & conſtat in facto proprio, veluti ſi confiteatur ſibi ſolutum fuiſſe, per quod liberantur Creditores: nam in hoc caſu talis Confeſſio in præiudicium Eccleſiæ, abſque conſenſu capituli probat. Secùs eſſet ſi tenderet ad obligandum, & voluntariè fuerit facta à Prælato; Vel ſi ex tali Confeſſione, non inferatur præjudicium in bonis immobilibus Eccleſiæ. Vel ſi ipſe Prælatus noo habeat capitolum; nam tunc Confeſſio ſolius dicti Prælati probat in præjudicium Eccleſiæ. Vel ſi Confeſſio Prælati, & Abbatis haberet in ſe aliquam veriſimilitudinem, ſeo concurreret cum eâ aliqua coniectura. Vel ſi agatur de Iure adquirendo Eccleſiæ, & ooo acquiſito. Vel ſi reſpiciat Prælati Confeſſio dignitatem ipſius Prælati: quia pro vitâ ſuâ probat, & nocet Eccleſiæ ſaltem ſemipleoè. Gloſſa *in d. cap. dudum.* Item ſi Prælatus confiteatur, vt Teſtis, *d. cap. dudum.*
† Vel ſi confiteatur in cauſa bonorum deſcri- 6
ptorum à Capitulo, & ſint diſtincta omninò bona, quæ habet ipſe Prælatus. Nam ſuper his plenè probat, *d. cap. edoceri de reſcriptis.* Non enim ſola diuiſio tollit Prælato legitimam adminiſtrationem; niſi poſt diuiſionem booorum Congregationis à bonis prælaturæ diſcreta eſſent, & de adminiſtratione prouiſum, vt pulchrè ponit Innocentius *in d. cap. edoceri*, ſequitur Rot.
*in nouis hoc tit. deciſ.*3. *aliàs* 466. *num* 3. † Itaqoe 7
Prælatus in omnibus cauſis, in quibus eſt legitimus Adminiſtrator Eccleſiæ in agendo, ſi confiteatur præjudicat Eccleſiæ, & probat eo modò, quo præjudicat Confeſſio alterius Adminiſtratoris legitimè facta in Iudicio per modum Iuriſdictionis contentioſæ, abſque colluſione, & fraude. Tenet cum Bellamera, Maſcardus *de probat. concluſ.*367. *num.*22. Vbi *n.*23. ait quòd ſi Prælatus confiteatur, vt procurator conſtitutus ab ipſa Eccleſia, præjudicabit Eccleſiæ, iuxta textûs doctrinam, *in l. non ſolum, ff. de procurat. & l. certum, §. ſed an ipſos, ff. hoc tit.* cùm aliis allatis à Romano *conſ.*389. *n.*8. † Et ſic Con- 8
feſſio Prælati, cum clauſula (*prout in inſtrumento,*) nocet Eccleſiæ ſi foret adminiſtrata; vel quando haberet præſumptiooem Iuris communis pro ſe; vel ſi eſſet clara, quia ſi eſſet dubia interpretaretur pro Eccleſia. Ita Riccius cum aliis,
*collect.*176. † Id aliis autem caſibus, non præ- 9
judicare Prælatum, in quibus non eſt legitimus Adminiſtrator idem docuit Maſcardus *ſuprà n.*3. videbis Barboſam *in cap ſub orta, de Reiudicata*
*n.*3. cum multis. † Quòd ſi dubites, an ſi Præ- 10
latus confiteatur ſine conſenſu capituli, vel conuentûs,

ocntûs, valet quod facit in ooo arduis: iuxta textum, *in d. cap. edoceri*, & *in d. cap. cum depututi de Iudiciis*, & etiam in ardnis, licet capitolum per ſuum conſenſum onn adhibirum, poſſet contradicere & petere, vt mutaretur, quòd factum foret eius conſenſu ſpreto, aut eo ignorante. Ita probat Rota *in nouis*, vbi *ſupra n.4.* per textum, *in cap.1, & 3. de his. quæ fiunt à Prælato*, vbi Doctores. facis Gloſſa Ordinaria *in Clemens. l. de Iurepatronat.* verbo *Prohibitione*, & Innocent. *de rebus Eccleſiæ non alienandis cap. dudum, lib 6.* Tamen Maſcardus *ſup. num.10.* cum Abbate *in d. cap. fin de præſcrips.* & Felino ibi *num.11*, & eodem Abbate *in dicto cap. edoceri*, docet, quòd ſi ſolus Prælatus habens conuentum in materia ardua confiteretur, eius Con-
11 feſſionem oon præjudicare. † Notabis enim iuxta doctrinam textûs noſtri, de quâ infrà, quòd quoties contingat, vt Confeſſio Prælati facta etiam de conſenſu capituli præjudicet Eccleſiæ, danda ſit ei Eccleſiæ reſtitutio in integrum aduerſùs Confeſſionem. Ita Felinus *in cap. finali, de præſcrips. n.11.* Angelus *conſ.141.* Paulus de Caſtro optimè *conſ.34. volum.3. num.3.* Maſcard. *ſup. d. concluſ.367. n.24.* vbi *n.19.* docet etiam, vt detur eius ſucceſſori, quando ſuæ dignitati præjudicat docto priùs de læſione, iuxta ſententiam Dominici & Felini, per textum *in cap.1.*
12 *de reſtitut. in integrum, lib.6.* † Verùm quòd Confeſſio Recturis non noceat Eccleſiæ dixis Achilles *in deciſ.4 hoc tit.* nec Cooſeſſio Abbatiſſæ nocet Abbatiſſæ ſuccedenti, Riccius *collect.176* Afflictis *in deciſ.168.* Imò non probat Confeſſio facta in vno Iudicio ad aliud ſi probetur, facta aliter, quàm per acta prioris Iudicij: quoniam illa non faciunt fidem in ſecundo Iudicio. Bellamera *in dec. 460.* Riccius *collect.1824.*

QVÆSTIO II.

An Confeſſio Procuratoris Domino præjudicet, & probet contra eum. Et quid de Confeſſione Tutoris, Curatoris, Executoris. Et Adminiſtratoris & filij. Et quid de Confeſſione facta per Aduocatum lite conteſtatâ, & ſciente Clientulo. Et ibi de aliis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio Procuratoris nocet Domino, niſi Dominus probet contrarium, n 2.*
2 *Confeſſio Procuratoris præjudicat, quando Dominus conſtituens, iurauit ſe ratum habiturum factum à Procuratore.*
3 *Confeſſio Procuratoris ſe recepiſſe pecuniam rerum venditarum, vel tributarum probat, contrà Rempublicam.* Fallit in mutuo, n.4.
5 *Confeſſio Procuratoris, vt Domino noceat, debet fieri ex neceſſitate, non ex voluntate.*
6 *Confeſſio Procuratoris habentis generale mandatum ad recipiendam pecuniam, niſi conſtet de veru numeratione, non probat.*
7 *Confeſſio Procuratoris qualiter el noceat; & etiam in alio Iudicio, n.8.*
9 *Confeſſio Procuratoris reuocata ante reuocationem Iudici, & parti factum, nocet.*
10 *Confeſſio Tutorum, & aliorum Adminiſtratorum facta in Iudicio contentioſo nocet pupillo, minori, & aliis. Sed non facit fidem de recepto in eorum præjudicium, niſi conſtet de numeratione.*
11 *Confeſſio Filij ſine mandato, non præiudicat patri. Nec ſententia lata, virtute Confeſſionis.*
12 *Confeſſio facta per Aduocatum nocet Clientulo, & qualiter ab eo reuocetur.*
13 *Confeſſio, an probet in aliis pluribus caſibus,* vide remiſſiuè.

AD primam difficultatis partem, poteris applicare *d. in cap.9. de Iudiciis à quæſt.5.* vbi 1
dixi, *an facta per procuratorem præiudicet Domino*, & de aliis, quibus ſuppoſitis. Nunc breuiter dico quod regularites talis Confeſſio Domino præjudicat, ſi Dominus non oſtendit rem ſe aliter habere iuxta doctrinam textûs, *in l. certum, §. ſed an ipſos, ff. hoc titulo*, Gloſſa *in cap.1.* verſic. *non negauit de poſtulat. prælat.* & textus cum Gloſſa *in cap. ſub orta, de reiudicata*, notat Imola *in cap. in præſentia de renunciat.* Tiraquellus *de retractu, §. 1. gloſſa 18. num.90.* cum aliis Maſcardus *de probat. concl.369.* vbi *n.2.* docet poſſe Dominum eam Confeſſionem reuocare ante ſententiam: dummodo probet fuiſſe factam per errorem, & inde detrimentum ſequutum ſibi fuiſſe. Et idem procedere in procuratore, præcipuè in beneficialibus, & matrimonialibus in quibus vertitur periculum animæ de quibus infra latè per textum noſtrum. † Vnde dicendum eſt, quod Con- 2
feſſio Procuratoris in dubio præjudicat Domino, niſi Dominus probet contrarium, ob idque talem Confeſſionem præjudicare, quando Dominus conſtituens in inſtrumento iurauit, ſe ratum, & gratum habiturum, & obſeruaturum, quidquid per procuratorem factum, & geſtum fuerit. Ita Paulus de Caſtro *conſil.409.* Baldus *in l.2. §. fin. ff. ſi certum petatur.* Videndus *ſuprà*, Maſcardus *num 9 & 10.* † Qui *num.10.* ait quod 3
ſi Procurator Reipublicæ legitimè confiteatur habuiſſe, & recepiſſe pecuniam rerum venditarum, vel tributorum, probat contra ipſam Rempublicam, vbi ſentit Romanus *conſil.352. n.4.* per textum, *in l. in contractibus, §. ſed quoniam, Cod. de non numerata pecunia, leg. omnes, §. ad hæc Cod. de quadriennij præſcriptione*, & *l.2. Cod. de conuent. fiſci, lib.10.* † Quòd verum non 4
erit quoad receptionem pecuniæ ex mutuo, quia in hoc caſu talis Confeſſio non ſufficies ad obligandam ipſam Rempublicam ex mutuo, cum non ſufficiat probare procuratori mutuatum eſſe nomine Reipublicæ, niſi etiam pateat in eius vtilitatem mutuum eſſe conuerſum, vt ait Roman. *d. conſ.352. n.4.* per textum, *in l. ſi ciuitas, ff. ſi certum petatur, & plenè animaduerſum fuit*, in Authent. *hoc ius. Canonicata in cap. hoc ius 10. q 2. & in cap grauis. de depoſito*: declarat Maſcard. *ſup n.11.* † Supradicta ſubſiſtunt in Confeſſio- 5
ne facta à procuratore, ex neceſſitate, & oon voluntariè iuxta textum, *in l. non ſolùm de procurat.* Purpuratus *in l. mutuum, §. creditum, ff. ſi certum petatur num.117.* & ſic Riccius *collect.176.* dicit quòd Confeſſio Tutoris emanata per modum contentioſæ iuriſdictionis, vtputà reſpondendo poſitionibus & articulis, nocet Pupillo, vel Domino, habere tamen pupillum reſtitutionem, in integrum, etiam poſt ſententiam conſtito de læſione. Secùs erit ſi Procurator ſponte cum aduerſario eat ad Iudicium, & confiteatur; quia

tunc

tunc eius Confeſſio non probat, nec nocet
Domino: cum talis actus contineat in ſe dona-
tionem, vt eſt ſancitum, *in l. certum, ff. de Con-*
feſſis, quòd prohibetur procuratori, vt notat
Felinus *in cap. 1. vt lite non conteſtata*, verſic.
prima declaratio, num. 15. docet Maſcardus *ſup.*
num. 14. & 15. vbi *num. 6.* † Ait quod Confeſ-
6 ſio procuratoris, habentis mandatum generale,
ad recipiendam pecuniam, confitentis ſe pecu-
nias recepiſſe, non probat, nec nocet Domino,
niſi aliter conſtet de vera numeratione per Te-
ſtes, aut per inſtrumenta, aut litteras cambij.
Ita cum multis, ex eo quia, aliud eſt pecuniam
actualiter recipere, aliud verò confiteri ſe rece-
piſſe, *l. 1. & leg. fin Cod de dote cau. non, num. &*
leg. ſi ex cautione Cod. de non numerata pecunia.
7 † Et *num. 16.* ait etiam quod talis Confeſſio,
facta per Procuratorem procuratorio nomine:
ſi appareat, quod aliter ſe habeat veritas, & res
non ſit integra, tunc probet contra ipſum, &
noceat ei, tanquam perſonæ propriæ. Tenuit
Afflictis *deciſ* 148. *num* 4. per textum, *in l cum*
quidam Cod. de Adminiſtr. tutor, & *l. aduerſus*,
§. ſi Tutor, ff. de inofficioſo teſtamento, l. inter offi-
cium ff de revindic. Gloſſa *in cap. cum inter Canoni-*
8 *cos de elect.* † Quòd procedit etiam in alio Iudi-
cio, vbi talis Procuratoris Confeſſio nocet, &
probat, vt tenent, Panormitanus *in cap. 1. in 11.*
columna, verſic. *vnum tanquam* nota, vt lite non
conteſtata. Suarez Andreas, & Abbas *in cap per*
Inquiſitionem column. penult. verſic. *ſed tu de elect.*
Imola, & Alexand. *in l. cum lite, ff. Iudicatum*
ſoluero, Franc. *in cap. cum ſpeciali col. penult. de ap-*
9 *pellat.* † Sed notabis, quòd Confeſſio Procu-
ratoris etiam reuocati ante reuocationem Iudi-
ci, vel parti factam, nocet Domino. Ita tenet
Riccius *collect* 1824. cum Bellameta *in deciſ.* 174.
10 † Ad ſecundam difficultatis partem breuiter
dico, quòd Confeſſio Tutorum, & aliorum Ad-
miniſtratorum in Iudicio contentioſo facta præ-
judicat pupillo, minori ſeu aliis. Secùs verò ſi
extrajudicium fiat, & parte abſente, vt notatur,
in l. admonendi, ff. de Iureiurando, & ſanxit aper-
tè Iuſtinianus *in l. fin. in principio, Cod arbitrium*
tit. juncta Gloſſa *l.* alia docet. Maſcardus cum
multis ab eo relatis *concluſ.* 37. vbi *n. 1.* docet
generaliter, vt Confeſſio prædictorum non fa-
ciat fidem de recepto in præiudicium pupilli
minoris hæredum & aliorum, niſi de numera-
tione conſtet aliter videbis, quæ habuit Tira-
quellus de vtroque retractu, *tit. de retractu, con-*
uent. §. 4. gloſſa 6. verbo *conſignare*, Panormitan.
11 *in cap. ſi cautio, de fide inſtrument.* † De Con-
feſſione tamen fidei pro patre ſine eius manda-
to dicendum eſt, non præjudicare patri: etiam
ſi ſine mandato poſſit pro patre comparere in
Iudicio iuxta textum, *in l. exigendi Cod. de pro-*
curat. & reddit rationem Balboa *in cap. 4. de Iu-*
diciis n. 10. & 11. Quia ſententia lata à Iudice
virtute Confeſſionis alteri non præjudicat; &
ſic multo minus præjudicare Confeſſionem per
textum, *in l. 1. & 2. Cod. quibus rei iudicata non*
noceat; vbi Bartol, Mathesilanus *ſingulari* 15.
qui reſoluit, Confeſſionem ſententiam latam,
& acta probatoria non præjudicare tertio. Sicut
nec tranſactio, *l. ſi dictum, §. ſi compromiſero ff.*
de euictionibus. Guido Papa *ſingulari* 415. Barboſ.
12 *in c ſub orta de re iud. n. 2. & 3.* † Ad tertiam quæ-
ſtionis partem: dico quod Confeſſio facta per
Aduocatum lite conteſtatâ, & ſciente Clientu-
lo, perinde eſt, ac ſi per ipſum Clientulum fie-
ret, & ei præjudicat, niſi illam reuocet: quæ
reuocari valet vſque ad tridnum, etiam non
docto de errore; ſed ſi error probetur vſque
ad ſententiam poit reuocari. vide Maſcardum
de probat. concluſ. 381. de quo latè Doctores, ab
eo ibi relati. † Et de aliis qualiter Confeſſio 13
vnius probet contra alios, videbis Maſcardum
conclu. 362. vbi *de Confeſſione factâ à maritò di-*
cente ſe recepiſſe dotem ab vxore: & concluſ. 363.
vbi *de Confeſſione mariti dicentis ſe emiſſe rem de*
pecunia vxoris. Et concluſ. 364. vbi *de Confeſſio-*
ne Patris dicentis ſe recipiſſe pecuniam ab aliquo, an
prajudicet legitima filiorum, ſi ſe debitorem dicat.
Et concluſ 365. *de patre confitente, ſe habuiſſe pe-*
cuniam à filio ſuo tanquam ad eum pertinentem. Et
concluſ 366. *an credatur Confeſſioni matris in pra-*
judicium filij, ſi dicat illum ex adulterio natum; de
quo in cap. in officiis de pœnit. Et *concluſ* 372. *an*
Confeſſio debitoris probet contra alios creditores, &
quid de Confeſſione creditoris dicentis ſibi ſolutionem
factam ibi concluſ. 372 & *concluſ.* 374. *an Confeſſio*
cedentis probet contra ceſſionarium, & de aliis latè
docet. Alia tradit Riccius *collect.* 376. vbi dicit,
quòd Confeſſio principalis non nocet fideiuſſo-
ri, nec Confeſſio cedentis ceſſionario, nec Con-
feſſio Coadiutoris nocet Coadiuto, nec Con-
feſſio, Patris, & Matris in fauorem vnius ex fi-
liis non nocet aliis; Nec Confeſſio Mariti facta
poſt delictum de dote non nocet Fiſco, nec Con-
feſſio facta ab vno quaſi procuratore nocet ei-
dem facto principali.

QVÆSTIO III.

An Confeſſio poſſit erroris prætextu reuocari?
Et quid ſi facta fuit animi deliberatio-
ne. Et an ficta in Iure queat reuocari
hoc prætextu.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio prætextu erroris poteſt reuocari, ſiue*
ſpontaneè, ſiue vi tormentorum facta ſit, n. 2.
limita, n. 4.
2 *Confeſſio poteſt declarari, excuſari, & inter-*
pretari per confitentem ſicut, & reuocari Con-
feſſione acceptatâ tantum in criminalibus, n. 3.
4 *Confeſſio poteſt reuocari, & interpretari ab ipſo*
confitenti, & ab eius conſanguineis.
5 *Confeſſio facta ex animi deliberatione, etiam*
quit reuocari ex errore. Imò, & incontinenti
etiam errore non probato.
6 *Confeſſio ficta in iure poteſt reuocari, aduerſus*
quam admittitur probatio, n. 7.
7 *Confeſſio erronea non praiudicat confitenti con-*
trarium probanti.
8 *Confeſſio ficta transfert onus probandi contra-*
rium in aduerſarium.
9 *Confeſſio ficta qua dicatur.*
10 *Confeſſio quandocunque hodie reuocari valet præ-*
textu erroris.

EX ſecunda textûs noſtri parte longè DD. 1
agunt de reuocanda Confeſſione, prætextu
erroris, nam docet textus, quod ſiue ficta Con-
feſſio in iure per Eccleſiæ Oeconomum & no-
ceat, poterit nihilominus reuocari, ſi ante fini-
tum negotium doceatur factam eſſe per errorem
facti,

facti, & ſic reuocata, non nocebit confitenti,
quia ſcilicet cauſa efficiens confitentis eſt con-
ſenſus, & cum dato errore deficiat conſenſus;
ideo deficiet Confeſſio. Videbis textum, *in*
leg.1. §. ſi quis vltro, in verbo *Perſeuerante*, &
ibi Gloſſa in eodem verbo, *ff. de quaſt.* & con-
ſonat textus, *in l.1. leg. Iulianus, leg. Certum, ff.*
hoc tit. leg. vnica, Cod. eodem cap. final. de inte-
grum reſtit. lib.6. leg. Maritus, Cod. de Procurat.
leg. Sed hac, ff. eodem, leg. quia ſit ex §. Sed &
probus, ff. quod vi, aut clam, l.4. Cod. de repu-
dianda hareditate, leg. error, ff. de Iuris, & facti
ignor. leg. error, Cod. eodem, l. 1. & 3. Cod. de
errore aduocat. leg 3. Cod. ſi minor ſe majorem di-
xerit, leg. penult. ff. de ceſſione bonorum, leg. poſt
rem, ff. de rejudicata, leg. quidam, ff de donat.
l.1. §. perinde, ff. ſi quid in fraudem Patron. l.4.
ff. ad legem Iuliam Majeſtatis, Maſcardus *de pro-*
bat. concluſ.345. n.16. & concluſ.347. n.48. Oſ-
naldos ad Donellum *lib.18. Comment. cap.1. lit-*
tera C, & lib.10. cap 10. Donellus *in l.3. Cod. de*
fide inſtrument. Cujacius *lib.55.* Pauli ad edictum,
in l.1. ff. hoc tit cum aliis Gomña *hic num* 1. Ze-
uallos *communes contr. quaſt* 652. Balboa per tex-
tum noſtrum *in cap. at ſi Clerici de Iudicijs*, n.11.
plura tradit Riccius *collect.*174. 1031. & 1814.
2 † Quod etiam procedet ſiue ſpontanèe, ſiue vi
tormentorum talis Confeſſio fuerit emanata,
Baldus *in l.1. num.49. Cod hoc tit.* Farinacius in
praxi, cum multis ab eo relatis, *quaſt.81. cap 9.*
Paris Deputeo *de Syndicatu*, verbo *Condemna-*
tio, cap.4. num.4. vbi addit quòd reuocare Con-
feſſionem, eſt ſpecies defenſionis, & ſic multò
magis poſſe eam Confeſſionem excuſari, decla-
rari, & interpretari per confitentem etiam ex
interuallo, & etiam ſi iurata ſit ſub quacunque
forma iuramenti ab inquiſito, & etiam ſi con-
fitens plenam, & meram veritatem dicere iu-
rauerit. † Ita cum multis Farinacius *ſuprà à*
3 *num.1.* vbi *num.321.* hoc procedere ait, & in
Confeſſione acceptata, quæ in criminalibus
quit reuocari, quamuis alij contra teneant,
& procedat, vt poſſit reuocari etiam in crimi-
nalibus, poſt ſententiam quantumvis ſecùs ſit
in ciuilibus, & in cauſà appellationis, & non
ſolum ab ipſo confitente, ſed etiam ab alio præ-
ſertim à Patre, vel aliis conſanguineis, & hoc
inuitò etiam confitente. Ita tradit cum multis
Farinacius. † Vbi *ſuprà à num.317.* qui n.333.
4 limitat propoſitam regulam, vt non procedat
quando Confeſſionis reuocatio proponitur ca-
lumnioſè ſub prætextu erroris, quod remit-
titur arbitrio Iudicis vt ipſe videat quando
5 proponitur calumnioſè. † Ad ſecundam par-
tem quæſtionis, licet Gloſſa *in cap. ex litteris*
de diuortijs, verbo *Admonitio*, quam dicit com-
muniter approbatam. Monachus *in cap. cum*
contumacia num 7. de haret. lib.6. dicat Confeſ-
ſionem ex animi deliberatione factam non poſſe
reuocari: tamen communis eſt Doctorum con-
traria ſententia, quæ probatur ex dictis *ſupr.* &
ex noſtro textu Iaſon *in l.1. Cod. de errore calculi*,
Felinus *in cap. fin. de offic. delegati*, verſic. *tertio*
facit, Gottierrez *de Iuramento confirmatorio 3. p.*
cap.8. num.3. vbi optimè declarat dictam Gloſ-
ſam dicens eſſe communiter reprobatam; &
ita tenendum eſſe, docet cum aliis Zeuallos
communes contra. quaſt. 66. 8. & de iure Regio
per textum, *in l 5 tit.13 parte 3.* vbi Gregorius
verbo *ſuccio* Imò Barboſa, cum Maſcardo, &
aliis, *in cap. praterea 7. de Teſtibus cogendis per*
illum textum, num.3. dicit quòd Confeſſionis re-
uocatio licita eſt quando fit incontinenti nullo
etiam errore probato. † Ad tertiam partem 6
difficultatis nonnulli dicunt, quòd Confeſſio
ficta, in iure poteſt etiam reuocari, prò qua
opinione faciunt dicta *ſuprà*, & tenent in ter-
minis, Aretinus *conſil.* 4. quem ſequitur Pa-
dilla *in leg. error num.18. Cod. de Iuris, & facti*
ignorant. Menchaca *de ſucceſſionum creatione 1. p.*
libro 3. §.13. num.78. Verùm Doctores Cano-
niſtæ *in textu noſtro*, docent talem Confeſſio-
nem non poſſe reuocari prætextu erroris, eò
quòd non eſt vera, ſed ficta. Ita docet Gloſſa
in cap. quoniam, ff. de his, qui notantur infamià,
Baldus *in dicta leg. error*, vbi Iaſon *num.14.* Di-
dacus Perez in *l. 1. tit. 4. libro 3. ordinamenti*
col 927. vbi refert Abileſium dicentem hanc
opinionem eſſe in practica receptam apud Re-
gios Senatores Cancellariæ, quàm etiam ſe-
quitur Gutierrez *ſuprà dicto cap.8. num.7.* † Ta- 7
men eſt notandum quòd contra dictam Con-
feſſionem admittitur probatio in contrarium,
vt docent Angelus, & Paulus *in leg. ſi his, qui*
num 5. Cod qui teſtamenta facere poſſunt. Anton.
de Butrio; hîc Aretinus *conſ.* 146. *num.5.* Ale-
xand. *conſ.* 145. *num.4. libro* 6. & latè Gottier-
rez videndus *libro 1. pract. quaſt.49. & 50.* nec
enim Confeſſio erronea præjudicat confitenti,
contrarium probanti per Teſtes, aut inſtrumen-
ta; Neque quidquid obſtabit Scriptura Con-
feſſioni, vt *in leg. Imperator 8. ff. de ſtatu homi-*
num, Balboa *in cap. at ſi Clerici de Iudicijs*, n.12.
in fine. Nec huic reſolutioni obſtat dicere, quòd
de nihilo pœna illarum legum ſeruiret ſi proba-
tio in contrarium admitteretur, argumento
textûs, *in leg omne Verbum Cod. communia de le-*
gatis cap. commiſſa de electione. † Quia reſpon- 8
deo, quòd ſemper dicta ficta Confeſſio erit
magni effectûs, cum onus probandi contra-
rium tranſeat in aduerſarium, & præſumptio-
nes iuris ſunt liquidiſſimæ probationes. Gloſſa
in leg. ſi Tutor petitus, C. de periculo Tutorum,
tradit Paz *in praxi parte 1. temp.8. à num.117.*
Zeuallos *communes contra* 669. Sed de hoc dico,
vbi ſuprà ad Rubric. de litis conteſtatione quaſt.12.
& pracipuè, quaſt.13. & 14. † Et ſi ſcire velis 9
quando dicatur Confeſſio ficta recurres ad ea
quæ dixi, *ſuprà ad Rubricam de litis conteſtatione*
quaſt.11. & ea nempe dicitur quando non reſ-
pondens poſitionibus habetur pro Confeſſo,
quia talis Confeſſio non eſt vera, ſed ficta. Vi-
debis textum, *in cap. ſi poſt praſtitum de Confeſſis*
lib.6. & l.2. tit.7. lib 6. recop. † Et ſi dubites
etiam, an poſſit reuocari poſt terminum da-
tum ad reſpondendum, tibi reſpondebo quod
hodie in quocunque tempore docendo de erro-
re reuocabitur Confeſſio *in 1. & 2.* inſtantia ex
texto *in dicta l.3. tit.13 parte 3.* vbi Gregorius,
Zeuallos *commun. cont. quaſt* 652. vbi de iure,
contrarias refert opiniones, & concludit quod
eſt petenda reſtitutio ex clauſula generali, *ſi qua*
mihi iuſta cauſa.

Qvæstio IV.

An ſi quis in Iudicio confiteatur ſe occidiſſe hominem, & non appareat homo occiſus, talis Confeſſio, quaſi crimen approbet: Et de multis caſibus reuocandi, vel non erroneam Confeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Confitens in iudicio ſe hominem occidiſſe, ſi non appareat occiſus, qualiter noceat.*

2 *Confeſſio in cauſa ſtatûs, non ſemper præiudicat.*

3 *Confeſſio erronea reuocatur in multis caſibus docto priùs de errore, n.4.*

4 *Confeſſio in aliquibus non reuocatur.*

5 *Confeſſio præiudicat quò ad probationem, non quoad obligationem, niſi verba eam contineant.*

6 *Confeſſio per errorem non terminata finaliter poteſt reuocari.*

1 AD primam partem dixi aliqua *ſuprà in Ru-*
brica, & addo quod virtute illius Confeſ-
ſionis non eſt aliquis condemnandus, quia
hæc Confeſſio quaſi erronea, nec præiudicat
confitenti, vt rectè probat Marſilius *in Rubric.*
*Cod. de probat. num.*103. Boëtius *deciſ.*164. *n.*10.
& hoc eſt verum, niſi alias ſaltem per famam
publicam probaretur hominem occiſum eſſe,
quamuis, ſi forſam Iudex confitentem con-
demnauerit, non tenebitur poſtea Syndicatu,
vt ex Alexand. & aliis docuit Boëtius *vbi ſuprà*
2 *num.*10. † Et hanc doctrinam ſimiliter etiam
procedere in cauſa ſtatûs. Quia Confeſſio
contra libertatem non ſemper præjudicat con-
fitenti; dixit Balboa *in cap. at ſi Clerici de Iu-*
dicijs, num 12. per textum, *in leg. nec ſi vo-*
lens, leg. interrogatus 24. *leg. Arrianus* 27. *leg.*
liberos 39. *Cod. de liberali cauſa, & ex leg.* 6.
titulo 13. *parte* 3. in verſiculo *otioſi decimos.* Vi-
de quæ tradit Graña *hic num.* 9. & 10. vbi ex-
plicat iura, *in leg. qui ſticum*, §. 5. *ff. de hoc ti-*
tulo, cum leg. finali, & leg. ſi mulier 26. *ff. ad Vel-*
leianum, & leg. ſi mulier 23. *eodem titulo*, vbi
benè Gotofredus. Alia docet Antonius Faber
3 *in rationali ad prædicta iura.* † Ad ſecundam
quæſtionis partem breuiter reſpondeo dicens
in tantùm Confeſſionem erroneam poſſe reuo-
cari, vt etiam procedat in Confeſſione gemi-
nata, ſecundum veriorem ſententiam, de qua
Balboa *ſuprà*. & cum multis Farinacius *in praxi*
crimin. quæſt. 81. *à num.* 329. Item hæres po-
terit reuocare Confeſſionem defuncti Afflictis
deciſione 233. quòd ampliatur datâ etiam De-
functi ſcientiâ, Surdus *in deciſione* 130. Imò,
& Confeſſio Aduocati, & Procuratoris acce-
ptata per partem, poterit reuocari. Franciſcus
Marcus *in deciſione* 59. *parte* 2. Et Confeſſio in
prima inſtantia facta per Procuratorem poterit
reuocari à Domino in ſecunda inſtantia, Ric-
cius *collect.* 1031. *in fine*, vide quæ tradit Va-
lenzuela *conſil.* 17. *parte* 1. Et ſic etiam Con-
feſſio tacita inſurgens ex verbis libelli. Ita Ia-
fredus *in deciſione* 78. ſicut, & Confeſſio facta
per Teſtatorem reuocato teſtamento cenſetur
reuocata; Idem Iafredus *in deciſione* 201. & quòd
Confeſſio extrajudicialis ſemper poſſit reuocari
ante acceptationem, tenet idem *in deciſione* 79.
ſed cùm per Iudicem proponeretur Confeſſio
acceptata, tunc non reuocari dixit Mynſinge-
rius *centuria* 4. *Obſeruatione* 51. ſequitur Riccius
collect. 174. Et item poterit reuocari talis Con-
feſſio erronea etiam emiſſa coram Iudice com-
petente, ex eò quia poteſt reuocari ea, quæ fuit
facta coram competenti ex iam dictis: & hanc
reuocationem fieri ipſo iure, non autem ope
exceptionis, quod intelligit Riccius *collect.* 1814.
procedere ante ſententiam. Ita cum Bellamera
in deciſione 692. Item poterit reuocari ſub præ-
textu erroris, etiam ſi ſit aliis indiciis grauata,
& indicia eam præceſſerint; tenet Farinacius
cum aliis, & contra alios *in praxi q.* 81. *n.* 330.
& 331. † Verùm prædicta non procedunt, niſi 4
prius docto de errore, vt dixi *quæſtione præce-*
denti, & tenet in terminis Riccius *collect.* 1031.
& *dicta collect.* 1824. nec reuocatur Confeſſio,
quando pars confitetur aliquid in Rota Sacra
conſ. quia tenetur obſeruare. Sed nec Confeſſio-
nem tacitam inſurgentem ex verbis libelli,
poſſe reuocari poſt litem conteſtatam dixit
Baldus *deciſione* 88. Nec poterit reuocari Con-
feſſio qualificata, vt in terminis docet Thomas
Triuilius *in deciſione* 46. Rotæ Lucenſis *in de-*
ciſione 70. Ioſeph Ludouicus *in deciſione eiuſdem*
Rotæ 19. *& de amatis in deciſione* 89. Riccius *col-*
lect. 74. *in fine.* † Animaduertes tamen quòd 5
licet Confeſſio præjudicet quoad probationem,
non tamen quoad obligationem, niſi verba
diſpoſitiua, & inductiua, obligationem con-
tineant. Bellamera *in deciſione* 692. Riccius *col-*
lect. 1824. *in fine.* Vbi cum eodem Bellamera
deciſione 430. refert qualis debeat eſſe Confeſ-
ſio, vt diſcoloret poſſeſſionem. † Vnùm ta- 6
men notabis quòd Confeſſio facta per errorem
facti poteſt reuocari, dum cauſa non fuerit ſi-
militer terminata; Cardoſus verbo *Confeſſio*
num. 22. nam tunc Confeſſio erronea, etiam ſi
fuerit geminata non nocet confitenti, & poteſt
reuocari. Maſcardus *concluſ.* 378. & 347. *num.* 48.
l. 1. ibi ſæpius computatas *Cod. de errore Cal-*
culi, & videbis Gloſſam *in l.* 2. *hoc titulo* Bar-
boſa *hic à num.* 4.

Qvæstio V.

An Minoris Confeſſio facta ſine Tutoris authoritate queat reuocari, vel aduerſus eam reſtitui: Et quid in Confeſſione Iuris, & non facti: Et qualiter ſit probandus error in Confeſſione, vt aduerſus eam detur reuocatio.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio Minoris facta ſine authoritate, nunquam ei nocet. Et quando eius Curator interponat authoritatem, num.* 2. *fallit num.* 3.

3 L. Si ex cauſa, §. num videndum, *verſic.* Sed cum ex domo, l. auxilium, §. in delictis *verſic.* ſed vt, ff. de Minoribus, l. 1. §. Diuus, ff. de quæſt.

4 *Minor tanquam Confeſſus, poteſt condemnari vigore*

vigore ſtatuti, & quando ei denegetur reſtitutio, n.5.

5 *Minor ex Confeſſione reſtituitur, ſi appareat eum erraſſe. Et aliquoties ex remedio extraordinario, quod denegatur maiori, n.7.*

6 L. certum, §. in pupillo, ff. de Confeſſis.

8 *Errans in iure non reſtituitur confitens, ſecus ſi in facto.*

9 L. fideicommiſſum 7. ff. de Confeſſis.

10 L. error 7. Cod. de Iuris, & facti ignorantia.

11 *Error aduerſus Confeſſionem ſufficit probandus per legitima indicia, per Teſtes, & non per tormenta, n.12. & 13.*

12 *Error non ſatis probatur, probando rem aliter ſe habere per teſtes, & inſtrumenta, ſed in ſpecie, & cauſa erroris, & de aliis, n.13. 14.*

14 *Error qui probandus eſt aduerſus Confeſſionem, debet non cadere in latam culpam.*

15 *Error ſufficit, vt in parte probetur, quia Confeſſio erronea, in parte, præſumitur in totum. Et quid ſi referatur ad Scripturam, n.16.*

17 *Reuocans incontinenti Confeſſionem ſuam non tenetur errorem probare. Et quando dicatur incontinenti.*

18 *Reuocatio Confeſſionis erroneæ in ſancto Officio, quomodo admittatur.*

19 *Confeſſio præſumitur bona non erronea, niſi probetur contrarium.*

1 QVoad primam partem, dico quòd Confeſſio minoris ſiue Tutoris, vel Curatoris authoritate ipſo iure non valet, nec ipſi minori nocet; quia minor in criminalibus non habet legitimam perſonam ſtandi in Iudicio, *leg. Clarum Cod. de Authoritate præſtanda, leg. vniuerſis Cod. qui Tutores dari poſſunt, leg. propter, Cod. de Adulteriis*, (Cautius enim eſt) docet textus, *in dicta leg. Clarum minores cum perfectiſſima ſuaſione reſponſa facere, ne ex ſua imprudentia, vel iuuenili calore, aliquid vel dicant, vel taceant, quod ſi fuiſſet prolatum, vel non expreſſum prodeſſe eis poterat*; Ita Cinus ibi *num.1. & 2.* & Baldus *num.4.* & omnes cum multis videndus Farinacius *in praxi quæſt.81. cap.8. à num.352.* vbi dicit prædictam regulam multò magis procedere in Confeſſione infantis iuxta, *l. quinque, ff. ſi in ius vocatus, l.1. §. ita tamen*, & *in l.2. in princ. ff. de Adminiſtrat. tutorum.* Item in minore habente patrem, vt optimè comprobat Antonius Gomez. *variar. reſolut. tom 3. cap.1. de delictis num. 64.* verſic. *quòd notabiliter.* Et in Confeſſione minoris patrisfamilias, & in Confeſſione adulti, & maioris, 14 annorum, & nec valebit Confeſſio minoris ſine ſolemnitatibus requiſitis à ſtatuto, nec etiam facta à minore, qui curatorem non habet: quia in iſto caſu eſt ei dandus Curator. Itaque negatio delicti, ex qua minor conſequeretur præiudicium, non valebit ſine Tutoris, aut Curatoris authoritate; & etiam in Confeſſione minoris iurata,
2 aut geminata; & repetita. † Et ſic Curator in iſto caſu debit interponere ſuam authoritatem, non ſtatim, ſed ex interuallo cum cognitione cauſæ, quæ omnia tradit Farinacius *ſuprà* cum multis.
3 † His tamen omnibus obſtant textus, *in leg. ſi ex cauſa, §. nunc videndum*, verſic *Sed cum ex dono, l. auxilium, §. in delictis*, verſic. *Sed vt, ff. de minoribus, l.1. §. Diuus. ff. de quæſtionibus*, vbi Confeſſio minoris ſibi nocet, & confirmatur ex regula generali quâ docemur, quòd Confeſſus pro iudicato habetur iuxta textum, *in l.1. ff. hoc tit.* Tamen reſpondeo prædicta iura procedere in delictis, quando Confeſſio minoris fit in Iudicio tendens ad veritatis indagationem, cum iam Curator interueniſſet tempore, quo Iudex pronunciauit Minorem interrogari, ſeu torqueri debere. Verùm ſi minor in Confeſſione, à ſe facta errauit, tunc reſtitutio ei competit, *l.3. Cod. ſi minor ſe maiorem dixerit*; & adeo verum eſt, vt nec aduerſus delictum reſtituatur, niſi error in Confeſſione exprimatur; eò quòd minor aduerſus proprium delictum, & dolum, nunquam reſtituitur, *l.1. cum vulgatis, ff. ſi aduerſus delictum, l auxilium, ff. de minoribus, l ex cauſa, §. nunc videndum eodem, l ſi putator §1. cum alijs ad legem Aquiliam, l.5. §. iniuriam, ff. eodem.* Nam tunc minor à ſe, non ab alio decipitur, *l. is, qui ſe. l. nam ſi actor, ff. de rei vindicatione, l minor, ff. de Minoribus*, Graña *hic n.3.* Donetus *lib.21. Comment. cap.10.* Anton. Faber in rationali ad textum, *in d. l. minor*, Sarmiento *lib.3. ſelect. cap.3. num.5.* Faquinetus videndus *lib.1. Controuerſiarum cap.72.* † Vnde 4
euenit, vt poſſit minor tamquam Confeſſus condemnari vigore ſtatuti, volentis contumacem haberi pro confeſſo, etiam non dato ei curatore. Et quando ſtatutum habet minorem pro majore; quia tunc eius Confeſſio non eſt nulla ipſo iure, & tunc Confeſſio Minoris facta, ſine curatore non probat, ſi facta ſit contra ſe, ſecùs, ſi contra alium, vt Teſtis, quia tunc non eſt neceſſaria authoritas Curatoris; alia tradit Farinacius cum multis *in praxi dicta q 81. cap.8. à num 366.* † Imò, & multi docent ab 5
eo relati, ibi *à num.283.* quòd minor non reſtituitur, in atrocioribus aduerſus eius Confeſſionem. Tamen Antonius Gomez. *dicto lib 3. variar. cap.1. num.66.* contrarium dicit ex eo, quia quo magis delictum eſt atrox, majoremque meretur pœnam, magis minor ex ſua Confeſſione læditur, ideóque magis ei ſuccurrendum fore. Tamen ait Minori non eſſe concedendam reſtitutionem aduerſus ſuam Confeſſionem, ſi iterum interrogatus, iterum fateretur, vel ſpontè, vel per torturam. † Quibus ſuppoſitis 6
eſt facilis intellectus ad textum, *in l. certum, § in pupillo, ff. hoc tit.* vbi generaliter ſtatuitur, quòd minor ex Confeſſione ſua eſt animo reſtituendus quòd venit intelligendum quando appareat Minorem erraſſe in ſua Confeſſione; & ſi dixeris nihil amplius concedi minori, quàm maiori cuius Confeſſio etiam reuocatur per errorem, ex noſtro textu, & ex aliis; reſpondeo cum Graña *hic num.4.* omiſſa explicatione aliorum, verum eſſe, quia erroris cauſa talis, & tam iuſta eſt, vt non ſolum proſit Minori, ſed etiam extendatur ad majorem. † Sed minori aliquoties competet 7
etiam remedium extraordinarium Confeſſionis, vbi denegatur minori, veluti cùm dixerit ſe erraſſe in facto alieno, nec probationibus id oſtenderit. Quia eo ipſo quòd minor fateretur, id, quod ſibi eſt damnoſum in facto alieno erraſſe præſumitur; & licet præſumptio non ſit ſufficiens ad reſcindendum errorem, cum in eo etiam probationes deſiderentur, *leg. 3. Cod. de Iuris, & facti ignorantia* Sufficit tamen vt ex æquitate prætoria reſtitutio minori, vel Eccleſiæ concedatur, & ſic interpretatur textus noſter in verſiculo *Finali*, vt tenet, Graña

Digitized by Google

hic num. 6. Sarmientus *libro* 3. *ſelect. cap.* 13.
8 *num.* 7. † Ad ſecundam partem difficultatis, dico *ſuprà* omnia dicta procedere, quando erratur in facto, ſed an ſi erretur in iure idem ſit, & videtur quòd talis non reſtituatur per textum, *in l.2. Cod. hoc titulo*, quâ docemur quòd non fatetur, qui in facto errat, niſi in iure erret. Tradit Innocentius Cironius *in Parat.*
9 huius tituli *in fine.* † Nec obſtat textus, *in leg. fideicommiſſum* 7. *ff. eodem*, vbi videtur reſtitui minorem, qui in iure ſe fideicommiſſum deberi faſſus ſit, quia reſpoodeo textum illum loqui in longè alia ſpecie, vt docet hic
10 Gtaña videndus *num.7.* † Vbi explicat etiam textum, *in leg. error.* 7. *Cod. de iuris, & facti ignorantia*, ex qua conſtat, quòd facti error etiam nocet confitenti; quia illud eſt intelligendum quando cauſa iam ſemel extincta, & deciſa eſt. Sed in ſpecie textûs noſtri, non eſt, quia quamuis Confeſſus quodam modo ſuâ ſententiâ damnetur ex textu, *in l.1. ff. de Confeſſis.* Tamen venit reſtituendus ſi errauit in facto *ex textu noſtro*, & ex omnibus cauſis iam
11 *ſuprà* dictis. † Ad tertiam quæſtionis partem qualiter ſit probandus error, vt aduerſus Confeſſionem detur reſtitutio, de quo plura tradit videndus cum multis Farinacius *in praxi dicta quæſt.* 81. *cap.* 9. *à num.* 337. vbi poſtquam refert plures, qui dicunt plenè probandam Confeſſionem erroneam, & non per coniecturas, & per indicia contra Baldum, & alios *in l.* 2. *num.* 4. *Cod. de cuſtodia Reorum.* Tamen verum eſt quod & ſi error reuocatæ Confeſſionis eſt plenè probandus, tamen ſatis plenè probatus dicetur, quando ex iodiciis, & coniecturis
12 apparet probatus. † Tamen error eſt probandus per Teſtes, & non per torturam, nec ſatis error probatur, probando rem aliter ſe habere per Teſtes, vel inſtrumenta. Idem Farinacius *à num* 342. vbi *à num.* 344. ait eſſe errorem probandum in ſpecie, & cauſam erroris aliàs allegans ſimpliciter errorem non auditur, & ſic probari debet, non ſolùm rem aliter ſe habere; ſed etiam error Confeſſionis hoc eſt cauſa, quare confitens motus fuit, ad ſic confitendum. Quod eſt contra Angelum *de maleficiis*, in verbo *Comparauerunt*, dicentem quod licet in reuocatione Confeſſionis ſit cauſa exprimenda erroris; leges tamen permittere reuocationem, abſque alicuius cauſæ probatione.
13 † Et hoc vltimom procedit in Confeſſiooe ſpootanea, ſecùs in extorta per tormenta, vel metu illorum, quia tunc etiam quòd ſit ratificata poteſt reuocari probato errore, rem ſcilicet ſe aliter habere, etiam non probatâ cauſâ erroris, pro quâ, ſufficit allegare metum, ſeu dolorem tormentorum. Pulchrè, & pluribus comprobat Aretinus *in cap. cum dilecti de accuſat. n.* 29. verſic. *tu vero*, & verſic. *& licet & n.* 30.
14 verſic. *primo caſu.* † Imò, & non ſufficit ex noſtro textu probare quemlibet errorem ad reuocandam Confeſſionem, ſeu erroris cauſam; ſed deberi probari talem errorem, qui non cadat in latam culpam. Aretinus poſt Bartolum *in dicto cap. cum dilecti num.* 34. *in fine*, Baldus *in leg. cum falſa de iuris, & facti ignorantia.* Puris Deputeo *de Syndicatu*, verbo *Tortus*, *cap.* 7.
15 *num.* 5. † Et licet error ſit allegandus, & probandus modo dicto, tamen ſufficiet illum probare in parte, quia Confeſſio erronea in parte, præſumitur in totum errooea, & Confeſſio in parte falſa in totum præſumitur falſa. Ita Farinacius *vbi ſuprà num.* 350. *& quæſt.* 81. *in princ. num.* 22. Socinus *conſil.* 82. *num.* 2. Decius *conſil.* 536. *num.* 10. Alciatus *de præſumpt. Regul.* 3.
† Verùm ſi Confeſſio referatur ad aliquam 16
Scripturam, & in ea Scriptura appareat contrarium, eius quod quis confitetur, vel non tantum quantum in Coofeſſione continetur, ſatis dicetur probatum de errore abſque alia extrinſeca probatione. Bertaxolius *conſ.* 53. *à num.* 1. vbi benè probat, & *conſ.* 199. *à n.* 13. *& conſ.* 242.
à num. 16. *lib.* 1. † Notandum verò eſt, quòd ſi 17
confitens incontinenti reuocat Confeſſiooem ſuam, tunc noo habet neceſſe probare errorem, iuxta Gloſſam *in cap. fin.* in verbo *iuxta cauſa de Iureiurando in* 6. Marianus *in cap. qualiter, & quando & l.* 2. *num.* 1005. *de accuſat.* vbi quòd incontinenti dicitur reuocata Confeſſio, nedum ſi reuocetur antequam ſit ſcripta in actis; ſed etiam ſi reuocetur poſtquam eſt ſcripta, dummodo incontinenti, & Abbas *hic n.* 21. *in fine, & num.* 22. addit quod incontinenti dicitur, non ſolùm antequam Confeſſio ſit ſcripta per notarium; ſed etiam antequam Reus exeat ex Iudicis conſpectu, ſed alij hoc negant. Quare exiſtimo hoc Iudicis arbitrio relinquendum, & videbis Farinac. *ſup. d. q.* 81. *cap.* 9. *n.* 348. & de modis probandi errorem, Valentia *p.* 1. *conſ.* 27.
ex num. 16. † Ad vltimam quæſtionis partem; 18
videbis quæ tradunt, Caoteta *in quæſtionibus crim. cap.* 1. *de hæret. num.* 70. Simancas *tit.* 15. *n.* dicentes admitti reuocationem Coofeſſioois, etiam poſt interuallum, quamuis de errore reuocans non doceat; ſed Rojas *de hæreticis p.* 2. *aſſert.* 25. *num.* 265. Seſſe *tit.* 4. *deciſ.* 472. *num.* 7. Souſa *in Aphoriſm. Inquiſ. lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 22. Farinacius *de Hæreſi quæſt.* 188. *num.* 75. dicunt talem reuocationem non admitti, ſed ſtandum primæ Confeſſioni, niſi doceatur de errore, & limitat. Diana *parte* 4. *tract.* 7. *reſol.* 22. quando incontinenti fit reuocatio, vbi alia dicit etiam de Teſtibus reuocantibus ſuas depoſitiooes, vide quæ dicit Carena *de Officio Inquiſitionis*, *p.* 3.
tit. 8. §. 11. † Notat verò Syriacus *tom.* 2. *cont.* 19
264. quòd Confeſſio ipſo iure obligat, & licet ſit erronea non reſoluatur ipſo iure, ſed debeat reuocari, vel condici liberatio, vel peti reſtitutio in integrum; nam qui eam dicit erroneám debet probare, ſicut & is, qui dicit indebitum, probare tenetur, tam de iodebito ſoluto ex *tit.* 25. *ff. de Probat.* Farinacius *quæſt.* 81. *n.* 23. & 337. cum aliis.

QVÆSTIO VI.

An Reus qui negauit, & poſtea conuictus eſt, & confitetur habeat beneficium ex forma ſtatuti: Et an, qui confitetur audiatur appellans.

SVMMARIVM.

1 *Reus, qui negauit, & poſtea conuictus eſt, & confitetur, non habet beneficium ex forma ſtatuti.*

2 *Conuictus, & Confeſſus non auditur appellans, & quid de ſolo Confeſſo in Iudicio, n.* 3. 5. *&* 6.

4 *Appellatio prohibita, etiam licet quando appellans præſtat legitimam cauſam.*

5 L. 2. Cod. quorum appellation. non recip. cap. ei qui 61. §. nullus 2. q.6.

6 Cap. cum ſpeciali de appellationib. cap. Romana eodem lib.6. n,4.

7 *Appellatio inducta non eſt ad defenſionem iniquitatis.*

8 *Confeſſio facta tormentorum metu, non excludit appellantem.*

1 AD primam difficultatis partem dupliciter ſentiunt Doctores; nam quidam docent tale non habere beneficium ea forma ſtatuti, imò, & poſſe Iudicem, vel Accuſatorem dicere nolo Confeſſionem tuam recipere; quia per illam, condemnatio tua minuitur. Ita Bartolus *in l. cum qui num 4. ff. de Iureiurando*, & eſt communis opinio ſecundùm Socinum *in leg. non vtique num.7. ff. de exceptionibus*. Zeuallos *commun. cont. quaſt.*416. Verùm contrariam ſententiam tenent Bartolus, Salicetus, & Angelus, & omnes Doctores, ſecundùm Iaſonem ibi *num.*8. contra Bartolum, & expreſsè dixit communem Felinus *in cap. caterum num.*18. *de Iudiciis*, & contra Socinum citatum tenet Sar-
2 miento *libro 1. ſelect. cap. 1. num. 12.* † Ad ſecundam quæſtionis partem aliqua dixi, *ſuprà ad Rubricam*, in verſic. *& talner in fine*. Sed hic latè dicam, licet ſub verborum compendio, & vt magis capiices applicabis *dicta ſuprà ad Rubricam, de litis conteſtatione*; & ibi *cap. vnico, quaſt.*8. & de hac difficultate copioſè diſputant relati Aduenas *à Reg.*157. Romanus *ſingul.* 627. Beroius *in cap. at ſi Clerici, de Iudiciis, num.*29 Balboa ibi *num.*14. Couarruuias *pract. cap.*23. *à n.*5. Igitur conſtituo conuictum ſimul, & confeſſum, non eſſe audiendum appellantem neque à Iudice, à quo ſententia lata eſt, neque à Iudice ad quem appellauit, & hoc procedere in omni cauſa Ciuili, & Criminali, Communiter aſſerunt Doctores, *in l. 2. Cod. quorum appellat. non recipiantur*, & multis relatia dicit communem Carretius *in ſua praxi cri-*
3 *min. in princ.* † Item etiam conſtituo Confeſſum in Iudicio, quamuis aliis probationibus non ſit conuictus, regulariter non admitti ad appellationem iuxta textum expreſſum, *in cap. cum ſpeciali* 41. *§. Porrò, de appellat. & in cap. Romana, §. ſin autem eodem libro* 6. & ibi omnes. Verùm eſt hæc doctrina intelligenda, vt Confeſſus crimen non ſit admittendus ad appellationem, niſi expreſſerit cauſam, quæ appellationem iuſtificet; nam tunc procuidubio ſententiæ executionem ſuſpendendam eſſe, tradit
4 Couarruuias, ibi *ſup.* & Balboa *num.*16. † Ex eo quia quoties à iure prohibita eſt appellatio, ſi tamen in ea exprimatur iuxta appellandi cauſa admittetur appellatio iuxta celebrem Gloſſ. *in dicto cap. Romana, §. ſin autem*, verbo *Mandatur*, proſequitur Decius *in cap. conſuluit & Primero de appellat.* Cumanua *conſil.* 60 Bartolus *in*
5 *l. à ſententia, ff. de appellationibus*, † His verò videtur obſtare textus, *in dicta l.*2. *Cod quorum appellat.* quatenus probat Reum de crimine accuſatum, & à Iudice condemnatum, non aliter ab appellatione excludendum eſſe, quàm ſi, & Teſtibus Conuictus, & propria Confeſſione Confeſſus fuerit crimen. Idem probatur *in cap. ei qui* 61. *§. nullus 2. quaſt.*6. Et videntur etiam obſtare, quæ dixi *ſup. ad Rubric. de litis conteſtatione dicta quaſt.*13. Verùm omiſſa explicatione, Couarruuiæ, & aliorum dicentium prædicta iura tantum procedere quoties Reus accuſatus eſt de aliquo illorum criminum, de quibus in illis iuribus fit mentio: veluti de Adulterio, homicidio, aut maleficio. Et omiſſa alia interpretatione Romani *dicto ſingulari* 625. conſtituentia diſcrimen inter iua Ciuile, & Canonicum, quaſi de illo ſit neceſſaria Conuictio, & Confeſſio: de iure autem Canonico ſola Confeſſio ſufficiet. † Tamen mihi plauſibilior videtur 6
Veroi, ſolutio, dicentis *in dict. cap. at ſi Clerici de Iudiciis num.*29. ſolam Confeſſionem ſufficere ad excludendum appellantem, etiam vtroque iure, quoties ſpontanea fuerit ſecùs vero, ſi aliquo modo coacta fuerit, quo pacto procedit textus, *in dicta l.*2. ſed textus, *in dicto cap. cum ſpeciali de appellationibus, & d. cap. Romana eodem lib.*6. quibus probatur ad excludendum appellantem partis Confeſſionem ſufficere, loquitur de ſpontanea Confeſſione, quæ rem notoriam facit, & patet ex textu, *in l.*16 *tit.*23. *p.*3. ibi, *o por ſu conocencia o cha en Iuicio ſin violencia.* † Cumque ap- 7
pellationis remedium non ſit inductum ad defenſionem iniquitatis, ſed ad innocentiæ præſidium, vt inquit textus, *in d. cap. cum ſpeciali, §. Porrò*, & Confeſſio inducat Notarium, vt *ſuprà* dixi *ad Rubricam*, & notorium omnem appellationem excludat, vt probat textus, *in cap. cum ſit Romana, § præterea de appellat. cap. ad noſtram & 3. de Iureiurand.* ideo rectè in hoc caſu ſpontaneæ Confeſſionis, non admittetur appellaus, qui confitetur. † Verùm quando Con- 8
feſſio facta ſit tormentorum metu non ſufficiet ad excludendum appellantem ex communi Doctorum opinione, *in leg. ff. de quaſt.* notat Conarruuias *vbi ſupr.* Farinacius *in praxi criminali, tit. cap.* 84. *num.*1. Sigiſmundus, Scaccia *de Ordine Iudiciorum, libro 1. cap.* 47 Carrerius *tit. de exequendis ſententiis, cap.* 1. *num.* 73. † Quare 9
rectè Gloſſa *in d. cap. ei, qui §. nullus*, verbo *notoriis*: 2. *quaſt.*6. iure optimo reprehendit Gratianum, eo quòd cum *in dict. §. nullus tranſcripſiſſet. dicta l.* 2. *Cod. quorum appellat.* ſuperfluè addit verbum *Notoriis*; nam probatio, quæ reſultat ex Confeſſione Iudiciali inducit Notorium, vt iam dictum eſt. & hoc modo lucem accipiunt, *dicta ſuprà in dicta quaſt.* 13. *Rubric. de litis conteſtatione*, quæ in alio caſu ſequuntur nempe de remedio contra fictam Confeſſionem. Et videbis quæ dixi, *infra in Rubric de appellat. q.*4. verſic. *ad ſecundam*, vbi egi de quæſtione, *an admittatur appellatio à Reo Conuicto & Confeſſo.*

QVÆSTIO VII.

An condemnatus ob contumaciam, vigore ſtatutorum quibus Contumax pro confeſſo habetur, admittatur ad nouas defenſiones. Et quæ requirantur probationes, vt ſic Contumax in delictis pro Confeſſo habeatur. Et an minor 25. *annis comprehendatur in prædicto ſtatuto.*

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus Contumax, qualiter admittatur ad nouas defenſiones.*

2 *Indicia ſufficiunt legitima, vt contumax pro confeſſo habeatur in Iudicio, vt condemnari poſſit.*

3 *Minores comprehenduntur in ſtatuto aduerſus contumaces Confeſſos, licet facilius reſtituantur ad nouas defenſiones.*

4 L. 5. §. vlt. ff. de edendo.

5 L. 1. Cod. ſi aduerſus delictum, l. Minores Cod. quibus, vt indig.

6 Cap. 2. de delictis puerorum.

7 L 4. Cod. de authoritate præſtanda.

1 AD primam difficultatem, ſi quæſtio hæc ex Iuſtinianeo iure decidenda eſt, patet: vt ſi condemnatus petat ſe ad nouas admitti defenſiones, non debeat Iudex exequi ſententiam, ſed tantiſper differre, donec Principi ſcripſerit, & ab eo reſcriptum acceperit, an velit illum admittere ad nouas defenſiones; faciunt iura, *in l. 1. §. ſi quis vltro, ff. de quæſt.* in verſic. *Sed Præſes Prouinciæ, l. Diui fratres, ff. de pœnis, leg. moris eſt, §. ſed enim, ff. l. acta 45. §. 1. ff. de re Iudicata*; & ita Angelus, Salicetus, Caſtrenſis, Alexand. Iaſon, & Decius *in l. ſi is qui Cod. qui teſtamenta facere poſſunt.* Menochius *de Arbitrariis, caſu* 116. *num.* 37. Farinacius *de Inquiſit. quæſt. 2. num. 6.* Andreas Gaillius *de Arreſtis imperij, cap.* 10. *num.* 23. tenent audiendum eſſe condemnatum hunc, ſi velit ſuam innocentiam demonſtrare, & faciunt pro hac ſententia iura, *in l. 2. Cod. qui teſtamenta facere poſſunt*, & *in leg. Diuus Adrianus, ff. de cuſtodia Reorum*, & *in leg. annus, ff. de requirendis Reis.* Quæ omnes leges, non loquuntur de Reo condemnato per ſententiam Iudicis, ſed tantum annotato, *in l. ſi non defendantur, ff. de pœnis. & l. 1. §. ſi quis vltro, ff. de quæſtionibus*, Quæ etiam locum habent ante ſententiam, & faciunt alia plura argumenta, quæ tradit Faquinetus *lib. 9. contr. cap. 39.* quibus reſpondendo, ait in terris Pontificis ſeruandam eſſe conſtitutionem Pij V. quatenus ait, vt ex reſcripto ipſius Principis condemnatus audiatur, & ad nouas defenſiones admittatur. Sed in Imperio autem Romano, ſeruandam eſſe Caroli V. conſtitutionem, cuius mentionem facit Myſin. *cent. 2. obſeruatione* 88. vt nimirum condemnatus audiatur, ſi velit innocentiam ſuam probare. † ad ſecundam partem

2 difficultatis omiſſis aliis ſententiis. Dico ſufficere in eo caſu indicia legitima ad inquirendum; nam Inquiſitione legitimè formata, ſi Reus citatus, non compareat, & contumax ſit; habetur pro Confeſſo & Conuicto, ac proinde poterit condemnari. Videndus Farinacius *de Inquiſit. dicta q. 11. num. 16* & adſtipulatur conſtitutio Pij V. contra contumaces, quam ſequitur Faquinetus *lib. 9. Controuerſ. c. 40.* vbi improbat dictum illorum, qui exiſtimant, requiri veras, & legitimas probationes, ex quibus contumax conuincatur per textum, *in l. Raptores, Cod. de Epiſcopis, & Clericis, l. vnica Cod. de raptu Virginum cap. Deus omnipotens 2. quæſt. 1.* quæ iura tantum loquuntur ſecundùm iuris communis Regulas, vbi deſiderantur legitimæ probationes. Alia tradit Faquinetus: applica *dicto ſupra quæſtione 5. in fine*, vbi *de probando errore in Confeſſione.* † Ad tertiam quæſtionis partem, 3
videtur dicendum, vt teneantur illo ſtatuto minores 25. annis ex eo, quia ſtatutum hoc punit contumaces habendo eos pro Confeſſis, ſed iſti minores poſſunt eſſe contumaces, *leg. minor etiam, ff. de bonis authoritate Iudicis, poſſid.* Ergo, tum etiam, quia iſti minores comprehenduntur in ſtatutis generaliter loquentibus, *cap. conſtitutis de in integrum reſtitut.* facit etiam textus, *in l. penult. §. ad de crimen, ff. publicis Iudicijs*, non enim ſuccuretur minoribus 25. annis in delictis, *l. auxilium, §. in delictis, ff. de minoribus, l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. eodem, l. 1. Cod. ſi aduerſus delictum*, verùm poterit eis ob contumaciam condemnatis facilius, ac propitius in integrum reſtitutio concedi, vt videlicet ad nouas defenſiones admittantur. Ita tenent Baldus *in l. 1. Cod. hoc tit.* Menochius *conſ. 10 lib. 1. num. 120.* cum aliis Faquin. *lib. 1. controuerſ. cap. 41.* † Nec obſtant 4
iura, quibus contraria ſententia fundatur ſecundum plures relatos, à Farinacio *d. q. 1. num. 26.* ex eò quia minores 25. annis excuſantur à dolo præſumpto, *l. 1. §. vlt. ff. de edendo*, quia reſpondeo hic non agi de dolo præſumpto, ſed de vero hoc eſt, de crimine ab eo commiſſo. † Nec 5
obſtat dicere, vt iſti excuſentur à delictis in omittendo, *l. 1. Cod. ſi aduerſus delictum, l. minoribus, Cod. quibus vt indignis.* Quia reſpondeo hic agi de delictis, quæ in committendo conſiſtunt. † Nec obſtat textus, *in cap. 2. de delictis* 6
puerorum; quia ibi loquitur Pontifex de Puero 10. annorum tantùm. † Nec textus, *in l. 4.* 7
Cod. de authoritate præſtanda; quia textus iſte non loquitur de minoribus, qui ſunt contumaces. Latè diſſoluit hæc omnia Faquin. *ſupr. & dicta in hac quæſt. coniungenda veniunt iis quæ dixi, ſuprà ad titulum de dolo, & contumacia, & ad Rubr. de litis conteſtat.* & alibi.

AD RVBRICAM ET TITVLVM *DE* PROBATIONIBVS.

PRÆMISSVM.

VT vberiùs hanc materiam pertractes, adjungas dicta infrà *in Titulis de Teſtibus, de fide inſtrumentorum, de Præſumptionibus, & de Iureiurando.* Item & quæ dixi ſuprà *in Titulo de Confeßis, & in Titulo de Dilationibus, & in Cap. de litis conteſt. quæſt.* 10.

SVMMARIVM RVBRICÆ.

1 *Concluſio duplex fit in lite, vna ad probandum, altera ad ſententiam.*
2 *Sententia interloquutoria* de auto deprueba, *quando fieri debet de iure Regio, vbi de pœna.*
3 *Probatio eſt de ſubſtantia Iudicij ex omni iure.*
4 *Probatio quid ſit, & quomodo deſiniatur, expenditur* à n. 5. & n. 8.
5 *Probatio fit non ad inſtruendum aduerſarium ſed ipſum Iudicem.*
6 *Probari nō debent quæ iuris ſunt ſed quæ de facto.*
7. *Probatione notoria non indigent.*
9 *Probatio diuiditur magis communiter in plenam, & ſemiplenam* n. 10.
11 *Probatio plena quæ ſit.*
12 *Probatio legitimè plena, eſt quæ fit per duos teſtes fide dignos, aut per inſtrumenta.*
13. *Probationis plenæ ſex ſpecies*, n. ſequentibus.
14 *Probatio fit per teſtes, inſtrumenta publica, & priuata per Iuramentum, per euidentiam facti, per præſumptiones, & per confeßionem.*
20 *Præſumptiones, qualiter probant?*
21 *Conditio in ſpecifica forma ſeruari debet, & ſic probatio poſita in conditione non impletur per iuris præſumptionem.*
22 *Probatio ſemiplena quæ ſit? & quam fidem faciat? & eſt duplex maior, & minor.* n. 23.
24 *Sententia ad probandum vulgè* auto de prueba, *qualiter concipiatur?*
25 *Probationes vtriuſque partis, quando videat Iudex, & quo ordine* n. 26. 27. *& quid conſiderare debeat inter vtriuſque partis probationes* n. 29. 30. *&* 31.
26 *Aduocatus qualiter videt probationes ſui clientuli & aduerſi, & quæ conſiderabit* n. 27.
28 *Iudex abſoluat Reum ab impetitione, ſi actor viſo proceſſu, non benè probat.*
30 *Iudex debet Teſtes probatorios concordare, in quantum poßit, & non de facili diſcordantes repellere.*
31 *Probationes actoris, & Rei ſi ſunt pares, Iudex pronunciabit pro Reo, niſi cauſa ſit priuilagiata,* num. 32.
33 *Iudex non ex arbitrio, ſed ex probationibus ſententiam probat.*
24 *Actor ex nouis probationibus, poteſt inſtantiam reintegrare, contra Reum abſolutum, & qualiter.*
35 *Probatio Rei non admittitur ſi non excludit probationem Actoris.*
26 *Pars non admittitur ad probandum quod ſibi non prodeſt, nec alterius partis intentionem excludit.*
37 *Probatio Iudicialis fit poſt Litem conteſtatam, nec admittitur poſt quartam teſtium productionem extra Iudicialis anteà poteſt fieri.* n. 39.
38 *Probatio fieri poterit tam in loco Iudicij, quam extra, & quomodo inter egregias perſonas.*

plerùmque ad actiones, rationes, & inſtrumenta
referri ſolet; *exhibere* autem eſt facere in publi-
co apud Iudicem poteſtatem videndæ, & ap-
prehendendæ rei, vt Actor copiam eius habens,
poſſit actione exequi, quòd deſtinauit *l.* 2. *ff. ad
exhibendum, l.* 3. *§. ait Prætor ff. de libero homine
exhibendo. l. plus eſt*, 22. *l. fin ff. de verb. ſignific.*
4 † Ea tamen eſt inter vtrumque differentia quòd
licet Reus non teneatur edere inſtrumenta
Actori, vt hîc, & in aliis iuribus; tenetur verò
exhibere in Iudicio rem petitam *l.* 1. *in principio*,
& *in §. ſciendum*, & *in §. ſi mecum, l. ſi liber homo*,
15. *ff. ad exhibendum, l.* 20. *tit.* 1. *part.* 3. quia
non tenetur edere ad fundandam Actoris in-
tentionem. Cum debeat Actor venire ad liti-
gandum inſtructus ex dictis *ſupra in dicto cap.* 1.
de libelli oblatione: & ad exhibendam teneri rem,
quæ vindicatur, vt cognoſci poſſit, an res illa
Actoris ſit, vel non? Ita Balboa *hic num.* 32.
imo & ſi Reus nolit exhibere condemnabitur
in id, quod Actoris intereſt, quòd æſtimatur ex
iureiurando in litem ei delato, quanti ſua inter-
ſit ob id, quòd ei à principio reſtituta non eſt,
nec arbitrio Iudicis obtemperauerit, *l. fin. §. iuſſus*,
§. de appellationib. l. 2. *l. in actionibus* 5. *l. tutor. penult.
ff. de in litem iur. l.* 3. *§. præterea*. Quòd benè Pichar-
dus explicat *in §. ſi ad exhibendum inſtituta de of-
ficio Iudicis, num.* 4 & 10. ſi rem exhibere nol-
lit poſſeſſor dolo malo, vel contumaciâ, quod
ſi tantum culpâ eius contingat, tunc edicto
Prætoris expreſſum eſt poſſeſſorem tanti dam-
nari oportere, quanti res eſt; alia tradit idem
Pichardus omnino videnda, *in §. præterea de
actionibus*. † Vnde eſt quod ſi petatur dominium 5
inſtrumentorum ad exhibendum agi poſſit, vt
in l. 3. *§. ſi quis extra*, & *in §. interdum l. penul-
tima ff. ad exhibendum, l. inſtrumenta, l. fin. Cod.
eodem titulo*, & ita ſi pignori data ſint, actio pi-
gnoratitia cõpetet *l. fin. ff. de pignoratitia actione*;
ſi tamen vendita ſint competet exempto, *l. Ti-
tius* 50. *l. creditor* 54 *ff. de actionibus empti*; Ita
Balboa *hîc num.* 33. Plura Patianus *lib* 1. *de pro-
bat. cap.* 62. *num.* 42. Cuiacius *lib.* 10. *obſeruat.
cap.* 14. *in fine* Socinus *regula* 149. † His ergo 6
ſuppoſitis dicendum eſt; ideò Imperatorem non
eſſe obligatum edere ſua propria inſtrumenta,
quia erat Reus, & Rex Recharedus Actor, qui
debuit inſtructus, & paratus venire ad Iudicium
l. qui in alterius 43. *ff. de reg. iur.* non potuit pe-
tere ab aduerſario Imperatore probationes, cum
nimis eſſet graue ab eo eas petere. *l. nimis graue,
Cod. de Teſtibus*; copioſè Donellus *lib.* 23.
comment. cap. 7. Menochius *de arbitrariis, lib.* 2.
caſu 499. cùmque editionis materia naturali
æquitate fundata ſit, *l.* 1. *l. Prætor, de edendo*,
& Reus inuitus ad Iudicium trahatur *l. inter ſti-
pulantem* 85. *§. ſi ſtichum. ff. de Reorum obligat.*
& conſequenter præter ſpem non inſtructus ve-
niat, *l.* 2. *Cod. de dilationibus*; ideò æquiſſimum
fuit quod ei actiones & inſtrumenta ederentur,
ne improuiſus facilè opprimeretur, & Actor
plus quàm ſibi deberetur peteret; vt aduertit
Cujacius *lib.* 10. *obſeruat. cap.* 14. rectè Donel-
lus *dicto lib.* 23. *commentariorum, cap.* 4. & 5.
Gilquenius *in l. fin. Cod. de edendo*. † Quod ta- 7
men reſpectu Actoris aliter obſeruatur, in
cuius eſt poteſtate, quandocunque voluerit
Reum conuenire, iuxta *l. vnicam, Cod. vt nemo
inuitus agere compellatur*; quia debet inſtructus
venire, vt dictum eſt. Balboa *vbi ſupra, num.* 34.
& 35. quare in textu noſtro rectè reſponſum præ-
buit Pontifex, vt Reus Actori ſua propria in-
ſtrumenta edere non teneretur, iuxta textum
*in dicta leg. Prætor cum aliis. ff. de edendo, l. qui
accuſare, l. fin. Cod. eodem, cap. fin. de dolo, cap.* 1.
de appellat. lib 6. *cap. ſi Teſtes, §. qui intendit* 5.
quæſt. 8. *l. cogi, Cod. de petitione hæredit. l. de mi-
nore* 10. *§. tormenta, ff. de quæſt. l. nimis graue* 6.
Cod. de Teſtibus, l. 1. *titulo* 26. *part.* 3. defendunt
ſupra relati. † Et ſic infero falſam eſſe eorum 8
ſententiam, qui dicunt regulam affirmatiuam,
eſſe proponendam; nempe quod Reus tenea-
tur edere inſtrumenta Actori, ſicut & Actor
tenetur ea edere Reo, vt probant Baldus *in l.
fin. Cod. de edendo*, & ibi Bolognetus *num.* 25.
Valaſcus *de iure emphit* 1. *part. quæſt.* 8. *num.* 4.
quaſi regula negatiua; videlicet Reum non te-
neri inſtrumenta edere Actori iniquitatis, &
iniuſtitiæ plena ſit, ob idque ſuprema Tribuna-
lia ſolùm de veritate ſollicita ad editionem in-
ſtrumentorum omnes partes compellant: ar-
gumento eorum quæ dixi *in capite dilecti*,

de Iudicijs : tradunt plura Felinus & Decios hic Socinus *regula* 112. Ioannes Garcia *de nobilitate Gloſſa* 2. §. 1. *num.* 28. Burgos de Paz *inquiſitionibus ciuilibus, quæſt.* 5. *à n.* 5. & pro hac ſententia faciunt leges infra referendæ, quibus probari videtur etiam Reum teneri edere Actori inſtrumenta ſua; quemadmodum Actor ea edere tenetur Reo: ſed cum ex noſtro textu, & ſimilibus, & ex iam dictis contrarium ſuadeatur; ideò non eſt cur admittamus Regulam in contrarium de iure.

9 † *Et de praxi Cancellariæ Valiſolletanæ.* Burgos de Paz *vbi ſupra*, *docet* teneri Reum ad editionem inſtrumentorum, quemadmodum Actor, & reddit rationem in proœmio *legis Tauri n.* 226. ita fieri propter breuiorem litium expeditionem, & ſic iam in hoc puncto, non eſſe curandum de apicibus iuris ſed veritate inſpecta eſſe Iudicandum, docet Zeuallos *communes cont.q.* 827 *à n.*12. imò & hodie in praxi omnium ſupremorum tribunalium, idem teſtatur ex multis Pateſa *de inſtrum. edit.* 1 *p.tit* 7 *res.* 1. *à n* 8. & videndus ad quæſtionem hanc ibi cum multis ab eo relatis; ſed videbis plura quæ adducit Barboſa *hic tom.* 6. *à n.*4. qui plures adducit limitationes, *à n.*7. de quibus

10 infra ego dico. † Vnde primò non obſtant iura, *in l. Prætor ait in principio, l. ſi quis ex argentarijs*, 6. *l. argentarius* 10. *l. quadam*, §. *fin. ff. de edendo l.* 2. verſ. *diuus*, & verſ. *item diuus ff de iure fiſci l.* 3. *de edendo, & clementina vnica* §. *cæterum, de vſuris*, in quibus iuribus multi ſunt caſus, in quibus Reus tenetur ſua propria inſtrumenta edere Actori; Quia reſpondeo prima illa iura, *ff de edendo* procedere in illis, qui ex neceſſitate officij rationes aliquas exercent aut inſtrumenta conficiunt, qui tenentur ea edere omnibus, quibus intereſt vt probant illa iura quæ in argentario, & nummulario loquuntur, quorum officium explicant Bud. Corr, & alij quos refert Menoch *lib* 2. *de arbitrarijs.* Et textum, *in d l.* verſ. *diuus*, de iure Fiſci procedere in Fiſco Actore, in quo fauorabiliter eſt receptũ Reum ei eſſe compellendum edere inſtrumenta Actori, in cauſis ciuilibus, non in criminalibus, quando pœna corporalis eſt imponenda, non autem quando pœna pecuniaria Fiſco venit applicanda, de quo, *amplius dicam infra q.* 5. interim videbis Parian. *de probationibus c.*63. *à n.*61. & Balb. *hic à n.*65. *&* 71. & ita non obeſt *dict. clem. vnica*, §. *cæterum de vſuris*; vbi etiam ſpecialiter in Vſurario, contra quem de vſuris agitur conſtitutum eſt, vt edat inſtrumenta Actori in odium vſurariæ prauitatis, & fauore animæ; vt explicat

11 Gloſſa ibi, *& vide infra, q.*6. *in fine.* † Nec iterùm obſtant iura, *in l.*1 §. *edenda c. contingit de fide inſtrument. c. cum perſona*, verſ. *nos de priuilegijs lib.*6. vbi Reus tenetur edere inſtrumenta Actori, de quibus propoſuit in Iudicio vſurum: Et iura, *in c. G. Perpetius de fide inſtrum. l.*4 § *fin. cum l. ſequenti, ff. familiæ erciſcundæ l. Procurator Cod. de edendo*, vbi quoties inſtrumẽta ſunt communia cogitur proculdubiò Reus ad eorum editionem: Quia reſpondeo prima relata iura procedere in illis caſibus, in quibus Reus ipſe inſtrumentis vtitur; quia tunc ea inſtrumenta ſunt edenda neceſſariò Actori, vt notat Dec. *in d.* § *edenda hic, n.*35. Fel. *n.*9. Beroius *n.*64. & relati à Couar. *in pract. c.* 20. *n.*7. Pariano *de probationibus. lib.*1 *d. c.*63. *à n.*130. cum Reus vtendo talibus inſtrumentis in Iudicio eo ipſo efficiantur de actibus proceſſus; obidque fieri communia, & vt talia Actori edenda eſſe vt notat Panormitanus *in cap. venerabilis de*

exceptionibus notabili 8. † In quo ſenſu lucem ac- 12
cipiunt iura, *in dict. cap. G. Perpetius* cum alijs quæ loquuntur de inſtrumentis vtrique parti communibus. Nam verè quòd commune eſt, meum eſt *l. in re communi, ff. de ſeruitutibus vrbanorum*, *l. illud* 60. *ff de ritu Nuptiarum*; illud enim quod meum eſt iure proprio, & petere, & vindicare poſſum *l.* 1. *cum ſequentibus ff. de Rei vindicatione*; & poſſum etiam actione ad exhibendum agere, *l. ad exhibendum, ff. ad exhibendum*, vel inſtrumentum teſtamenti ſit, poterit agi, *ex edicto de tabulis exhibendis.* † Vnde lucem
accipiunt iura *l.*1. §. 1. *l. ſi tabula*, § *proinde cum* 13
alijs ff. de tabulis exhibendis, vbi edictum de tabulis exhibendis locum habet, tàm in Actore, quam in Reo, vt teſtamẽtum exhibeatur, ſiue valeat, ſiue non, ſiue verum, ſiue falſum ſit *dict. l.* 1 § *ſiue autem, ff. de tabulis exhibendis, l.*2. *ff. quemadmodùm teſtamenta aperiantur.* Nam iura illa procedunt, quando inſtrumenta ſunt communia, tam Reo, quàm Actori. *l.*4 §. *fin. ff. familiæ erciſcundæ*; quia edictum illud de tabulis exhibendis commune eſt, & competit omnibus, quibus aliquid in teſtamento relinquitur; vel eorum intereſt. *l.* 2. *in principio, ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, *dict l.* 3. § 9. *&* 10. *ff. de tabulis exhibendis*, Anthonius Pichardus *in* §. *in ſummâ inſtitutâ de interdictis*, *à n.* 18. Omninò videndus, vſque ad *num.* 32. vbi optimè plura tradit, *de edicto de tabulis exhibendis*, & de differentia, *cum tit. ff ad exhibendum*, de quo videbis, *q.*7. *infra circa finem*, Cujatius *ad titulum, Cod. de tabulis exhibendis apud medium* Iulius Paulus *l.*4. *ſent. tit.*7. cuius verba extant, *in l. ponès te* 66. *ff. de verborum ſignificatione*, plura tradit Graña *hic à num.* 17. vbi *num.*18. explicat textum, *in l. fin. ff. de tabulis exhibendis, & num.*19. textum, *in l. ſi quis legatum* 6. *ff. ad legem Corneliam, & n.*20. *l.*3. § *ſciendum, ff. ad exhibendum cum alijs*, quæ non multùm faciunt ad materiam textus noſtri; licet pertineant ad titulos, *ff. de tabulis exhib. bend. & ff. ad exhibẽdum.* † Nec aduerſatur aduer- 14
ſus textũ noſtrum illa conſideratio: nempè quòd in exercendis litibus, parem vim habeant Teſtes & Inſtrumẽta, *l. in exercendis C. de fide inſtrument*, ſed Reus contra ſeipſum teſtificare tenetur reſpondendo Actoris poſitionibus, *cap* 2. *de confeſſis, lib.* 6. *& iuxta ea, quæ latè dixi ſupra in cap.* 1. *de litis conteſtatione*: argumento textus, *in l. comparationes, Cod. de fide inſtrumentorum*: *ergo.* Et hoc præcipuè ſi conſideremus, quòd acceptio perſonarum non eſt habenda in Iudicio, *cap. in Iudicijs de reg. Iur. l. non debet* 45 *ff. eodem l. fin. Cod. de fructibus, & litium expenſis.* ſed Actor tenetur propria inſtrumenta Reo edere ad fundandam rei defenſionem, *l.* 1. §. *editiones, ff. de edendo, l. non eſt nouum*, *l. inſtrum. Cod. eodem*, *l. qui tabulas* 27. *ff. de furtis*: ergò, & Reus ſimiliter tenebitur inſtrumenta edere Actori. † Reſpondetur ad textum *in l. in exer-*
*cendis, & ad textum, in dict. cap.*2. *de confeſſis lib.*6. 15
Iure optimo poſitum eſſe, vt Reus teneatur reſpondere poſitionibus Actoris; propter magnum Reipublicæ bonum expediendarum litium; quia Reo confitente intentionem Actoris releuatur Actor ab onere probandi; & conſequenter Lis facilè terminatur *leg.* 1. *ff. & Cod. de confeſſis*, quòd non ita procedit inſtrumentis, & alijs probationibus; tum quia reſpectu illarum, potuit Actor ad Iudicium

dicium inſtructus venire. Tùm etiam quia hæc
naturâ ſuâ, & communiter accidentibus, non ita
facilè, & in promptu habentur in Reo, tum
etiam: Nam poſtquàm in Iudicio producuntur
multa, poterit aduerſus illa Reus opponere; ex
quibus cauſæ finis maximè differatur, ita dicit
Balb *hic n.49. videndus à n.47.* quòd verum eſt, Li-
cet indiſſolubile prædictum argumentum videa-
tur Ferreto *in Rubrica huius tituli*, Felino *n.9.* Be-
roio *n.63.* Nec obſtat, quòd dictum eſt de acce-
ptione perſonarum; quia ex dictis iuribus, & ex
ſuprà traditis ad decidendi rationem textus no-
ſtri; conſtat de ratione differētiæ, quare Reus non
teneatur edere ſua propria inſtrumēta Actori li-
cet ecōtra Actor teneatur latè Bal *hic à n.57.* Non
enim locum habent in præſenti leges quæ deter-
minant, vt in Iudicijs non habeatur acceptio per-
ſonarum, de qua acceptione videbis, quæ ſcripſi
ſupra *in cap. nonit. de Iudicijs q 53.* vide Grañam *hic*
16 *n.3. & n. 10.* † Nec etiam obſtant textus noſtri
verba. Ibi, *nulli dicendum eſt*, cum ſimilibus quæ
generalia ſunt, & quæ referri videntur, tam ad
Reum, quam Actorem: quia reſpondeo textum
noſtrum & ſimiles, eſſe ſolùm de Reo intelligen-
dos, cum loquantur de Actore petente editionem
à Reo, & ſic ratio aſſignata de illo debet intelligi:
videlicet, *nulli dicendum eſt*; id eſt nulli Reo, ita
Gloſſa communiter recepta: hic Balboa *n.61.* &
Graña *n.3. & 41.* qui ambo dicunt, quòd, & ſi
Reus Actor dicatur in ſuis exceptionibus, iux-
ta, *leg. 1. ff. de except.* Tamen hoc procedit ad
illum effectum tantùm, vt teneatur probare in-
tentionem ſuam, iuxta textum, *in l. in except ff. de
except.* Sed Reus non ob id deſinit eſſe Reus. Et
ſic pro noſtra concluſione faciunt plura quæ ad-
duxi, *in cap. intelleximus de Iudicijs, vbi dicitur de
differentia Actoris, & Rei excommunicati, quatenùs
ad comparendum in Iudicio*, quæ poſſunt applicari
17 ad doctrinā textûs noſtri. † Itaque textus noſter
ſolùm loquitur de proprijs inſtrumentis ipſius
Rei, non autem de inſtrumentis communibus,
vtrique parti; nam quando ſunt communia in-
ſtrumenta iuſtè compellitur Reus edere Actori,
quod Actoris eſt, vt copioſè aduertit Ioann Gar-
cia de nobilitate Gloſſa 2. §. 1. *n.92* And. Valenſis
hic § 3. n 6. Ricc. *collect* 420. vbi nonnullas noſtræ
regulæ limitationes ponit; id enim non eſt com-
pellere Reum edere arma contra ſeipſum ſed po-
18 tius eſſet Actorē proprijs armis priuare. † Quare
ſcripturam maioratûs, quæ omnium vocatorum
communis eſt, tenebitur poſſeſſor maioratûs il-
lam edere ad petitionem alterius, ex relatis à Pe-
laez *de maioribus 4. p. q. 20. n.28.* & in terminis,
Greg *in l. 17. tit. 2. p. 3.* verbo *carta* & aſſerit, ita Iu-
dicatum vidiſſe ex doctrina textus, *in l. 29 Cod. de*
19 *fidei commiſſis* Balb. *hic n.74. in fine*, qui *n.64.* † Do-
cet in præfatis caſibus non totum inſtrumen-
tum Actori edendum eſſe; ſed ſolùm in ea parte,
in qua Reus procedit in Iudicio, & quoad illos
tantum articulos, in quibus ipſe vtitur, vt probat
textus: *in l.* Argent. *§ edi ff. de edendo*, & expreſ-
sè textus, *in cap. contingit de fide inſtrum.* quibus
non obſtat textus, *in cap. accepimus eodem tit.* dum
docet totum inſtrumentum edendum eſſe. Nam
intelligitur quando inſtrumentum petitur ab ad-
uerſario volente illud arguere de falſitate. Gail.
l. 1. pract obſeruat. 106. *n.8.* vide *infra dicta, q.4.* verſ.
ad tertiam, & videbis quæ tradit Pareſa *de in-*
19 *ſtrum. edit. p. 1. tit. 5. reſ. 11.* † Aduertes tamen quod
inſtrumenta dupliciter dicuntur communia, aut
ratione dominij, & proprietatis: vel oti inſtrumē-
ta hæreditaria, quæ reſpectu cohæredum com-
munia ſunt quoàd proprietatem *l cætera 4. § fin ff.
familiæ erciſcundæ* cum *l. ſequenti, & l. fin. ff. de fide
inſtrument.* & idem erit *in inſtrumēt. pluribus legatis
vel donat. vel communi pecuniâ emptis.* Aut dicuntur
communia ratione vtilitatis, & materiæ veluti
inſtrumenta contractuum, emptionis, locationis,
ſocietatis, & alia quæ vtriuſque partis vtilitatem
continent. Ita tradit Balboa *hic n.73. pro exorna-
tione* textus *in d. cap.* G. Perpet. *de fide inſtrum.* de
quibus copioſè loquitur Patianus *de probat. l. 1.*
cap. 64. à n. 92. † Iterum notatis circa noſtri tex- 20
tus & aliorum materiam, quod in caſibus, in qui-
bus Reus compellitur inſtrumenta edere Actori
ſemel tantùm edere teneatur: nec cogi poſſe ite-
rùm edere iuxta textum, *in l. vones, § hoc ſermone ff.
de verb. ſignificatione l ſi quis* Argentar. 6 §. *neque
iterùm ff. de edendo*: cui reſolutioni non obſtat te-
xtus *in dict. cap. accepimus fide de inſtrument.* vbi
Abbas & Conuentus cogitur iterùm exhibere
originalia, quæ iam apud ſe retinebat; nec ſufficit
ea ſemel exhibuiſſe; quia reſpondeo textum illum
procedere cum duo ſimul cōcurrunt ex eo quod
Reus illis vſus fuit in Iudicio, & inſuper Actor
petit exhiberi, vt falſitatis cauſa arguat, quibus
ſimul concurrentibus, cogitur Reus inſtrumenta
illa iterum & integra edere, *l fin Cod. de fide in-
ſtrum.* cum iuſtâ de cauſâ plerùmque ſemel, &
iterum editio fit, *l. 6. §. neque iterum, & fin ff. de
edendo*, vbi Faber in rationali, Graña *hic n. 16.*
Azeued. *l. 3. tit. 5. l. 16. 4 recop.* ad quod videbis,
quæ tradit Pareſa *de inſtrument. editione 2. tit. 7.
reſ. 8.* vbi latè, & *titulo 8. reſ. 38. vbi ad bo-
bonam quæſt.* † Regolaris cogitur quis edere pu- 21
blicas rationes, vt poſtea dicam: & ſic producens
inſtrumentum in actis cauſæ, & poſtmodùm di-
cens ſe nolle illo vti, poteſt ad ipſius exhibitionē
cogi, quia probationes aduerſario ſubtrahens,
perdit cauſam. Ita Boër. *in deciſ. 192.* Guid. Pap *in
deciſ. 243.* Riccius *in collect deciſ. 1022.* vbi docet
cum eodem Guid. quòd inſtrumenti perditio Iu-
ramento probatur. † Hinc prouenit, quòd ſi quis 22
occultet acta producta, & non vult exhibere, de-
bet Iudex illi certum tempus ſtatuere intra quod
exhibeat, qua exhibitione non facta, debet pro-
nunciare ipſis de cætero nullam fidem eſſe adhi-
bendam, & pars poteſt priuari illorum commo-
do, vt decidit idem G. Pap. *in deciſ. 45.* † item etiā 24
dicendum eſt quod habens in originale debet
condemnari ad illud exhibendum, imò & quis te-
netur exhibere rem, de qua agitur, ſi petatur, vt
Teſtes eam cognoſcant, etiam in criminalibus
Cappella Tholoſana, *in deciſ. 164.* Riccius *vbi ſu-
pra*, qui ait. Cum Franchis *in deciſ. 304* quod re-
cognitio eſt facienda integra à Pochabanchi
exhibi a † Verum ex noſtro textu regulariter 25
Reus non tenetur edere inſtrumenta ad fundan-
dam intentionem aduerſarij maximè ſuper deli-
cto: tradit Ric. *collect.* 420. cum Verallo *deciſ. 295.
p. 3* vbi prædictam regulam limitat etiam in vni-
uerſitate Rea quæ habet in ſuo archiuio inſtru-
menta: vt tradit Caputaquen. *deciſ. 294. p. 1.* † Et 26
vlteriùs regula textus noſtri fallit in re conue-
niente, qui poteſt petere editionem inſtrumenti,
vt tradit Ant. Faber *in deciſ. 6. de edendo* de quo
infra *q. 5.* † Et addit idem Faber quandoqui- 27
dem faciendam eſſe hæredi editionem inſtru-
menti, quod verum eſt ex iam relatis, iuxtà
Regulam textus, *in dicto cap.* Gaſpar Perpe-

 rius

28 tius *de fide inſtrumentorum , & alijs.* † Quando iu-
ris allegationes , & interrogatoria edi debeant ;
tradit Menoch.*lib.2.de arbit.caſu* 175.*n.*1.2.& 15.

QVÆSTIO II.

Cur Reus teneatur reſpondere poſitionibus Actoris , cum non teneatur inſtrumenta edere : Et an inſtrumentum , de quo ſit mentio in libello , edi debeat ante litis conteſtationem : Et an reſcriptum ſit vtrique commune in Iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Reus reſpondere petitionibus , cui teneatur remiſſiuè.*

2 *Inſtrumentum de quo ſit mentio in libello , quo tempore ſit edendum,* n. 3.4.

5 *Reſcriptum præſentatum eſt commune vtrique. Et ſic , ſi illud impetrans nolit iam litigare poterit aduerſa pars eo vti,* n.6.

1 VT primam difficultatem benè diſſoluas, le-
3 ges quæ dixi latè *ſupra in cap. vnico de litis
conteſtatione, q.*2. aliqua dixi, *q.præcedenti,n.*15. &
Barboſa *hic tom.*6. *n.* 6.agens de hoc puncto,ait,
multùm Doctores laboraſſe in inueſtiganda ra-
tione differentiæ,& communiter eam placuiſſe:
quia confeſſio Rei non eſt ſub poteſtate Actoris,
ſicut ſub poteſtate eiuſdem Actoris eſt inſtru-
menta habere,quibus ſuam probet intentionem:
vel quia vox non eſt, in bonis noſtris , ſicut ra-
tiones, & inſtrumenta ; lex enim prohibet edoci
probationes è domo Rei,& non prohibet ab ore
Rei : quia nihil amittit ſuum *liber homo, ff. ad
2 l.Aquil.* † Ad ſecundam partem difficultatis, vt
reſpondeas præmitto , quod Reus tenetur edere
inſtrumenta , & iura in precibus enunciata , &
qui in actis cauſæ ad exceptionem fundandam
producuntur ita docet Theſaurus , *in deciſ.*76.
vbi ponit de hoc ſub limitationem ſequitur Ric-
cius *collect. deciſ.*420. quod notabis ad vltimam
3 difficultatem huius quæſtionis. † Quare ad no-
ſtrum dubium *reſpondendo* Innocentius hic Are-
tinus & Abbas *n.*19. Decius *n.*64. docent, quòd
quando Actor vel Reus in productione libelli
in Iudicio facta faciunt mentionem de aliquo
inſtrumento,debent illud edere ante litis conte-
4 ſtationem. † Verùm contrariam opinionem te-
nent Albericus *in l.*1.§.*editiones n.*17.*ff.de edendo.*
vbi dicit, non eſſe verum neq.in iudicijs ſerua-
ri dictum Innocentij ; idem tenet Iaſon, *in l.edi-
ta n.*30. *C. de edendo*, & hanc opinionem vti ve-
riorem in praxi admittit Zeuallos communes,
contrà, 9.428. *ex ratione textus , in d.* §. *editionis,*
vbi ait eam eſſe declarandam iuxta doctrinam
Bartoli. *in l. ſi legatum ff.eodem.* Quòd ſi Inno-
centij , & aliorum doctrinam amplecteris ; erit
tamen limitanda , quando in libello conſtat de
inſtrumento aſſertiuo, vt in exemplo tradito per
Bartolum *in l. poſt quàm* §.*dies, ff. vt legatorum no-
mine caueatur*, & hanc limitationem communem
eſſe dixit Decius *hic n.*64.Et vt hanc quæſtionem
ſatis explices , leges quæ tradit Pariſa *de editione
5 inſtrumentorum part.*2. *tit.*6. *& ibi reſ.*62.† Ad ter-
tiam quæſtionis partem dico cum Baldo *in l.poſt-
quàm lite.Cod.de pactis* reſcriptum eſſe commune
vtrique parti poſt præſentationem ei factam , ita
Magon refert deciſũ eſſe à Rota Lucenſ.*deciſ.*52.
Ric.*colect.*963.vbi docet,quòd ante præſentatio-
nẽ nulla competit Iuriſdictio Iudici,vt intelligit
ſecundò procedere poſt citationem partis quam
refert pro corroboratione regulæ , quòd Impe-
rator non poteſt renunciare reſcripto aduerſa-
rio inuito. Sic Rota *de appellat.deciſ.*45. *in anti-
quis.* † Vndè infero , quòd ſi ille qui impetrauit 6
aliquem in Iudicem , nolit poſtea coram eo liti-
gare,poteſt ille, contra quem fuit facta imperra-
tio,vti literis delegationis pulchrè Balbus Iafrid
in deciſ. 76. quòd reponendum eſſe commendat
Riccius ſuprà ad notabilem deciſionem Ioannis
Andreæ *in c. ex conqueſtione de reſtitutione ſpoliato-
rum , & de editione Bullarum , plumbatorum* , Bre-
uium Cameralium,tranſſumptorũ,in forma *vidi-
mus*, & de trãſſumptis à Notarijs Curiæ Romanæ
fabricatis,& de commiſſionibus tam à Romanæ
Eccleſiæ Præſule quàm à Iudicibus Romanæ
Curiæ expeditis , & de proceſſu fulminato per
audientiam contradictarum , & de inſtrumento
declaratoriæ ob incurſum cenſurarum,de Cedu-
lonibus, & de inſtrumento, quo præcipitur , vt
Vaſſalli horum Regnorum intra certum tempus
in Romana Curia compareant.Et de executoria-
libus Iudicibus Romanæ Curiæ vel literis re-
quiſitorijs , ſeu deprecatorijs ; Idem Pariſa latè
prima part. tit. 4. *cum ſuis* §§.

QVÆSTIO III.

An quis poſſit compellere , edere inſtrumenta per excommunicationem. Et quid ex vi denunciationis Angelicæ. Et an ex vi Monitoriorum.

SVMMARIVM.

1 *Edere inſtrumenta communia , aut aliena poteſt quis cenſuris compellere , non item propria etiam ſi generalis excommunicatio vulgè paulina lata ſit contrà occultãtes inſtrum* n. 2.& 4.

3 *Excommunicantis intentio regulatur ſecundum Ius.*

5 *Præceptum Iudicis, vt quis ferat teſtimonium ſub excommunicatione, quando teneat.*

6 *Edere Reus inſtrumenta Actori , non tenetur, etiam ſi ad id compellatur per viam denunciationis Euangelicæ,* n.8.10.

7 *Occultando Reus inſtrum. Actori, an peccet*, n.8.

8 *Denunciatio Euangelica non admittitur in his peccatis, quæ lege humanà tollerantur*, n.9.

11 *Exhibere , ſeu reuelare ſcripturas non tenetur vi Monitoriorum: quoties reuelando damnum pateretur : Et quid damno non dato* , n. 12.

PRædictæ tres primæ quæſtiones videntur 1
comprehẽdi ſub vna dubitandi ratione.Qua-
re Suarez de cenſuris, *diſp.*20. *ſect.* 3. *n.*2. *in verſ.
aliud exemplum*,dicit quod ſi quis apud ſe habeat
reconditam ſcripturam alienam ; id eſt in quâ
non ſolùm agitur de alieno titulo , vel iure ; ſed
etiam cuius dominium vel vſus ad alium ſpectat;
tunc ſi huic præcipiatur ſub excommunicatione,
vt ſcripturam prodat ſine dubio ligari , quia
etiam ſecluſa excommunicatione per ſe tene-
tur talem ſcripturam reddere Domino ex Iuſti-
tià ; quia ſunt res alias , ita & ſcripturam
retinere inuito Domino contra Iuſtitiam eſt :
&

Digitized by Google

& quoad hoc eandem eſſe rationem de ex-
communieatione in hac materiâ latâ, ac de qua-
cunque aliâ, quæ fertur ad ſolueodum debitum.
2 † Relata tamen doctrina vera eſt, qooties præ-
ceptum cadit circa manifeſtanda inſtrumenta
aliena, vel ea quæ ſunt communia ex his, qoæ
iam *ſuprà dixi q.1.* ex regula textûs *in cap.* G.Per-
petius *cap. accepimus*, & *cap. contingit de fide in-
ſtrumentorum*; Sed non eſt ita in ſpecie textus
noſtri, in quo non tenetur Reus ſua propria in-
ſtrumenta edere, ad fundandam intentionem
Actoris: cum ea apud ſe habeat, & tanquam
ſua legitimè poſſideat. Et hoc etiam ſi ea pro-
dere cogatur cenſoris, abſque aliâ ſpeciali cau-
ſâ, iuxta doctrinam, textûs noſtri, vbi Abbas,
3 Decius, & alij, idem Suarez *ſuprà n.8.* † Et
confirmatur, quia cùm excommunicatio peo-
deat à voluntate excommanicantis, vt notat
Gloſſa *in cap. Apoſtolica de Clerico excommunicato
miniſtrante*, cum adductis à Guttierrez *libro 1.
Canonic. cap.11. n.7.8.* Et hæc intentio debeat
regulari, iuxta iuris diſpoſitionem argumeoto
textûs, *in cap. cauſam quæ de reſcriptis*, ideo benè
ex dictis factum eſt: vt talia excommunicatio
non liget Reum nolentem ſua propria inſtru-
4 meota manifeſtare. † Et ſic infertur qoòd lata
ab Epiſcopo generali excommonicatione, quam
dicimus *Paulinam*, contra quoſcunque deti-
nentes, & occultantes inſtrumenta, & intrà
certum tempus non reuelantes: quòd frequen-
ter ſit; vt ootant Guttierrez vbi *ſuprà d. cap. 11.
Canonic.* Marta *de Iuriſdictione 3. parte, cap.7.* &
alij communiter; adhoc tamé Reus non teneatur,
edere ſua propria inſtrumenta Actori; quamuis
alias id multis notom ſit: adeò vt ea occultando
non incidat in excommonicationem; quoniam
cum Reus non peccet retinendo, & occultando
ea ioſtrumenta ex textu noſtro, non poterit ex-
communicationem incurrere, quæ ſine peccato
non incurritur; *cap. nemo Epiſcoporum, cap. nul-
lus 11. q.3.* Tridentinum *Seſſ.25. de reformatione
cap.3.* Ita Balboa *hîc num.41.* cum Couarr. Gut-
tierrez, Suarez, & Nauarro. † Notabis verò
5 quòd & ſi quis ex præcepto Iudicis teneatur ex
iuſtitiâ producere inſtromentum alienum, ſeu
partibus commune, non ita æquè teneri ad te-
ſtificandum quod verum eſt loquendo præcisè
de iuſtitiâ commutatiuâ, cuius dicti Suarez, vbi
ſuprà de Cenſuris, diſputat. 20 ſect.3. num.3, reddit
differentiam; nam Scriptura eſt res exterior, &
permanens, quæ cadit ſub dominio alicuius. Te-
ſtimoniũ verò conſiſtere tantùm in actione pro-
pria, & ideò dum non actu fertur nihil eſt, quòd
ſub dominio alterius exiſtere poſſit: quare iu-
ſtitia ex ſe non obligat ad illud ferendum, &
hoc frequenter accidit. Tamen ſi præceſſiſſet
pactum, vel promiſſio acceptata ex maximè
oneroſa; tunc iuxta modum obligationis poſſet
aliquis teneri ex iuſtitiâ. vel fidelitate ad feren-
dum teſtimonium, etiam ſeſe offerendo, ſi ne-
ceſſe ſit; & tunc ſeruatâ eâdem proportione
poſſet ſub cenſurâ cogi ad pactum implendum;
Ita Suarez qui *num.2.* addit, quod etiam ſi quis
non teneatur ex iuſtitia commutatiua, teſtimo-
nium ſicut Scripturam proferre poſſe. Tamen
aliquando ex charitate teneri. Vt ſi ex defectu
veri teſtimonij proximus graue damnum patia-
tur, & alius poſſet ſine tali detrimento veritatem
aperire à fortiori, ſi eâ de cauſâ commune bo-
nũ periclitetur, aut alia ſimilis ratio interueniat.

† Ad ſecundam partem quæſtionis ex prædictis 6
infero; nam & ſi multi teneant, quòd per viam
Euangelicæ denunciationis cogi poſſit Reus
edere inſtrumenta Actori, ad eius fundandam
intentionem: quando conſtauerit Reum illa re-
tinere, & occultare, vt tenent Buttius *hîc n.5.*
Abbas *num.20.* Decius *num.36.* Felinus *num.11.*
Veroius 70. ex eo quia Reus, qoi inſtrumenta
retinet, veritatem occultat, & conſequenter
peccare iuxta textum, *in cap.1. de crimine falſi*,
& ex aliis fundamentis, qoæ refert Balboa *hîc
num. 18. & 19.* † Tamen verius eſt, non pecca- 7
re Reum illa inſtrumenta retinendo, ſiquidem
ex textu noſtro ea non poſſit compelli, vt edat
Actori, vt tradit hîc Graña *n.5.* licet pecect, ſi
conſcientiam habeat læſam. ex retentione rei
alienæ. Nec obſtat textus *in d. cap.1. de crimine
falſi*; & alij, qoia locum tantùm habent in per-
ſonis, quæ fateri tenentur veritatem, vti eſt Iu-
dex, & Teſtis, Couarr. *lib.1. variarum cap. 2. n.5.*
Balboa *hîc num.43. & 46. & n.3.* Sed non in caſu
noſtro, vbi legis authoritate Reus retinet ſua
propria inſtrumenta. † Imò & ſi fateamur 8
Reum peccare mortaliter occoltando inſtru-
menta, adhuc per denunciationem Euangelicam
compelli, non poſſet ad illorum editionem, vt
indicant verba textûs noſtri, ibi *nulli dicendum
eſt*, quæ ſimpliciter, & abſolutè loquendo om-
nem viam, & modum compellendi Reum ex-
eludunt: & conſequenter Euangelicam denuo-
ciationem. † Tum etiam, nam & ſi hæc de- 9
nunciatio Euangelica ratione peccati. Sit ad-
mittenda regulariter iuxta longè dicta, *ſuprà in
cap. nouit de Iudicijs, à quæſt.14.* Non tamen vi-
detur admitti in his peccatis, quæ per legem hu-
manam iuſtiſſimè tollerantur argumento text.
in cap. cum iam dudum 18. in fine, de prabendis.
† Tùm deniqoe; oam ſi Reus poſſet compelli 10
per viam denunciationis Euangelicæ edere in-
ſtrumenta, tota editionis materia per indirectum
deſtrueretur. Nam ſemper Actor poſſet dicere
Reum veritatem occultare, & in peccato mana-
re tradit hîc Balboa *num.40.* Ferretus hîc *n.22.*
Parianus *lib.1. de probat. cap.63. n.150.* Videbis
ad plura, Suarez vbi *ſuprà de Cenſuris d. diſp.20.
ſect.20. per totam*; & applicabis, quæ tradit *diſ-
putat 18.* † Ad tertiam quæſtionis partem ſatis 11
ex dictis infertur, vt habens Scripturas non te-
neatur, vi Monitoriorum illas exhibere, ſeu
reuelare, quoties exhibendo, vel reuelando
damnum pateretur; Ita Enriquez *in ſummâ lib.13.
de excommunicatione cap.18 §.2.* cum multis Bar-
boſa *in paſtorali allegat. 96. n.50.* Sairus *de Cen-
ſuris lib.1. cap.9. n.30.* vbi reſoluit certum noo
teneri illum eas exhibere ſi ex eis poſſet ius al-
terius confirmari: ipſius autem exhibentis ius
poſſet alìqua ratione exinde infirmari. Tùm
etiam ex noſtro textu, vbi Reus non tenetur
edere inſtrumenta Actori; & licet Campanilus
relatus à Barboſa, non audeat probare relatam
ſententiam: eò quòd tutior ſit contraria ſen-
tentia. Tamen in praxi receptior eſt noſtra,
quam ſequimur: præſertim ſi ex reuelatione
graue damnum pateretur reuelans. † Imò & 12
non dato damno, non omnes Scripturæ exhi-
bendæ ſunt, quæ ad ius alterius attinere queant;
ſed publicas dumtaxat non verò priuatas; Ita
Barb. cum aliis ex hoc noſtro textu & *l.1. Cod. de
edendo*; & probatur ex dictis, *ſuprà in principio
huius quæſtionis*, ex dictis, *ſup. q.1. per totam.*

Digitized by Google

QVÆSTIO IV.

An tertius teneatur edere inſtrumenta ſua, ſi petantur ab Actore: Et quid filio: Et an inſtrumenta communia ratione vtilitatis tantùm debeant Actori edi: Et an inſtrumentum quod plures habet partes, ſit integrum exhibendum: Vel poßit exhibens pœnitere: Et ſit exhibendum Protocolum.

SVMMARIVM.

1 *Edere tenetur Tertius inſtrumenta, niſi inde præjudicium patiatur.*
2 *Edere filius tenetur inſtrumenta.*
3 *Edi quando debeant inſtrumenta communia ratione vtilitatis à Reo. Et quid à Notario, n.4. 5. 6. & 7.*
8 *Exhibendum eſt Iudici integrum inſtrumentum, ſed aduerſario danda eſt tantùm copia Capituli, quo producens vtitur: Quid in praxi, n.9.*
10 *Pœnitere nequit qui ſemel inſtrumentum præſentauit in Iudicio.*
11 L.1. §. edenda, ff. de edendo, *Gloſſa ibi*, ſi quis vſurus.
12 *Exhibere protocolum cogendus eſt ad petitionem partis præmiſſo iuramento ab eo, qui illud habet.*
13 *Tabellio vtcunque tenetur inſtrumentum exhibere.*

1 AD primam difficultatis partem omiſſis,
quæ dicunt relati à Patiano *de probat. c.64.*
num. 49. exiſtimo dicendum noſtrum textum
non procedere, nec habere locum in aliquo
tertio apud quem inſtrumentum reperitur; nam
quamuis illud Reus edere non teneatur: tamen
Tertius tenebitur; eò quòd non videatur arma
contra ſe præſtare, & facit textus, *in l.3. §. interdum, ff. ad exhibendum, l. in fraudem* 41. §. *neque initium, ff. de iure fiſci.* Tum etiam quia valet argumentum de Teſtibus ad inſtrumenta,
l. in exercendis Cod. de fide inſtrument. ſed Teſtes
coguntur teſtificare, *l. ſi quando Cod de Teſtibus*,
& per totum, *infrà de teſtibus cogendis*: ergo tenebitur etiam inſtrumentum edere. Et facit regula text. *in l. in ſumma*, §. *Iterum*, Varus *ff. de aquâ pluuiâ, l.2. vbi omnes Cod. de pignoribus tenent.* Balboa *hic num.*44. Butrius *num.* 12 Mantua
*num.*43. Bolognetus *in l.2. n.*18. *Cod. de edendo*;
Gailius *lib.*1.*Obſeruat. cap.*106. Cujacius *lib.*10.
*Obſeruat. cap.*8. Et in hoc caſu exiſtimo veram
eſſe doctrinam Campanili, quem retuli, *quæſt. præcedenti in fine*, qui *in diuerſ. Iuris Canonici Rubrica* 11. *cap.*15. *num* 95. aſſerit vt quando profertur ſub cenſurâ, vt quicumque haberet aliquas ſcripturas, debeat eas exhibere; nec poſſe
vlla excuſatione tueri, quòd inde pertimeſcit
vexationem, niſi manifeſtiſſimum omniò eſſet
illas taliter ad eius ius conducere; vt nullatenùs
ad confirmandum ius alterius expectent, quæ
in Tertio non procedit; cum nullum patiatur
detrimentum: aliter verò eſſet ſi damnum pateretur: quo caſu libenter admitto ſententiam
eorum quos refert, *vbi ſuprà*, Patianus pro qua
faciunt, quæ dicta ſunt in confirmationem textus noſtri. Applica, quæ tradit Pareſa *de inſtrument. edit. p.2. tit.6. res 3. à num.*127. † Et ad 2
obligationem, quam filius habet exhibendi inſtrumenta, quæ erant in poteſtate patris Dicendum eſt, quod cum præſumatur perueniſſe ad
filium Scripturam, quæ erat in poteſtate patris,
teneri ad eius editionem: quia præſumitur contra filium qui non vult edere inſtrumentum,
quod erat penes parentem, & ob id, qui exhibere recuſat, præſumitur malitiosè occultare.
Vide, quæ tradit Valenzuella *lib.*1. *conſ.*21. *à num.*75. Garcia *de nobilitate*, §.1. Gloſſa 2. *n.*41.
dicens, quod edictum de edendo deductum eſt
ad ſucceſſores, *ex l. ſi quis ex argentariis*, §. *coguntur, l. quadam, ff. de edendo*; quia ad filium
perueniſſe præſumitur ex Rubrica textûs, *in leg. ſiue poſſidetis, Cod. de probat.* Gloſſa *in l. non ignorauit C. exhibendum.* † Ad ſecundam quæſtio- 3
nis partem non parum diſcordant Doctores, in
reſpondendo; quia nonnulli exiſtimant, quod
Reus tenetur edere inſtrumenta, quæ tantùm
communia ſunt ratione vtilitatis: qualia ſunt
inſtrumenta emptionis, locationis, & ſimilia,
& hoc per text. *in l. Prætor ait* verſic. *huius edicti, ff. de edendo*; quatenus inſtrumentum ratione
vtilitatis commune quodam modo meum ſit; &
pro hac parte faciunt textûs *in cap.* G. Perpetius
cap. contingit de fide inſtrument. ſecundum doctrinam, de qua *ſuprà quæſt.*1. & facere videntur,
quæ cumulat hic Barboſa *tom.6. n.*8. Qui aliud
tenet, *num.*17. & *num.*18. *dicta legis Prætor. ait.*
† Communiter tamen contraria ſententia, eſt 4
receptior ex noſtro textu, *ibi inſtrumenta, erant communia ratione vtilitatis.* Siquidem in illis
pacta inter Regem, & Imperatorem celebrata
continebantur, tenet Balboa *hic n.*75. & innumeri relati à Patiano *lib.*1. *cap.*69. *n.*96. Gailius
*lib.*1. *Obſeruat.* 106.*n.*7. ex eo; quia ad materiam
contractûs non attenditur, an vtilitas communis ſit? Vel non! ſed ſolùm attenditur an inſtrumenta ſint propria ipſius rei. † Vnde ad pra- 5
xim exiſtimo dicendùm eſſe, quod ſi inſtrumenta communia ſint ratione vtilitatis, & propter
materiam in illis contentam ſint apud Notarium, à quo confecta fuerunt, teneri talem Notarium, ea exhibere, & edere; Nam ad huiuſmodi exhibitionem tenetur ratione officij ſatisfacto ſibi prius de mercede. † Tamen ſi pars 6
ipſa retineat inſtrumentum, & ſit originale; tunc
tenebitur ad eius editionem; eò quòd originale
ſit verè inter partes commune *ex d. cap.* G Perpet.
quòd ſi originale non habeat, ſed tantum copiam propria pecunia à Notario deſumptam,
regulariter loquendo ad ipſius editionem non
tenebitur; Nam reſpectu chartæ illud inſtrumentum non dicitur verè commune. † Verum 7
ſi originale, vel Protocolum non reperiatur
apud Notarium, ſed illud habeat Reus, vel
exemplar Authenticum Iudicis Officio cogendus eſt edere Reus, & ita hanc praxim ſeruari in
omnibus tribunalibus teſtatur Balboa *hic n. fin.*
Patianus *de probat. lib.*1. *cap.*65. *num.*107. Burgos
de Paz *quæſtionum Ciuilium*, *q.*5. Azeued. *in l.*3.
*tit.*5. *lib* 4. *n.*10. compilat, & obſeruari ex ſtylo
Rotæ, tradit Paulus Æmilius *deciſ.*294. *quæſt.*1.
† Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpon- 8
deas præmittes nonnulla; quæ retuli *ſupra q.*1.
circa finem, in verſic. *Itaque textus noſter.* Quibus ſuppoſitis dico quod ſi inſtrumẽtum plures
habet

habet partes, & varia rerum capita diſtinctos actus continentia, eſſe omninò & integrè Iudici exhibendum, vt ipſe legere poſſit; quomodò procedit textus, *in cap. ſunt perſonæ*, verſic. *Nos volentes de priuilegijs libro 6.* Vide quæ tradit Graña *hic num.15.* cum aliis. Sed eius aduerſario dandum eſſe copiam tantum illius capitis; quo producens vtitur iuxta textum, & ibi Gloſſam communiter receptam *in cap. contingit de fide instrument.* Felinus *hic n.29.* & Decius *n.62.* Alexander, & Iaſon *in leg. argentarius, §. edi, ff. de edendo, cap. cum perſonæ de priuilegijs lib.6.* cum
9 aliis Couarr. *lib.1. pract. cap.20. num.7.* † Vbi dicit quòd ſi ille, contra quem instrumentum producitur petierit illud ſibi integrè edi vt illius aliqua parte vti poſſit, tunc vſu forenſi receptum eſſe hanc editionem integram minimè negari poſſe: idque æquiſſimum eſſe, & deduci ex Gloſſa *in l.1. §. Editiones*, verbo *die, & conſule, ff. de edendo*, quam ibi approbant Doctores, & Baldus, & Alexander *in l.1. col.4. Cod.* Vt quæ deſunt Aduocatus, Iudex suppleat. Decius poſt
10 alios, *hic n.15.* † Ad quartam partem, an pœnitere poſſit exhibens reſpondeo, quod cum Scriptura ſemel in iudicio prolata fiat communis vtrique parti eo ipſo; quòd producens ea vti voluit iuxta, *l. ſi veteres Cod. de fide instrum.* ob id dicendum eſt quod poſtquam eſt communis effecta, non poterit pœnitere, qui protulit in præjudicium aduerſarij; Ita reſoluit Couarr.
11 *d. cap. 20. pract. n. 7.* verſic. *ſecundo eſt.* † Nec obeſt huic ſententiæ doctrina textus, *in l.1. §. edenda, ff. de edendo*, & Gl. ibi verbo *ſi quis vſurus*, ſentiẽs poſſe proferentem in Iudicio instrumentum illud auferre, ac petere, nec eſſe cogendum iterum exhibere aduerſario petente, vt instrumenti prolati exemplum ſibi detur, vt ſequitur. Azon *in d. §. edenda.* Nam reſpondeo prædictam Gloſſam ſolùm probare non eſſe edendum aduerſario instrumentum illud, quo alter vti noluit; nec ibi aliquid reſpõdetur de instrumento, quo quis ſemel vti voluit, & eâ ex cauſâ illud protulit in Iudicio: licet poſtmodùm pœnituerit, vt
12 ſenſit Baldus *in d. §. edenda.* † Ad vltimam quæſtionis partem dico, quod vbi producens inſtrumentum habet protocolum, aut præſumeretur id eſſe apud ipſum; tunc cogi poſſet petente aduerſario protocolum exhibere præmiſſo iuramento; aut probatione, quod illud habeat; eſt enim æquiſſimum hoc fieri, vt ille, contra quem instrumentum producitur alleget illud falſum fuiſſe; & ad hoc petat Protocolum; ita deducitur ex his, quæ notantur, *in d. cap. contingit de fide instrumentorum*, & ex textu noſtro, & *in d. l.1. §. edenda, ff. de edendo.* & ſentit Couarr. *pract. cap.19. num.3.* verſic. *Tertium conſtat ex eo*; nam ſi alter instrumentum producat: & econtra eius fides ex ipſomet instrumento, vel eius Protocolo (quod idem eſt) impugnetur, tenetur edere, qui produxit, quod verum eſt; licet contrarium dixerit Ferrarienſis *in pract. Rubr. de forma opponendi contra instrumentum, §. dignoſcitur n.6.*
13 † Verum de Tabellione dicendum eſt abſque controuerſiam teneri ab exhibendum omninò Protocolum, quoties de fide instrumenti controuertitur: ſentit ipſe Couarr. & faciunt, *d. ſuprà in hac quæſt. quæſtiuncula 1.* verſic. *Vnde ad praxim.*

QVÆSTIO V.

An reus teneatur edere instrumenta ad fundandam Actoris replicationem: Et fiſco ſint edenda acta, tam ciuilia, quam criminalia: Et quid in cauſis fauorabilibus, & pijs?

SVMMARIVM.

1 *Edere tenetur Reus instrumenta ad fundandam Actoris replicationem.*
2 *Edere tenetur Reus instrumenta fiſco in ciuilibus: Et quid in criminalibus, n.3. 4. 5.*
L.2. §. Diuus, & §. item Diui, ff. de Iure fiſci, num.5. l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg.1. l. qui fiſcalibus in principio, ff. eodem.
6 *Edere Reus instrumenta non tenetur conductoribus gabellarum: Quid in praxi.*
7 *Edere non tenetur Reus Actori instrumenta in cauſis pijs: niſi expreſſum reperiatur de iure.*

VT ad primam quæſtionis partem reſpondeam. Suppono, quòd in reconuentione 1
fallit regula textûs noſtri: nam reconueniens poteſt petere à primo conueniente editionem instrumenti; vt dixi, *ſuprà q.1. in fine*, in verſic. *& vlterius.* Quare ad difficultatem reſpondeo, quòd licèt Actori non ſint edenda instrumenta Rei ad fundandam eius intentionem ex noſtro textu: tamen tenebitur Reus ea edere ad fundandam Actoris replicationem; quoniam replicatio dicitur exceptio, & habet vim defenſionis; cum per illam Actor ſeipſum defendat ab exceptione Rei, *leg.2. ff. de except. & in princ. Inſtitut. de replicat.* etenim Actor non potuit ad illam inſtructus venire in iudicium; eò quòd exceptiones ex facto alieno naſcantur, in quibus probabilis datur ignorantia ex parte ipſius Actoris: argumento textus, *in l. fin. ff. pro ſuo, l. qui in alterius 42. ff. de reg. iuris*, quæ fit, vt in Actore replicante militent ea omnia, quæ pro Reo conſideramus in textu noſtro; facit text. *in l. Maritus, §.5. poſt additam, ff. ad leg. falcid.* vbi legatariis petentibus legata ſibi relicta, ſi opponat hæres de falcidia, & legatarij replicent de ſufficientia hæreditatis hæres, qui in ea ſpecie erat Reus, edere debet legatariis inſtrumenta hæreditaria, vt appareat an bona ſufficiant, & conſequenter ad fundandam replicationem Actoris: Ita Bart. & Doctores communiter, *in l. fin. C. de edendo*; & ibidem Alexand. *n.25.* Alciatus *n.71.* Gilquenius *n.18.* cum adductis à Pariano *de Probationibus, lib.1. cap.63. n.115.* Nec ab hac opinione recedendum eſſe in praxi notant. Azeuedus *in l.3. tit.15. libro 4. compilat. n.9.* Valaſcus *de iure Emphyt. quæſt.8. n.8.* Sed vt contrariam ſententiam ſequaris. Si velis leges quæ rectè ſcribit Donellus *in l. final. C. de edendo.* † Ad ſecundam quæſtionis partem an 2
Reus teneatur fiſco Actori edere instrumenta dixi aliqua, *ſuprà q.1.* in verſic. *Vnde primo verum*: vbi dictum eſt, quòd fauore fiſci inductum eſt, vt Reus edat ei, ſua instrumenta in cauſis Ciuilibus, & cauſis Criminalibus, pecuniariis exceptis capitalibus; ſed contra hoc dubium facit

Digitized by Google

facit primò regula noſtri textûs, & aliorum.
Tum etiam: quia cum deterior ſit cauſa fiſci,
quàm priuati, quoties ex cauſâ lucratiua ex-
peritur, non ex ſuo proprio contractu, iuxta
verum intellectum, *l. non puto, ff. de Iure fiſci*,
cúmque fiſcus plerumque, & *in l.* 2. §. *Diuus, ff.*
de Iure fiſci, agat de cauſâ lucratiua, ſi ſecun-
dum legem 53. illius tituli intelligatur vt intel-
ligenda eſt, *l. ſi ſeruus plurium*, § *fin ff de legat.* 1.
l qui filiabus in princ. ff eodem ob idque contra
fiſcum facile iudicandum ſit, niſi peculiari ra-
tione contrarium ſit diſpoſitum, *d. l. non puto,*
ff. de Iure fiſci; & *leg item veniunt*, § *ait Prætor.*
verſic *In priuatorum*, *ff de petitione hæreditatis.*
Sequitur, vt nullum priuilegium videatur con-
ceſſum ipſi fiſco; & hanc doctrinam videtur
amplecti, Zeuallos *commun. com. q.* 827. viden-
dus ibi, *num.* 18. & 19. vbi explicat textum, *in*
l. 2. §. *Diuus*, & §. *item Diui fratres. ff. de Iure*
fiſci, & docet in eo themate malè peti editio-
nem à fiſco, niſi duobus concurrentibus; quod
ſcilicet verum aliter haberi non poſſit; & ſub-
tracta, credantur ea inſtrumenta, quæ cauſa
conuenti nocitura erat, & ſic conſiderat nul-
lam eſſe controuerſiam, aut reperiri poſſe, pro-
pterea, §. *Diuus*, à quo recipit interrogationem,
§. *Item Diui fratres*, & conſequenter temerè pri-
uilegium fiſco præſtari: cum in prædictis con-
currentibus priuatus Actor, cui citrà culpam
periere probationes, veluti ſi ſubtractæ crede-
bantur rectè poſtulet à Reo inſtrumẽta, vt voluit
Gloſſa *in cap fin.* verbo *Occultator* 14. *q.* 2. quæ
licet aditionis non meminerit ad eum caſum
rectè extenditur, vt terminauit Rota *titul. de*
Edendo in nouis decis. 13. & licet ſolus fauor ve-
ritatis inueniendæ per ſe non ſufficiat: tamen
coniunctus cum difficultate, probandæ, nullâ
Actoris culpâ contingenti, ad id quod quæri-
mus idoneum eſſe docet Zeuallos ex textu, *in*
l. ſi quis ex argentarijs, §. *fin. ff de Edendo*, quam
citat Socinus *in l.* 1. *C. de Edendo*, & Felinus *hic*
3 *n.* 10. † His tamen non obſtantibus exiſtimo
non eſſe recedendum à communi ſententiâ, quæ
docet edenda eſſe inſtrumenta fiſco per ipſum
Reum iuxta ſpeciem textus, *in d. l.* 2. §. *Diuus,*
& §. *item Diui fratres, ff de Iure fiſci*, quod fa-
uore fiſci proditum eſſe agnoſcunt Doctores in-
ter quos Abbas *hic n.* 18. Felinus *num* 9. Decius
num. 3. Beroius 64. Mantua 32. Garcia *de nobi-*
litate, Gloſſa 1. § 1. *n.* 26. Peregrinus *de priuileg.*
fiſci, lib. 7. *tit.* 3. *num.* 11. Gailius *lib.* 1. *Pract. ob-*
ſeruat. 106. *num.* 11. Antonius Faber *in l.* 3. *ff. de*
edendo, Graña *hic n.* 14. Valaſcus *de Iure Emphyt.*
q. 8. *à n.* 7. & relati à Patiano *de Probat. libro* 1.
cap. 63. *à n.* 46. multis aliis comprobat videndus
Barboſa in Additionibus ad noſtrum textum,
4 *tom.* 6 *n.* 11. † Dubium tamen eſt an prædictum
priuilegium competat in omnibus cauſis tàm
Ciuilibus, quàm Criminalibus; in qua diffi-
cultate Doctores tenent huiuſmodi priuilegium
extendi tantùm ad cauſas Ciuiles, non verò ad
Criminales; vt notant Abbas *hic n.* 18. Decius
n. 59. alij vero exiſtimant extendi etiam ad cau-
ſas criminales, quæ pœnam pecuniariam irro-
gant, non verò corporalem; Ita relati à Patian *d.*
c. 63. *à n.* 61. Nam quoties pœna pecuniaria fiſco
applicatur, eſt eadem ratio edendi inſtrumen-
ta, qui in omnibus cauſis ciuilibus verſatur, vt
v. g. ſi fiſcus petat Gabellam ſibi ex emptione,
aut venditione debitam: non tunc tenebitur
edere debitor inſtrumentum venditionis. † Ve- 5
rùm in hoc puncto exiſtimo dicendum, æquè
in omnibus cauſis criminalibus non teneri
Reum Actori edere ſua inſtrumenta fiſco. Quod
probo: nam expedita res eſt, vt in ciuilibus
tantum cauſis Reus edere teneatur fiſco Vt
conſtat ex *d. l.* 2. § *Diuus* & in criminalibus
ſimpliciter loquendo nullam habet difficulta-
tem, vt *in d. l.* 2. *dicto* § *Diui fratres in fine, ff. de*
Iure fiſci; quia in criminalibus, non capitalibus
nil expeditum video: & par eſt cauſa horum cri-
minalium Iudiciorum, quibus de pecunia, &
exiſtimatione agitur ipſarum capitalium cauſa-
rum. Et pro hac ſententiâ facit illa generalis
regula, quòd in criminalibus negotiis debemus
humaniorem ſententiam amplecti. Cur ergo re-
gula noſtra ſit, vt Reus non teneatur edere
Actori ſua propria inſtrumenta, niſi aliter ha-
beri non poſſit, *vt dixi*, & in caſu neceſſitatis
recedamus à regulis iuris communis, *l. de pupillo*,
§ *ſi quis riuos*, vbi latè Iaſon *ff. de noui operis*
nunciatione, & hæc exceptio cauſis criminalibus
minimè conueniat, in quibus de fama præcipuè,
non de pecunia agitur, *l. capitalium in principio,*
ff. de Pœnis. nec de pecunia conſideranda ſit, *l.*
cum emancipati, §. *cum emancipatus filius*. *ff. de*
collationibus: & prætereà caſus omiſſus pro ex-
preſſo habeatur. Si expreſſo ſit ſimilis Barto-
lus *in l.* 1. *ff de diuerſis reſcriptis* & criminales
vero cauſæ propter infamiam ſimiles ſint capi-
talibus, in quibus vitæ periculum verſatur, *leg.*
iuſta, ff de manumiſſis vindicta; ſequitur vt *in d.*
l. 2. §. *Item Diui fratres*, omnes caſus criminales
comprehendantur modo infamia, aut læſio exi-
ſtimationis ſequi poſſit; ita docet Alexander
conſ 132. *n.* 5. *lib.* 1. Zeuallos *comm. cont. d. q.* 827.
à num. 4. vbi dicit hoc non diſplicere Bart. nec
aliis. † Quod ſi iterum dubites? an ſub præ- 6
dicto priuilegio comprehendantur conductores
Gabellarum in qua difficultate exiſtimant multi
ita procedere, vt in fiſco, cum in omne ius fiſci
ſuccedant ex relatis à Laſarte *de decima venditio-*
nis, cap. 18. *n.* 13. & hanc opinionem praxi ſeruari
docet Balboa *hic num.* 70. *in fine*, per textum, *in*
l. 33. *tit.* 9. *lib.* 9. *compilat.* Verum in puncto iuris
communis verior eſt contraria ſententia: nam
prædicti conductores non habent priuilegium,
vt ſibi à Reo inſtrumentum edatur ad fundan-
dam eorum intentionem; quia licèt fiſcus habe-
ret, illud priuilegium eſt perſonale, ſed non
egreditur perſonam. Alexander *in l. ne quiſquam*
per, l. Licitatio, §. *mercatoris. ff. de publicanis*, vbi
Bartol. & Romanus tenent, Mandoſius *hic n.* 58.
Decius *n.* 13. Zeuallos *comm. cont. ſuprà d. q.* 827.
à num. 11. & ex eo probat. Quia immunitas con-
ceſſa Clerico, Eccleſiæ, aut nobili minimè tran-
ſit ad emptorem; vt conſiderat Ioannes An-
dreas *tit. de Cenſibus*, § *nunc dicendum in additio-*
nibus ad ſpeculatorem, & *in tit. de immunit. Eccle-*
ſiarum in fine, & facit regula textus, *in l. ſi hæres*
præcepto fundo, ff. ad Trebellianũ, l. fin §. *fin. ff. de con-*
trahenda emptione. Et ſic Decius *hic n.* 60. ait, fa-
cultatem petendæ editionis eſſe perſonalem, nec
textum, *in d. l.* 2. §. *Item Diui fratres, de Iure fiſci*,
aliquid in contrarium probat. Cum quidem
edendum fiſco dicat à Reo; tamen edendum ſit
ad intentionem fundandam, an ab extraneo ni-
hil exprimit. † Ad vltimam quæſtionis partem 7
infero dicendum, quòd licet fiſci priuilegium
poſſit extẽdi ad cauſas pias & fauorabiles veluti
in

in cauſâ Eccleſiæ dotis alimentorum Matrimonij, & ſimilibus in quibus Reus teneatur edere inſtrumenta Actori propter fiſci maximum fauorem, qui ad omnes caſus extendi debet fauorabiles; argumento rext. *in cap. fin. de ſententia,* & re iudicata, vt notant Abbas *hic n* 19. Dec. 67. Beroius 69. Rebuffus *de priuileg. Scholar. priuilegio* 116. Tamen verius eſt, in puncto iuris non eſſe talem faciendam extenſionem; argum. rext. *in cap. qua à iure de regul. iuris lib. 6.* neque æquiparatio de fiſco ad Eccleſias, & ad alias cauſas pias procedit, niſi in caſibus à iure expreſſis. Vt docet Balboa *hic d. n. 70.* videndus *n. 39.* & tradit coploſè Barboſa *in l. 1. p 7. ff. ſoluto matr. & facit Clementina* 1. *§. Cæterum de Vſuris*, vbi in cauſâ vſurarum datum eſt ſimile priuilegium, quod fiſco; & ſi non eſſet expreſſum, deberet etiam obſeruari regula textûs noſtri, vt dixi, *ſuprà q. 1.* Sed alter Barboſa *in collect. hic num. fin.* docet cum multis quòd Reus non tenetur in Iudicio conuictus Actori petenti edere inſtrumenta propria, niſi ſit fauor Eccleſiæ de quo agit Marcus Antonius Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. quaeſt.* 174. *n.* 1. qui hoc vltimum de fauore Eccleſiæ latè probat. Et idem Barboſa idem docet in additionibus ad hunc text. *tom. 6. n* 12. vbi dicit, quòd Reus litigans compellendus eſt edere inſtrumenta ad fauorem Eccleſiæ cum non ſit minus priuilegiatus. Et Alfarus *de Officio fiſcali priuilegio* 11. *num.* 74. idem dicit de dote, matrimonio, & de aliis piis cauſis.

QVÆSTIO VI.

An Nautæ, Caupones, & Stabularij, teneantur edere Actori ad fundandam eius intentionem? Et an mercatores noſtri temporis ſicut olim argentarij, & nummularij? Et quid de Tabellionibus publicis noſtri temporis? Et quid de Curatoribus, Procuratoribus, & negotiorum geſtoribus? Et an Iudæi vſurarij teneantur edere rationes ſuas ad fundandum Actoris ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Nautæ, Caupones, & ſtabularij qui ſint? quæ officia exerceant? & quid teneantur cuſtodiæ cauſâ viatoribus præſtare, n. 2.*
3 *Edere non tenentur inſtrumenta, Nautæ, Caupones, & ſtabularij, n. 4.*
5 *Nummularij, ſeu Menſularij, qui: Et n. 7. & an teneantur edere inſtrumenta Actori, n. 6.*
6 *Argentarij qui erant de iure, & n. 7.*
7 *Actio ſemel nata non extinguitur, niſi certis modis.*
8 *Mercatores noſtri temporis, licet de iure non tenerentur edere inſtrumenta Actori. Aliter in praxi, n. 9.*
10 *Edere tenentur Tabelliones, & Notarij inſtrumenta, ſicut argentarij tenebantur. Et quid de eorum hæredibus, n. 11. ſeu in legatarij, num. 12.*
13 *Edere tantùm inſtrumenta rationum Curatores, Procuratores, & negotiorum geſtores tenentur.*
14 *Edere tenentur Iudæi vſurarij, 15. 16.* Clementina 1. §. Cæterum de Vſuris.
15 *Excommunicationis pœna per indirectum habet locum contra Iudæos.*
16 *Iudæi ligantur Legibus Romanorum & Conſtitutionibus Apoſtolicis.*
17 *Citatus ad declarandum cum iuramento, ſi iuret, vt non ſit debitor non tenetur ampliùs iurare ſuper computa.*

VT ad primam difficultatis partem reſpon- 1
deam. Præmitto, quòd Nautæ, Caupo-
nes, & ſtabularij, ſunt his, qui nauim caupo-
nam, ſtabulum exercent, *l. 1. §. 1. & 2. ff. Nautæ*
Caupones; id eſt, ad quod quæſtus, & redditus
præcipui perueniunt, *d. l. 1. §. exercitorem 7. &*
§. 1. inſtituta, quod cum eo, & quamuis iſti non
mercedem accipiant cuſtodiæ cauſâ, ſed nauta,
vt traiiciat victores cum mercibus caupo, vt
victores manere in caupona permittat. Stabula-
rius, vt patiatur iumenta apud ſe ſtabulari; ta-
men, & cuſtodiæ nomine de omnibus rebus,
quas receperunt, tenentur: quamuis non pro
cuſtodiâ; ſed pro artificio, & operâ mercedem
accipiant, *l. Nauta 5. eodem tit.* † Quod iniquum 2
videri, non debet cum, & fullo, & ſarcinator
cuſtodiæ etiam nomine ex locato teneantur, *d.*
l. 5. etenim ex prædicto ædicto ſuccurritur, ſi-
mul viatoribus, quos neceſſe eſt plerumque ho-
tum hoſpitium, fidem ſequi, & quamlibet igno-
torium cuſtodiæ committere, ſimul occurritur
fraudibus ex ea fœce hominum, quas cum fu-
ribus aduerſus eos, quos recipiunt, ſtruere ſo-
lent, *d. l. 1.* tradit Richard. *in §. Item exercitor 3.*
inſtituta de obligat. quæ quaſi ex delicto naſcun-
tur, *n* 10. qui *num.* 9. dicit Nautas, Caupones,
& ſtabularios; res ſibi creditas reddere debere,
& ſi contra fecerint ædicto in eos animaduer-
ſum, & Iudicium à Prætore, prout res exege-
rit pollicitum. Vide ad alia de Magiſtro nauis,
& ad quid teneatur eundem Richardum *in §. eâ-*
dem ratione inſtituta quod cum eo n. 3. & 5. † His 3
ſuppoſitis ad difficultatem communiter ſolent
reſpondere Doctores, *in l. 1. C. de edendo.* Nau-
tas, Caupones, & ſtabularios teneri edere con-
tra iuris regulas, & hoc per textum, *in d. leg. 1.*
ff. Nautæ, Caupones; Vbi dicitur iſtos eſſe peſſi-
mum genus hominum, & ideò propter fraudis
ſuſpicionem videri eſſe ſimiles fœneratoribus,
qui tenentur edere, vt *in Clem. 1. §. Cæterùm de*
Vſuris, de qua *infrà in fine huius quæſtionis*; Ita
communem teſtatur Decius *in l. 5. num. 15. & hic*
n 25. Gozadinus *in d. l. 1. num.* 341. tum etiam,
nam valet in hâc materiâ argumentum à ſimili,
l. quædam, §. Nummularios, ff. de edendo. † Ta- 4
men mihi videtur errorem eſſe contrariam ſen-
tentiam, quæ fundatur in regula textûs noſtri,
à quâ recedendum non eſt, abſque expreſsâ iu-
ris diſpoſitione per ea, quæ dixi, *ſuprà quæſt.*
præcedenti, in fine. Tum etiam, quia in his ceſſat
ratio, quæ militat in fœneratoribus, & vſura-
riis. Cum iſti vſurarij clàm, & ſecretò contractus
vſurarios ineant; ita vt vix conuinci poſſint de
vſuraria prauitate; ob idque teneri eos ad eden-
dos Codices rationum ſuarum. Sed Nautæ Cau-
pones, & ſtabularij, palàm contrahunt, vt no-
tum eſt; Item exercent artem licitam, & per-
miſſam, vſurarij autem fœnus illicitum, ac re-
probatum: quare cum diuerſa ratio ſit inter
vſurarios; & iſtos quid mirum? Si non receda-
mus à regula textûs noſtri; tenent in terminis
Iaſon,

Iaſon, Alciatus, Bolognetus *in d. l. 1. C. de edendo*, vbi Pyrrus, Alfanus *n.* 58. Faquinetus *lib* 11, *controuerſ. cap.* 88. & de aliis cumulat hîc Bar-
5 boſa *tom.* 6. *à num.* 8. *& a n.* 13. † Ad ſecundam difficultatis partem vt reſpondeas conſiderãdum eſt, an argentarij,& nummularij tenerentur antiquitùs edere rationes, & inſtrumenta Actori? & qui iſti dicerentur? Etenim Nummularij, qui aliquando Menſularij dicebantur, erant, iuxta *l. quadam, § Nummularios, ff. de edendo*, qui Romæ in foro ſtantes menſas publicè habebant, apud illóſque pecuniæ fænebres deponebantur, quarum ipſi propriis Codicibus rationes ſcribebant.
6 † Et argentarij erant priuati quidam fœneratores, qui negotiationem hanc exercebant, quæſtum in fœnerandis permutandiſque pecuniis facientes, iuxta Budeum, Corraſium, & alios, quos refert Menuchius *lib.* 2. *de arbitrar. caſu* 91. Briſonius & Thomaſius *de verbis Iuris*, verbo: *Argentarius*, Cujacius *lib.* 1. *obſeruat, cap* 14. Alciatus *lib.* 8. Parergon *cap.* 19 Sigonius *de antiquo Iure Populi Romani, lib.* 2 *cap* 11. Couar. *Veterum numiſmat. collatione* 17. Balboa hîc *n.* 65. Vide Federicum Scotum *in d. l.* 1. *Cod. de edendo.* Iterum videbis Alciatum *libro* 2. *diſput. cap.* 2. & textum *in l. argentarius, ff de edendo, l emptor.* 48. § 1. *ff. de pactis, l. à Diuo Pio. § ſed etſi pecunia, ff. de ſententia & re indicata.* Videbis quæ tradit Scobar *de ratiociniis, p.* 1. *cap.* 11. *à n.* 1. Cùm ergo prædicti ex neceſſitate officij rationes exercerent, aut inſtrumenta conficerent, & omnia quæ apud ipſos generabantur ſuis Codicibus diligenter ſcriberent; æquiſſimum viſum fuit Prætoribus, vt ipſi ſuas rationes edere tenerentur, poſtulantibus ex dictis Iuribus, *& l. Prætor ait, ff. de eden-*
7 *do.* † Nummularij hodie referuntur ad Camplotes, verbo *Cambios.* Argentarij verò ad Notarios, & Tabelliones, de quibus infra. Verùm dicta procedent etiam ſi Argentarij & Nummularij deſinerent officia ſua *ex dicta l. Prætor* 4. *§ etiam, ff de edendo*, quia cùm actio, quæ ex illo edicto datur in factum ſit, *l. quadam in principio, ff. de edendo*, & ex facto ipſo ſit obligatus, iuxta de cauſâ non liberantur, etiamſi poſtea exercere deſierint: cùm actio ſemel nata, niſi certis,& legitimis modis tolli non poſſit, *l. euicta re* 16. *§. ſi ſeruus. l. habere, l. certè* 57. *in fine. ff. de euict.* docet Graña hîc *n* 13. Anton. Faber *in rationali*
8 *ad textum, in d l.* 9. *§. etiam, ff. de edendo.* † Vnde ad difficultatem eodem modo, quam plures conantur reſpondere, dicendo etiam Mercatores noſtri temporis teneri ad edendum ſuas rationes, ſicut Argentarij & Nummularij. Ita Bartolus, Angelus, Salicetus, Aretinus, Socinus, Ripa, Curtius iunior; & alij communiter, *in d l* 1. *Cod. de edendo. & ex eo procedere*, quia ita conſuetudo poſcit, ſecundùm quam contractus dicitur celebratus, *l. vltima Cod de fideiuſſoribus.* Sed conſuetudo eſt Mercatorum ſcribendi rationes: ergo tenentur eas edere; quia videtur eis Mandatum vt ſcribant; & ita hîc obſeruant Abbas, *num* 8. Beroius *n.* 49 Mendoſius *n* 43 Burtius *n* 11. & Balboa cum aliis *n.* 6. Verùm Baldus & Decius *in d. l.* 1. quos ſequitur Faquin. *lib.* 11. *cont. cap.* 89. contrarium ſententiam negatiuam acerrimè defendunt, 1 *ex l Argentarius, ff. de edendo*, vbi argentarij, & alij non abſimiles edere tenentur; ſed mercatores noſtri temporis longè videntur diſſimiles argentariis, quia argentarij publicam cauſam habebant, non ſic noſtri ordinarij Mercatores. Tùm etiam, quòd in argentariis facit conſtitutum, fuit ad Nummularios porrectum, *l. quadam, Nummularios, ff. de edendo.* Vbi de mercatoribus nihil fuit dictum; cum tamen illis temporibus mercatores non deeſſent. Tùm etiam, quia ſpecialiter fuit conſtitutum in vſurariis mercatoribus: ergo mercatores qui non fuerint vſurarij non tenebuntur edere. Tùm etiam, quia libri mercatorum ſunt Scripturæ priuatæ, quæ non plenè probant vt licam, *in-*
fra ad titulum de fide inſtrumentorum. † Ego ta- 9
men licèt pro hâc ſecundâ ſententia exiſtimem de iure potiſſimas eſſe rationes dictas: Tamen cum praxis, & conſuetudo mercatorum iam obtineat, vt libri mercatorum contra ſcribentem probent iuxta Doctorum communem opinionem, *in cap* 2. *de fide inſtrument.* vt aduertit Couarr. *in pract. cap.* 22. *n.* 8 Surdus *decis.* 119. & relati à Maſcardo *de Probationibus concluſ* 976 ideò primam ſententiam magis vſu receptam fateor; quia prædicti libri ſunt quodam modo inſtrumenta publica, & vbique parti communia, & potius ad Actorem pertinere: & ſic ſuccedere regulam textûs *in cap contingit, & cap. G. Perpetius, de fide inſtrument* de quibus dixi, *q.* 1. *& quæſt.* 3. & comprobat Barboſa ex aliis in additionibus ad hunc textum, *tom.* 6. *num.* 10.
† Ad tertiam difficultatis partem ex prædictis 10
reſpondeo, quòd cum Tabelliones, & Notarij in conficiendis publicis inſtrumentis ſucceſſerint argentariis. Vt notat Balboa *hic num* 65. *in fine*; ideò affirmo prædictos Notarios, & Tabelliones publicos noſtri temporis teneri edere inſtrumenta partibus, quibus interſunt, *ex leg.* 1. *C. de edendo, cap. quoniam contra, infrà hoc tit. l* 112. *cum ſequentibus, tit.* 28. *p.* 3. & reſoluunt relati à Patiano *lib.* 1. *de Probationibus, cap.* 64. *per totum*, dum docet, quòd quâ ratione cogitur argentarius edere libros rationum cogitur Notarius edere inſtrumenta. Nam idem ius, quòd eſt in argentario, eſt etiam in omni eo, qui publicâ authoritate gerit officium. Tenet Balboa *hic num* 66. cum Bartol. *in leg fin. n.* 4. *ff. de Tabulis exhibendis*; Graña *hic num.* 11.
† Vnde cum non ſolùm argentarij ipſi, qui 11
actualiter menſas exercent, *ex l. ſi quis ex argentariis* 6. *ff. de edendo*, ſed etiam eorum hæredes edere inſtrumenta teneantur: quamuis in illo edicto prætoris non comprehendantur de quo *in l* 4. *ff. de edendo*: quia & ſi hæredes non ſint eiuſdem profeſſionis; tamen aduerſus eos actio illa perſonalis ad exhibendum competit: cum in locum, & ius defuncti ſuccedant, & ideò eius partibus fungi debebunt, *leg. quadam, §. nihil intereſt, ff. de edendo, l.* 175. *ff. de Reg iuris, l. hac actio* 13. *ff. de edendo.* Anton. Faber *in l.* 6. *§.* 1. *& in d. l.* 13 *ff. de edendo.* Ita etiam ſimiliter hæredes Notariorum, & Tabellionum edere compelluntur, *ex dicto §. nihil intereſt*, & *l. ſi quis, § cogamur, ff. de edendo*: Notat Balboa *hic n* 67. vbi ait hoc procedere in omni perſona, ad quam originalia, vel protocola defuncti Notarij peruenerint. Vt notat Bart. *in dicto §. nihil intereſt*: & ibidem Paulus *n.* 8. Decius *hic num.* 236. Imò & procedet etiam, ſi inſtrumenti editio peteretur in præjudicium Notarij; nam etiam contra ſemetipſum tenetur edere inſtrumentum, de quo ſunt rogatus, *d. l. argentarius, ff. de edendo.*
† Sed nunquid prædicta doctrina procedet in 12
legatariis Notariorum, & Tabellionum; & videtur,

Digitized by Google

detur, quòd ſic ex dictis, *n. præcedenti*, ſi quidem omnis perſona, ad quam peruenerint Originalia, & protocola defuncti Notarij tenetur edere; tuio etiam videtur facere text. *in d. l. quadam* 9. §.1. in verſic. *Legatarius cogendus eſt edere.* Verùm Antonius Faber ad text. *in d. l. quadam*, §.1. docet illa verba non obſtare; quia intelligenda ſunt, vt ſi nihil interſit legatario rationes, edere edicto Prætoris, causâ cognitâ edere compellitur; in aliis verò caſibus non item, quia legatarij, quamuis eis rationes legatæ ſint, edere non compelluntur: cum iuris ſucceſſores non ſint, & rationes illæ legari non poſſint ex *dicta leg. quadam*, §.1. verſic. *Is autem*, *ff. de edendo*; Ita Graña *hic n.*12. quæ mihi vera videntur habita diſtinctione text. noſtri, *cum cap. G. Perpetius*, & aliorum *de fide inſtrument.*

13 Ad quartam quæſtionis partem infero, ex prædictis, quòd iuſtiſſimè praxis recipit, vt curatores, Procuratores, & negotiorum geſtores edere teneantur partibus inſtrumenta, quibus rationem reddere compelluntur, *leg. ſi quis ex argentarijs*, *§. cogentur*, *ff. de edendo*, *l.1. §. Officio*, *& §. de rationibus*, *ff. de tutelis*, *& rationibus diſtrahendis*, *leg. rationes*, *ff. de adminiſtratione tutorum*. *l. qui proprio* 46. *ff. Procurator*, *leg. ex mandato* 10. *ff. mandati*, *l.2. ff. de negotijs geſtis*, plura cumulat in propoſito Guttierrez *de iuramento confirmatorio* 1. *parte cap.*40. *num.*18. Scobar *de Patrocinijs*, *cap.*3. Balboa *hic n.*68.

14 Ad vltimam quæſtionis partem dixi iam *ſup. quæſt.*1. in verſic. *Vnde primo*, ibi in verſic. *& ita non abeſt*, vbi per textum, *in Clementina* 1. §. *Cæterum de Vſuris*, dicitur quòd ſpecialiter contra vſurarios proditum eſt; vt teneantur edere Actori librum ſuarum rationum; ita Abbas *hic num* 9. Felinus 19. Veroius 54. Mandoſius 64. & relati à Menochio *de Arbitrarijs caſu* 449. *num.*7. Faquinetus *lib.*10. *cont. cap* 87. Verùm quia nunc tantùm inquirimus de vſurariis, qui Iudæi ſunt nonnulla adeſt controuerſia. Vtrùm edere teneantur librum rationis Actori; etenim quidam, *in l.1, Cod. de edendo*, opinati ſunt iſtos non teneri prædictâ conſtitutione; quia pœna de qua in *dicta Clementina*, §. *Cæterùm videlicet excommunicationis ad Iudæos accommodari non poteſt.*

15 † Sed verius eſt, vt cum prædicta excommunicationis pœna locum habere poſſit per indirectum, contra Iudæos. Vt docet Pontifex, *in cap. quanto*, *& cap. poſt miſerabilem de Iudæis*; ideò communior ſententia obtineat dictam conſtitutionem comprehendere, etiam prædictos Iudæos vſurarios; Decius *in d. leg.*1. *num.*3. & Pyrrus, Alfanus *num.*51. vbi teſtatur hanc eſſe communem, quorum fundamentum

16 eſt clarum. † Cum Iudæi ligentur legibus Romanorum, *leg. Iudæi*, *Cod. de Iudæis*, & etiam conſtitutionibus Apoſtolicis, vt *in dicto cap. quanto*, *& cap. poſt miſerabilem de Iudæis.* Hanc tamen doctrinam limitat Faquinetus in Iudæis non vſurariis, qui non tenebantur edere, & ſi perſonæ eorum odioſæ ſint iuxta regulam textûs noſtri, & *dict. leg.*1. *Cod. de edendo*: cum ipſi vtantur Romanorum iure, *ex dicta leg. Iudæi*. Et ex iam dictis ad noſtrum textum poteris gradum facere ad alios caſus, in quibus Reus edere tenebitur, vel non inſtrumenta Actori. Et vt quæſtiunculas, de quibus in hâc difficultate ſatis intelligas videbis quæ tradit Pareja *de inſtrument. edit. parte* t. *titul.*3. *reſol.*t. *s.* 3. 4. 5. *&* 6. vbi agit de editione à famulis præſtanda pro conſequendo ſalario.

Pro complemento huius quæſtionis noto 17
quod citatus ad declarandum cum iuramento, an ſit debitor tertij ſi iuret non eſſe debitorem non poſſit amplius cogi ad edenda computa pro inquirendo an eſſet debitor; Cyriacus *tom.*1. *contr.* 116.

QVÆSTIO VII.

An editio iure actionis, vel Officio Iudicis fieri debeat? Et quæ dicantur interdicta? Exhibitoria, & alia de exhibitione?

SVMMARIVM.

1 *Editio fit officio Iudicis, & iure actionis, poſt Iudicis iuſſum, n.*2. *& n.*6.

2 L. Prætor, ff. de edendo, l. ſi quis §. Prætor ait eodem cum aliis, §. fin. inſtituta de interdictis.

3 *Exhibitoria interdicta ad quid tendant; vbi de libero homine exhibendo, & de tabulis exhibendis, n.*4. 5.

4 *Titulus de tabulis exhibendis, quæ comprehendat, & aduerſus quos competat, & quibus, num.*56.

7 *Differentiam inter titulos de tabulis exhibendis, & ad exhibendum.*

AD Primam quæſtionis partem dico ex cōmuni ſententia DD *in l.*1. *Cod. de edendo*, 1
editionem fieri Iudicis officio, ita docet Decius *ibi num.*20. Alfanus *n.*106. explicat videndus Faquinetus *lib.*11. *cont. cap.*90. vbi adducit pro hac ſententiâ dictam, *l* 1. *& l penult.* § *vlt. ff. ad legem falcidiam*: quare licet poſſit dici, vt iure actionis poſſit editio fieri; hoc tamen procedet poſt Iudicis iuſſum. † Quo modo locum accipiunt iura, *in leg. Prætor*, *ff de edendo*, vbi verba edicti ſunt directa ad argentarium, ſed alibi 2
directa ſunt ad Iudicem; vt *in leg ſi quis*, § *Prætor ait*. *ff. de edendo*, & ſub prædictâ declaratione ſatisfit ad iura, *in d. l. ſi quis*, § 1. *& l. Prætor*, *& l. quadam*, §. *is*, cui in quibus dicitur Argentarium teneri, & ſic interpretatur etiam, §. *fin. inſtituta de interdictis*, vbi in quolibet interdicto oritur actio in factum: ſed verum eſt, vt actio in factum oriatur poſt Iudicis iuſſum, *l. vbi exigitur*, *ff. de edendo*; anteà vero competit officium Iudicis; alia dicit Faquinetus, cum Alfano, vbi ad plura alia iura reſpondet.

Ad ſecundam partem quæſtionis, vt reſpondeas repetes dicta, *ſuprà quæſt.*1. *vbi dixi de differentia editionis, & exhibitionis*: nunc verò 3
dico exhibitoria interdicta ea eſſe per quæ iubet prætor rem exhiberi, quod euenit in interdicto de libero homine exhibendo, quod exhibitorium eſt; etenim Prætor iubet liberum hominem dolo malo, ab aliquo detentum exhiberi, *l.*1. *ff. de libero homine exhibendo*; aut libertum, cui Patronus operas indicere velit, aduersùs eum, qui ſuum libertum detinet tanquàm ſeruum, vt eum exhibeat, ne ſcilicet Patronus iacturam operarum faciat quas ille præſtare debet, *l.*1. *Cod. de operis libertorum*, iunctis traditis

Digitized by Google

traditis ab Antonio Fabro *libro 1. coniecturarum, cap. 18.* explicat Richardus *in §. ſumma inſtituta de*
4 *interdictis num 15.* † Vbi *à n. 16.* docet inter prædicta interdicta exhibitoria illud quoque numerari, quòd de tabulis exhibendis proditum eſt, *in l. 1. ff. de tabulis exhibendis*, quo jubet Prætor tabulas teſtamenti exhiberi ei, cui aliquid in teſtamento relictum eſt ab eo penes quæ ſunt, vel dolo malo factum quominùs eſſent, *dicta leg. 1. & leg. 3. §. ſanè, ff. eodem, l. 17. tit. 2. parte 3. & leg. 1. & per totum, tit 2. p. 6.* vbi latè Gregor. igitur licet conſcribatur titulus de tabulis exhibendis: Tamen ſpectat ad omnem materiam, in qua teſtamenta, & vltima morientium elogia exprimuntur, *l. 1. ff. de bonorum poſſeſſione*, ſecundùm tabulas, & ſic omnes Scripturæ erunt exhibendæ; quæ ad teſtamenti cauſam ſpectant; veluti codicilli, & aliæ quæuis Scripturæ, in quibus aliquid adiicit teſtator teſtamento, aut quod in eo obſcurius ſcriptum eſt, *dicta l. 1. §. hoc interdictum, ff. de tabulis exhibendis.* Et quòd magis eſt, ſiue valeat teſtamentum, ſiue non, vel quòd ab initio inutiliter factum eſt, ſiue ruptum ſit, vel in quo aliud vitium ſit, vel falſum dicatur. Ita ex *dicta l. 1. §. ſiue autem, l. 2. & 3. ff. eodem, & l. 2. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, ſed non pertinere ad illud teſtamentum, quod ſignatum non eſt, per textum, *in l. ſi quis legatum 6. ff. ad legem Corneliam de falſis*; plura tradit ex multis Pichardus, *vbi num. 19.* explicat textum, *in leg. fin. ff. de tabulis exhibendis.*

5 Et prædictum interdictum de tabulis exhibendis competit aduerſùm eum, penes quem ſunt tabulæ, aut dolo ſuo factum eſt; quominùs penes ſe eſſent; & ille dicitur tabulas habere, qui aut corpore ſuo eas tenet, & habet exhibendi facultatem, aut ita apud alium poſſidet, vt alieno corpore poſſideret, veluti ſi tabulas apud alium depoſuerit: Nam per depoſitarium quemadmodum, & per commodatarium, & alias ſimiles perſonas poſſidemus, *§. Poſſidere inſtituta de interdictis*: & ſic Vlpianus docuit, *in leg. 3. ff. de tabulis exhibendis:* quod ſi quis tabulas apud aliquem depoſuit, vterque prædicto teneantur interdicto, alia dicit Pichardus *ſuprà in dicto §. in Summa num. 27.* quæ ſpectant ad noſtri textus perfectam exor-
6 nationem. † Et competit prædictum interdictum omnibus, quibus aliquid in teſtamento, vel Codicillis adſcriptum eſt, quorum intereſt exhiberi, *l. 3. §. ſolent. ff. de tabulis exhibendis*; atque ita ferè ſemper competit legatariis, & hæredibus; vt exornant, *ad titulum de tabulis exhibendis num. 5. & 6.* Donellus *Cod. eodem num. 5. 6. & 7.* Pichardus *ſuprà num. 28.* vbi aduertit ita demùm prædictum interdictum dari aduerſùs eum, penes quem ſunt tabulæ; ſi neget ſe tabulis habere, quæ penes eum eſſe dicuntur; aut neget ſe exhibere oportere, ob certam probabilemve cauſam, *l. 1. § 1. ff. eodem.* Nam ſi quis confiteatur ſe poſſidere; nec vllam cauſam prætendat: quare exhibere non debeat hoc interdicto opus non eſt: ſed ſtatim officio Iudicis compellitur tabulas exhibere, *dicta l. 1. §. 1. l. 2. & fin. ff. quemadmodum teſtament. aperiantur*; doctè, & eleganter Iacobus Cujacius *ad titulum, Cod. de tabulis exhibendis propè finem.*

7 Quod ſi dubites, quænam ſit interdicta de tabulis exhibendis, & ad exhibendum differentia, & ſuppoſita etiam alia differentia, de quâ dixi, *ſupra quæſt. 1.* nempè qualiter differant *exhibitio*, & *editio*. Nunc dicendum exiſtimo actionem ad exhibendum his ſolis dari, qui corpora ſua eſſe dicunt, aut ad ius ſuum pertinentia, puta bonâ fide à ſe poſſeſſa, *l. 3. §. ſi ipſe, ff. de tabulis exhibendis, l. 3. §. eſt autem, & §. interdum, ff. ad exhibendum.* At verò qui vtitur interdicto de tabulis exhibendis: neque tabularij Dominus eſt, nec dicit tabulas ad ius ſuum pertinere, vt exhibitas vindicet; quoniam datur hoc interdictum legatariis, & datur hæredibus, qui nondum adierunt hæreditatem; itémque hæredibus ex parte inſtitutis, atque ita ad hanc rem actio exhibendum, non fuit ſufficiens. Vide ad alia Antonium Pichardum *in dicto §. in ſumma inſtitut. de interdictis num. 25 & 26.* cum Donello *in tit. Cod. de tabulis exhibendis*, vbi explicant textum, *in leg. 1. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur*, & hæc de prima textûs parte. Et quæ deſunt ad perfectam editionum materiam, videbis latè apud Parejam *de Vniuersâ inſtrument. edit. p. 1. & 2.*

Ad alia de exhibitione notabis, quæ dixi *in cap. G. Perpetuus, 12. de fide inſtrument. q. 1.*

SECVNDA PARS TEXTVS NOSTRI.

QVÆSTIO VIII.

Quare Imperator, Rex, & alij ſupremi Principes cum ſubditis contrahant, cum Legibus ſint ſoluti? Qualiter obligentur? Et an ex bono, & æquo? Et an Principes teneantur ſuas leges ſeruare?

SVMMARIVM.

1 *Rex & alij ſupremi Principes tenentur ſeruare pacta, cum ſubditis inita: Et quare, n. 2. & 25.*

3 *Princeps quantam obligationem habet ſeruandi promiſſam fidem: Et quid ſi fide iubeat pro alio, n. 4. & quibus obligetur legib. n. 6 7. 8.*

5 *Donatum à Principe non reuocatur, etiam ſi alteri eandem rem donauerit, & tradiderit.*

6 L. Princeps, ff. de legibus o. 11. 17. leg deprecatio, ff. ad legem Rodiam.

8 *Princeps non eſt ſolutus lege falcidia, n. 14.*

10 *Princeps ſolutus eſt legibus, quoad vim coactiuam, non quoad directiuam, n. 11. 12.*

11 *Vis directiua, & coactiua conſiderantur in omni lege vniuerſali: Et quare coactiua non teneatur Princeps, n. 12.*

12 *Prælatus ferens cenſuras, ad eas non tenetur.*

13 *Princeps non ſupremus, ſubditur legi etiam coactiue, ſicut alij ſubditi: Et ita ſubdebantur Imperatores Romæ, non verò Reges Hiſpaniæ, n. 14.*

15 *Princeps debet obſeruare ſolemnia iuris ex vi directiuâ, ſed non tenetur vi coactiuâ, n. 16.*

16 *Princeps nequit tollere ius quæſitum, n. 17.*

17 L. digna vox Cod. de legibus.

18 *Princeps tenetur ad obſeruantiam legum ex vi*

legis

legis poſitiua, ratione diuinâ, & naturali dictante.

19 *Lex lata pro tota communitate obligat, capit. ipſũ Principem non directè, ſed per accidens.*

20 *Princeps legibus obligatus eſt ſtrictè iuxta expreſſum in contractibus; ab eo geſtis, non ex bono & æquo, niſi extenſio fiat, ex naturâ contractûs, n.21.*

21 L.Cæſar 15.ff de publicanis, & vectigalibus.

22 *Princeps, ſeu Legiſlator, qui non habet ſuperiorem, non tenentur legibus obligantibus ex æquo. Et quid de taxantibus pretia.*

23 *Princeps legem ſuam tranſgrediendo an poteſt. num.29.*

24 *Princeps, qui non ſtat contractibus à ſe celebratis cum ſubditis peccat: Et quid ſi vendat rem vltra taxatum à lege pretium.*

1 DE bis omnibus quæſtionibus ſolent Interpretes agere occaſione textus noſtri, ex quo generaliter deducunt teneri Imperatorem, Regem, & quemlibet alium Principem ſupremum, & non recognoſcentem ſuperiorem, ad obſeruãtiam contractus iniri cum ſubditis, Cardinalis, & Veroius *n.2* Ferret. *n.1.* Faquin. *lib 11. Controuerſ. c.2.* quod verum eſt; nam cum Recared peteret quod Pontifex Imperatori ſcriberet, vt ederet propria inſtrumẽta ad probanda pacta celebrata inter ipſum, & Imperatorem, & reſponſum eſt Imperatorem non teneri edere, quaſi pro conſtãti habetur pacta illa firma fuiſſe, ita Balb. *hic n.13.* contra Mandoſium, qui acerrimè *in præſenti n.4.* contendit id non probari ex textu noſtro, in quo præcipua dubitatio erat de inſtrumentorum editione, quia id quod in texto noſtro de obſeruantia pactorum dictum fuerat ſunt tantum verba narratiua, quæ inducunt ſolam allegationis partem, non vero iuris diſpoſitionem, iuxta Gloſſam *in l. vnica Cod. quando*, non petentium partes.

2 Hæc inquam aſſertio, quæ communiter deducitur ex texto noſtro, vt Princeps contrahens cum ſubditis obliget, videtur non obſtare ex eo, quia Imperator mundi Dominus ad nihil compelli poſſit cum legibus ſit ſolutus, iuxta textum, *in l. deprecatio, ff. ad leg. Rodiam de iactu, l. Princeps, ff. de legibus.* Tamen non eſt recedendum à communi ſententia, quæ docet Principem non recognoſcentem ſuperiorem obligari ex contractu, cum ſubdito celebrato, vt Doctores communiter reſoluunt in præſenti Zenedo *ad decretales Collect.167. n.67.* cum pluribus ab eo adductis Mendoza *de pactis. lib.1. cap.5 q.1.* Suar. *allegat.9. n.1.* Menchaca *lib 1. cont. illuſt. cap.3. per totum*, Corraſius *in Miſcell. lib.2 cap 25.* cum aliis Balboa *hic n.14.* Et licet varias adducant rationes Interpretes; ea verior erit, quam adducit Vaſquez *12. q 94 art.5. diſput.167. cap.3. n.19.* Nam ſicut ius naturæ præcipit, vt inferiores ſuperiorum mandatis obediant eodem prorſus modo ratione naturali conſtare, vt Princeps legibus, cum reliquo corpore conuenire debeat; nam ſi ipſe alio iure viueretur, quàm populus multum à reliquo Reipublicæ corpore differret contra rectam rationis regulam, & ſic aliàs nemo cum Principe contraheret, & eo modo priuaretur hominum commercio, vt *in leg. ſi minor, §.1. verſic. Neque magno. ff. de Minoribus*; quare optimo iure Naturali & Ciuili, factum eſt vt Princeps ſubditis ex contractu obligetur, per textum, *in l.1. & 2. ff. de offic. procurat. Cæſaris, l. benè à Zenone, C. de quadriennij præſcript. cap.1. de natura feudi in vſibus Feudorum, cap.1. de noua forma fidelit. l. digna vox C. de Legibus, l. ex imperfecto, ff. de legat.3. l.3. C. de teſtam. §. fin. inſtit.* quibus modis teſtamenta infirmentur; & facit illud Matth. *c.3.* vbi reprehendũtur à Chriſto illi *qui dicunt, & non faciunt, & imponunt alijs grauia onera, ipſi autem ne digito volunt ea mouere*, & authoritate Platonis *lib.4 de legibus*, ita dicentis, *paratum exitum illi ciuitati video, in qua non lex Magiſtratibus, ſed legi Magiſtratus præſunt, ſalutem verò illi, vbi lex ſeruientibus Magiſtratibus Dominatur*, alia etiam argumenta tradit Reuerendus Pater Gregorius de Valentia *diſp.7. q.5. p.4 tomo 2. Comment Theolog.*

Et iterum pro noſtra ſentẽtia facit; nam Princeps exemplo illorum; de quibus apud Danielem *cap.6* verſ 8. & 12. & Hiſtoriæ Eſther, *c.8. verſ 8.* habere debet vnum calamum, & vnam linguam immutabilem, & eſſe immobilis, ſicut polus, & lapis angularis, vt dixerunt Bartolus *conſ. 43. volum.1 & conſ.276.* incipit pridie *lib.3.* Rolandus a Valle *conſ.2. n.153. lib.1.* cum aliis Alfonſus Narbona *in tertium recop l.11. Gloſſa 2. tit 5. lib.7. recop.* vbi dicit cum aliis verba Principis, etiam non iurata debere eſſe firmiſſima, quia nihil eſt, quod lumine clariora præfulgeat, quàm recta fides in Principe, *l. inter claras. Cod. de ſumma Trinitate, & fide Catholica*; imò, & ad Regiam fidem pertinere, non verba; modo verum capitis etiam nutus ſeruare, vt refert Baptiſta Compoſulgoſius *lib 7 pag 898* Etenim fides Principis quoad vinculum contractus pro iuramento habetur, ac ſi verè, & corporaliter iuramentum præſtitum fuiſſet, Mynſingerius *cent.1. obſeruatione 17* Gailius *libro 2. obſeru.59. num.2* cum aliis Narbona *vbi ſuprà num 5.* vbi refert *num.3.* præclarum dictum Caroli V. Imperatoris noſtri de fide ab Imperatore ſeruandi. † Et taliter ab eo ſeruandam eſſe, vt ſi Princeps, pro aliquo ſimpliciter fide iubeat, talis promiſſio executionem habeat paratam, neque eum honeſtè petere poſſe, vt debitor priùs exequuteretur, vt probat Heringius *de fideiuſſoribus cap.17. part.1. à num.296. & 299.* idem Narbona *num.4. & 6.* multa ex pluribus notae videnda Barboſa *hic num.10. & à num.2.* de qua dixi nonnulla, *in cap. nouit de Iudicijs p.1.* vbi de Papæ poteſtate, & Principum. 3 4

Et taliter Princeps ex contractu obligatur maiori quadam obligatione, quã cæteri priuati, quod & ſi ex *l. quoties C de rei vindicat.* vbi DD. re duobus vni priùs, & alij poſteriùs obligata ſit, poſterior priori præferatur, ſi ipſi illius rei obligatæ traditio facta fuerit. Tamen ſi Princeps rem aliquam vni priùs, & poſtea ex interuallo eadem alteri, vtrique etiam ob merita dono dederit; licèt poſterior donatarius priùs in poſſeſſionẽ rei donatæ veniat. Nihilominus tamen prima Principis conceſſio, ſeu donatio poſteriori præualeat, per textum ſingularem, *in l. prædia, Cod. de locatione prædiorum, libro 11.* quia illa Principis prior voluntas nulla poſſeſſionis, aut alterius cuiuſuis rei cauſa mutationem, aut inconſtantiam accipere debet, vt eleganter pluribus probat; Andreas Gailius *libro 2. Obſeruat. obſeruatione 55. per totam*, vbi *num.3.* illam rationem adducit, quia conuenit Principibus. Verum illud *ſemel locutus eſt Deus quod ſcripſi ſcripſi*, & quia ſcriptum eſt, *quæ proceſſerunt de facie mea* 5

Digitized by Google

non faciam irrita. Narbona *vbi ſuprà*, Baldus *conſil.*327. *n.*4. cum aliis, videndus Heringius *vbi ſupra.* Non enim Princeps poteſt reuocare priuilegia, ſeu conceſſiones illas, quæ in naturam, & vim contractus tranſeunt, vel pro quibus pecunia interuenit, vel conceduntur in recompenſationem meritorum, Molina *de primogenÿs lib.*4. *c.*3. *à n.*18. Gom. *in l.*40. *tauri n.*89. *ad mediũ*; multis adductis probat Barboſa *hic n.*9. qui *n.*8. dicit, non poſſe initum contractum cum ſubditis reuocare in totum, vel in parte, nec modum, aut conditionem ei adjicere iuxta Regulam text. *in l. ſicut ab initio C. de action. l. perfecta, C. de donation. quæ ſub modo*, vbi *n.*4. 5. *&* 6. ait quod Princeps naturaliter obligatur, & ciuiliter ex contractu cum ſubdito celebrato, quia contractus ſunt de iure gentium & non inſunt ſub poteſtate Regis, & Imperatoris; aliqua dico *ſub cap.*1. *de conſtit.* vbi cum multis Barboſa *num.* 6. diſtinguit & reſoluit, & videbis Dian. *p.*11. *tract.*8. *Rub. ad quæſtiones de quibus in d. cap.*1. ago & longiſſime de ratione ſcribit D. Ioann. del Caſtillo *de tertÿs ſub cap.*18. legendus omnino.

6 Quibus ſic iactis non obſtant iura, *in dicta l. Princeps, ff. de legibus*, & *in l. depræcatio, ff. ad legem Rodiam*, ad quas vt reſpondeant Doctores plura adducunt. Nam Corraſius *lib* 2. *Miſcellan. cap.* 25. & Ferdinandus Vaſquez *contr. illuſtr. libro* 1. *cap.* 16. *num* 15. docent Principem his legibus ſolutum eſſe quæ ad iuris ſolemnia pertinent, putà in contractibus teſtamentis, & ſimilibus. Cæterum his legibus, quæ bonum publicum reſpiciunt, & ex iure naturali, vel gentium proficiſcuntur; veluti fidem eſſe obſeruandam contractus obligationes parere, ac ſimiles nequaquam ſolutum eſſe. Et pro hac doctrina facit textus, *in l. ex imperfecto Cod. de teſtamentis*, ibi licet: *leg. ex imperÿ ſolemnibus iuris Imperatorem ſoluerit*: Non enim Populus Romanus, qui in Imperatorem omnem contulit ſuam poteſtatem eundem ſoluere legibus naturalibus, ac Iuris gentium potuit. Et pro hac diſtinctione facit quod docet, Balboa *hic n.*25. vbi admittit *ex d. l. ex imperfecto*, in ſecunda parte non probare illam legem vt Princeps lege Imperij omnibus legibus ſit ſolutus, ſed ſolum ſolemnitatibus iuris, de quibus loquitur ille textus in prima eius parte, & hoc modo intelligit textum, *in dicta leg. ex imperfecto, ff. de legatis* 3. Nam Principes à Populo creari debebant obſeruare Populi leges, exceptis illis, quibus fauore ſpeciali, vel indulgentia populi ſoluti erant.

7 Alij autem docent Principem legibus ſolutum eſſe non generaliter, ſed quatenus ſpectat ad leges caducarias, nempe Iuliani, & Papiniani: ita Cujacius *lib.*5. *obſeruat. cap.*30. cuius rei argumento eſt ipſius legis inſcriptio, tradit Faquinetus *lib.*1. *cont. cap.*2. Balboa *hic n.*22. quaſi ſit ſenſus legibus Caduciariis, ſcilicet Iulia & Papia Principem ſolutum eſſe explicat Mendoza *de pactis lib.*1. *c.*5. *q* 2. *à n.*58. Quod etiam, & Iuriſconſultus in perſona Principis notauit, *in l. quod Principi* 56. *ff. de leg.*2. Nam ſæpè in iure noſtro receptum eſt leges eſſe iuxta illarum inſcriptionem intelligendas, vt *in l. ſi ſeruus eius* 88. *ff. de adquirenda hæredit. l. illud, ff. de donat. cauſa mortis, l. hæreditatis* 138. *ff. de verb. ſignificat.* alia refert Balboa, Graña *hic num.*6. vbi docet prædictam legem Princeps eſſe accipiendam de legibus tantum cadutiariis, vt ex inſcriptione conſtat, quæ eſt ad legem Iuliam, & Papinian. Cujacius explicat etiam, *in l. ex hoc iure* 5. *ff. de iuſtitia & iure.*

8 Et ſic etiam videmus Principem non eſſe ſolutum lege falcidia iuxta text. *in l.*4. *C. ad legem falcidiam, & lege Glicia*, non eſſe ſolutum, patet ex *l. Papinianus, § ſi Imperator. ff de inofficioſo teſtamento*, quas refert Faquin. *d. cap.*2. *lib.*1. *controuerſ.* & ad longum explicat, & exornat Graña videndus *hic n.*7. 8. *&* 9. Duarenus *lib.*1. *diſpunctionum c.*41. Donell. *lib.*1. *Comment. cap.*9. *& lib.*7. *cap* 9. Cujac. *lib.*5. *obſeruat. cap.*30. *& in d. l. ex hoc iure.* Quemadmodum à contrario ſenſu poſſunt eſſe aliquæ leges ſpeciales, quæ obligent tantum ſubditos, & non Principem, cum non conueniat eum à lege obligari, veluti leges, quæ præcipiunt vt arma non afferantur talibus temporibus, iuxta doctrinam Sori *lib.*1. *de Iuſtitia q.*6. *art.*7. Villalobos *in Summa p.*1. *tract.*2. *dif.*30. *n.*5. vbi *num.*6. cum Abbate, & Ioan. Andrea docet, Principem obligari ex contractu celebrato cum ſubdito ſic ratione naturali dictante eo, quod contractus debeat eſſe æqualis, qui non debet claudicare.

9 Item alij exiſtimant Principem legibus non teneri eo quòd ciues quadam æqualitate teneantur, & vt regant, & vt regantur? itaque quemadmodum inter patrem, & liberos, Dominúmque, & familiam nullum ius Ciuile intercedat, eandem eſſe rationem inter Principem, & Populum; nam Princeps non eſt cur legibus teneatur; hanc ſententiam tenent Gullielmus, Budeus *in annotatis ad Pandectas*, quem ſequitur Zaſius *in Commentarÿs prædicta legis Princeps*: Exiſtimant enim quod ſi vnus ſit, vel plures, qui virtutis præſtantia aliis antecellant, Heroeſque æquare, aut debeant, aut credantur manifeſtum eſſe legibus in ciues; hoc eſt in populum latis Sacroſanctos homines non teneri, auguſta illa dignatione eximios, hæc refert, *vbi ſuprà*, Faquinetus *d. cap.*2. *lib.*1. *contr.* in verſic. *tertia.* Cæterum, quia nimis liberum, & ſolutum hæc ſententia Principem facit, cum ipſe lubens ſe ſubiiciat, & maius Imperio exiſtimet ſubjicere legibus Principatum; ideo non eſt cur debeat amplecti.

10 Quare ex communi hominum reſolutione dicendum eſt Principem eſſe ſolutum, quoad vim coactiuam, licèt leges diſponant aliquid aliud præter iuris ſolemnia, non enim cogi poteſt ad leges ſeruandas, ſed tenebitur reſpectu legis directiuæ, vt docent DD. cum D. Thoma 1. *p. q.*96. *art.*5. Sotus *de Iuſtit. lib.*1. *quæſt.*6. *art* 7. Couar. *in relect. c. alma mater de ſententia excommunicationis, p.*1. *§.*1. *n.*4. Valent. *tom.*2. *Comment. Theolog. diſp.*7. *q.*5. *p* 4. Faquin. *d. c.*2. *lib.*1. *cont.* in verſic. *quarta*, Villalob. *in Summ. p.*1. *tr.*1. *dif.*30. *& n.*3. cum aliis Balboa *n.*20. *&* 24. Graña *n.*6. Duarenus *de Legibus cap.*5. Cujac. *lib* 15. *obſeruat. cap.*30. *& lib.*26. *cap.*35. Anton Faber *in Papinianea tit.*2. *princ.*8. *allatione* 2. Sed quia laborant interpretes in harum legum interpretatione accipies quæ ſequuntur.

11 Etenim in omni lege vniuerſali conſideranda ſunt, videlicet vis directiua, & vis coactiua, & vis irritans, ſeu dans formam contractibus, ſeu Iudiciis, & quod attinet ad vim directiuam receptũ eſt Principem obligari ex iam dictis cum multis aliis relatis à Sarro *tom.*1. *lib.*3. *cap.*4. *n.*3. Salas *de Legibus tract.*14. *quæſt.*96. *diſp.*14. *ſect.*2. *n.*8.

n.8. Balboa *hic n.29.* & confirmatur ab Impera-
tore Theodoſiano *in d.l.digna vox, C.de Legibus,*
ibi, *Digna vox eſt majeſtatis regnantis Legibus
alligatum ſe Principem profiteri*, & *ex l.1. ff. quod
quiſque iuris*, ibi, *patere legem quam ipſe tuleris*
& ex illo *Matthæi 23.* iam ſuprà relato, *qui di-
cunt, & non faciunt, &c.* Et probatur etiam ea
ratione, quia eademmet ratione, qua ſubditus,
ex l. Naturali, obligatur ad obediendum ſupe-
riori, ita & ſuperior, vt tanquam caput con-
formatur cum membris; tradit Villalobos *vbi
ſuprà n.3.* vbi etiam ducet cum D. Thoma 12.
dicta q.96. art.5. ad tertium, vbi expoſitores An-
tonino *1.p.tit.17.§.5.* Sylueſtro verbo *lex 5.q.14.*
& cum Canoniſtis *in cap. cum omnes de conſt.*non
obligari Principem quoad vim coactiuam ex ea
ratione, quia vis hæc procedet à coactione ſu-
perioris reſpectu inferioris, & cum Princeps
Superiorem nõ habeat; ideo fit vt legi non obli-
getur in illis ſcilicet caſibus, in quibus Supe-
riorem habere non poteſt, ſecus in aliis, vbi à
Pontifice imperari valet, iuxta notata *ſuprà in
cap. nouit de Iudiciis*, & in hoc ſanè ſenſu proce-
dere textum, *in d. l. Princeps, ff. de legibus*; no-
12 tat ipſe Villalobos. † Et ex hoc infero Præla-
tum Eccleſiaſticum, qui habet poteſtatem fe-
rendi cenſuras ad eas non obligari; etiam ſi le-
gem cenſurarum tranſgrediatur; ita ipſe Villalob.
n.4. & ex alibi adductis, quia hoc pertinet ad le-
gem coactiuam, ex his, quæ docent, D.Th. & Sot.
vbi ſuprà, & Couarr. *in d. cap. alma mater*, Na-
uarr. *in cap. ſi quando de reſcriptis*, *n.12. except.8.*
& Balboa *hic n.29.* vbi docet vim coactiuam,
non intelligi pœnam legis; eo quod multis in ca-
ſibus Princeps ad pœnam legis tenetur, ſicut pri-
uatus, veluti ſi ius tertij ex legis tranſgreſſione
ſequeretur; ſed docet Principem hac lege coacti-
ua non teneri, ita vt ab aliqua poteſtate poſſit
cogi, & compelli ad obſeruantiam legis, vel pro-
miſſionis ipſo inuito, & reluctante; ſed Menduxa
de pact. lib.1.c.3.n.18.q.2. docet nec quoad pœnã
13 teneri. † Verùm ſi demus quod ille, qui Legiſla-
tor eſt non ſit Princeps ſupremus, nec poteſt per
ſe leges facere ſine aliorum conſenſu; tunc tene-
bitur ad obſeruantiam earum, non ſolùm quoad
vim directiuam, ſed etiam quoad vim coactiuam
ex eo: nam quando prædicti legem cõdunt ſimul
faciunt Rempublicã cum aliis, & quando poſteà
legem infringunt, eſt Princeps tanquam perſona
particularis, qui ſubditur Reipublicæ, vti reli-
quæ perſonæ eius; ita Villalobos *d. p.1. tract.2.*
14 *dif.30. n.2.* † Et in hoc ſenſu exiſtimo Princi-
pes Romanos non eſſe legibus ſolutos Roma-
nis. Nam tenentur lege falcidia *ex d. l.4. Cod.
ad legem falcidiam*, & *l. Glicia*, vt *in dicta l. Pa-
pinianus*, *§. ſi Imperator*, *ff. de inofficioſo.* Sed
non hoc modo tenebuntur Reges noſtri Hiſpa-
niæ ad legem coactiuam, quia ſupremi ſunt,
cum Ciuilis poteſtas non ſit penes iſtam Rem-
publicam, ſed ſolum penes Regem, qui eſt ca-
put Regni, *l.3. tit.19. parte 3. l.7. tom.1. leg.26.
tit.13. p.2.* vt conſiderat Balboa *hic n.23.* per eas
rationes quas ego adduxi, *in cap. cum Eccleſia Su-
trina*: de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.
15 Et quoad illam vim legis, quæ pertinet ad irri-
tandos contractus, vel actiones, dubium poterat
eſſe, an Princeps hac legis virtute teneretur, ita vt
actus à principio geſtus, non ſeruata forma legis,
ſit nullus, & in hoc articulo concludit Balb. *hic
n.30.* teneri: argum. text. *in d.l. ex imperfecto, C. de*
teſtam. vbi dicitur Imperatorem non poſſe con-
ſequi hæreditatem ex imperfecto teſtamento, &
ex text. *in cap. de cauſis de ſententia, & re indicata*,
dum docet quod etiam Pontifex in ſuis Iudiciis
iuris formam ſeruare debet, eo quòd effectus hu-
ius legis referri videatur ad vim directiuam, vt
exemplis exornat. † Vnde licèt ſit contentio in- 16
ter Doctores, an poſſit Princeps auferre ius
quæſitum ex contractu cum ipſo Principe inito;
licèt ipſe tantum conſiſtat. Tamen hæc difficul-
tas breuiter dirimetur iuxta diſtinctionem iam
dictam inter vim coactiuam, & vim directiuam.
Nam ſi vellet Princeps derogare contractui, &
ius quæſitum, ſed quærendum ex eo auferre quis
eius voluntati reſiſtet. † Semper enim viget il- 17
lud oraculum ſcriptum, *in d. l. digna vox C. de
legibus* Non ergo licebit Principi à contractu re-
cedere niſi quatenus ei licet à legibus recedere;
at per leges licet Principi legitimos efficere eos,
qui ſunt illegitimi, *toto tit. de natalib. reſtituendis*, &
dicam latè *in c. tanta, & c. per Venerabilem qui filij
ſint legitimi.* Et eatenus licebit ſubſtitutis, ſeu
aliter vocatis inferre præiudicium, quod non
facit Princeps, vt aliis noceat; ſed vt proſit ſuám-
que poteſtatem exerceat. Quo fit vt ſi eam exer-
cuerit ſecundum formam, quam leges præſcri-
bunt non offendet oraculum, *l. digna vox.* Sin
autem legis formam offenderit læſis meminiſſe
debebit Principem ſolutum eſſe legibus, iuxta
textum, *in d. l. Princeps, ff. de legibus*, ſecundum
vim coactiuam, non ſecundùm vim directi-
uam; ita Faquinetus *dicto libro 11. controuerſ.*
vbi docet hoc idem eſſe, ac ſi diceretur, poſſe
de facto, non de iure, quod ſi ad iuris termi-
nos diſputatio concluditur, ſibi placere ait ſen-
tentiam eorum, qui negant licere Principi au-
ferre ius quæſitum, inter quos Ruinus *in conſ.7.
n.30. 31. lib.1.* & *conſ.36. n.17. eodem lib. & 99.
n.4. lib.3.* Alciatus *conſ.166. in 2. dub.* Oſaſcus
deciſ.139. n.12 latè alios citatis, Marocius *con-
ſil.45. n.9* † Ad ſecundam quæſtionis partem 18
poteſt ex prædictis ſatisfieri, & licèt Sotus *lib.1.
de Iuſt. & iure, q.6. art.7.* dicat obligationem legis
ex vi directiua, non ex ipſa legis virtute peten-
dam eſſe, ſed ex aliis principiis extrinſecis: ta-
men dicendum eſt cauſam proximam obligandi
Principem ad obſeruantiam legis eſſe ipſiuſmet
legis Ciuilis virtutem, & efficaciam, quod eui-
denter apparet. Nam quando Princeps tranſgre-
ditur legem poſitiuam, committit peccatum
eiuſdem ſpeciei cum ſubditis peccantibus con-
tra illam legem; ergo virtus directiua, quæ
obligat ſubditos, obligabit etiam, & ipſum
Principem exemplis declarat Balboa *hic n.25 &
n.27* conſiderans poteſtatem ferendi leges, ſiue
Ciuilem, ſiue Eccleſiaſticam Deum habere
authorem, vnde quamuis Legiſlator legem fe-
rat tunc ſe habet, vt Dei miniſter, ſed Deus
talem dedit ei poteſtatem ſub ea conditione,
vt ipſe quoque legi adſtringeretur, quæ ex vi
rationis naturalis deſcendit. Et ſic fit, vt Le-
giſlator conformetur Dei voluntati ſiquidem
ab eo recipit talem poteſtatem; ita colligit ex
Sanctis Patribus, & ex illo Ariſtotel. *libro 3.
Polit. cap. 7.*

Itaque fit quod quamuis Legiſlator, & Prin- 19
ceps non poſſit obligari ſua lege, tanquam
præcepto, cum præceptum Iuriſdictionem,
vel dominium poſtulet & in ſe nullus poſſit
habere Iuriſdictionem, vel ſibi, eſſe ſubiectus,

Digitized by Google

nec quod ab alio obligetur, quia Legiſlator vt
talis nullius ſubditus,& à nemine imperetur,ſed
ipſe aliis omnibus imperet. Tamen poterit obli-
gari non directè, ſed per accidens præcepto, prò
tota communitate impoſito, cum ipſe ſit pars
communitatis,& explicatur in lege ieiunij,iuxta
quam ſi Princeps Eccleſiaſticus abſque cauſa,
comedat carnes, vel non ieiunet in die ieiunij
agit contra virtutem temperantiæ in lege poſiti-
ua præſcriptam, & conſequenter peccare, quia
legis virtus obligat Principem ex natura ſua, ita
intelligitur doctrinâ text. *in l.penult. ff.de receptis
arbitrys*, & quæ adducit Balb. *hîc n.*19. videndus
ad alia, quæ ipſe refutat, *num.*26.& Suar.*lib.*3.*de
lege humana cap.*35. & applicabis, *d.ſuprà in cap.
cum veniſſent.*12.*de Iudicys,à q.*6. vbi plura con-
20 ducibilia, quæ *infrà q.ſeq.* annotabo. † Et hinc
etiam fluit reſpõſio ad difficultatem an Princeps
obligetur ex bono, & æquo; reſpondeo ſecun-
dùm veriorem ſententiam, Principem ſubiici
priuatorum legibus, veluti ex noſtro textu de-
ducitur de lege contractus, quando expreſsè pri-
uilegiatus non repetitur, *l. Item veniunt* 22. *§.ait
Senatus*, verſic. *Priuatorum*, juncta Gloſſa verbo
inpublicis. ff.de pet hæredit. quinimò, & ipſa ſem-
per creditur velle vti iure communi ex *d.l ex im-
perfecto, C.de teſtamentis*, & *ex d.l.ex imperfecto, ff.
de leg.*3. nam licet Princeps ſub lege non ſit, ta-
men cum ſit in lege eius rationi erit ſubiectus
iuxta interpretationem dictarum legum *Prin-
ceps,& l.digna vox*, vt tenent Corraſ. *lib.*2.*Miſ-
cell.cap.*55.Anaſtaſ.Germon *lib.*1. *animaduerſ.c.*1.
& relati à Morla *tit. de Legib q.*1.*n.*1. & alij cum
Richardo *in §.actionum* 28 *inſtituta de act. q.*3. *à
n.*5. vbi concludit, Principem non obligari ex
bono,& æquo reſpectu ſubditorum, ſed tantùm
iuxta expreſſum in contractibus,ab eo geſtis, &
ob id actiones, quæ ex illis naſcuntur ſolùm eſſe
ſtricti iuris,quoties contractus,qui præceſſerunt,
21 non reperiantur eſſe bonæ fidei. † Nec obſtat
huic dicto deciſio textus, *in l.Cæſar.*15.*ff.de pu-
blicanis*, *& vectigal.* Vbi contractu Principis fit
interpretatio ex bono & æquo, ad caſum verbis
contrahentium non expreſſum, quaſi ex eo ſolo,
quod cum Principe contractus celebretur,bonæ
fidei contractus efficiatur. Quia reſpondetur pri-
mò *in d. l. Cæſar*, non fieri interpretationem ex
bono & æquo, vltra id, quod à contrahentibus
expreſſum erat,id enim tantùm inter contrahen-
tes expreſſum erat, ne quis ex inſula *Creta* poſſet
cædere, aut auellere lapides poſt Idus Martias;
non verò ne poſſet inde exportare ſemel auul-
ſas,aut cæſas? ergo cum ante Idus Martias locis
inde extraxiſſet quis, & vi ventorum ad eundem
portum redire compelleretur, non fecit contra
conuentionem lapides iterum exportando; at-
que ita neceſſe non eſt quidquam ſupplere ex
bono,& æquo. Item reſpondetur ſecundò; nam
cùm contractus, de quo ibi locationis eſſet, &
inde bonæ fidei iuxta textum,*in d.§.actionum* 28.
inſtituta de actionibus admiſit in Principes la-
tam illam interpretationem ex bono & æquo,
quam etiam in priuatis admitteret:ergo quamuis
fiat extenſio non Principi, ſed naturæ contra-
ctus tribuendum eſſe ait Pichardus *in d. §. actio-
num, q* 3. *n.*8. Veroius *hîc n.*5. Guillielm.Fornel.
*lib.*1. *Select. cap.*25. quia alia dicunt. Et ſic non
ſunt audiendi, Alexand. ad Bart. *in d. leg. Cæſar*,
Cremenſis *ſingulari* 35. Alciatus *in l* 2. *in princ.
n.*58. *ff. de Verborum Obligationib.* Baldus *in tit.de
pace conſtantia, §.ſi qua verò in vſibus feud.* Anton.
de Burgos *in cap. cùm dilecti n.*55. *de emptione, &
venditione*, Curtius Senior *conſ.*49. *num.*70. qui
motu ex *d. l.Cæſar*, dixerunt fieri interpretatio-
nem in contractu Principis ex bono & æquo.
† Ad vltimam quæſtionis partem, an Principes 22
teneãtur ſuas leges ſeruare, ſatis & latè reſpõde-
bis ex dictis, *in hac q.* & ſic breuiter dico quod
Princeps ſeu alius Legiſlator, qui non habet ſu-
periorem non tenetur Legibus, non obliganti-
bus ex æquo, vt legibus veſtium; benè tamen
teneri legibus obligantibus omnes, vt legibus
taxantibus prætia mercium,& tunc erunt obno-
xij virtute legis directiuæ, & non coactiuæ,
iuxta iam ſupra tradita; tenent Vaſq. *p.*2. *tom.*2.
*diſput.*167. *cap.*3. *n.*17. Suarez *de Legibus lib.*3.
*cap.*35. & cum aliis Diana *p.*1. *tract.*10. *reſol.*10.
vberius nouiſſimè idem Dian.cum multis *p.*11.
*tr.*7. *Rub.* vbi ait an Princeps Legibus, ſit ſolu-
tus de quo dico *c.de conſtit.*95. verſic. *ad tertiam*,
& verſic. *ad quartam.* † Et ſi dubitas an Princeps 23
peccet tranſgrediendo ſuam legem: reſpondeo
ſecundum communem opinionem peccare mor-
taliter: nam cùm cauſa proxima obligandi Prin-
cipem ſit efficax, & virtus ipſius legis Ciuilis
fundata, *in l. Natura*, iuxta ſupra tradita; ideò
fiet vt ſi princeps tranſgrediatur legem Ciuilem,
committat peccatum eiuſdem ſpeciei cum ſub-
ditis peccantibus contra illam legem. Et ſic lex
directiua, quæ obligat ſubditos obligabit, &
Principem ipſum; explicat hîc Balboa cum
D. Thoma, Nauarro, & Soto, Granadus *in p.*2.
*cont.*7.*tract.*3.*p.*2.*diſp.*17.*ſect.*3.*n.*6.*cap.*9.*num.*24.
Suarez *de Legib. lib.*3.*cap* 35.*n.*8 *&* 20.& alij re-
lati à Diana. † Verum ipſe Filliucius *tom.*2.*tr.*21. 24
*cap.vlt.n.*426. Azor. *p.*1.*lib.*3.*cap.*11.*q.*1. Salas *de
Legib. diſp.*14 *ſect.*2.*n.*19.*&* 20.*& diſp.*16.*ſect.*12.
*n.*104 probabiliter docent, Principem non pec-
care; quia non tenetur legem ſeruare, niſi in di-
rectè,& illo iure,quo ſe tenetur conformare cum
ſubditis, & cum lex non obliget, vltra volunta-
tem ipſius Legiſlatoris,non cenſebitur velle Le-
giſlatorem ponere ſibi tantam obligationem.
† Tamen Princeps ita tenetur ſtare contractibus 25
cum ſubditis à ſe celebratis, vt aliter faciendo
peccet mortaliter ex latè iam dictis; docent in
terminis Soarez *de Legib. d. lib.*3. *cap.*35. *n.*53.
Salas *diſp.*4. *ſect.*2. *n.*27. Azor. *p.*1. *lib.*5. *cap.*11.
*q.*1. cum aliis, *vbi ſuprà* Diana, vbi etiam dicit
peccare Principem ſi venderet aliquam rem vl-
tra iuſtum prætium taxatum à lege. Nam vt benè
ait Lorca *in p.*2. *tom.*2. *tract. de Legib. diſput.*26.
*num.*3. & alij naturalis iuſtitia poſtulat, vt iuſto
prætio contractus fiant; prætium autem ſit iu-
ſtum communi æſtimatione, quæ meliùs lege
quàm alio arbitrio declaratur; Notat etiam
Balboa hîc cum Soto, & aliis. Verum tamen no-
tabis quod Princeps datâ iuſtâ causâ, poteſt con-
tractum à ſe cum ſubdito celebratum limitare,
eique modum, & conditionem præſcribere, dum
tamen causâ publicam reſpicit vtilitatem; ſic
Tiraquellus *de pœnis temp. in præfatione*, *num* 41.
Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.*10. *n.*49. Peregrin. *de
Iure fiſci*, *lib.*1. *tit.*3. *n.*67. multis adductis Bar-
boſ. *hîc n.*11.& hoc declarat Burſat. *conſ.*16.*n.*71.
*volum.*1. in caſu omninò rarò, & valde inſolito.

Qvæstio

QVÆSTIO IX.

An Papa teneatur ſtare contractibus cum ſubditis quemadmodum alius quilibet Princeps ſæcularis ſupremus: Et an alienationis rei Eccleſiaſticæ probibitio, comprehendat Pontificem: Et an Reges alienantes bona obligent ſuos ſucceſſores,

SVMMARIVM.

5 *Pontifex non communicando in Paſchate, non peccat letaliter: Et quid ſi faciat contractum Iure humano ſimoniacum.*
4 *Papa quam poteſtatem temporalem habeat in Imperatorem, & Reges remiſſiuè.*
5 *Pontifex alienare quit res Eccleſiaſticas; ſi non faciat in ſui vtilitatem.*
6 *Cap.* non licet Papæ 12. quæſt. 2.
7 *Princeps contrahens nomine dignitatis, obligat ſucceſſores, ſi contrahat pro bono communi, ſecùs ſi proprio nomine n.* 8.

1 PRima difficultas lucem accipit, & diſſoluitur
ex dictis ſuprà præcedenti quæſt. 8. Sed quia Dia-
na docet *p.1. tractatu* 10. *reſ.* 30. quod ſemoto
ſcandalo, & aliis circunſtantiis, non peccat Pon-
tifex mortaliter, ſi non communicet in Paſcha-
te. Videbis quæ tradit Couarr. *in cap. Alma ma-*
2 *ter p.2. §.1. num.3.* † Et ſi faciat contractum iure
tantum humano ſimoniacum, & alia ſimilia ex
eo, quia Princeps ſupremus non tenetur ad ob-
ſeruantiam legis ciuilis, niſi indirectè, ideo re-
ſpectu Pontificis dicendum eſſe videtur, vt ſolu-
3 tus ſit ab omni lege ciuili. † Verùm Salcedus *de*
lege politica cap. 7. num.87. lib.2 docet quod Pa-
pa ratione contractus vt Pontifex non tenetur
ſeruare ſtatuta Concilij *& n.* 89. vbi quod nec
poteſt, vt Pontifex ſe ſummittere Concilio ra-
tione contractus, videbis Barboſam *in cap in Sy-*
nodo diſt.63. num.2. optimè loquitur, non enim
4 ſubijcitur Iuriſdictionaliter & coactiuè. † Et
quia ex traditis à Barboſa *hic num.3.* Papa habet
ex vi Pontificalis Officij ſufficientem poteſtatem
ſuper omnia negotia ſæcularia, quando id expe-
dierit Inter Principes ad quietem & conſerua-
tionem, & Eccleſiæ defenſionem, & ad bonum
ſpirituale adducens hoc cum multis per verba
textus noſtri ibi, *vt Imperatori ſcriberem,* & *in ad-*
dition. tomo 6. ſub num 1. ex aliis multis doceat
quod Papa non gladium temporale, aut poteſta-
tem aliquam temporalem directè habet, ſed in-
directè; leges quæ ſupra latè dixi *in cap.nouit* 13.
de Iudiciis in locis ſupra adductis ad præmiſſum
5 textus noſtri. † Ad ſecundam difficultatis par-
tem, Doctores agunt infra *in cap. nulli de rebus*
Eccleſiæ alienandis, vel non, & reſolutiuè do-
cent non obligari ea nempe lege, quia cautum
eſt, vt á nemine Prælatorum res Eccleſiæ aliena-
ri queant; eo quod Pontifex ſolutus eſt legibus
humanis, *cap. propoſuit 4. de conceſſione præbendæ*
iuncta l. Princeps legibus, ff. de legibus & aliis addu-
ctis à Gloſſa ibi, & verbo *Papa, in cap. non licet* 12.
quæſt. 2. Gloſſa fin. *in cap. fin. de reſcriptis in* 6. &
relati à Morla *in emporio Iuris 1.p. tit. 1. de legibus*
6 *q.1. à n.* 1. † Quare licet ex textu *in dicto cap. non*
licet Papa videatur deprehendi contraria doctri-
na. Tamen dicendum eſt illum textum non pro-
cedere in alienatione bonorum Eccleſiæ facta à
ſummo Pontifice ad eos caſus, ad quos huiuſ-
modi bona ſunt conſtituta, & donata Eccleſiis
per fideles: Nam talis alienatio, etiam nulla, in-
teruueniente ſolẽnitate fieri poteſt à Sum. Pontifi-
ce; quoniam ipſe humanis legibus, & iure poſiti-
uo, quibus inducta eſt dicta ſolemnitas ligari,
& comprehendi non poteſt, *dicto c propoſuit* cum
aliis: Verum ſi alienatio fiat pro aliqua ipſius ne-
ceſſitate in iuſta, & ſine legitima cauſa; tunc talia
alienatio dicetur illicita reſpectu Pontificis, quia
repugnat legi naturali, & Diuinæ, quæ vetat vti
rebus alienis in alium vſum, & caſum, quam in
quem conceſſæ fuerunt vt *in clementina quia con-*
tingit, verſ. *in vſus ſuos de religioſis domibus*, iun-
cta Gloſſa 1. *in principio, & l. legata 4. ff. de admi-*
niſtratione rerum ad ciuitat. pertinent. Iuxta quem
ſenſum Simacus Papa *in dicto cap. non licet* non
concedit legem purè humanam, neque ligare vo-
luit, neque potuit ſucceſſores; ſed declarauit le-
gem Diuinam, & naturalem, prout etiam fecit
Pontifex Bonifac. *in dicto cap. fin de reſcriptis* vt
latiùs declarant Turrecremata, Archidiaconus
in principio, Nauarrus, alii §.2. *notab.* 3. *in dicto*
cap. non liceat, Gregorius alios referens, verbo, *en*
los beneficios in l. 5. tit. 5. part. 1. † Ad vltimam 7
quæſtionis partem, vt diſſoluas, videas quæ dixi
ſuprà *in c. quia verſ. 1. de Iudic. q. 14. à n.11. in verſ.*
ad ſecundam difficultatem, & dicenda infrà *in cap.*
de ſolut. ſed per textum noſtrum in verbis ibi *in-*
ter prædeceſſores tuos fuerunt emiſſa, vt ex his colli-
geres, quod ſibi ſeruare deberes, & hic Mantuan. 2.
per totum Abbas, & alii docent, quòd Princeps
contrahens nomine dignitatis obligat ſucceſſo-
res, cùm talis contractus fiat pro bono commu-
ni, & vide quæ latè à multis docet Narbona *in*
l.11. Gloſſa 3. per totam tit.5. lib.7. recopilat., & fa-
ciat textus *in cap. Abbate 3. §. ſed ad hæc de re iu-*
dicata lib.6. ſub illis verbis quod *cùm tam ſupra-*
dicta Aui donatio quam locorum adquiſitio permiſſo-
rum fuerint nomine Regni facta memoratus Rex do-
nationem ſeruare huiuſmodi tenebatur, cap. ſi gratio-
ſè, de reſcriptis, lib.6. l. ciuitas de rebus creditis. l.
conuentionum, cum Gloſſa ibi *in auth. defenſ. ciui-*
tat. §. nulla Baldus *in l. digna vox Cod. de legibus,*
Petrus Gregorius *de Repub. lib. 7. cap* 20. *à n.*38.
*vſque ad finem præſertim à n.*52. Molina *de Iuſti-*
tia diſp. 541. *&* 542. † Secùs tamen eſſe ſi ante- 8
ceſſores proprio ſuo nomine contractus & obli-
gationes inierunt; ratio eſt, quia debitum ante-
ceſſoris reſpectu ſucceſſoris alienum eſt, ac
proinde iniquum, vt ſucceſſor pro alienis debitis
conueniatur, vt dixit Imperator Zeno *in l. vnica*
Cod. vt nullus ex Vicaneis, pro alienis Vicanorum de-
bitis teneatur lib.11. l. hac definitione 12. *Cod. de*
omni agro deſerto lib.12. l. nullam 4. Cod. de exequut.
& exact. lib. 12. & Iuſtinianus *in auth. vt non*
fiant pignorat. proſequitur Petrus Greg. *lib 7. de*
Rep. cap 20. *n.*51. Et de ſoluendis debitis à Prin-
cipe contractis vide ſupra *in dicta q. 14. num.*11.
& textum *in l.5. tit.15. p. 2.* explicet Narbona
vbi ſupra à n. 11. vſque in finem.

QVÆST.

Qvæstio X.

Quare Iudex prohibeatur contrahere cum ſubditis cum hoc non prohibeatur Principibus: Et an Pontifex, ſeu quilibet Princeps ſupremus, poſſint eſſe Iudices in propria cauſa, ſecùs diſpenſare, aut eſſe teſtis: Et ad quid teneatur Princeps vendens rem tanquam ſuam, cum aliena ſit.

SVMMARIVM.

1 *Iudices perpetui contrahere poterant de iure ciuili cum ſubditis: ſed quid in temporalibus, ſeu de conſuetudine n. 2.*
2 *Iudices contrahentes cum ſubditis, puniri queunt in ſyndicatu, & quare.*
3 *Iudices celebrantes contractus cum ſubditis, non prohibitos, tenentur ad obſeruantiam directiua & coactiua lege.*
5 *Princeps vendens rem tanquam ſuam cum aliena ſit ad quid teneatur.*
6 *Papa nequit ſeipſum nec ſucceſſores ligare legibus poſitiuis.*

1 AD primam quæſtionis partem breoiter dico, quòd licet Iudices perpetui de iure ciuinili poſſent eootrahere cum ſubditis, *vt in l. Præſidi* verbo *quia perpetui ſunt, ff. ſi textum petatur.* De iote tamen Regio aliter depoſitom eſſe conſtat per textum *in l. 5. tit. 5. p. 5.* vbi Gregorius qui docet hanc eſſe veriorem opinionem io Gloſſa *Iuez qualquier* ex generalitate illius legis, & ſie Iudices qui perpetui nou ſuut, æquum eſt, vt in prooincia, in qua gubernant, officio durante contrahere nequeant, textus *in l. non liceat ff. de contrahenda emptione, l. vnica Cod. de contract. Iudici,* textus *in l. principalibus ff. ſi textum petatur* bonus etiam textus *in l. qui officij 62. ff. de contrahenda* ibi, *qui officij cauſa in prouincia agit*, vel militat prædicta, comparare in eadem prouincia non poteſt, prætetquam ſi paterna eius à Fiſco diſtrahantur, tenent, & obſeruant Auendañus *de exequendis mandatis cap. 2. n. 19.* cum multis Gratianus *Reg.* 167. Iaſon qui decem modis regulam limitat *in dicta lege & principalibus*, Socinus *regula* 341. qui ſeptẽ modis limitat, & aliis ſex modis Dueñas *reg.* 31. Mathienc *in dialogo relat. c. 17. & cap. 30. num 6.* benè de materia agit Ludouicus Romanus *conſ. 509. col. 4.* Ripa *lib. 2. reſpon. cap 29.* & eſt optimus textus *in l. quiſquis ff. ſi certum petatur, & in l. 2. tit. 6. lib 3. recop.* vbi plura tradit cum diſtinctione Azeued. *à n. 9.* cum multis ab eo relatis, vbi ſibi videtur regulam limitari in Iudicibus perpetuis, & in Iudicibus locorum originariis, vulgò *Alcaldes de aldea*, & ſi extra viam mercantiæ coortactus fiant, dum tamen non emantur domus, vel prædia, & poterunt emere ea, quæ ad victum, & veſtitum oeceſſaria
2 ſunt. † Et quamuis coorra relatam regulam exiſtiment nonuulli iam generali conſuetudine factum eſſe vt Iudices omnes generaliter poſſint contractus celebrare, etiam cum ſubditis: Tameo de iure ſupradicta vera ſunt, quia video quod Iudices contrauenientes poſſint pro eo conueniri & puniri in ſyndicatu de materia Regulæ, benè loquitur Maranta *de ordine Iudiciorum diſp. 6. num. 15.* Guillielmus Benedictus *in cap. Raynucius de tormentis* verſ. *duas habens num. 47.* Oroſcius *in l. ſolent per textum ibi ff. de officio proconſulis*, & alij relati ab Azenedo *ſupra n. 9.* & reddic ratiooem Reuardus *lib. 2. var. cap. fin* ex Cicerone in Verrem *act. 6.* oam eueniret, vt tales Iodices Imperio quidquid vellent venale facerent, & colore contractus auferrent: argumento textus *in l. 38. ff. de ritu nuptiarum*, vbi prohibetur ne Iudex Vxorem ducat in proujncia quam adminiſtrat, ne ſcilicet eripere magis, quam conſenſu parentum, amicorumque libertimo vxorem ducere videatur, alia tradit Reuardus, & de hac difficultate videbis quæ tradit vberrimè ad plures caſus Hermoſilla *in part. 5. tit. 5. l. 5. Gloſſa 1. Gloſſa 2. 4. 5. 7. 6. 9.* † Nec obſtat dicere poſſe 3
Principem cum ſubditis coutrahere ex noſtro textu & aliis, cumque in his magis violentiæ rimor clareſcat videri vt Iudices ſine vlla limitatione contrahere queant; quia reſpondeo Principum fidem omninò amplectendam eſſe, eum legibus ſint ſoluti, vt dixi *q. 8.* & obligentur naturali ratione dictante, ſecundùm vim directiuam. At tamen Iudices lege ciuili prohibeortur eum ſubditis contrahere ratione politica. Tamen ſi contractus ab eis celebrari non improbentur, neceſſium eſt vt vtraque lege directiua, & coactiua maneant obnoxii. † Ad ſecundam partem 4
quæſtionis, quæ plures continet difficultates reſpondens ex his, quæ dixi ſupra *in cap. cum veniſſent 12. de Iudiciis à. q. 7.* cum aliis vbi explicui textum noſtrum. † Ad tertiam difficultatis par- 5
tem, reſpondeo breuiter quòd Princeps vendens rem tanquam ſuam cum aliena ſit teneatur infra quadrienium reſarcire Domino rei damnum; ſed emptor tutus erit; ita vt ab eo aliquid peti poſſit textus *in l. bene à Zenone, Cod. de quadriennii præſcriptione l. 53. tit 5.* vbi benè Greg. Lopez & quia iſta ſex nimis lecta ſit ab omnibus iuris profeſſoribus; ideò remiſſiuè de bac difficultate dico, & ſic videbis Marianum Ludouicum, qui banc regulam limitat modis octo *in tractatu de Principibus*, & Franciſcus Balbos vndecim modis Corſetus *in report. ad Abbatem in verbo diſpoſitio* limitat nouem modis, vide Dueñas *Reg.* 238. Socinus *Reg.* 424. & multi relati à Gratiano *Reg.* 377. † Notabis in complemento Papam non poſſe ſeipſum ligare legibus poſitiuis, nec ſuos ſimiliter ſucceſſores, vt ſcilicet non poſſit ex cauſa à iure diſcedere, & ratione exigente diſpenſare *ex cap. innotuit.* verſ. *quamuis de elect.* ſulum enim poterit id quod ſeruari dum ſibi videtur in poſterum ſuis ſucceſſoribus indicare *cap. vltimo in fine.* vbi Gloſſa *de reſcript. lib. 6.* & quidquid ſit dicendum in Papa concedente, an poſſit ſibi ligare manus vt non valeat diſpenſatio contraria abſque ſpeciali derogatione, ſecus eſt in ſucceſſore, qui abſque derogatione oon habet manus ligatas. Probus ad Monach. *in epiſt. de conſtit.* Sotus *ſup. Reg. 40. n. 4. & Reg. 20. n. 4.* refert deciſum. Barboſa *de iure Eccl. lib. 1. cap. 2. n. 128. in coma de ſent. Ferrarienſ. prapoſ. 15. Decembr.* 1614. & in Cracouienſ. iuris legendi Anno 1627. coram R. P. Coecino Decano.

Qvæstio XI.

An Pontifex poſſit Iudicare Imperatorem; aut Regem: Et in quibus ſubſint Pontifici.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex an poſſit iudicare Imperatorem, ſeu Regem remiſſinè.*

1 DE his quæſtionibus longè egi *in cap. nouit. de Iudiciis p.1. q.4.5. 6.* Et quatenus per noſtrum textum ſolent Doctores agete de ſuprema potentia circa ſtatuendam pacem vniuerſalem in omnibus; videbis quæ tradit Morla in emporio *p.1. cap.*40.& 41.& quæ retuli ſupra in dicto *cap. nouit. q.7. & q.10.*

AD TEXTVM
IN CAPITE II.
Hoc Titulo de Probationibus.

PRÆMISSVM.

HVivs textus plena diſceptatio pendet admodum ab his quæ adnotantur ad titulum de conſuetudine, & ibi *in cap. fin.* vbi latè de conſuetudine laudabili, & quantum poſſit aduerſus legem poſitiuam: Et in verſ. *vt cum aliquis intentionem ſuam fundauerit inſtrumentis, aut Teſtibus*: De probatione quæ fit per Teſtes aut inſtrumenta videbis dicta infra in ſuis titulis: & in verſ. *ei Sacramentum nihilominus deferatur*: De probatione quæ fit per Iuramentum multa dico infra ad titulum de Iureiurando: & ibi *quod ſi ſubire noluerit*: de recuſante Iuramentum præſtare, vide quæ dico infra *in cap fin. de Iureiurando.* Aliqua generalia adnotaui ſupra ad Rubricam, vbi de iuramento ſuppletorio, de quo hic poteſt inquiri.

Qvæstio I.

Quare Actor, qui plenè probauit non compellatur iurare etiam prætextu conſuetudinis, cum faciliùs permittatur probationis augmentum, quam eius diminutio.

SVMMARIVM.

1 Cap. licet vniuerſis de Teſtibus n 5.
2 *Iuramentum ſæpè defertur legitimè probanti.*
3 *Actor qui plenè probauit, non compellitur iurare, etiam prætextu conſuetudinis, quæ dicitur iniqua* n.4 5.6.
4 *Conſuetudo iurandi poſt plenam probationem aduerſatur legi, & improbatur* n.5.6.
5 *Teſtes plures quando duo ſolent deſiderari in aliquibus caſibus.*
7 L. Vulgò 7. l.10. ff. de in litem iurando. l.ſi quando, Cod. vnde vi.
8 Cap. cæterùm de iuramento calumniæ, *cap.* coſtitutus de fideiuſſoribus.
9 *Iuramentum deciſorium, differt à probatorio in neceſſitate illud præſtandi.*
10 L.5. tit.8. p.5.
11 Cap. ad abolendam de hæreticis.
12 L. manifeſtè ff. de Iureiurando, quæſt. ſequenti à num.3.
13 *Statutum præcipiens vt vltra probationem Actor Iuramentum præſtet, valere non debet.*
14 *Iuramentum in ſupplementum datur ſuper probationibus, ex coniecturis, & ei qui iurat de credulitate* n.15.

DIfficultatem facit textus *in cap. licet vniuer-* 1
ſis de Teſtibus & ſecundo textus *in l.vulgo 7.*
l. 10. ff de in litem iurando. Vbi Actori defertur
Iuramentum in litem, etiam ſi plenè probauerit
quod idem probat textus *in l. ſi quando, Cod. vnde*
vi: cum ergo conſuetudo improbetur, per quam
tollitur vſus Iurandi *cap. cæterum de Iuramento*
calumniæ, cap. conſtitutus de fideiuſſoribus; videtur
dicendum irrationabiliter improbari in noſtro
textu conſuetudinem laudabilem, quia fuit conſuetum,
vt cum aliquis intentionem ſuam fundauerit
inſtrumentis, aut teſtibus, ei nihilominus
Sacramentum deferatur, ob idque in *l.5. tit.*
p 5. deſiderari videtur Iuramentum poſt plenam
probationem, ibi *loqui, probare, iurare.* † Tum 2
etiam quia ſæpè Iuramentum defertur legitimè
probanti etiam in eo caſu, vbi non deficit plena
probatio, *vt in cap. ad abolendam de hæret* cum ergo
Iuramenti religio in quacumque parte Litis
ſit neceſſaria *cap. 2. §. in omnibus de Iuramento calumniæ l.6.* ſit vt qui legitimè probauerit, cogatur
ſubire, non ſolum Iuramentum calumniæ & malitiæ
cap. 1. illo tit l.23. tit.11. p.3. ſed aliquando
etiam litis deciſorium veluti quando, aut referre,
aut præſtare Iuramentum compellitur, vt in
l. manifeſtè, ff. de Iureiurando. Quòd idem præcedit
in cap.2. de confeſſis lib.6. clem. ſæpè §. verùm
de verb ſignif. l.1. & 2. tit.7. lib 4. compil. in quibus
compellitur poſitionibus Iuremento reſpondere,
etiam ſi plenè probauerit iuxta notata
ſupra *in cap.1. de litis conteſtatione.*

His ergo & aliis non obſtantibus defendenda 3
eſt textûs noſtri ſententia, quàm vt ab Impugnationibus
liberent Doctores, ſolent præmittere
aliqua de Iuramento, & nonnulla de conſuetudine,
vt fecit hîc Balboa *num. 6.7. & 8.* & Barboſa
plura hic adducens videnda. De quibus in
ſuis Rubricis & titulis ad ſaturitatem videbis.
ſed cum conſuetudo, quæ vltra plenam probationem
exigit Iuramentũ ſit iniqua & irrationabilis.
& non admittenda ex regula textus *in cap.*
fin. de conſuetudine, quia ſi Actor iuraret, poſtquam
plenè probauit ſuam intentionem ſine vlla
neceſſitate iuraret, eo quòd deficeret in Iuramento
Iudicium quod vnum eſt ex tribus illis
comitibus qui concurrunt in quolibet præſtando
honeſto & licito Iuramento, iuxta regulam
textus *in cap & ſi Chriſtus de Iureiurando cap.*
animaduertendum 2. q.2. explicat D. Thomas 2.2.
quæſt 89. art. 5. ibi Theologi Suarez *de religione*
*tomo 2. lib 4 de Iuramento cap.*3. Leſſius *de iuſtitia, & iure lib.2. cap. 42. dubitatione* 3. Nauarrus
*in manuali cap.*12. *num.*3. Couar. *in cap. quamuis*
pactum 1. p §.6. num 4. Villalobos *in ſumma 2.*
p. tractatu 36. definitione 3. n.4. ob id ergo iurandi
conſuetudo eſſet irrationabilis, & vana. † Tum 4
etiam quia huiuſmodi conſuetudo iurandi poſt
plenam probationem aduerſatur legi poſitiuæ
præcipienti plenam fidem adhibendam eſſe duobus

bus, vel tribus, *l. vbi numerus ff. de Teſtibus, cap. in omni negotio de Teſtibus*, quæ lex cnm adhæreat legi Diuinæ, & naturali determinanti eſſe omne verbum in ore duorum, vel trium, iuxta illud deuteronom. *cap.*17. *&* 19. ideò iuſtè in noſtro textu improbatur contraria conſuetudo: tenent Iaſon in *l. admonendi n.*79. *ff. de Iureiurando*; ibidem Ripa *n.*67. Tyraquellus *de retract n tit.* 1. §. 2. *Gloſſa* 2. relari à Boërio *deciſ.*99. Maranta *de ordine Iudic. p.* 6. *act.* 9. *n.* 4. Menoch *de arbitrariis caſu* 464. Cujacius *lib.* 2. *de fendis tit.* 1. Duarenus *lib.* 2. *diſpunct. cap.* 32. Donelus *lib.* 1. *commentariorum cap.* 10. & in *l. Actor* 23. *Cod. de probat. n.* 3. Antonius Faber *tit.* 1. *principio* 7. *illatione* 19. & ordinarij recentiores hic, & ſummè commendant textus noſtri concluſiooem Decius, & Ferretus *hic n.* 5. Iaſon *in l. cum verum n.* 4. *Cod. de fide commiſſis* Boërius *deciſ.* 95. Oſaceus in pedmont, *deciſ.* 10 *à n.* 7. Bart, & omnes communiter *in l. in contractibus* §. *illo C. de non numeratà pecuniâ.*

5 Nec obſtaot iura in principio adducta, non textus *in dict. cap. licet vniuerſis de Teſtibus*, quia reſpondeo, quod licet vnico teſti ſæpius in iure adhibeatur plena fides, iuxta regulam textus, *in cap. omnes* 36. verſ. *teſtimonium* 11. *q.* 1. *cap. cum parati* 19. *de appellationibus l. magis puto* §. *illud ff. de rebus eorum qua permiſſio rendis in probationis diminutionem* magiſque permittatur probationis argumentum iuxa texium in dicto *cap. licet* & ob id deberet permitti in textu noſtro Iuramentum, etiam poſt plenas probationes, Tamen illnd vtcomque verum ſit iuxta ea quæ dicam infra in *dict. cap. in omni negotio, cap. licet vniuerſis, cap. à nobis de Teſtibus*, nihil facit contra textus noſtrI doctrinam, quæ docet, vt poſtquam plenè ab Actore, Teſtibut, vel inſtrumentis probatum eſt in cauſa non prærequitatur Iuramentum ad vberiorem probationis fidem, cum iniquum ſit ligatores ſuperfluis onerari probationibus *cap.* 3. *&* Gloſſa fin *in fine de maioritate. & obedientia l. ſtipulatio* 14. *ff. vt Legatorum, ſeu fidei commiſſorum nomine caueatur.* Ex quo fit vt dato, quud in aliquibns caſibus vnico tantum Teſti plena præſtetur fides ſuperfluum eſſe, vt ita plenè probanti adhibeatur iuranti obligatio ex noſtro textu.

6 . Nec obſtar dicere multis in caſibus iure diſpoſitum eſſe, vt ad plenam probationem plures deſiderentur Teſtes quam duo, vel tres, vt dicam in præcitatis iuribus: ergu iniquum non erit vt Iuramentum adhærear etiam plenæ probationi iam factæ. Quia reſpondeo quod licet verum ſit plnres deſiderari teſtes iu aliquibus negotiis. Tamen quoties adhibira eſt plena probatio, cum eis requiſita nullo modo compellendus eſt Actor ad iurandum; quia Iuramentum ſuppletorium non præſtatur, niſi in defectum plenæ probationis Teſtium, vel inſtrumentutum, vt *infra* latè dico *in cap. fin de Iureiurando.*

7 Non Iura *in dict. l. vulgo* 7. *l.* 10. *ff de in Litem Iurando l. ſi quando Cod. vnde vi* Quia reſpondeo in prædictis iuribus exigi Iuramentum in Litem ab Actore in articulit; nondum ab eo plenè probatis: oam qui probat rei ſuæ Dominium eſſe, & vi ab eo rem oblatam fuiſſe non probat, quanti ſua interſit rem reſtitui, ſeo damnum illatum; ideò ſtatur Iuramento Actoris ad coercendum dolum alterios Rei, Donellus *lib* 26. *commentariorum cap.* 12. *& lib.* 26. *cap.* 6. Duarenus *ad titulum de Iureiurando cap.* 4. latè videbit *in dict. cap. fin. dei ureiurando.*

Nec textus *in dict. cap. ceterum de Iuramento calumnia, cap. conſtitutus de fideiuſſoribus*, Quia reſ- 8
pondetur iſta iura loqui in Iuramentu calumniæ, vel malitiæ, qood Actor, & Reus præſtare tenentut, vt probat texos *in auth. vt ligantes iurent collatione* 9. *l* 2. *Cod. de Iuramento propter calumniam dando cap.* 1. *& per totum de Iuramento calumnia* vbi latè *dixi l.* 23. *tit.* 11. *p.* 5. † Etenim hoc Iu- 9
ramentum non ſolum in principio Litis, verum etiam in qualibet parte Iudicii præſtandum eſt ſi à Iudice deferatur *cap.* 1. *cap.* 2. *in fine de Iuramento calumnia lib* 6. & hoc in caſu nunquam eric Iuramentum ſuperfluum, vt ex multis contra Baldum reſoluit Suarez *in l.* 4 *tit.* 11. *de las iuras lib.* 2. *fori à n.* 37 ſed noſtri textus deciſio ſolùm procedit in Iuramento probatorio, quando eſt petitom ſine cauſa ad quod præſtandum nulla ſubeſt conſuetudo, vt dictum eſt verum in Iuramento calumniæ præſtando improbatur quælibet conſuetudo ei reſiſtens *ex dict. cap. caterum, & l. conſtitutus*, Graña *hic n.* 7. Balbóa *n.* 16 *&* 18.

Minus obſtat textus *in d l.* 5 *tit.* 8. *p* 5. ibi *loqua* 10
probare y Iurare. Quia reſpondeo in prædictis verbis non doceri, vt poſt plenam probationem deſideretur Iuramentum; ibi enim tantum agebatur, quando ſemiplene probatum erat, vt ſenſit Gregorius Lopez ibi & colligitur ex doctrina iam relata.

Non obſtat textus *in dict. cap. ad abolendam de* 11
Hæreticis cum ſimilibus. Quia reſpondeo ea iura loqui non de abiuratione, quæ fit principaliter ad coercendum crimen ſed potiùs ad publicam, vel ſolemnem erroris contra fidem deteſtationem, vt docet Simanchas *de Catholicis inſtitut. tit.* 1. Balboa *hic n.* 17. vbi docet textum noſtrum loqui de Iuramento neceſſario, quod à Iudice parti defertur in ſupplementum probationis, quod cum ſit ſubſidiarium nec recuſari, nec referri à parte poteſt, vbi dico *infra in dict. cap. fin. hoc tit.* & Doctores per textum *in dict. l. admonendi ff. de Iureiurando.*

Quare non obſtat textus *in dict. l. manifeſtè, ff.* 12
de Iureiurando, quia licet ibi notetur eſſe manifeſtæ turpitudinis, & confeſſionis nolle iurare. Tamen in eo textu agitur de Iuramento Litis deciſorio, nondum probatione facta à parte parti delato, quod nequit recuſari ex edicto Prætoris, de quo *in tit. de Iureiurando*, quod edictum recipit interpretationem. nempè vt recuſari poſſit, cum iuſta ſubeſt caoſa recuſationis, veluti cum Actor plenè probauit: ita Graña *hic num.* 5. Donellus *lib.* 14 *commentariorum cap.* 13. Duarenus *ad titulum de Iureiurando cap* 4. Balboa hic *n.* 19. per textum *in dict. cap. fin. de Iureiurando l. tit.* 7. *lib.* 4. *compilat, ibi y no teniendo raçon legitima*, & ob id aliam ſolutionem improbat dicentium textum *in d. l manifeſtè loqui in Iuramento* Litis deciſorio, & Iudiciali, quòd à parte petenti defertur. At textum noſtrũ loqui in Iuramẽto quòd à Iudice defertur in ſuplementum probationis iuxta textum *in d. l admonendi l. in bona fidei C. de rebus creditis*; copioſè Menochius *de arbitrariis caſu* 190. Maſcardus *de probationibus concl.* 956. Etenim conſtat, vt Iuramentum quod à Iudice defertur magis obliget, quam illud quod defertur à parte,

Itaque ex doctrina textus noſtri conſulit Ro- 13
manus quem ſequitur Patianus *de probat. p.* 1. *cap.* 71. *n.* 13. non valere ſtatutum Venetiæ, quo cauetur, vt probatio facta per acta cauſæ non

ſufficiat

ſufficiat, niſi etiam produceos ea, fidem faciat proprio Iuramento, Nam cum acta cauſæ indocant probationem notoriam, *cap. cum olim de verborum ſignificatione*, ex neceſſitate infertor quod ſicut non valeat conſuetudo; ita nec ſtatutum valebit, quod vltra probationem perfectam exigit partis Iuramentum. Ipſe Romanus ſcriptum reliquit, *in l. admonendi. ff. de Iureiurando num.* 144. verſ. *item an valeat* & ibi Iaſon *n.* 71. verſ. *condeſcende in* 2. *lect. col.* 37.

Notandum verò eſt quod Iuramantum in ſuplementum datur etiam ſuper probationibus reſultantibus ex coniecturis, dummodo faciant ſemiplenam probationem docent Maſcard. *de prob. concl.* 957. *n.* 6. & 7. Mancinius *in tract. de Iuram. p.* 2. *art.* 6. *num* 85. Seraphin *de Iuram privil.* 33. *n.* 9. Gratus *conſ.* 152. *num.* 4. *volum.* 2 Ciriacus *tom.* 1. *cont.* 299. *n.* 10. *cum* Gloſſa *in cap.* 33. *verb. probata de Teſtibus* Baldo *in l. ſi fendum* 17.
15 *circa finem C. de Rei vind.* † Et addit cum Maſcardo *d. concl* 57. *ſub n,* 64. verſ. *aliis allegationibus* quod tale Iuramentum ſine difficultate *præſtatur etiam ei qui de credulitate iurat vbi certitudinariè, & per proprium ſenſum corporis notitia & ſcientia haberi nequit.*

Q V Æ S T I O I I.

An ſicut Actor plenè probans ſuam intentionem non compellitur iurare, ita dicendum ſit de Reo aduerſus quem nihil probatum eſt. Et an textus noſter intelligatur non tantum quando Actor probauit plenè de præterito, ſed etiam quando ſe probaturum offert. Et an ſtantibus legitimis probationibus poſſit Reus torqueri.

S V M M A R I V M.

1 *Reus aduerſus quem nihil probatum eſt, quando iurare teneatur & à n.* 4. 5. 6. *Et quid de conſuetudine, aut ſtatuto n.* 7.
2 *Diſpoſitum in vno ex correlatiuis cenſetur etiam in alio diſponi.*
3 *Recuſari poteſt Iuramentum ex cauſa iuſta,*
8 *Actor referens ſe probaturum; tunc non excuſatur à præſtando Iuramento.*
9 L. eum qui ff. de Iureiurando remiſſiuè.
10 *Iuramenti probatio in defectum probationis non tollit, neque eneruat vires legitima probationis.*
11 *Reus tortus, & negans ſi contra illum legitimæ probationes ſint de delicto poteſt definitiuè condemnari, n* 3. 14. 16. 22. 23.
12 *Vtile per inutile non vitiatur in actibus diuiduis.*
13 *Tortura indebitè adhibita, & confeſſio, vel negatio non tollit, nec vitiat legitimas probationes proceſſus.*
15 *Expurgatio defuncti in fauorem vulnerantis, non excuſat eum à pœna, ſi alias de delicto conſtat.*
16 *Iudex torquens delinquentem ſine neceſſitate, & poſt legitimas probationes tenetur in ſyndicatu.*
17 *Tormentum poteſt dari Reo conuicto ad aliquos effectus n.* 18. 19. 20. 21.
22 *Iudex torturus conuictum de delicto proteſtatur ſe non intendere Reum torquere ſuper principali num.* 23.
23 *Tortura quando poſſit dari Reo ſuper qualitatibus, & complicibus num.* 24.

AD primam difficultatis partem Baldus *in l.* 2. *quæſt.* 1. *ff. de Iureiurando* Abbas hic *n.* 1. Ferretus *num.* 6. Socinus *conſ.* 184. *lib.* 1. & relati à Menochio *de præſumpt. lib.* 1 *quæſt* 81. tenent, 1
vt quemadmodum Actor plenè probans non tenetur iurare ex noſtro textu, ſic etiam nec Reus aduerſus quem nihil probauerit Actor, debeat compelli iurare quod procedit ex regula textus *in l. qui accuſare, Cod. de edendo, cap. cum Eccleſia* Sutrina *de cauſa poſſeſſionis*, vbi Actore nihil probante abſoluitur Reus, *de quo dico latè infra in cap. fin* §. *fin. de Iureiurando.* † Deinde quia depo- 2
ſitum in vno ex correlatiuis; in alio etiam diſpoſitum cenſetur argumento textus *in l fin. Cod. de indicta viduitate l. vnica Cod de cuprafis lib.* 1. ſed ſic eſt quod Actor, & Reus in iudiciis correlatiui cēſentur, quia quod in vno diſpoſitum eſt, in altero debet procedere. † Tertiò quia Iurameo- 3
tom ex cauſa iuſta recuſari poteſt, *l. generaliter* § *ſin autem, Cod. de rebus creditis*, & *in dicto cap. fin. de Iureiurando in principio*, ſed iuſta videtur eſſe cauſa, ſi Actor nihil probauerit ex dicta *l. qui accuſare*, cum aliis: ergo, & facit regula textus *in dicto cap. fin* §. *fin. de Iureiurando*, vbi Actori non defertur, quando Actor nihil probauit.

Alii tamen aliter ſentiunt ex eo; nam licet 4
Actor, qui plenè probauit iurare non compellatur: Tamen Reus contra quem nihil probatum eſt compelli poteſt iurare, eo quòd ſi ei ab Actore deferatur Iuramentū, non poterit Reus illud accuſare ſine manifeſta turpitudine *l. manifeſtè ff. de Iureiurando facit textus in l fin. in fine, Cod. de fidei commiſſis, & in l. Tutor* 35. § *in omnibus, ff. de probat. l. generaliter Cod de rebus creditis* Aimon crauera *conſ.* 107. Boërius *deciſ. n.* 95. *n.* 5. & 6. relati ab Oſaſco in pedemontaneis *deciſ.* 97 *n.* 10. Alexander Paulus, & Iaſon in *dicta l. manifeſtè*, qui hanc teſtantur receptiorem eſſe ſententiam, *vide ſupra quæſt.* 1. *n* 12.

Verùm vt hanc difficultatem componant In- 5
terpretes, ſolent ea diſtinctione vti; nam ſi Actor à principio elegiſſet Reo Iuramentum deferre, non poſſet ſine manifeſta turpitudine recuſari iuxta text. *in d. l. manifeſtè.* Et in hoc caſu procedere dicunt Pauli, Alex. & aliorum ſententiam, ſin autē Actor à principio elegiſſet probare ſuam intentionem, & poſtea in probatione deficiat: tunc non poſſe Reo Iuramentum deferre, & hoc in caſu procedere, Baldi, & aliorum doctrinam, & reſoluunt Corraſius *in l. admonendi, ff de Iureiurando num.* 30. Salicetus *in l. ſi quis Iuſiurandum Cod. de rebus cred.* Padilla *in dicta l fin. Cod de fidecommiſſis* facit textus *in l.* Marcellus 31 §. 1. *ff. rerum amotarum* ibi *ſi velis magis Iuramentum deferri, l. de rebus* 14. *ff. eodem*, *d. l. ſi quis Iuſiurandum.* Sed Balboa *hic n.* 12. fatetur hanc doctrinam non eſſe ſine ſcrupulo, quia etiam Actore eligente viam probationis, & nihil probante adhuc poſſe Reo Iuramentum deferre, vt teſtantur multi relati à Patiano *lib.* 1. *de probat. cap* 70. Boërius *deciſ.* 95. *num.* 4. Angelus *in l. in contractibus Cod. de non numerata* Oſaſcus in pedemontanis *deciſ.* 77.

Quare alii dixerunt quòd aut Actor defert 6
Iuramentum ante publicatas atteſtationes, & tunc teneatur Reus, vel iurare, vel referre, aut defert poſt publicatas atteſtationes, quibus apparet Actorem nihil probaſſe, & tunc Reus ſit abſoluendus, nec poſſit cogi iurare, vt notat Alexander de Neuo *in dict. cap. fin. de Iureiurando num.* 14.

Digitized by Google

num 41. verſ. *aut loquimur in Iuramento colum*, 6.
Et qualitet comque procedat non eſt præciſè
dicendum ex noſtro textu, vt quemadmodum
reguls, de qua hic procedit reſpectu Actoris; ita
ſimiliter procedat reſpectu Rei: Nam ſi Actor
iurare compelleretur poſt plenam probationem
cogeretor ad id ſine vlla neceſſitate: at Reus de-
ficiente Actoris probatione non compellitur iu-
rare ſioe neceſſitate; immò, maaima vrgeote, vt
melius Iudex de veritate informetur, ſed ſi pa-
res termini dentur, tàm in Actore, quàm in Reo,
tone eueniret, vt quemadmodum Actor plenè
probaos non compellitur iurare, ſic, nec Reus.
Ita colligit Balboa hic *ex* verſ. *cum aliquis n*. 13.
7 Srio tamen quòd licet de iure commuoi Reus
nequeat à Iudice cogi vt iuret, quando Actor
nec plenè nec ſemiplenè probauit, ſicut nec A-
ctor iurare tenetur, quaodo ipſius iotétio eſt ple-
nè fundata; ſed aliquibus io locis de conſuetudina
aliquando ſeruatur contrarium, vt docet Alberic.
in d. l. admonendi in vltima oppoſitione, ff. de Iureiur.
doceus quòd quando Actor plenè probauit, po-
teſt Iudex deferre Iurameotum ipſi Actori, non
autem Reo, & vbi nibil probauit, tunc Reo oon
autem Actòri, & ſubiungit ſe vidiſſe ita ſeruari
iu aliquibus ciuitatibus, & idem ſe audiuiſſe ſer-
uari Veneciis atteſtatur ibi Caſttenſis *num.* 32.
verſ. *circa primum*, *col.* 7. & Burſatus Albericus
in l. in bonafidei num 4. verſ. *in multis col.* 2. *Cod. de
rebus cred.* qoæ conſuetudo forſan potuit ſumere
originem ab vſibus feudorum ioxta teatom, *in
cap.* 1. §. *Sacramentorum de conſuetudine recti feudi.*
Quam tamen rectè improbat Patianos, *de proba-
tionibus* 1. *p. cap.* 71. *à num.* 9. & ra. per tex-
tum noſtrum.
8 Ad ſecundam difficultatis partem breuiter re-
ſpondeo cum Boëtiu *dict. decis.* 95. *per totam*. vbi
latè videbis Oſaſco *deciſ* 11. *à num.* 1. Balboa *hic
num* 14 Actorem non excuſari à præſtando Iura-
mentum, ſi tantum obtulit ſe probaturum. Nam
hoc in caſu Iuramentum vanum & otioſum non
eſt, cum ſit maximum expediendarum Litium
9 remedium *l.* 1. *ff. de Iureiurando*. † Neque obſtat
teatus in *l. eum qui ff. de Iureiurando*, ad quem re-
ſpondet Iaſon *in dict. l. manifeſtè*, & Balboa *hic
num.* 15. quo ſit vt Bartolus communiter impro-
betur aſſerens *in l. in contractibus, Cod. non nume-
rata.* Adhuc eo in caſu Actorem compellen-
dum iurare non eſſe ex regula teatus *in dicta
leg. eum qui.*
10 Ad terriam difficultatis partem, de qua benè
pro ampliatione teatus noſtri poſſumus agere,
vti adiutus doctrinâ Baldi in præſenti *n.* 6. *Col* 2.
dicentis quòd petitio Iuramēti in defectum pro-
bationis non tollit, nec eneruat vires legitimæ
probationis, quem hic communiter Doctores
ſequuntur, tractat ad vtramque partem Gome-
zius *lib.* 3 *variarum cap.* 13. *n.* 20. & multis relatis
Farinac. *in praxi criminali de indiciis*, & *tortura*
11 *q.* 11. *à n* 4. † Etenim Gomezius docet quòd licet
Iudex Reum torquendo faciat ineptè, ſi legitimæ
ſtent probationes legitimè in proceſſu conten-
tas, licet Reus in tortura negauerit, & Iudex
nihil proteſtatur; imo nihilominus poſſe Reum
12 licitè condemnati. † Eo qoòd in actibus diui-
duis, & ſeparabilibus vtile per inutile non vitia-
tur *vt in l.* 1. §. *ſed ſi mihi Pamphilum ff. de verbo-
rum obligationibus* cum ſimilibus, tradit plenè
Bartolus *à num. l. Grace* §. *illud ff de fideiuſſo-*
13 *ribus.* † Coofirmatur ex *l.* 1. *ff. de quaſt.* vbi pro-
batur quòd tortura indebitè & iniuſtè adhibita,
& impoſita, & coofeſſio, vel oegotio in ea con-
tenta non tollit, nec vitiat veras, & legitimas
probationes cootentas in proceſſu, nec effectum
earum, & ad hoc notat, & commeodat ibi Patr.
Cyn, Alber, Bald, Angelus, & communiter
Doctores, Baldus *in l. milites eodem tit. Col. fin.*
† Tum etiam quia aliàs ſequeretur quod eſſet in 14
poteſtate cuiuslibet fortè ignorantis, & impru-
deotis Iudicis, & præter intentionem ſuam
Reum culpabilem à pœna delicti liberare quod
eſſet abſurdum, & in præiudicium Reipublicæ;
argumento textus *in l. ita vulneratus* § *penult.* verſ.
cum neque ff. ad legem Aquiliam. † Vltimò quia 15
expurgatio defuncti in fauorem Rei vulneraotis,
contra quem ſunt veræ & legitimæ probationes
non valet, nec excoſat eum à pœna, & ſic nec
expurgatio, vel negatio ipſius Rei in tortura
oon debet eom excuſare ſtantibus legitimis pro-
bationibus, Et ita tenet Marſilius ſibi contrarius
in ſingulari 180. per textum quem dicit *forma-
lem in l. qui ſententiam Cod. de pœnis*, & Baldus
in cap. ad noſtram hoc tit. circa finem verſ. & *nota*
Grammaticus pariter ſibi contrarius. *Conſ.* 12.
n. 24. *idem deciſ.* 8. *n.* 3. & 4. & *n* 7. vbi etiam lo-
quitur in iodiciis indubitatis, & adducit ratio-
nem, quod ſi aliter diceremus ſequeretur abſur-
dum, quod per indirectum Iudex torquendo
Reum conuictum ipſum liberaret à pœna con-
digna contra textum *in d. l. ita vulneratus*, *ff. ad
legem Aquiliam* & textum *in cap. cum quid vna
via de regulis iuris lib.* 6. Couart. *pract. cap.* 23. *poſt
n.* 5. vbi pooderat quòd licet textus *in dicta l. ſi
qui ſententiam* literaliter ooo videatur probare
hanc opinionem; benè tamen illam probat vir-
tualiter, & in ſui ratione, & propterea eam tan-
quam veram fortè ſequendam arbitratur.
Verùm alii docent quod, Etſi tortura non ſit 16
adhibenda ſtantibus veris, & liquidis probatio-
nibus, quia ea tantum eſt inuenta io defectum
probationum pro eruendo delicto, taliter, vt ſi
in proceſſu vel cauſa reperiatur vera & plena, &
legitima probatio non ſit per Iudicem imponen-
da tortura; itaut, ſi eam imponat teneatur io ſyn-
dicatu ad ſoluendum parti damnum, & intereſſe
ex textu in l. edictum verſ. 1. *ff. de quaſt.* vbi Bart,
Albert, & Hypolitus *in l.* 1. § *fin. ff. eodem*, & *in l.
quoties Cod. eodem ibi ſi aliis probationibus veritas il-
luminari non poſſit* textus *in l. fin. eodem* & *in l.* 1.
Cod. de Iuramento calumnia per quæ ita tenent
Cynus, & Angelus, & alii Doctores *in l. fin. Cod.
de quaſt.* & alii relati à Gomezio *ſupra n.* 24. di-
centes in tantum hoc procedere, vt ſi Reus con-
uictus de facto torqueatur, & negauit delictum
ſtatim ipſo iure illudi, & eneruari probationes
legitimas, & ex his non poſſe condemnari, ſed
debere abſolui: argumento textûs *in dictu l. edi-
ctum ff. de quaſtionibus* ibi Hypolitus de Marſi-
liis reputat ſingulare, & perpetuò menti tenen-
dum Zepola *Conſ.* 42. *Col.* 8. verſ. *circa tertium.*
Multi alii relati à Farinacio in praxi vbi *ſupra
dicta q.* 11. *n.* 4. 5. & 6. *qui n.* 8. docet hanc opinio-
nem eſſe magis communem, & magis ſeruatam
in praxi; modo tamen limitari ſecundùm eum
tripliciter, vbi tradit *à n.* 9. 11 & 16.
Quarum prima declaratio eſt, vt Reo conui- 17
cto poſſit dari tormentum ad eum nempe effe-
ctum, vt confeſſus non poſſit appellare, ſed hanc
declarationem multi etiam ab eo relati ibi *n.* 10.
non admittunt, & addit ampliùs Gomezius *dicto
cap.* 13.

Digitized by Google

cap.13. num. 25. verſ. quinto Quod ſi io tortora Reus cooſeſſus ſit, poteſt adhuc appetere.

18 Secunda eſt vt licet Tortura reſpectu negantis eum purget à pœna ordinaria, noo tamen ab extraordinaria, quia ſi torros eſt Reus & oegat, ioiquum eſt vt in ordinariam delicti pœnam condemnetut; quia Tortura debet aliquid ei prodeſſe, ſed multi non admittunt banc declarationem, quos adducit idem Farinacius *à num.* 11. vbi ſupra.

19 Tertia videlicet eſt, vt non procedat Farinacij ſententia, quando Tortura inſligitur, noo ſuper delicto, de quo Reos confeſſus eſt, ſeu coouictus, ſed pro vlteriori veritate habeoda ſuper aliis, puta ad ſeiendum alia delicta ioxta ea, quæ ſcripſit Grammaticus *Conſ.1 poſt num.3* Boſſius *in tit. de Indiciis. n.130* de quo dixit latè Fa-
20 riuacius *in praxi, quaſt 37. à n.163.* † Et addit *n.17. & 18.* idem fieri ſi Tortura adhibeatur ad habendum qoalitates delicti aggrauantis ad tradita per Grammaticum *deciſ.96* de quo plura idem Fatinacius *de Reo conuicto & confeſſo in ma-*
21 *teria confeſſionis qualificata, q 81. à n. 136.* † Item ad babendum ſocios, complices, mandatores, couſultores, fautores, teceptores, ſeu alios participes iuxta facti contingentiam, iuxta textum *in l. & ſic, vbi* ptæcipue Angel. *ff. ad ſylanian. Cob. pract. dicto cap.25. poſt numerum 5.* Clerus *in practicis, §. fin. q 64. verſ. veritas.*

22 Sed his tamen in caſibus ita ſecundùm Farinacij, & aliorum ſenteotiam ſuſtineri, ſi præcedat per Indicem proteſtatio ſe oon intendere Reum totquete ſuper principali delicto, ac ſuper his, de qoibus ipſe confeſſus eſt, vel conuictus, & ſic ſioe præiudicio confeſſatorum & probatorum, ſed tantùm ad habeodam vlteriorem veritatem ſuper aliis delictis, vel delicti qualitatibus ſiue etiam ad habendum ſocios participes, fautores, & receptores, & bis adhibitis, etiam ſi Reus neget in tormento delictum iam antea à ſe cooſeſſum, vel de quo conuictus eſt, oihilominus, puoieodum eſſe pœna ordinaria delicti. Docet Farinac. *dict q.11. à n.19.*

23 Tamen ſi proteſtatio eſſet contraria facto, puta quod Reus interrogetur ſuper delicto principali, vel alias ſuper his, de quibus prætenditur conuictus tunc proteſtationem nihil operari, & per Torturam purgari probatiooes, docent Grammaticus *deciſ.96. poſt num.1.* cum multis Farinacius *ſupra n 20. qui num.21.* dicit tuoc dici proteſtationem facto contrariam, non ſolum quando Reus interrogatur de delicto principali, ſed etiam quando ſuper eius qualitatibos, quæ cum dicantur annexæ, ideò videtur vt interrogetur ſuper principali: Et procedit non ſolum quando interrogatur à Iudice io ſcriptis, ſed etiam quando ore tenus, & Notatins non ſeribit interrogationam, quia tunc proteſtatio non iu-
24 uat, alia dicit Farinacius *à n.25. vbi n.36* † Docet quod Tortura non poteſt dari Reo ſuper qualitatibus. & complicibus, niſi in caſu, in quo adſint indicia qualitatum, & compliciom, quæ debet eſſe leuis, & moderata; argumeoto textus *in l. quæſtionis modum ff. de quaſtionibus*, & tunc demùm Reum poſſe ſuper qualitatibus, & complicibus, quando de prioeipali delicto eſt, vel confeſſus, vel coouictus, vel condemnatus, iuxta textum *in l. qui vltimo ff. de pœnis, ibi ſapè etiam ideò ſeruari ſolent poſt damnationem, vt ex his in alios habeatur quaſtio*; ſecùs ſi non eſſet cōfeſſus, vel conuictus, quia tunc iure oon torqueretur; & ſi torqueatur purgari indicia principalis delicti docet Farinac. *n.17. & 18.* cum aliis itaque Cæpola, & Thomas de Ferraria relati à Gomezio *d. n.20.* in medio docent Iudices, & aſſeſſores in praxi reſeruare io ſua firmitate probationes legitimas ſtātes contra Reum, & ſtantes in proceſſu. Et ita hanc proteſtatiooem facere, alia de crimine hæreſis, & de aliis criminibus pertinentibus ad ſaoctum inquiſitionis Tribunal alibi dicam.

Qvæstio III.

An conſuetudo legem ſcriptam vincere poſſit. Et an lex improbans conſuetudinem reprobare cenſeatur, prateritam tantum etiam immemorialem, vel futuram ſimul: Et improbatio inualida, ex euidenti vtilitate validari poſſit ſtatuto, vel conſuetudine.

Svmmarivm.

1 *Conſuetudo nequit vincere legem ſcriptam, quâ pracipitur, vt poſt legitimas probationes non iuretur.*

2 *Cenſura Eccleſiaſtica, non tolluntur conſuetudine contraria.*

3 *Lex improbans conſuetudinem, quando comprehendat, non ſolum prateritam, ſed futuram num.4 & 6.*

5 *Index Eccleſiaſticus, an poſſit incarcerare Laicos, ſeu in eos exequutionem facere abſque auxilio Laici.*

L. 5. tit 1. lib.4. recop.

7 *Conſuetudine ſublata qualiter etiam intelligatur ſublata immemorialis.*

8 *Statutum, ſeu conſuetudo qualiter validet probationem inualidam. Et an probatio in contrarium admittatur, n.9.*

De prima quæſtione longè Balboa agit *hîc à n.16. vſque ad 46.* & commuoiter Doctores 1
in præſenti, ſed quia agitur *ſuprà ad titulom de conſuetudine, & ibi in cap. fin.* ideò ad noſtrum textum dico conſuetudine effici non poſſe, vt poſt plenam probatiooem Actor iurare teneatur, quia licet conſuetudo plerùmque legitimè præſcripta ſcriptā legem vincere poſſit. † Tamen 2
hoc oon procedit in omnibus indiſtioctè. Nam qoemadmodum cenſuræ Eccleſiaſticæ tolli non poſſiot contraria cooſuetudine, etiam ſi ipſæ quoad formam, & eſſentiam ſint inductæ poſitiuo iure *cap; ſacro 49. de ſententia excommuoicationis, cap fin eodem tit. lib.6.* qoia quoties lex politica reſpicit & habet perpetuam rationem, & publicam Eccleſiæ vtilitatem, vel libertatem tolli non poteſt, cum nunquam talis conſuetudo poſſit eſſe rationabilis; ita ſimiliter cum lex, quæ ſtatuit Actorem poſt pleoam probationem, non eſſe compellendum iurare, fuodatur etiam ratione perpetua, videlicet quoniam malum eſt ſine neceſſitate iurare noo poterit vlla contraria conſoetudine derogari; quia ſemper talis conſuetudo erit rationabilis; ita Balboa *hîc n. 46.* Et faciunt quæ adduxi *ſupra in prima quaſt.* pro intellectu textus noſtri.

3 Ad ſecundam difficultatis partem, de qua hic Abbas *n.7.* Felin. & Decius *n.15.* legitimè occaſione textus noſtri inferior dicendum, quòd ſi lex improbat conſuetudinem per verba generalia docet Sanchez *de Matrimonio, lib.7. diſp 4. n.13. & 14.* per verba oppoſita *non obſtante conſuetudine* derogari conſuetudinem futuram & præteritam ex doctrina Couat. *lib.3. variar. cap.13. n 4.* Tyraquelli *de retractu in præfat. n.13. & 19.* Zeuallos *in pract. comm. q.704 per totam à n.1. ad 8. &* 4 *à n.1.* vbi plures refert Doctores. † Verùm quia alij exiſtimant verba illa generalia, *non obſtante contraria conſuetudine* ſolùm ad præteritam conſuetudinem ſe extendere, nec futuram reſpicere, quia improbare conſuetudinem eſt quid odioſom. Et quia illis verbis ſolùm intendit Legiſlator tollere conſuetudinem contrariam ſuæ legi, quia conſuetudo quæ nondum eſt: non eſt legi contraria, de qua lex nondum loquitur. Tum etiam quia ſæpè Legiſlator verbis claris conſuetudinem futuram prohibet, vt ſi dicat, *nolumus contra legem hanc aliquam conſuetudinem valere:* ergo cum id non exprimat cenſendus eſt ſolùm præteritam conſuetudinem improbare.

5 Et ſecundùm hanc vltimam lecturam eſt intelligendus Gutierrez *lib.3 pract. q.31. n.6.* Vbi ita intelligit, *textum, in l 5. tit.1. lib.4. recop.* in qua habetur *que los Iueces Eccleſiaſticos ni ſus miniſtros no prendan a los legos, ni les hagan excucion, ſinò es in vocando para ello al auxilio del braco ſeglar, ſin embargo de qua quier coſtumbre que ſe alegue.* Caſtillo *in l.3.* verbo *fiata teſtigos* in verſ. *ſed quæro* Ioannes Andreas *in cap. nemo poteſt de regulis Iuris in 6. n.3.* Decius *hîc num.11.* Iaſon *in l. cunctos Populos n.73. Cod. de ſumma Trinitate, & Fide Catholica,* & hanc videtur amplecti Diana *p.6. tractatu 5. reſſ.23.* pro qua facit textus *in c.2. de conſtit. lib. 6.* vbi notant Doctores quòd nunquam conſuetudini derogatum videtur, niſi expreſsè ſit conſtitutum, & ſic non ſufficiet tacitè conſuetudinem abrogare, prout confitendum eſſet, ſi ad futuram conſuetudinem lex extenderetur, & ſic quæ non mutantur, ſtare non prohibentur, *l. præcepimus, l. ſancimus, Cod. de appellationibus, l.6. tit.5 p.1.*

6 In hac tamen opinionum contrarietate hanc difficultatem reſolues, ſecundùm has concluſiones: Nam ſi v.g. lex, vel Canon conſuetudinem aliquam iniquam, & irrationabilem decernat, non tantùm præteritam, ſed & futuram damnat conſuetudinem, quippe, quæ ſententia legis appareat iniqua, *cap. fin de conſuetudine* Innocentius *in cap. ex parte eodem.* verſ *ſed diſtingue.* Secundò quòd conſuetudo ex noua cauſa, poteſt induci contra legem derogantem, etiam expreſſim futuris conſuetudinibus, Abbas *hic num.* 8. Decius *num.* 11. quia noua cauſa tollit iniquitatem, quæ videbatur ineſſe Zeuallos cum multis *ſupra num 6. & 7.* Diana *dicta reſ. 23. in fine,* cum Villabobos & Couar. Explicat Sanchez *ſupra n.14. per textum in l. ſi hominem 30. ff. mandati.* Tertio dicendum eſt poſſe ſimpliciter induci conſuetudinem, & vires obtinere aduerſus legem, quæ licet conſuetudinem reuocauerit, eique derogauerit, non tamen eam reprobat, damnat, nec reprehendit, de qua parte benè diſſerit Couar. *dict. lib. 3. variarum cap.13. n. 4.* in verſ. quarta omninò videndus, & quòd ibi dicit *à n.5.* 7 † Vbi diſputat de ea quæſtione ſublata cõſuetudine, an immemorabilis ſublata cenſeatur, & affirmatiuè reſpondet ſi lex improbet conſuetudinem vt iniquam, & irrationabilem. Multi docent adducti à Zeuallos *n.13.* Quod ſi eam non improbet, non cenſeri exploſam, quia vim tituli habet, tradit ipſe ex aliis multis ibi *n.14. & 15.* & ante *n.8.* & videbis ad hanc quæſtionem, quæ longè tradit Menchaca *controuerſ. vſu frequentium cap.3. per totum.*

8 Ad vltimam quæſtionis partem Bartolus *in l. ſi ſeruus communis ipſe, ff. de ſtipulatione ſeruorum,* Baldus *in l.2. col.2. Cod. de ſumma Trinitate, & Fide Catholica,* Antonius & Abbas, hîc docent, quòd probatio inualida ex euidenti vtilitate, & neceſſitate validari poteſt ſtatuto, vel conſuetudine per textum *in c. cum dilectus ſecundò reſponſo de conſuetudine*: quia conſuetodo licitum facit, quòd alias erat illicitum, & econtra, vt tradit Iaſon *in l. certi conditio §. ſi nummos, n.27. ff. ſi certum petatur.* Panormitanus *in cap.1. n.8. de appellationibus, & in c.6. cum in Diœceſi n. fin. de vſuris.* Mietes *de maioratibus 1 p. q.62. n.8.* vbi multis exornat exemplis cum aliis pluribus Gratianus *Reg.383.* qui hoc ampliat procedere in tantum, quod illud genus probationis validitatem per tale ſtatutum, vbicumque facit fidem, vt plenè probat Iaſon, *in l. ſi arrogator, n.41. ff de adoptionibus n.41.* & ſic etiam fieri, vt poſſit ſtatutum ex cauſa inſtrumentum validare, vt latè tradit Gullielmus Benedictus *in cap Rainucius de Teſtamentis,* verbo *Teſtamentum primo, n.55.* Imò & Regulam procedere etiam econtrà, nempe valere ſtatutum inualidans probationes aliàs validas Butrius, Bart, & alij *in dict. l. certi conditio §. quoniam, ff. ſi certum petatur* Tyraquellus *lib.1. de retract. §.2.* Gloſſa 1. *n.16.* quia contrariorum eſt eadem diſciplina, & facit *l.4. ad finem tit.3. p.7. & l.13. tit.12. lib.4 fori,* in quibus iuribus cauetur, non ſufficere Teſtes non generoſos in caſu rapti facti inter Nobiles.

9 Hoc tamen dictum licet verum ſit. Tamen aduerſus ipſum admittitur probatio in contrarium, Angelus in *l. qui reſtituere 2. col. in fine, ff de Rei vindicatione* Iaſon *in § ſed iſta quidem, n.59. inſtituta de actionibus* Hypolitus *in ſingulari 357.* vbi ſublimitat, niſi in eodem ſtatuto caueatur, ne contrarium poſſit probari, vel diceretur, quòd Iuramentum, vel aliud genus probationis habeatur pro pleniſſima, ſeu omnimoda probatione, & niſi probatio fiat per euidentiam Rei, quia iſta probatio nullatenùs tolli poteſt Hypolitus *in l.1. §. ſi ſerui, n.3 ff. de q.* latè Marſilius *in Rubrica de probat. n.158.* latè etiam Tyraquell. *lib.1. de retractu, §.3* Gloſſa 1. *per totam* aliàs quatoor limitationes adducit Gratian. *ſupra, à n 9.* & aliis etiam quinque modis declarat & limitat Felin. *hic à n.10.*

AD TEXTVM

IN CAPITE III.

Ex Litteris, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

OCCASIONA huius textûs ſolent DD. agere de natura Iudiciorum duplicium qualia ſunt familiæ erciſcundæ, cõmuni diuidundo & finium regundorum, ad quod videbis aliqua *ſupra in cap. intelleximus de Iudiciis q.10.* ſed quia alia

alia dedocuntur ex littera, *ideo* de omoibos agendum erit.

I. In textu ibi *te & Archidiaconum confines habere prabendas*, ex his verbis recurres ad ea quæ tradunt Doctores *in cap cum in cunctis de electione §. ſi verò*; vbi de promoto ad Epiſcoparum, an amittat præbendas, & beneficia, Balboa *hic à n.* 1. vide quæ ego dico *in dicto §. ſi vero* Barboſa *hic n.* 9. II. Idem Balboa ad aliam quæſtionem *ex n.* 16. *de qua* ego dico *in cap. nulli de rebus Eccleſia*, vbi agam de quæſtione, an Canonicus, ſicut alienare non poteſt prædia ſuæ præbendæ; ita nec experiri in Iudicio ſine mandato actione finium regundorum pro prædiis ſuæ præbendæ: applicabis *dict. in cap. cauſam 9. de Iudiciis, & in cap. 16. eodem tit.* Barboſa *n* 10 III. Et ibi *quadraginta annorum ſpatio* & ibi *in quiete illam poſſederis* recurres *ad dict. infra in cap. 9. hoc tit.* de eo qui probat antiquiorem poſſeſſionem. IV Et ibi *vtraque perſona vices duorum habeat* per hæc verba ſolent Doctores diſputare, an quis poſſit ſimul habere plura officia, vel beneficia, ad quod videbis dicta *infra in c. de multis de prabendis*. V. Ibi *hinc inde Teſtes produci poſſunt*. qualiter Teſtes recipiantur pro Actore.

VI. Et pro Reo videbis *infra ad titul de Teſtib.* Ibi *quibus examinatis Iudex, quos pracellere intellexerit*, qualem fidem Teſtibus præbeat iudex, dico *ad tit. de Teſtibus in cap.* 32.

VII. Ibi *praterquam in liberali cauſa*, cauſæ fauorabiles quæ ſint, videbis *infra in c fin. de ſententia, & re Iudic.* VIII. Et ibi *quod qui obiecerit praſcriptionem longiſſimi temporis*, de hac præſcriptione, & quadragenaria videbis *ad textum in cap. de quarta de praſcriptionibus, & in c ad audientiam ibi.* Et applica *qua dico de finibus probandis, in c. 13. hoc tit. & in cap. quia tudecamo de praſcript.*

QVÆSTIO I.

Quare in communi Iudicio probent Actor, & Reus, & ſi pariter probant Reus abſoluatur, & qua ſit ratio. ob quam in fauorabili cauſa fallit hac regula.

SVMMARIVM.

1 *Actor, & Reus in Iudiciis familia erciſcunda, communi diuidundo, & finium regundorum funguntur promiſcuè vices Actoris, & Rei, & quare num. 3. & 12.*

2 *Actio triplex ſolet competere pro diuiſione terminorum, agrorum, & quorumlibet bonorum, num. 4. 5.*

5 *Iudicia duplicia habent cauſam mixtam, & in rem, & in perſonam Et eadem eſt eorum cauſa & materia, n. 6 7. vide n 11.*

8 *Differentia inter Iudicia finium regundorum, familia erciſcunda, & communi diuidundo, & à num 9.*

9 *Actio finium regundorum propter deiectos, & perturbatos fines, ex maleficio. vel quaſi magis quàm ex contractu inſtituta eſt familia erciſcunda, & communi diuidundo quaſi ex contractu, num. 10.*

10 *Finium regundorum Iudicio, aliquando fit condemnatio ad pecunia praſtationem.*

11 *Iudicia familia erciſcunda, & alia dicuntur duplicia, & mixta, & in quo ſenſu.*

12 *Actor nequit gerere vicem Rei, nec Reus vicem Actoris in Iudiciis ſimplicibus ſecùs in duplicibus, n. 13. declaratur, n. 14.*

13 *Officia dua, aut beneficia, quando quis in ſimul poteſt obtinere.*

14 *Actor & Reus in Iudiciis duplicibus, ſi vterque aqualiter probat pro poſſeſſore pronũciandum eſt, n. 15. Et ſi neuter poſſideat pro Reo, niſi Actor foueat cauſam piam, n. 18 & 19.*

16 *Beneficiati poſſunt agere finium regundorum Iudicio pro fructibus ſuorum beneficiorum, n. 17.*

IN intelligẽtia huius difficultatis conſiſtit vera noſtri textus explanatio: igitur videtur dicendum, ex doctrina huius deciſionis communiter Doctores agere de illis tribus Iudiciis, nempe familiæ erciſcundæ, communi diuidundo finium regundorum, quia in illis quilibet ex litigatoribus Actor cenſetur eſſe, ſiquidem vterque intendit hos vel illos terminos obſeruandos, & hoc, vel illo modo diuidendam eſſe hæreditatem, vel aliam rem communem, & quatenùs vterque petit Actor dicitur, & quatenùs ab vtroque petitur Reus cenſetur eorum quilibet, & data æquali probatione pro poſſeſſore Iudicãdum eſſe ex hoc noſtro textu; quia promptiora ſunt iura ad abſoluendum quam ad condemnãdum, *l. Arrianus* 47. *ff. de act. & obligat. c. inter dilect. de fide inſtrum. cap. duobus Iudicibus de re Iudicata c. in pari de reg. lib* 6. vbi Pechius *n.* 6. Menoch. *de arbitrariis caſu* 98. *in principio* idem *de praſumptionibus lib* 2. *praſump.* Couar *lib* 1. *variarum cap* 1. *n.* 2 Balboa, & Graña cum multis hic omninò videndi, & ab eis relati DD. Applica quæ tradit Innocentius Cironius *in parat. hic.* 1

Cum ergo in text. noſtro prætextu terminorum eſſet quæſtio, & Pontifex dicat in verſ. *ad quod ſcire debes, quòd Iudicium finium regundorum tale eſt, vt in eo vtraque perſona vices duorum habeat, videlicet Actoris & Rei.* Et ſimiliter conſtet, vt pro diuiſione terminorum agrorum, & quorumlibet bonorum ſoleat triplex actio competere ſcilicet familiæ erciſcundæ, communi diuidundo & finium regundorum; de quibus ſingulis quæſtionibus dicam Ideò operæ prætium erit aſſignare communionem. & differentiam quam habent hæc Iudicia inter ſe, & in multis videmus hæc Iudicia habere inter ſe cõmunem & eandẽ cauſam. 2

Primò enim conſtat omnia hæc Iudicia eſſe bonæ fidei, *l.* 1 *l.* 8 *C. communia vtriuſque Iudicium, l.* 4. *§. hoc Iudiciũ ff. cõmuni diuidundo.* Quare Ant. Pich. *in §. actionum* 28. *q.* 2. *n.* 6 dixit cur magis finium regundorum Iudiciũ certis finibus poſſit terminari quam familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo, quæ cum illo ſimilem ſortiantur naturam, & in omnibus vix ſimilia reperiuntur. 3

Secundò dicuntur omnia Iudicia duplicia *l.* 1. *ff. familia erciſcunda, l.* 2 *ff communi diuidundo, l in tribus de Iudiciis* Barboſ. *in d. l. in tribus*, Ant. Fabec *in rationali ad eundem textum* idem *lib* 20. *coniectur. c.* 10. *& de erroribus decade* 94 *errore* 1. *&* 2. Cujac. *lib* 4 *obſeruationum cap.* 11. Oſualdos *ad Donellum lib.* 19. *cap.* 2. *littera G.* 4

Tertiò dicuntur Iudicia mixta, *l. item* 22. §. 3 *ff. familia erciſcunda. l* 4 *ff. communi diuidundo, § quadam. Inſtitutu de actionibus* vbi Iuſtinian. dicit hanc triplicem actionem habere cauſam mixtam, quaſi vtriuſque actionis in rem. & in perſonam naturã participent, & ob id actiones mixtæ dicuntur *l.* 1 *l. inter coharedes* 44. §. 4 *ff familia erciſcũda, l* 1. *& ſeq.* 5

ff. finium regundorum, l. actionis 37. ff. de act. & obligat. Donellus vbi *ſupra dict. cap.* 2. vbi Oſualdus *litt.* G Antonius Faber *vbi ſupra.* Paz *in praxi tomo 3. cap. 1.* § 5. 6. & 7. Balboa *hîc n.* 6. de quo videndus Aotonius Pichardns *in d. §. quadam inſtituta de act. n.6.* 13. & 57. vbi ex eo mixtas has actiones eſſe docet in *rem*, ſcilicet quia in his ſocii de re ſuá agunt *in perſonam*, quòd à ſociis ea petamus, quæ ſunt in perſonalibus præſtationibus, vt infra videbis, cùm explicem naturam cuiuſque actionis harum trium.

6 Quartò quia eadem eſt horum Iudiciorum cauſa, cum ea Iudicia ex communione veniant, quæ diuidi petitur, vt patet ex hoc noſtro textu, *& l. fin. Cod. familia erciſcunda l. 2. ff eodem l. 5. & 7. Cod. communia vtrinſque Iudicij*, daturque hærediras Dominis, & eorum ſucceſſoribus, ac aliis ſociis qui pro Domino habentur, explicat Pichardus *in dict. §. quadam. inſtituta de actionibus dict n.* 13. vbi dicit, res quæ cuicunque hæredi attribuendæ ſunt poſitum eſt in Iudicis arbitrio, & cum ſingulæ res, ſingulis adiudicari debeaor, ſæpè accidit, vt vnius pars præponderet, vnde & illud neceſſe, vt alterum alteri condemnari oporteat hunc in pecuniam, alterum in partem rei ſuæ.

7 Quinto eadem eſt materia, quia ſemper verſantur circa res communes diuidendas, *dict. l. 5. Cod. communia vtrinſque Iudicij* vt infra dicam in ſingulis prædictis actionibus, tenet Balboa hîc, *n.* 45. vbi docet in iſtis Iudiciis eandem eſſe agendi cauſam *l. 3. familia erciſcunda*, & idem eſt euentus quòad communem *l. 9. C. communia vtrinſque Iudicij*, item dicit eaſdem adiacere licitationes, condemnationes, & abſolutiones, *l. cum putarem 36 ff. familia erciſcunda.* Item etiam eaſdem cautiones, euitationes, *l. in hoc 47. l. heredes 15. § fin. ff familia erciſcunda*, & inter ſocios commonem eſſe obligationem.

8 Aliquam tamen differentiam inter actiones has eſſe profiteor; nam licet vnam ferè ſortiantur naturam, vt iam dixi, nihilominus tamen Iudicia *familia erciſcunda, & communi diuidundo*, ex negotio communiter geſto naſcuntur: nam in eis non ſolum vnus alteri obligatur, ſed etiam vnus & negotium ſuum gerit, & ſocii, at verò finium regundorum Iudicio, vnius tantum negotium geritur, & is qui amplius poſſidet, quam fines patiuntur, de quibus regundis agitur, ſolum poſſidet tanquam ſuum, non tanquam commune, & rem ſibi tantum gerit, non vicino.

9 Vnde euenit vt actio finium regundorũ propter deiectos, & perturbatos fines ex maleficio, vel quaſi magis, quàm ex contractu dicatur, *l. 3. §. ſi dicantur. ff. finium regundorum, §. item ſi inter inſtituta de obligat. qua ex quaſi contractu naſcuntur*, & ſic conſulto Iuſtinianus cum de his actionibus ageret, *actiones familia erciſcunda communi diuidundo, & negotiorum geſtorum* ex quaſi contractu eas oriri dixit, & prætermiſit finium regundorum actionem; explicet Antonius Pichardus *dict. 5. § actionum n.* 14.

10 Nec quidquam intereſt aliquando in Iudicio *finium regundorum* cum cui pars agri adiudicata eſt ad pecuniæ præſtationem condemnari, *l. 3. ff. finium regundorum*, de quo latè idem Pichardus *in d §. quadam actiones, inſtituta de actionibus*, & infra dicam, ſicque videatur mutuam præſtationem adeſſe, ſicut in ſimilibus Iudiciis iam dixi. Quia reſpondeo hoc eſſe exitũ, & finem Iudicij, & ſanè non quod ex adiudicationibus, ſed quod ex cauſa Iudicium antecedentibus præſtari oportet, eſt ſpectãdum, & quòd initio contractûs vtriuſque fides verſetur, vt rectè aduertit Otomanus *in dicto §. Actionum inſtituta de actionibus enunciatione.* † Iterùm aduertes, vt cum dicitur 11
has actiones mixtam habere cauſam, tàm in rem quàm in perſonam intelligendum eſt, hæc Iudicia non eodem ſenſu hic dici mixta, quo dicuntur duplicia, quia & duplicia alibi vocantur. Sed hoc ſenſu quòd in his vterque ex Litigatoribus duplicem perſonam ſuſtinet Actoris videlicet & Rei, *dict. l. in tribus ff. de Iudicijs, l. 2. § ff. communi diuidundo, & recte.* Nam cum hæc Iudicia ſint de diuidendis rebus, euenit vt vterque partem, à ſocio petat, & viciſſim ab eo petatur, vt illa parte Actor ſit, ac Reus, quæ res facit vt hactenùs quoque ſint mixta; explicat Pichardus *in d. §. quadam inſtituta de actionibus d. n.* 57. Quæ omnia vides quàm rectè ex noſtro textu deducuntur, vbi & benè Doctores agunt de hac triplici actione, licet textus tantum de Iudicio *finium regundorum* materiam inſtituat.

Nec obſtat primæ parti noſtri textûs, & eius 12
concluſionis dicere, vt Iudicium minimè conſiſtere poſſit, niſi ex litigatoribus, alter Actor, alter Reus, alter qui conueniat, & alter qui conueniatur, iuxta iam ante dicta *ad titulum de Iudiciis & foro competenti, & de libelli oblatione cum aliis, cap. Forum de verborum ſignificatione, c. 14. q. 4. l. inter 62 ff. de Iudiciis*: Cumque nemo vice duorum fungi debeat *l. ſi conſul. ff. de adopt. l. ſi plures ff. de pactis, l. nemo ex his Cod. de aſſeſſoribus, l. quiſquis, Cod. de poſtulando, cap. preſbiter 16. q. 1.* videtur dicendum contra noſtrum textum nullo modo poſſe vnumquemque ex litigatoribus ſimul Rei, & Actoris vice fungi. Verùm reſpondeo breuiſſimè in Iudiciis ſimplicibus, qualia ſunt cætera alia, præter hæc tria neminem poſſe vicem Actoris, & Rei ſimul gerere; ſecus in Iudiciis duplicibus, qualia ſunt tria iam, quorum natura non repugnat, vt ita fiat.

Et ſic fit quòd licet nemo duo officia incom- 13
patibilia obtinere queat. Tamen quoties compatibilia ſunt, vt in noſtro textu ſecùs dicendum eſt. Explicat Balboa hîc *n.* 92. dicens quemlibet duorum fungi poſſit, niſi aliàs impediatur impotentia facti, vt ſi non poſſit eſſe in duobus locis, veluti in potentia Iuris; v. g. Non poteſt eſſe Iudex, & Actor, & Iudicare in cauſà propria, vt probat ex textu noſtro Panormitanus *n.* 5. Vetonus *n.* 59. & cum hac diſtinctione pugnantia iura explicat Couar. *lib. 3. var. cap.* 13. *n.* 6. & de hac regula videbis quæ adducit Gratian. *Reg.* 330. vbi de ampliationibus, & limitationibus, & plenà manu applicabis quæ dico infra *in cap. de multa de prebendis*, vbi de incompatibilitate, ſeu compatibilitate duorum beneficiorum, vel officiorum. Et an quis in Iudicio poſſit habere plura officia Gratianus *vbi ſupra* Felinus *hic n.* 14. & videbis *textum in l. 28. tit. 4. lib. 2. recop.* ex aliis notat Barboſa *hic poſt n. fin.* Quare licet Reus ab Actore diſtinguatur; cum ſint correlatiua, *arg.* textus *in cap. debitum de Baptiſmo, cap fin. de inſtitutionibus.* Tamen non ex eo deficit concluſio noſtri text. propter naturam Iudicij duplicis. Vide quæ docet Graña *hic, n.* 5. & Balboa *n.* 24. & 80. *& antea n* 83. vbi reddit rationem.

Quod ſi iterum impugnes dicendo in his Io- 14
diciis & actionibus duplicibus cum Actorem dici

dici qui priùs alterum prouocet, & Reum dici illum, qui prouocatus eſt, iuxta textum *in dict. l. in tribus ff. de Iudiciis*, & ſic fit, vt priùs prouocans cenſeatur Actor quòad ordinem Iudicii, veluti quia priùs iurat, allegat, & probat, & prouocatus Reus cenſeatur, vt ſic euitetur confuſio. Tamen reſpondeo in bis actionibus petitionem agentis continere etiam virtualiter conſortis petitionem, cui etiam ſua pars adiudicanda eſt, dicto §. *quadam inſtituta de actionibus dicta l. 3. Cod. communi diuidundo*; quòd nou aliter fieret, niſi & petitum virtualiter cenſeretur; & ideò reſpectu partis ab altero petitæ cenſetur Reus. Ita declarat Balboa *hîc num.* 90. *&* 91. Graña *n.* 6. Baldus *in l.* 2. *num.* 1. *Cod. communi diuidundo*, Gomezius *in dicto §. quadam*. Antonius Faber *in rationali ad dictam legem in tribus*. Menochius *de retinenda remedio* 3. *n.* 770. Quare licet prouocans in ordine Iudicii prior cenſeatur modo dicto. Tamen hoc non procedet quò ad cauſæ deciſionem ſiquidem vterque iurat de calumnia, vterque probat, vterque ſatisdat iudicio ſiſti Gloſſa 2. *in textu noſtro Gloſſa in l. duo Iudices ff. de re Iudicata*, vbi Iaſon *n.* 14. Albericus, & Fulgoſius *in d. l. in tribus* Marbeſilanus *ſingulari* 110. vnde Balboa *hîc, num.* 91. non probat deciſionem 148. *Franciſci Marci p.* 1. dicentis textum *in dicta l. in tribus procedere* nou ſolùm quòad ordinem Iudicii, ſed etiam quò ad deciſionem; ita vt ea ratione in re dubia pro Reo ſit pronunciandum. Nam id impugnatur ex textu noſtro, vbi apparet expreſsè pro Poſſeſſore pronunciandum eſſe iuxta id, quod docet Graña *hîc n.* 3. † Vbi dicit pro Reo
15 pronunciandum eſſe, ſi ipſe, & Actor æqualiter
probent, & hoc ſi neuter poſſideat. Tamen ſi Actor poſſidet, & æqualiter probat, ac Reus tunc pro Actore pronunciandum eſſe, quo pacto accipit lucem *regula in pari cauſa de regulis iuris, l.* 6. quia tuuc fortior eſt præſumptio pro Poſſeſſore, vt infra dicam *in cap.* 9. *hoc tit.* vide Felinum *hîc num.* 4. & applicabis quæ notat *hîc tomo* 6. *in additionibus* Barboſa *n.* 2. expendens textum *in dict. l. in tribus*, & quid faciendum quando probationes ſunt æquales notat *tomo* 1. *à n.* 5.

Nec iterùm obſtat dicere: nam cum hîc aga-
16. tur de actione finium regundorum, & hæc non
competat niſi Domino vero rei petitæ *l.* 1. *Cod. finium regundorum*, & in ſpecie noſtri textus litigium ortum ſit inter Epiſcopum & Canonicum, quorum neuter eſt Dominus ſuarum præbendarum, quia Dominium beneficiorum & bonorum Eccleſiæ reſidet penes Eccleſiam quaſi Chriſti patrimonium, *cap. nulli Epiſcoporum §. fin.* 12. *quaſt.* 1. *cap. cum ſecundum Apoſtolum de prabendis, cap. cum ex eo de electione lib.* 6. ergo videtur dicendum non benè in textu noſtro potuiſſe inter Epiſcopum, & Canonicum ligantes competere actionem finium regundorum.

Verùm huic difficultati reſpondetur, quòd
17 cum beneficiari ſint vſufructuarij ſuorum be-
neficiorum, ſit vt conſequenter pro iuribus ſuorum beneficiorum poſſint agere Iudicio finium regundorum, quod competit etiam vſu fructuario, vt tenent Gloſſa 1. *hîc* Sarmiento de redditibus *p.* 1. *cap.* 2. *& p.* 4 *cap* 2. Gutierrez *lib.* 1. *pract. cap* 114 *num.* 7. Balboa *hîc num. fin. &* Graña *num.* 7.

18 Vnum tamen notabia quoad veram explica-
tionem textûs noſtri poſſeſſionis commodum non conſiſtere immediatè in eo quòd Reus abſoluatur, ſed in eo quòd Reum poſſidentem conſtituat, quò ad abſolutionem, quo fit, vt ſi vel vterque, vel nullus poſſideret ſit Iudicandum pro Reo, ob idque iura dicentia Reum in dubio abſoluendum eſſe, intelligenda eſſe de Reo poſſeſſore, non verò ſi poſſideat Actor, vt in præſenti probant Panormitanus *n.* 1. Decius *num.* 4. *&* 5. Balboa 84 85. *&* 86. *& conſtat ex iam dictis.*

Sed hanc doctrinam generalem limitandam 19
eſſe ex noſtro textu, vt iam ad ſecundam partem quæſtionis reſpondeam, quoties data æquali probatione Actor foueat cauſam fauorabilem, iuxtà longè dicenda infra *in cap. fin. de ſententiâ* & re iudicatâ; quia licet in obſcuris fauorabilior ſit cauſa Rei: Tamen quando Actor cauſam fauorabilem ſouet, & æqualiter probat, res non dicetur eſſe in pari cauſa, quia fauor cauſæ procul dubio præponderat Rei fauori, quo fit vt in tali ſpecie potiùs Actori, quàm Reo fauendum ſit *ex dicto cap fin l. inter pares, ff. de re indicata.* Tyraquellus *de priuilegio cauſa* id extendens ad quamcumque cauſam piam, *priuilegio* 146. Couar. *lib.* 1. *variarum cap.* 16. *vbi de priuilegio* Fiſci, Balboa *hîc num.* 87. & alii communiter *in dicto cap. fin.* vbi latè noto de hac ſecunda noſtri textus & quæſtionis parte.

QVÆSTIO II.

Actio ſeu Iudicium finium regundorum qualiter metiatur.

SVMMARIVM.

1 *Finium regundorum actio à quo tempore fuit in vſu n.* 2. *Et ad qua prædia pertineat n fin.*

3 *Terminorum publicorum motores acriter Iure Hiſpano puniuntur. Et quâ differentiâ. n.* 4. *Et quibus legibus de iure ciuili, n.* 14. 15.

5 *Prætor tenetur inuiſere, & conſeruare terminos publicos Prouinciæ, vt effugiat ſyndicatum.*

6 *Finium regundorum actio & inſtituta, vt veteres termini reſtituantur, vel ſi non apparent dirigantur. Et quo ordine Iudex officium ſuum impertietur, num.* 7. 8 *&* 9.

7 *Probare quid debeat agens Iudicio finium regundorum. Et qualiter fines probentur, ſeu Iudex procedet, cum non diſtinguntur n.* 8. *&* 9.

10 *Finium regundorum Iudicio, qui occupat fundum, aut eius partem, non ſpectatâ Iudicis ſententiâ punitur amiſſione.*

11 *Finium regundorum actio quibus, & contra quos competit.*

12 *Finium regundorum Iudicium eſt Reale, & perſonale, & qualiter adiudicatio fiat in illo n.* 13.

13 *Finium regundorum actio eſt bonæ fidei.*

14 *Finium regundorum motores lege agrariâ vltra pœnam legis ciuilis puniuntur pœnâ pecuniariâ; & pœnâ relegationis ex reſcripto Diui Adriani num.* 15.

15 *Finium regundorum accuſatio non tollit ciuilem actionem, nec ab ea tollitur.*

TExtus iſte præcipuè agit de hac actione po- 1
tius quam de actione familiæ erciſcundæ & cômuni diuidendo, ſed cum non ſit alius in toto iure cánonico opportunior locus, vbi de his tribus Iudiciis agi queat, quæ vt iam dixi *q.* 1. admodum ſimilia ſunt, licet in aliquo differant, vt ibi dixi.

Ideo de his ſigillatim agere intendo,& quia texrus noſter agit de diuiſione finium & terminorum præbendarum, quas poſſidebat Epiſcopns, & Atchidiaconus hîc litigaotes. Ideò in primo loco de actione finium regundorum agere intendo.

2 Ergo lex de finibus regundis, adeò ſemper fuir neceſſaria, vt ab initio nolla magis in vſn fuir, quàm de finibus, ſeu limitibus; cum & lege Dininâ *Deuteronomij* 19. & 27. probibitum fuerit terminos transferre. Imò etiam ſtatim ab vrbe conditâ fertur Numam Pompilium conſecrationem de termino muniuiſſe quadam Religione iura finium, ne violarentor temeritate cuiuſquam. Dioniſius Alicarn. *lib.* 2. quòd & Feſtus probat. Ita Balboa *hic num.* 75. Et ante eum Picbardus *in §. quadam* 20. *inſtituta de actionibus num.* 38. qui etiam dicunt poſtea aliam decem viros deſideraſſe, vt inſinuat Caius *lib.* 4. *ad legos* 12. *tabularum in l. fin. ff. finium regundorum.*

3 Vndè rectè iure noſtro Hiſpano acriter in terminorum publicorum motores eſſe etiam animaduerſom docet *l.* 3. *& ſeqnentibus tit.* 7. *de los terminos publicos de beſas, & lib.* 7. *Nou.* 5. *recopilat.* de quo benè exclamant Bobad illa *lib.* 5. *politica cap.* 9. *ex num.* 7. Didacus Perex *ad legem* 5. *tit.* 3. *lib.* 7 *ordinamenti*, *p.* 417. Auendañus *in cap. Prætor cap.* 6. *num.* 10. *& num* 47. verſ. *facta* Abiles in eodem *tractatn cap.* 6. Gloſſa *ley de Toledo*, Mexia *in dicta l.* 3. vbi etiam Mexia Pi-
4 chardus *in dicto §. quadam num.* 46. † Et ſic fit vt ſi aliquis circa fines aliquid malitioſè commiſit, veluti ſi lapides finales furatus eſt, vel arbores excidit, quo in caſu, & ciuiliter, & criminaliter punitor, cioiliter quidem per Iuramentum in Litem, quod defertnr Aduerſario vt æſtimat omne id quod ſuâ intereſt iuxtà textum, *in l. actionibus ff. de in Litem iurando*; eriminaliter verò in quinquaginta auteos, qui Fiſco auferendi ſunt *l. Agraria in fine de termino moto, l. penultima, Cod. de accuſationibus l fin. tit.* 14 *p.* 7. imo & eo Indicio iubente, contumaciæ quoque nomine condemnatur; veluti ſi indice metiri agtos paſſus non eſt vt docet *Gloſſa in §. finium* 6. *inſtituta de officio Iudicis* verſ. *condemnabitur*. Vbi idem Pichardus *num.* 2. conſtat ergo, vt terminorum motores, & occultores grauè committant delictum grauibuſque pœnis puniantur, de quibus *in l.* 1. *& per totum ff. de termino moto* textus *in cap. tanta* 86. *diſtinctione, cap in legibus* 1. *quæſt.* 1. *&* textus noſter *& ex l.* 30. *tit* 14 *p.* 7. *l.* 6. *tit.* 4. *lib* 4. *fori*, *l.* 104. *del ſtilo in dicta l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *recopil.* proſequuntur Clatus *lib.* 5. *§. fin. q.* 83. *num.* 10. Menochius *de arbitrariis caſu* 139. Petrus Gregorius *lib.* 39. *ſyntagma cap.* 13. & Boſius *in praxi tit. de termino moto.*

5 Et ſic euenit vt ax officio præter partis petitionem, teneantur Prætores vulgò *Corregidores* oculis propriis totam Prouinciam luſtrare, & terminos cuiuſque loci reſtituere. Qoòd ſi id non fecetint ſingulis annis in ſyndicatu, teneri conſtat *ex l.* 6. *tit.* 6. *lib:* 3. *recopilat.* quamois vt & per locum tenentes id poſſint præſtare, & iura, & conſuetudine admiſſum ſit, ex eadem lege; vbi nominatim obſeruat Axeuedos, & Bobadilla *dict. lib.* 5. *polit. cap.* 9.

6 Etenim fioium regundorum actio in id conſtituta eſt, vt veteres termini officio Iudicis reſtituantur, vel ſi non apparent dirigantur noui, eiuſque quòd intereſt & poſt Litem conteſtatam fructuum habeatur ratio. Nam ante percepti non omnimodo in hoc Iudicium venient, quandoquidam, ſi bonâ fide percepti ſunt lucro eius cedunt qui conſumpſit, ſin mala condiountur, *l. ſed etſi loci* 4. *in principio, & §. in Iudicium, & §. & poſt Litem ff. finium regundorum* Balduinus *ad Rubr. Cod. de fructuum & Litium expenſi.* Sicardus *ad l.* 1. *&* 3. *Cod. finium regundorum* Balboa *hîc num.* 79. & ante eum Richardus *in §. quadam inſt. de act. num.* 48.

Quòd ſi dubites qualiter Iudex ſuum officium interponat in hoc Iudicio, & qualiter fines dirigendi ſint ſcire debes, quòd cum de finibus quæritur primò de poſſeſſionis iure quæri ſolere, *l. is qui deſtinauit* 24. *ff. de Rei vindicatione*, & hoc eo modo, & loco, quo rermini hactenus ſint obſeruati, & poſſeſſi *l. ſi quis ſuper* 3. *Cod. finium regundorum*, Hieronimus de Monte in eodem tractaio, *cap.* 30. 31. *&* 32. *&* 33. Ioannes Baptiſta Coſta *de iuris ſcientiâ inſpectione* 6. *n.* 6. Menochius *de præſumpt. cap.* 43. Balboa *hîc n.* 80. Pichardus vbi ſupra, *num.* 49. qui ita dicit per textum noſtrum, imò addit à partibus vtrinque producendas eſſe probationes. Quia in hoc Iudicio ſicut in aliis familiæ ercifcundæ, & communi diuidundo, vtrinque documenta exiguntur, quia vterque perſonam gerit Actoris *l. in tribus, ff: de Iudiciis cum ſimilibus*, & dixi *ſupra quæſt.* 1. quia qui poſſeſſionem iuſtam probauerit obtinere debet: nam cùm ſunt iura partium obſcura, pro poſſeſſore Iudicari debet, *cap. in pari de Reg. iuris*, *§. commodum inſtituta de interdictis* quòd limitatur, vt in textu noſtro quando aduerſarius de iure proprietatis, aliiſque finibus docuerit, ſequitur Balboa *dict. n.* 80. *in fine.* 7

Et ſi adhuc dubites qualiter fines probentur. 8
Dico hoc fieri veteribus monumentis, vt ſæpius foſſa arboribus, autboritate, cenſus ante Litem inchoatam ordinati; niſi contrà demonſtrentur varietate ſucceſſionum, & arbitrio poſſeſſorum additis vel detractis fines immutatos eſſe, *l. ſi irruptione* 8. *l. in finalibus* 11. *ff. finium regundorum l.* 2. *Cod. eodem.* Quia in re plurimum valent teſtimonia eorum, qui intra eos fundos poſſederunt *l. penult. ff. finium regundorum l.* 1. *Cod. eodem tit.* fama antiqua præſnmptio iuris, & familia, ad qood applicabis omnia, quæ dico infra *in cap. cum cauſam* 13. *hoc tit. & in cap. ad audientiam de præſcriptionibus.* Vide quæ docent in termiois Guido Papa *quæſt.* 193. latè & doctè. Montanus illo *tract. cap.* 50. cum quinque ſequentibus, & anteà *ſub. cap.* 15. cum tribus ſequentibus. Zobelus Leander *lib.* 2. *art.* 50. Baldus *conſ.* 171. *volum.* 3. Socinus *conſilio* 86. *num.* 2. 3. *&* 4. *volumine* 1. *&* 166. *part.* 2. *Gloſſa in dict, cap. cum cauſam.*

Verum ſi fines, aut in vniuerſum, aut in ali- 9
qua patte non ſatis commodè dirimi poſſent, vel quia obſcura ſiot vtrinſqoe partis, tàm in poſſeſſione, quàm in proprietate probanda iura, vel ob aliam incommoditatem, poterit Iudex, quamuis hæc actio non ſit bonæ fidei veteris iuris amouendæ obſcuritatis gratiâ nouos fines per aliam regionem: vbi commodè fuerit dirigere, idque per adiudicarionem & condemnationem ex bono, & æquo, vti notat Iuſtinianos *in dict. §. quadam* 10. *inſtituta de actionibus*, Balboa *hic num.* 81. & ante eum Pichardus *in dicto §. num.* 51. *&* 52. vbi docet quòd vt hæc

rectè

rectè fiant, Iudicis officium interponendum eſſe, & ſuis locis loca, de qoorum finibus ambigitur ſubjicere, ac io rem præſentem ire, aut ſi per occupationem, non licet agri menſores mittere per qoos iubear præſentibus litigatoribus, aut coorumacia abſentibus examinari in re præſenti cauſam, & per dimẽſionem agrorum, termioos declarari, ex quâ deelarationis relatione finium regundorum quæſtioni fioem imponet, *d. l. ſi irruptione*, *§. ad officium. l. 3. C. eodem.* Montanus *in tract. de finibus regundis c* 30.
10 *& 35.* Afflictis *deciſ. Neapolit. 23. n 6.* † Si verò poſt declaratam finium regundorum quæſtionem, non ſpectatâ ſeotentiâ Iudicis, audeat qois vſurpare partem alieni fundi non ſolum quòd petebat amittet, ſed etiam tantum agri modum, quantum adimere tentauit, amittet; *l. ſi conſtiterit 4. C. finium regundorum*; Baldus *conſil. 436. p. 5. & conſ. 144. parte 1.* Corneus *conſ. 213. p. 4.* Montanus *dicto tractatu, cap. 38. num. 7. & cap. 4. num. 2.* Balboa *hic dicto num. 81. in fine*; Pichardus *in dicto §. quadam num. 53.*

11 Hæc finium regundorum actio competit domiois; nam etſi in perſonam ſit per vindicationem, petit quiſque rem ſuam ſibi adiudicari, *l. 1. ff. finium regund.* & datur etiam dominis vtilibus, veluti emphiteuticariis, fructuariis, beneficiariis, & creditoribus iure pignoris poſſidentibus, *l. ſed etſi loci 4 §. finium regund.* Et cum hoc ſit Iodicium duplex competit aduerſus eoſdem eadem ratione, *l. Iudicium 10. ff. finium regundorum, l. in tribus 13. ff. de Iudicijs, l. 2. C. communi diuidundo, d. §. quadam de actionibus, & in §. penult. inſtit. de interdictis*: Quia vterque petit, & ab vtroque petitur vte-⁊ne Actor, & vterque reus eſt: Balboa *hic n. 7. 8.* & ante eum cum Hieronymo de Monte; Pichardus *in dicto*
12 *§. quadam n. 45.* † Qui *num* 47 docet hoc Iudicium eſſe etiam reale & perſonale, vt conſtat *ex d. §. quadam*: nam eſt in perſonam, vt & reliqua in quibus de diuiſiooe agitur, vel ex maleficio contra violantem terminos, vel ex negatione aduerſus eum, qui alios limites præſcribit, quam nos eſſe intendimus. Et in rem quando noſtrum quidem petimus, vt oobis dominis, vel potius agris ſuum adiudicatur, *d. l. 1. l. ſed & loci 4. §. ſi aliter*, ibi, *quoniam magis fundis, quam perſonis ad iudicari intelliguntur, ff. finium regundorum*.

13 Vnde cui fundo fit adiudicatio alienius portionis terræ porrectis in alienũ agrum terminis eius Dominus pro eo quod illi adiodicatum eſt certâ pecuoiâ cõdemnetur illi, cuius agro aliquid detractum eſt, in qoo Iudicis officium intereſt, vt ſupra notatur; Tenet Pichardos *in d. §. quadam inſtituta de actionibus n. 52.* vbi *n. 50.* docens qòòd hæc actio eſt bonæ fidei, eam explicat, id eſt, vtpotè quæ non ex cioili bonæ fidei conuentione, ſed ex delicto, aut facto vnius, aut iure Reali, vt vindicatio, cui cohæret oriatur & iterum. Videbis quæ dicit idem Pichardus *in §. ſi finium inſtitua de Officio Iudicis, num* 2 per textum, *in l. 2. §. 1. l. 3. & 4. §. finium regundorum, l. 10. tit. 15. p. 6.*

14 Et addes etiam quòd præter actionem ciuilem finium regundorom, quæ cuique competit ratione adiudicationis, & eius quòd intereſt fuit, & lege Agrariâ, quàm tulit Cajus Cæſar animaduerſum in eos, qui ſtatutos terminos extrà ſuum agrum ſineſve dolo malo mouerent pœnâ pecuoiariâ conſtitutâ. In terminos enim ſingulos, quos eieciſſent, locove mouerent quioquaginta anteos in poblicum dare iubebantur, eratque ei, cui voler eius actionis petitio, *l. fin. ff. de termino moto, l. 4. §. ſi dicatur, ff. finium regundorum, l. vlt. C. eodem.* † Et perſequitur reſcri- 15
ptum Diui Adriani, eos qui peſſimo facto terminos finium causâ poſitos protulerit, quo pœna corporalis, vt relegationis, Verborum operis publici ex conditione perſonæ & mente facientis irrogatur, *l. 2. ff. de termino moto, l. 1. C. de accuſationibus*, quæ accuſatio Ciuilem finium regundorum actionem non tollit, nec ab eâ tollitor. Sed qoi fioium regundorum egit, accuſare termini moti Reum poterit, & econtrà, *d. l. 4 §. ſi dicantur, ff finium regundorum*, & alterutro Iudicio pendente æquum alterum ad finem vſque prioris differri, *ex Reg. l. 4. ff de publicis Iudicijs, l. vnica, quando Ciuilis* actio Criminali præiudicet: argumento eorum, quæ adduxi, *ſuprà, in cap. examinata 15. de Iudicijs tota quæſt. 17.* & in termiois. Videbis quæ adducit Pichardus *in d. § quadam inſtituta de actionibus n. 54. & 55.* cum Iulio Paolo, Iulio Pario, Ploto, & Hieronymo de Monte. † Et addit Pichardus *num* 43. 16
& 44 quòd hæc actio pertinet ad prædia ruſtica, eorúmque confinia, *leg. hac actio 1. l. ſed & loci 4. §. hoc Iudicium, ff. finium regund.* vbi alia explicat.

Qvæstio III.

An quinque pedum præſcriptio redigi aliquo modo poßit ad actionem finium regundorum.

Svmmarivm.

1 *Præſcriptio quinque pedum, quæ dicatur, & an reducatur ad actionem finium regundorum numeris ſequentibus.*

4 *Finium regundorum actio quanto tempore docet*

Cvm textus noſter agat de diuiſione termi- 1
norum & finium, & in ſimul nonnulla dicat de præſcriptione longiſſimi temporis; ideò non iocongruus eſt locus iſte, vt agam hîc de bac quæſtione; imò & ab Ioterpretibus qui agunt de actione *finium regundorum*, ſolet explicati: Igitur cum præter *legem de finibus regundis*, & aliam decem viros deſideraſſe ioſinuet Caius *lib. 4 ad leges 12. tabularum, in l. fin. ff. finium regundorum*, ad exemplum eius, quam de finibus Athenis Soloo tulerat, *d. l. fin.* de quo latè Baldoinus *ad leges 12. Tabularum cap. 2.* & inter cætera illud ſtabilitum eſſet, vt ioter confines quioque pedum ſpatium, vel vt vnus gradus geometricus, qno ire ſine alterius incommodo cõlendi gratiâ, aratrúmque circumduci poſſet, relinqueretur Iolius Paulus *lib. 1. tit. 15. l 3 ff de termino moto* † Et ſi contigerit quòd ſuper his 2
qoinque pedibus, aut aliis finibus controuerſia orta eſſet, vt propter mutatos, confuſóſque terminos, aut dolo aduerſarij per exarationem, tranſlationémque, aut inundationẽ, vetuſtate, aliove modo legè Maniliâ cautum erat, vt arbitri, ſiue agri menſores tres perinde, atque in vindicationibus earom. Verùm periti regundis finibus, id eſt diſcernendis, & ad certam æquabilémque regulam reducendis, redigendiſque

datentur,

Digitized by Google

darentur, Iacobus Cujacius *lib 7. obſeruat. c.21.*
& hoc ius regendi ſit antiquiſſimum, vt notat
Pichardus *in d. §. quædam inſtituta de actionibus,*
n.42. ideo rectè dicit pertinere etiam ad tracta-
tionem noſtram finium regundorum.

3 Etenim locus iſte de quinque pedum præſcri-
ptione, ſubobſcurus eſt, & ſic ſciendum eſt le-
gibus, & Tabulatum cautum eſſe, vt inter vi-
cinorum prædia conſtitutis finibus quinque pe-
dum (qui fines finium dici potuerunt) ſpatium
relinqueretur, vt eo ſpatio ire agere vterque
Dominus poſſet, itéque vt circumuerti aratrum
facto eateuus ſulco poſſit; vnde Varro *lib 4. de*
linguâ Latinâ fines agrorum termini quòd hæ partes
propter limitare, iter maximè teruntur, id ſpatium
vſucapi lex vetat, ſeruitus itineris, ſeu limitare, vt
Varro ait non poteſt. Verùm deinde lex Manilia
lata eſt, qua cautum fuit, vt quoties de his quin-
que pedibus controuerſia moueretur, agri men-
ſor eligeretur, qui fines eos regeret, vltra quin-
que pedes, lis non erat finalis, hoc eſt finium
ſed proprietatis; ideóque non agri menſor, ſed
Prætor adeundus erat, quòd oſtendit Aggenius
Vrbicus: item & Iunius, Nyphius, & latiùs
eruditus Andreas Alciat. *libello ſuo de quinque pe-*
4 *dum præſcriptione.* † Quamquam hodie quæ-
cunque finalis quæſtio triginta annorum ſpatio,
præſcribi poſſe videtur, *l. fin. C. finium regundo-*
rum. Marcus Antonius de Amatis *deciſ. Prouin-*
ciæ Marchiæ 19. n.3. Hieronymus de Monte *de*
finibus regundis cap.41. n.3. Balboa *hîc n.77.* &
ante eum Pichardus vbi *in d. §. quædam inſtituta*
de act. n.41. vbi alia dicit *n.40.* ſed Cujacius *ad*
legem 4. §. vlt. ff de Vſucapionibus, id ſpatij, & fi-
nes conſtituebat, & ex *l. 15. Tabularum Vſucapi,*
& ex conſtitutione præſcribi non poterat, *leg.*
quinque pedum 5. C. finium regundorum; oſtendit
Cicero *lib. 1. de Legib.* vbi dicit Vſucapionem 12.
Tabulæ intra quinque pedes non eſſe.

QVÆSTIO IV.

Familiæ erciſcundæ Iudicium quid ſit: Et quid Iudicium communi diuidundo, & in quo differant.

SVMMARIVM.

1 *Erciſcundæ familiæ Iudicium datur inter cohæredes, vt à communione diſcedant, & quid Iudex faciet, n.2. 5.*

3 *Erciſcundæ Iudicium perſequitur rerum hæreditariarum diuiſionem, & præſtationes quaſdam perſonales: Et ad quid iſta ſint inducta, n.4.*

6 *Erciſcundæ familiæ Iudicio ſemel finito recurritur ad Iudicium communi diuidundo.*

7 *Iudicium communi diuidundo metitur, ac Iudicium familiæ erciſcundæ; & in eo habent locum præſtationes: Et qualiter Iudex diuidet res communes.*

8 *Iudicium communi diuidundo, pertinet ad diuiſionem rerum alienarum communium, præter res hæreditarias, ad quas aliquando pertinet.*

9 *Actio pro ſocio magis pertinet ad perſonales præſtationes.*

10 *Actio communi diuidundo competit ex quacunque causâ communionis.*

DOctores communiter agunt, etiam de his 1
duabus, Iudiciis, & actionibus, de quibus,
quia latè ego breuiter dicam, quod familiæ er-
ciſcundæ Iudicium datur inter cohæredes, vt
à communione hæreditatis diſcedatur, & in-
ter eos res antea indiuiſæ diuidantur.

Vnde ſit vt ſi familiæ erciſcundæ actum ſit 2
Iudici incumbat, res ſingulas ſingulis hæredi-
bus adiudicare, *l.2. ff. familiæ erciſcundæ*; ita vt
Iudex fundum hæreditarium, vel aliam rem, quæ
commodam recipiat diuiſionem, diuidat inter
hæredes, vt vnuſquiſque partem habeat in quâ
fuerit inſtitutus. Si tamen res commodam di-
uiſionem non recipiat vni ex hæredibus adiudi-
care debet, & ſic in eius perſonâ adiudicatio
prægrauari videatur, debet hunc inuicem co-
hæredi certa pecunia condemnare, *l. Meuius 52.*
§. arbiter, ff. familiæ erciſcundæ, leg. ſi fundi 55.
l. item labeo 22. l. inter cohæredes 44. ff. eodem, l. in-
certi Iuris 19. C. eodem, leg. in communi 3. ff. com-
muni diuidundo, l.3. C. eodem de iure Regio, text.
in l.2. tit. de las labores y particiones, *l.3. fori,*
l.10. & ferè toto tit.15. p.6. & præter ordinarias
in dictis locis, & *in §. quadam actiones, inſtituta*
de actionibus, & *in §. ſi familiæ inſtituta de officio*
Iudicis, Vveſembechius *in Paratitl. ad titulum,*
ff. familiæ erciſcundæ: Cujacius *lib.2.* Saluij Iu-
liani ad Vrſeium ferocem, *in d. l. Meuius, &*
lib.8. reſponſ. Papiniani *in l. ſeruos 34. ff. eodem,*
& lib.9. Obſeruat. cap.36. & lib.22. cap.40. An-
tonius Faber *lib 20. conjecturarum, cap.10.* Petr.
Gregorius *1. p. Syntagmat. lib.5. cap.4.* vide quæ
tradit Pichardus *in d. §. quadam* & ibi ad expli-
cationem, *in l.1. ff. familiæ erciſc.* Balb. *hîc à n.46.*

Igitur hoc Iudicium perſequitur res duas, & 3
rerum hæreditariarum diuiſionem, & præſta-
tiones quaſdam perſonales, quibus hæres hæ-
redi propter præſtationem rerum eſt obnoxius,
& ob id Vlpianus *in d. l. item labeo, §. penult fa-*
miliæ erciſcundæ: Iudicium ex duobus conſtare
ait rebus, atque præſtationibus, quæ ſunt per-
ſonales, vt iam dixi. † Et præſtationes qui- 4
dem inducuntur, aut lucri, aut damni, aut im-
penſarum nomine, quæ in re communi incide-
rint lucri. Vt ſi quid ad aliquem hæredem per-
uenerit ex re communi, id cæteris hæredibus
communicet. Damni, vt ſi quid damni in re-
bus hæreditariis datum, factumve eſt culpâ ali-
cuius hæredis, id cæteris proportione cuiuſque
ſarciat; impenſarum autem, vt ſi quæ in res
hæreditarias, ab vno factæ ſint hærede, quas
propter partem ſuam neceſſe habuerit facere, ei
præſtentur à cohæredibus, de quo agunt DD.
per textum, *in l. Prætor 9. in princ. ff. de reb. au-*
thorit. Iudicis poſſid. l. quibus 34. juncta, l. vt ſit 31.
ff. pro ſocio, quæ ſimiliter, etiam in Iudicio com-
muni diuidundo inducuntur, & comprehenſæ
ſunt, quaſi vtrique communes, *l.3. l. ſi quis pu-*
tans, §. Officio, ff. communi diuidundo.

Ex his euenit quod ſi vnus ex hæredibus fru- 5
ctus hæreditarios perceperit, aut rem hæredita-
riam corruperit, eò quoque nomine cohæredi
ſuo condemnetur. Quoniam fructus, ſicut &
res ex quibus prouenıunt, omnibus adquirun-
tur proportionibus hæreditariis, *l.1. C. de reb.*
creditis, & hoc in caſo ad Iudicis officium per-
tinet, vt omnia commoda cum aliis cohæredi-
bus communicet, *l. item ex diuerſo 14. ff. familiæ*
erciſcundæ, l. cohæredibus, l. non eſt ambiguum, C.
eodem. Sed quia quæ deſiderātur, adducit Balboa
hîc

hîc *ex d. n.46.* & ante eum Picbardus *in d.§. quadam ad explicationum*, textus, *in d. l.* 1 *ff. familia erciſcunda:* cum multis ab eo relatis; ideo
6 hîc non amplius inſiſto. † Vnum tamen notabis quòd ſi ſemel iudicialiter actum ſit inter partes familiæ erciſcundæ, Iudicio iam iterum ſuper eiſdem rebus, nequeat tale Iudicium intentari. Sed recurrendum eſt ad Iudicium communi diuidundo per textum, *in l. ſi filia nupta, §. familia, ff. eodem*; quoniam ſi non coram Iudice ſed inter partes diuiſio rerum hæreditariarum facta ſit. Tunc videtur poſſe fieri, vt illud Iudicium ſecundò excitetur, quo pacto intelligitur textus, *in l.* 1. *C. eodem*; plura tradit Pichardus ad textum, *in d. l.* 1. *ex n.*73. Balboa hîc *à n.*58. qui hunc intellectum colligunt ex dictis à Meneſes *in leg. ſi poſt diuiſionem num.*4. *ff. de Iuris, & facti ignorantiâ.*

7 Ad ſecundum de Iudicio communi diuidundo, etiam breuiter dico ferè omnibus eiſdem modis metiri, ac Iudicium familiæ erciſcundæ. Nam in hoc Iudicio habent etiam locum præſtationes, de quibus iam dixi, & eadem obſeruanda ſunt per textum, *in leg. per hoc* 4. *§* 1. *in hoc* 14 *§.* 1. Et ſic Iudex omnes res, de quibus actum erit diuidere debebit, *l. in Iudicium* 13. *ff. communi diuidundo, aut menſura deſignatis vnicuique certis regionibus*, & in his, quæ diuiſionem non recipiunt, totum corpus, vni adiudicare ſcilicet ei, qui iuria maiorem partem, aut etiam affectionem probabilem in re habet, cúmque in partem æſtimationis alteri condemnare, aut vbi omnium iure æqualia ſunt ſorti rem committere, aut alia commodiſſima ratione diuiſionem facere, & ſi quid in his rebus communibus damni datum factumve ſit, vel quid eo nomine, aut abſit alieni ſociorum, aut ſuperſit eius rationem habere, vnà cum acceſſionibus, & deciſionibus omnibus, & in vniuerſum prouidere, vt omne commodum, atque incommodum æquabiliter diuidatur: niſi quòd dolo, aut culpâ ſocij ſit contractum; De quo videbis Donellum *lib.*13. *Commentariorum, cap.*17. & multos relatos à Pichardo *in d. §. quadam inſtit. de actionibus, à n.*13. *& in § eadem interueniant inſtitutn de officio Iudicis*, & in *§. item ſi is aliquos* 3. *inſtituta de obligationibus*; quæ ex quaſi contractu naſcuntur, quibus in locis ad ſaturitatem agit de hoc Iudicio Balboa hîc *à n.*64.

8 Itaque quemadmodum Iudicium familiæ erciſcundæ pro diuidendis rebus hæreditariis datum eſt, & includantur in hâc diuiſione omnia, quæ notat Balboa hîc *à n.*48. Picbardus *in dicto §. quadam inſtit. de Actionibus*; ita & ſimili modo Iudicium communi diuidundo pertinet, vt diſcedatur à communione omnium, etiam aliarum rerum, quia nemo inuitus eſt retinendus in communione, ſeu ſocietate, *l. fin. C. communi diuidundo*, etiam ſi pacto conuentum fuerit, ne vnquam diuiſio fiat, *d. l. in hoc Iudicium* 14. *§. penult. ff. communi diuidundo*; & licet hoc Iudicium, adeò latum ſit, vt inter cohæredes ipſos aliquando detur, *l. ſi filia* 20. *§. familia, leg. inter cohæredes* 44. *ff. familia erciſcunda*. Tamen quia ad res tantum hæreditarias familiæ erciſcundæ
9 Iudicium inuentum ſit, vt iam dixi. † Et actio etiam pro ſocio ex quâ naſcitur communi diuidundo Iudicium, quæ quia magis pertinet ad perſonales præſtationes, quàm ad communium rerum diuiſionem, vt notat Pichard. *in d. § quadam, n.*15. & *in d. §. item ſi num.*3. ideo conueniens fuit, vt hoc Iudicium generale de communi diuidundo res communes ex aliis cauſis induceretur. † Quare hæc actio communi di- 10
uidundo competet ex quacunque causâ res communis ſit, veluti ſi ex ſocietate, vel aliâ cauſâ, *l.* 2. *ff. hoc tit. l. vt ſit* 31. *cum aliys, ff pro ſocio*, Cujacius *lib.*5. *obſeruat. cap.*10. Veluti ſi communio ex legato, emptione, donatione, aut alio quouis modo res communis ſit Regnicolæ *in l.*16. *tit.*22. *p. l.*10. *cum ſequentib. tit.*15. *p.*6. latè Iaſon *in d. §. quadam inſtitutn de actionib. n.*6. ob idque ad alia particularia non deſcendo. Videbis eundem Cujac. *lib.*7. *quæſtionum Papiniani, in l. Sabinus. ff. communi diuidundo*, Morquecho *lib. de diuiſione bonorum, cap.*2. *per totum*, Petrus Gregorius *Syntag. lib* 5. *cap.*2. Antonius Faber *lib.*3. *coniect. cap.*2. Ayora *de Partitionibus.*

AD TEXTVM
IN CAPITE IV.
Propoſuiſti hoc titulo:

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte habet quaſi conſimilem materiam cum text. *in cap. cauſam* 14. *hoc titul.* & ſic ibi ſolùm referam, ea quæ debeant ad materiam huius deciſionis. I. Ibi *quod cauſam matrimonij*, & ibi *tibi de mandato Apoſtolico delegatn*, cognitio ſuper cauſa matrimonij, an ſpectet neceſſario ad Epiſcopum, vel ejus Vicarium. Videbis infrà *in cap. accedentibus* 12. *de exceſſibus Prælatorum.* II. Et ibi, *nec potuiſſe cognoſci*, per hæc verba excitatur impedimentum impotentiæ, ſeu frigiditatis, de quo videbis latè *dicta ad titulum de frigidis, & maleficiatis.* III. Et ibi, *quod tam proprie iuramento*, applica *dicta infrà in cap. cum nobis* 28. *de teſtibus.* Videbis etiam *d. in cap præterea* 27. *de teſtibus, & in cap. litteris de Præſumptionibus:* vbi quibus carnalis copula probetur. Et *in cap. quia iudicante de præſcript.* vbi de agri menſoribus, & eorum petitiâ. Hîc applica quæ dico infrà *in cap.*11. *&* 12. *de negatiua probanda, & in cap.*5. *de Teſtib. q.*4. *à n.*1.

QVÆSTIO I.

Quare potius credatur vxori iuranti ſe non eſſe cognitam à viro, cùm potiùs ſit credendum ipſi viro contrarium iuranti.

SVMMARIVM.

1 Cap. ſi quis acceperit 33. quæſt.1. cap. cum continebatur de diſpenſatione impuberum, & à n.2. & 8.
2 *Obſtetricum teſtimonium ſæpè fallibile eſt, expenditur, n* 9. *&* 10.
3 *Vxori quæ iurat ſe non eſſe cognitam à viro ſi habent pro ſe matronarum dictum magis creditur quam viro aſſerenti contrarium: Et quando viro magis credatur? n.*8. 9. 10.
4 *Virginitatis nequit dari certa, & indubitata probatio*

batio: Virginitas eſt qualitas naturaliter inſita, *n.7. & probatur*, *n.11. 12. & 13.*

5 *Peritis in arte credendum eſt.*

6 *Matronis duabus aſſerentibus pro virginitate magis creditur, quàm alys duabus deponentibus contra virginitatem.*

8 *Matronarum declarationi creditur, donec contrarium probetur.*

9 *Matronæ & cæteri in arte periti non deponunt, de his quæ perceperunt ſenſu corporeo, ſed tantùm de his, quæ intelligunt ſecundum artis peritiam.*

10 *Copula quibus modis probetur per virum aut matronas*, *n.11.*

11 *Viduam non eſſe cognitam à viro probatur teſtimonio medicorum.*

12 *Matronæ vt deponant ſuper virginitate quid faciunt, & quid vt deponant de prægnatione*, *n.13.*

13 L.1. §. mittantur autem, ff. de ventre inſpiciendo.

14 *Medici quando aſpiciant, vt deponant ſuper virginitate.*

1 DVbitationem monet; nam viro iuranti ſe cognouiſſe vxorem, maior fides adhibeatur, quam vxori cũ iuramẽto neganti, eo quod maritus id iurans deponit de affirmatiuâ, & ſuppoſitâ cohabitatione, magis verò ſimilis eſt eius probatio, quàm ea, quæ fit proprio vxoris iuramento Iuxta doctrinam textûs *in cap. ſi quis acceperit 33. q. 1. cap cum continebatur de diſpenſatione impuberum.* Quòd ſi reſpondeas dicendo hæc iura eſſe intelligenda, quando teſtimonium vxoris non habet obſtetricum ſeu matronarum adminiculum, quemadmodum contingit in præ-
2 ſenti. † Tunc ſic argumentor: teſtimonium obſtetricum incertum, & ſæpè fallibile eſt, quia illarum manus & oculus ſæpè falluntur, *cap. neque aliquam 27. q. 1. cap. cauſam infra hoc tit cap fin. de frigidis, & maleficiatis*: ergo cum carnalis copula per conueniens teſtimonium de viſu queat probari, iuxta textum, *in cap. præterea 27. de teſtibus*, *l.3. §.1.* ſequitur vt quemadmodum iuramentum vxoris non præualeat iuramento viri; ita nec præualebit ſi adminiculetur obſtetricum dicto, eo quòd earum dicto credi non debeat ex dictis; vel ſi dicto harum matronarum plena adhiberetur fides, ad quid in textu noſtro præſtitum fuit ab vxore iuramentum, cum tunc iam obſter regula textus, *in cap. huius tituli.*

3 Vt ergo ſententiam huius textus percipias: aduertes quòd ſi pro vxore cum iuramento virginitatem aſſerente concurrant depoſitiones matronarum iuratæ; tunc viro aſſerenti ſe carnaliter cognouiſſe mulierem, non eſt credendum. Quia in omnibus forenſibus actionibus plenior probatio præferenda eſt, cúmque in textu noſtro plenior probatio ſtet ex parte mulieris confirmatâ depoſitione matronarum, & ex parte viri ſit ſola eius depoſitio cum iuramento; quid mirum vt potius in caſu, de quo no-
4 ſter textus loquitur credatur potius vxori. † Et confirmatur quia, cum in virginitate non poſſit dari certa, & indubitata probatio, dum corruptam vel virginem eſſe mulierem, non cadat in ſenſu hominis; ideo euenit; vt credatur viro ſimiliori probationi. Ex regulâ text. *in cap. licet cauſam*, verſic. *quamquam hoc tit. cap. in noſtrâ 32. de Teſtibus*, *l. ob carmen*, *§. fin. ff. eodem.*

Cum ergo matronæ in textu noſtro aſſeuerent mulierem hanc per aſpectum corporis Virginem eſſe, & iure noſtro conſtitutum ſit, vt peritis in arte ſuâ plene credatur, iuxta textum, *in l. 1. ff. de ventre inſpiciendo*, *l. ſeptimo menſe*, *ff. de ſtatu hominum*, *l. ſemel de re militari lib. 1. cap. fraternitatis de frigidis*, *cap. ſignificaſti de homicidio*, *cap. quia iudicante de præſcript.* & hæc probatio, quæ fit per aſpectum corporis fortior ſit, *cap. teſtis 3. q. 9.* meritò pro muliere probante reſponſum fuit in textu noſtro. 5

Sequitur vt ſi duæ obſtetrices deponant mulierem eſſe corruptam, & duæ autem dicant Virginem eſſe, magis credatur de virginitate aſſerentibus; quia habent pro ſe præſumptionem naturalem, cum deponant de re veriſimiliori. Eſt enim virginitas qualitas naturaliter inſita, ob idque ſufficiat alleganti certitudo, quæ oritur ex præſumptione naturali: ergo cum in ſpecie noſtrâ in contrarium non ſtet probatio liquidiſſima, & ex parte mulieris adſit eius depoſitio iurata, & in ſimul matronarum dictum ſequitur diſcedendum non eſſe à ſuâ verâ deciſione. Iuxta doctrinam textus, *in cap. præterea de Teſtibus. d. l. ob carmen §. ſi teſtes, ff. eod.* Curtius *de Teſtibus concluſ.* 19. & 32. Parianus *de Probationibus, lib. 1. cap.* 50. Socinus *in cap. 1. num 6. de adult.* Maſcardus *de Probat. concluſ.* 1412. Couar. *in 4. p. 2. cap. 3. §. 1. n. 14.* Balboa, & Graña hîc. 6

Imò ex dictis poteſt etiam dici ſoli aſſertioni vxoris iuratæ magis credendum fuiſſe, quàm aſſertioni viri, etiam cum iuramento latæ. Quare vt primum argumentum diſſoluam, exiſtimo ſententiam illorum iurium locum ſibi vindicare; nempè quando non ſtatim vxor reclamaueric, ſed tacuerit: quia tunc iuranti viro ſe carnaliter illam cognouiſſe, magis credendum eſt. Ex textu *in cap. 1. de frigidis, & malefic. d. cap. ſi quis acceperit* 33. *q. 1.* Ita Balboa *hic n. 7.* & intelligendus *n. 9.* cum Gloſſa *fin.* hic Butrio *n* 10. Panormitano 1. Imola 4 Barbatia 14. Decio 3. Vide quæ cum multis tradit ad explicationem textûs noſtri Sanchez *de Matrimon. lib. 7. diſput.* 109. & præterea, quæ adducit ad materiam, & de matronis, & peritis in arte Barboſa *hîc à num. 1.* de quibus ſub quæſtionibus ſequentibus videbis pro explicatione prædictorum iurium eundem Barboſam *hîc tom. 6. in additionib.* vbi dicit ea iura procedere, quando contra mariti iuramentum ſolum proponitur vxoris depoſitio; textum verò noſtrum quando vxoris iuramentum adiuuatur cum dicto matronarum. 7

Quare vt iam ſecunda difficultas ſoluatur dico, quòd & ſi matronarum dictum falli queat, ſed non ſemper matronæ falluntur, ob idque earum declarationi ſtandum eſſe, donec de veritate in contrarium conſtet; Ita Balboa *hîc n 13.* ſed tunc obſtat ea conſideratio. Quia ſi marito aſſerenti ſe vxorem cognouiſſe creditur, etiamſi vxor dicat ſe ab eo nondum cognitam eſſe, quando nullum adeſt matronarum teſtimonium: ergo illud prouenit ex eo: nam iuramento viri plenè creditur, cui accedit regula textûs *in d. cap. literis de præſumptionibus*; Igitur, & hoc idem procedet, etiamſi teſtimonium matronarum adhæreat aſſertioni vxoris, quæ falli poſſunt, & econtrà ex parte viri probatum ſit, tàm eius iuramento, quàm ex præſumptione iuridicâ ex *d. cap. litteris.* 8

Sed prædicto dubio occurritur dicendo, quòd licet 9

licet Matronæ, & cæteri in arte periti non deponant de his, quæ perceperunt ſenſu corporeo: tamen deponunt de his, quæ intelligunt ſecundum peritiam ſuæ artis: & ita veluti teſtes iurare tenentur *ex cap. fraternitatis de frigidis, & maleficiatis*; licet propriè teſtes non ſint. Quia non iurant de veritate., ſed de credulitate, iuxta peritiam ſuæ artis ex *d. l. 1. §. pragnantem, ff. de ventre inſpiciendo*, & ſic fit, vt licet vir proprio iuramento affirmet ſe vxorem carnaliter cognouiſſe, & eius dictum in ſimul corroboretur iuris præſumptiuâ diſpoſitione, *ex d. cap. litteris de præſumptionibus.* Tamen quia pro parte vxoris ſit alia maior probatio, quæ quaſi concludens eſt, eo quòd ex aſpectu Matronarum pro virginitate fiat declaratio; ſequitur, vt deciſio text. noſtri ſit libera ab omni impugnatione.

10 Vnde infero quòd, & ſi copula per virum poſſit probari: tamen non ſequitur inde vt alij probationum modi non admittantur, cum multi ſint iuxta regulam text. *in d. cap. præterea de teſtibus*, & *in d. cap. literis de præſcript.* hoc eſt per Matronarum inſpectionem, quæ quamuis aliquando fallantur, non tamen ſemper, & quamuis certam ſcientiam non habeant. Tamen propter artis peritiam poterunt præſumptionem deducere, quibus creditur cum nullâ alia probatio reperiri poſſit, Maſcardus *de Probat. concl.* 432.

11 Graña *hic n.* 4. † Itaque poterunt etiam deponere, vt in text. noſtro virum vxorem non cognouiſſe cum de facili virginitas queat probari ex dictis; imò etiam contra Baldi opinionem *hic num.* 5. teneo reſpectu mulieris viduæ poſſe conſtare de impotentiâ viri teſtimonio medicorum de illâ deponentium per corporis inſpectionem, vt ſentit Balboa *hic n.* 16. de quo latè dicam, *ad titulum de frigidis, & maleficiatis.*

12 Sed objicias dicēdo, quod vt Matronæ de virginitate mulieris legitimè deponant, non ſatis eſt, vt verenda oculis perſpiciant ſed vlterius neceſſum eſſe, vt ſagaciter per tactum deponant ex regula textus, *in d. cap. cauſam* 14. *hoc titulo*, quia ſæpè mulieres corruptæ ſigillum virginitatis variis modis effingunt, de quibus Bayrus *de medendis humani corporis morbis lib.* 5. *cap. fin.* Tamen credo Matronas ſufficienter reddere cauſam, ſi dicunt puellam eſſe virginem; quia partes fœminæ in quibus virginitas deprehenditur inſpexerunt. Vt indicant verba text. noſtri ibi, *teſtimonio mulierum probauit qui per aſpectum eam eſſe virginem aſſeuerant*, vt notat Panormitanus *n.* 2. Bald. *n.* 2. Balb *hic n.* 32. & 34. vbi dicit deſiderari vltrà, vt deponant dicendo ſe ſufficienter partes tetigiſſe, Graña *hic n* 5. cum Hoſtienſe *in d. cap.* 14. *n.* 4. & *in cap.* 1. *de frigidis, & maleficiatis, num.* 4. Patianus *de Probationib. lib.* 1. *cap.* 1. *num* 17.

13 Nec his obſtat textus, *in d. l.* 1. *§. mittantur autem, ff. de ventre inſpiciendo*, vbi cauetur, ne inuitâ muliere Obſtetrices tāgant eius ventrem. Nam procedit quando tactus neceſſarius non eſt, vt contingit in prægnatione, quæ ſolâ ventris inſpectione cognoſcitur, quod non eſt ita in declaranda virginitate, in quâ ſimul vtrumque deſideratur, viſus & tactus, vbi non adeſt periculum prolis ſicut in prægnatione. Ita Albericus *in l* 2. verſic. *pro hoc, ff. de tractatu hominum*, Butrius *in d. cap. num.* 18. Ancharranus *n.* 3. *notab.* Aretin. *conſ.* 242. *dub.* 4. *n* 20. Greg. *in l.* 5. *tit.* 8. *p.* 4. in verbo, *Mugeres.* Benè Sanchez *de matrimonio, libro* 7. *diſputat.* 113. *num.* 10. *in fine.*

Vnum tamen notabis, quòd etſi regulariter ex textu noſtro, & *in d. cap. cauſam* 14. *hoc tit.* honeſtatis gratia ad inſpiciendam mulierem matronæ adhibendæ ſint: tamen quando agitur de qualitate, quæ altiorem peritiam requirit, ne pereat probationis facultas, & adſit periculum diſſoluendi matrimonium, aut illud conſeruandi cum diſpendio ſalutis; tunc etiam adhibendi erunt medici periti, ad inſpiciendam fœminam; quia tunc grauitas negotij huius præponderabit naturali honeſtati; ſicut etiam fœmina à Medicis inſpicitur, quoties viget morbi neceſſitas, & notatur, *in cap. ex litteris de frigidis, & maleficiatis, & in cap. fraternitatis eod.* Decius *hic n.* 3. dicens ſic obſeruatum cum filia Ducis Parmæ, Patianus *de Probat. lib.* 2. *cap.* 2. *n* 33. & 34. cum aliis Balboa *n.* 45. & benè cum aliis ſcribit Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *diſput.* 113. *n.* 21. & Franciſcus de Aretino *conſ* 141. *dub.* 4. *n.* 5. verſic *Venio nunc ad quartum* vbi refert id effectum fuiſſe, cum Dorothea filia, Ludouici Marchionis Mantuæ. 14

QVÆSTIO II.

Matronæ, & Obſtetrices, & quilibet alij in arte periti, quales eſſe debeant, vt de virginitate deponant mulieris, & de aliis quibuſlibet.

SVMMARIVM.

1 *Matronæ, & alij in arte periti quales.*
2 *Exceptio, quæ alios excludit extenditur ad Matronas, & peritos.*
3 *Nobilitas non prærequiritur in Matronis.*
4 *Obſtetrices veniunt nomine medicorum, & peritorum.*
5 *Matronæ quot neceſſaria ſunt, vt de virginitate deponant.*
6 *Textus noſter expenditur.*
7 L. 1. §. omnes. ff de ventre inſpiciendo.
8 *Peritus in arte vnus regulariter non facit fidem fallit, n.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.
11 *Doctoris vnius egregij conſilium ſeu ſcriptum, excuſat motores litium, & à ſolutione expenſarum.*
12 *Perito adhibito, vt teſtis nō creditur, n.* 24 & 25.
14 *Corruptæ ſæpè virginitatis ſigillum effingunt.*
20 L. 1. §. fin. ff. de verborum oblig. auth. de non alienando, §. quod autem col. 2. num. 31.
21 *Interpres, in quo differat à teſte.*
22 *Peritus vnus electus, à partibus vel ſi ex publico deputatus eſt facit fidem, n.* 23.
24 *Medicus vnus in quo credatur.*
25 *Notario ſoli, num creditur, vt interpreti.*
26 *Actuario Actorum, an vt interpreti credatur.*
27 *Periti ad comparationem litterarum adhibiti, duo requiruntur.*
28 *Iudici licet peritiſſimo non creditur de geſtis, & actis coram eo, n.* 30.
29 *Libellus oblatus contra ruſticum Latino ſermone valet, ſtante intelligentiâ ſui patroni.*
31 *Æſtimator vnus pro Eccleſia ſufficit.*
32 *Peritorum taxatus numerus debet adhiberi.*

Eſt

1 ESt ergo dicendum quod Matronæ debent
eſſe artis peritæ, honeſtæ, ac bonæ famæ,
non leues, aut viles, ne modico pretio ſuborna-
tæ falſo deponant, quod idem eſt de aliis artis
peritis, iuxta eam peritiam depoſituris, *cap. pe-
nult. hoc tit.* ibi, *honeſtas Matronas prouidas, ac
prudentes deputare curatis, & in cap. fraternitatis
de frigidis*, ſtatim in principio ibi *prouidas & ho-
neſtas*, vbi Innocentius explicat prouidas, id eſt
peritas, & *in cap. fin. eodem*, ibi, *à Matronis
bonæ opinionis fide dignis*, & *ex l. Magiſtros ſtudio-
rum, C. de Profeſſor. lib. 10.* † Quare docet San-
2 chez *lib. 7. de Matrimonio diſput. 113. n. 1.* Vt om-
nis exceptio, quæ alios teſtes excludit, ac eo-
rum fidem eneruat, excludet quoque has Ma-
tronas, vti conſtat ex *d. cap. penult.* vbi admit-
tũtur exceptiones, quas vir oppoſuit contra Ma-
tronas, & in tantum eſſe verum, vt minimè hæ
Matronæ admittantur, etiam ſi ſint nobiles, &
peritæ; ſi tamen deſtitutæ ſint prudentiâ, aut
morum honeſtate, docent Baldus *in d cap penult.
in fine*, & ibi Felinus, quia meliores ſunt boni
mores, quàm, nobilitas, tradit Gratianus *diſ-
cept. forens, cap 535. n. 50.* cum in hoc adſit ſpe-
cialis ratio indecentiæ, quòd mulier, quæ ſe
aſſerit virginem inſpiciatur per mulieres inho-
neſtas, licet peritas, quamuis eſſent nobiles
origine.

3 Imò licet Alexander de Neuo *in cap. fin. de fri-
gidis n. 9.* referat quemdam cauſidicum dixiſſe
Matronas, & Obſtetrices debere eſſe nobiles per
Gloſſam *cap. nec aliquam*, verbo *obſtetricum 27.
quæſt. 1.* Tamen ipſe iure optimo recedit à tali
ſententia, ibi *n. 10.* eo quod nullo iure nobilitas
in Matronis petatur, vt conſtat ex iam relatis
iuribus. Et quia fortè nullæ Matronæ teſtifica-
tioni huic idoneæ reperirentur, cum inſpectio
hæc obſtetricum ſit, & hoc munus nobiles de-
deceat, ſiquidem rariſſimè Matronæ nobiles in-
uenirentur, nec aliud Gloſſa relata docet, quam
explicat Sanchez *vbi ſuprà n. 3.* docens cum eo-
dem Alexandro de Neuo, vt ſi duæ Obſtetrices
diuerſæ contraria atteſtatentur, potius tunc ha-
bendam fidem nobilioribus, ſi cætera ſint pa-
ria eo quòd non ita ſubornantur, ac peierant.

4 Et cum periti dicantur qui in arte ſuâ ſe benè
gerunt, vt docet Bartolus *in l. 1. C. de Athletis,
lib. 11.* Felinus *hic col. 4. in princip. n. 8.* verſic. *&
ſcias*, Gratianus *vbi ſuprà n. 53.* ideo Obſtetrices
veniunt numero Medicorum & peritorum, &
ſunt eiuſdem pretij, & authoritatis, Alexander
conſ 1. viſo proceſſu Inquiſitionis in fine, n. 11. lib. 1.
Tiraquellus *de nobilitate cap. 31. num. 414.* Gra-
tianus *d. cap. 235. n. 65.*

5 Et ſi dubites quot Matronæ ſunt neceſſariæ,
vt de virginitate deponant, dico duas ſufficere,
& idem procedere in aliis artis peritis: ex do-
ctrinâ textus, *in cap. in omni negotio de teſtibus*
Nec obſtat text. noſter ibi, *& teſtimonijs illarum
ſeptem mulierum*, nec textus, *in l. 1. §. ſi omnes
vel plures*, verbo *mittantur autem mulieres*, juncta
Gloſſa ibi verbo *quinque ff. de ventre inſpiciendo*,
vbi ſi ſuſpicio eſt contra mulierem prægnantem,
deſiderantur quinque Obſtetrices: quia reſpon-
deo, quòd licet depoſitio circa probandam vir-
ginitatem ſit res grauis, & difficilis cognitionis
ac multis fraudibus ſubiecta, & ob id ſeptem
Obſtetrices deſiderari ſentiant aliqui, cæte-
rum verius eſt ſufficere duas, vel tres Obſtetri-
6 ces. † Et licet text. noſter fecisset mentionem
de ſeptem Obſtetricibus; non tamen neceſſa-
tiæ fuerunt, & tantum narrat factum, ſed poſi-
tas fuiſſe ad maiorem cautelam. † Et *in d. l. 1.* 7
ita deciſum fuit, eo quòd fœmina ſe ingeſſit di-
cens eſſe prægnantem, & quia tunc redditur ſuſ-
pecta in hæredum præiudicium, ideo quinque
Obſtetrices depoſuerunt. Verùm quando ipſa
non ſe ingeſſit, ſed negabat, tres ſufficerunt, vt
notat Gloſſa *in d. l. 1.* verbo *quinque*, ſequitur
Baldus *hic n. 4.* verſic. *item quia*, Gloſſa *in cap nec
aliqua*, verbo *Obſtetricum 27. q. 1*, Sanchez *de
Matrimonio lib. 7. p. 109. n. 8.* vbi addit, *in d. l. 1.*
id deciſum eſſe in eo caſu ſpeciali; tamen in no-
ſtro caſu nullam talem deciſionem ſpecialem re-
periri; idem cum aliis ab eo relatis, *dicta diſpu-
tat 113. num. 16.*

Imò & licet regulariter teſtimonium vnius 8
artis periti, aut Matronæ, non ſufficiat, vt con-
ſtat ex dictis & hoc verum eſſe doceat, quando
res eſt ardua. Sanchez *in d. diſput. 113. num. 17.*
& in iudicialibus non credatur quantumuis pe-
rito, ſi ſolus ſit, *l. lex, quæ C. de adminiſtratione
tutorum, l. hac 5 l. 1. §. his illud Cod. de ſecundis
nuptiis*, Gratianus *diſcept. forenſ. d. c. 535. n. 29.
& 37.* dicens hoc procedere, quamuis talis pe-
ritus eſſet maximæ dignitatis, & excellentis pe-
ritiæ per textum, *in d. cap. licet vniuerſis de Te-
ſtibus, l. iuris iurandi, C. de Teſtibus*, Abbas *hic
n. 5.* Ideo addit Sanchez nullo modo ſtandum
eſſe vnius teſtimonio, quamuis vnicus artis ſit
in eo oppido, ſed conuocandum eſſe alium ex
vicino loco. † Tamen idem Gratianus *ſuprà* 9
num. 44. cum Bartolo *in d. l. 1. in fine, in principio,
ff. de ventre inſpiciendo*, & aliis hoc limitat, quan-
do duo commodè periti haberi non poſſint, &
tradit alia ibi *num 45.* cum D. D. ab eo relatis,
qui *num. 37.* in verſic. *quamuis*, refert plures do-
ctores, quòd aſſertio vnius peritiſſimi ſufficit,
Decius *hic num. 5.*

Itaque in extraiudicialibus præſtatur fides ho- 10
mini quamuis vni, *§. fin. in Authent.* vt præpo-
nant *nom. imper. cap. talia 8. q. 3.* & in eis boni
viri authoritas iuſtam habet credulitatis excuſa-
tionem Gloſſa *l. Titio fundus, ff. de condit. & de-
monſtrat.* † Et ſi quia egregij Doctoris conſi- 11
lium ſequitur, inſtructos mouet litem, nec te-
meritatis notam ſubibit. Bartol. *in l bonorum, ff. de
bonorum poſſeſſione*, Abbas *in cap. calumniam de
pœnis*, cum declarationibus, de quibus per Ti-
raquellum *de pœnis tempor. cauſ. 51.* Gratianus *d.
cap. 235. n. 31.* vbi *n. 54.* addit conſilium Docto-
ris notabilis excuſare ab expenſis, quando cum
ſcientia concurrit etiam integritas conſcientiæ.
Et defunctis authoribus, quorum ſcripta fue-
runt approbata ſtudioſorum conſenſu, vt de
Hippocrate & Ariſtotele dicitur, tales enim
quamuis ſoli in arte ſuâ fidem faciunt, *l. ſeptimo
menſe, ff. de ſtatu hominum, in ſpecie*, notat Al-
ciatus *in l. 1. §. eadem n. 19.* & ibi Ruinus *in fine*,
verſic. *retenta tamen, ff. de verb. oblig.*

Item etiam ſi periti non adhibentur, vt teſtes, 12
ſed vt inſtructores, & declaratores. Tunc vnus
ſufficiet, qui ſolus reperitur in loco, nec opus
erit loca vicina perquirere Socinus *in Reg. 16.*
incipit *perito in arte*, verſic. *ſecundo fallit*, idem
in l. 1. § eadem n. 12. & 13. de verb obligat. Tamen
ſi adhibentur tanquam teſtes non ſufficere
vnum, ſed debere eſſe plures, cum agitur de
alterius graui præiudicio, adnotant Doctores,
*in cap. præterea de reſtitutione in integrum, & in
cap.*

*cap.Præſul.*2 *q.*5.*c.conſtitutus de fideiuſſorib.*Abbas
*hic n.*5.*&* 6.& Aretin.*hic,& in d l.*1.*§.eadem n.*40.
13 Quare quoties agitur de crimine graui, vt de-
bita hominis, ſeu vulnere mortali:tunc ſunt ad-
hibendi plures periti, ſi in loco reperirentur,
aliàs recurritur ad loca vicina, quia in iſtis ar-
duis, debent eſſe probationes luce meridianâ
clariores, maximè in caſu, vbi periti deponunt
de credulitate,non de ſcientiâ,Socin.*Reg.*16.vbi
*ſup.*Grat.*d.c.*255.*n.*57. qui reddit rationem, quia
non debet ſubſtrahi parti facultas probandi ali-
quid certius, licet alia probatio inueniri poſſit
ſuâ naturâ ſufficiens, præſertim quando talia
probatio de ſui naturâ eſt fallax, qualis eſt vir-
ginitatis probatio, iuxta *dicta ſuprà q.*1. tradit
Sanchez *d. lib.*7.*diſputat.*113.*n.*10 dicens quòd
quia hæc res, eſt difficillimæ probationis, de-
bet omnia diligentia adhiberi, ne fœminarum
14 fraudibus detur locus. † Quia ſæpè corruptæ
virginitatis ſigillum effingunt variis vtentes, ad
id medicamentis, & quia ſigna virginitatis co-
gnoſcendæ, quæ Matronæ habent fallacia ſunt,
vt benè probat Fragoſus *in ſuâ Chirurgiâ Vniuerſ.*
*tract.*2. *de las declaraciones tit. para conocer la vir-
ginidad en la muger*; de quibus infra.
15 Et ſic fit vt regulariter in re graui,& negotiis
arduis,ſint adhibēdi duo periti,licet in loco non
ſit niſi vnus, cum ex locis propinquis debeat
alius vocari, Abbas *hic d.n.*5. Gratianus *d. c.*155.
*diſcept. forenſ n.*59. Quare licet Alexander *in
d. l.*1. *§.eadem*, *col.*2. verſic. *Non tamen per hoc
credo*, contrarium ſequatur,& de communi opi-
nione Felin *hic col* 4. verſic. *& volendo*, Decius
*col.*4 & alij relati à Gratian. *ſuprà d n.*59. verſic.
nec obſtat, & relati à Sanchez *d. diſputat.*113.
*n.*17. per textum, *in d. l.*1. *§.fin. ff. de Verborum
obligationibus*; ibi *vterque alterius linguam intelli-
gas, ſiue per ſe, ſiue vnum interpretem*, & in *Auth.
de non alienando*, *§. quod autem col.*2. vbi diſpo-
nitur pro æſtimando rei valore adhibendos duos
artis peritos, ſi in ciuitate reperiantur, aliàs ſa-
tis eſſe vnum. Tamen ſtante grauitate cauſæ,
non eſt recedendum à priori ſententiâ, quæ ma-
gis vera eſt, vt teſtatur Mandoſius *ad Romanum
conſ.*50. in verbo *dictum*, Zaſius *in d. l.*1. *§ eadem
in fine*, *n.*9. Gratian. *ſup n.*60.vbi dicit hanc opi-
nionem habere magnam authoritatem in praxi,
quidquid in puncto iuris aliter poſſet defendi.
16 Verùm Alexandri ſententia poſſet defendi
quando oporteret conducere alterum Peritum
ex loco multùm remoto, maximè ſi ille præ-
ſens valde peritus eſſet: nam eo in caſu ſolùm
ſufficere tradit Gratianus *ſuprà num.*61. ex Felin.
*hic num.*7. quia regula, quæ docet, vt plures ad-
hibeantur periti intelligitur, ſi commodè fieri
poſſit, aliàs enim ad hoc Iudicem non arctari
addit ad Felinum *d. n.*7. verbo *in loco ad finem.*
17 Vnde licet ille, qui ignorans eſt debeat plu-
res conſulere peritiores, Baldus *in l. Iuris igno-
rantia* 6. *q* 2. & ibi *additionat.* in verbo *pluribus
Cod. qui admittit.* Tamen hoc intelligatur quan-
do adſunt plures in loco prout declarat Decius
*hic col.*5. *poſt principium*, verſic. *& ſecundum*, poſt
Romanum, & alios declarat Gratianus *diſcept.
forenſ. dicto cap.*255. *num.*48. dicens vni perito
ſtandum propter neceſſitatem cauſæ, ſiue loci,
in quo non adſit, niſi vnus quando eſſet perſona
honeſta, vt declarat Baldus *in l. directus* 14. *Cod.
de teſtam. Manumiſ.* prout regulariter debet eli-
gi vnus ex multis excellens, qui non ſolùm pe-
ritiâ, ſed etiam integritate plurimùm valeat,
Menochius *de adipiſcenda,remedio* 5.*n.*162. Abbas
in cap.cauſam 14.*hoc tit.col.*1.*in fine*, in verbo, *ho-
neſtas, prouidas, & prudentes*, per textum *in l Ma-
giſtros ſtudiorum*, *Cod.de profeſſor.& Med. lib.*10.
quæ declaratio in extrajudicialibus mihi admo-
dum vera videtur ex iam dictis.
Item etiam vbi alia præſumptio concurrit 18
cum dicto vnius periti: tunc vnum ſolùm ſuffi-
cere docet Decius *hic col.* 5. *ad medium*, verſic.*&
quando*,*n.*11.Baldus *conſ.*156.*aliàs* 302. *proponitur
quòd Titius in fine*, *num.*5. verſ. *& dico*, *lib.*2. idcò
quamuis non credatur vni obſtetrici dicenti mu-
lierem eſſe prægnantem, cùm duo requirantur,
*d.l.*1.*ff.de ventre inſpiciendo*:tamen vna ſufficiet ſi
mulier dicat ſe eſſe grauidam; dummodo illa
vna non ſe ingerat, quia tunc ſe redderet ſuſ-
pectam, & ſola non faceret fidem. Maſcardus *de
probationibus*, *concluſ.*1108.*in fine*, *num.*12.*& con-
cluſ.*1115.*n.*6. Speculator *de teſtibus*:*§ reſtat*, *de n.*
verſic.*item obſtetrices.*
Quibus addo quod ſi agatur de re parui præ- 19
iudicij, & vbi opus non eſſet induſtria magna:
tunc ſufficiet vnus peritus, quamuis in loco
plures reperirentur quaſi tunc multi debeant ad-
hiberi, quando tractatur de re grauis præiudi-
cij; quia ex natura negotij non ita de facili
res percipitur per vnum, ſicut per plures So-
cinus *dicta Reg.*16. verſic. *primo fallit*, per tex-
tum, *in cap quia iudicante de præſcript.* Innocen-
tius, & Abbas *hic col.*3.*ad medium num.*6. verſic.
aut non agatur, Aretinus *in dict. l.*1. *§.eadem*, *ff. de
verb. ad medium* verſic. *ſecundo caſu*, *n.*4. Gratian.
ſupra n 66. & annuit Sanchez *ſup. n.*17.
Vnde non obſtant iura, *in d. l.*1. *§ fin. ff. de* 20
verb. obligat. & in dicta Auth. de alienando, qui-
bus aliqui docent etiam in causâ arduâ ſufficere
vnicum tantùm peritum, inter quos Felinus
*hic num.*7. in verſic. *fallit tertio*, Decius *num.*18.
in nouâ editione, Maſcardus *de Probationib. con-
cluſ.*1174. *num.*25.Parianus *de Probationibus lib.*1.
*cap.*47. *num.*36. cum duobus ſequentibus. † Sed 21
reſpondeo ad textum, *in dicta l.*1. *§ fin.* cum
Ioanne Garcia *de expenſis cap.*24. *num.*24. inter-
pretem, de quo ibi longè diſtare à teſte,quòd hic
ab vno contra alium ſumatur, ille verò ex con-
ſenſu vtriuſque,ſicut arbiter, aut arbitrator; ſe-
quitur Sanchez *d. lib.*7. *de Matrimonio diſp.*113.
*n.*17. dicens mirum non eſſe, vt ſufficiat vnus
interpres, quando teſtis vnus non ſufficit, & ſi
aliquid textus ille probaret, probaret etiam non
deficientibus aliis artis peritis ſufficere vnum:
nam vnus interpres ſemper ſufficit.
Ex hoc infero quòd dictum vnius periti ſuffi- 22
ceret, ſi eligeretur à partibus,ita tamen, vt reſ-
pectu illius,qui adhibet peritum,ſeu interpretem
habeatur ſolùm fides contra ipſum; non autem
aduerſus alium. Alexand.*in d.l.*1.*§.eadem col.*1.*in
fine*, *& col.*2.*ante medium*, verſic. *vel & tertiò reſ-
pondeo n.*3. *in fin.* Aretinus ibi *col.*2.*in princ.* verſic.
*fallit in duob.*Maſcardus *concl.*1169.*n.*59.cum aliis
Gratianus *d. cap.*255 *n.*71.
Et ſimiliter ſtabitur dicto vnius periti, ſi 23
eſſet à publico deputatus, vt docent Decius *hic
col* 5 *ad medium*, verſic. *fallit primò*, & verſic.
*fallit ſecundò n.*7. Alex *vbi ſup col.*1. *in fine*, verſic.
& eſt communis, Maſcardus *ſup.* cum aliis Gra-
tianus *vbi ſuprà n.*67. vbi *n.*68.id declarat proce-
dere, dummodo ad id principaliter conſtitutus
ſit: nam aliàs ſolus non probabit:quia non ſuf-

ficit quem publiee electum eſſe, niſi etiam ad
illud negotium, ad hoe, vt illius tantùm dicto
ſtatur, Alciat. *in d. l.2. § eadem n.18.* verſic. *quod*
24 *procedit.* † Vbi ex hoc etiam ſubdit non eſſe ere-
dendum teſtimonio ſolius Medici, vt tyro tan-
quam eger poſſit impetrare cauſariam miſſio-
nem, eum Medici à Principe deputentur, vt cu-
rent milites, non vt teſtificentur, *l.1. & fin. C. de*
profeſſ. & Medic. lib.10. Zaſius *in d. §. eadem n.9.*
verſic. *quod ſi partes non conſentiant*, ex eo quia
officiali ereditur in his, quæ ſpectant, ad ſuum
officium, *cap.1. de fide inſtrumentorum*, Gratian·
ſuprà num.70. vbi dieit ita proeedere titulum, *ſi*
menſor falſum modum dixerit.

25 Et ſic fit, vt ſi tales periti, adhibeantur, vt
teſtes vnus non ſufficiat, vt iam dixi; ſecùs ſi
adhibeantur, vt inſtructores, & declaratores,
ob idque Notario, qui aſſumptus eſt interpres
ad declarandum verba teſtatoris Theutonici,
creditur, quando eſt honeſta perſona, & bonæ
famæ; Romanus *in d. l.1. §. eadem col.3.* verſic.
vlerius extra, ff. de Verbor. oblig. ex adductis per
Cynum *in l. ſi quis decurio, C. de falſis*, Simon de
Pretis *de interpret. vlt. volunt. lib.1. interpreta-*
tione 1. dub 3. ſolutione 2. num.4. † Et ita etiam
26 Notario actutum, ſi ſciat interpretari, ereden-
dum eſſe per textum, *in l. ſi quis Decurio in fine,*
Cod. ad legem Corneliam de falſis, de quo Iaſon
in d. §. eadem num.10. Gratianus cum aliis *ſuprà*
n.42. vbi dicit tutius eſſe contrarium in praxi,
eum alius ſit aſſumendus in quam partes con-
ſentiant, quia Notarius Actorum non poteſt
ſubire locum interpretis.

27 Quare quia ad comparationem literarum faeien-
dam, periti adhibentur, tanquam teſtes, ideo duo
erunt neceſſarij, quia vox vnius non ſufficit,
§ quod autem in Authent. *de non alienandis*, Alex.
conſ.148. excellentiſſime Domine col.2. in principio
verſic. *& in ſpecie oſtendo n.6. lib.2. & concluſ.152*
libro 1. Ruinus *conſ.53. num. fin. lib.5.* Bertazolus
conſ. crim 33. num.12. libro 1. Gratianus *diſcept.*
forenſ. d. cap.235. num.28.

28 Vnde etiam infert Iudici credendum non eſſe,
licet peritiſſimo, & interpretari ſcienti, aut quid
ſimile, eum illi durante officio non credatur
de geſtis, & actis eoram eo, *cap quoniam con-*
tra falſam hoc titulo, leg. nec in Arbitris, vbi Bar-
tolus *Cod. de Arbitris*, Iaſon *in dicta, l.1. §. ea-*
dem de verb. obligat. col penult. in principio, verſic.
tertio adde num 43. cum aliis per additionat. ad
Bartolum; Alios refert, & ſequitur Gratianus
diſcept. forenſ. dicto cap.235. à num.48. & proce-
dit ex eo, quia non attenditur intelligentia
Iudicis in his, quæ ſunt facti ſi non poſſet
probari ex actis probatoriis, *cap. 1. de Officio*
Ordinary, leg. illicitas, §. veritas, ff. de Officio
præſidis, ſed requireretur intelligentia aduocati.
29 † Vt dicitur de libello contra Riccium, oblato
Latino ſermone, quòd valet ſtante intelligen-
tiâ ſui patroni, & procuratoris, *l.1. §. edere,*
verſic. *ad eum, ff. de edendo*, Cynus *in Auth. offe-*
30 *ratur, q.5. C. de litis conteſtat.* † Tum etiam:
nam ex quo pendet adhuc Iudicium non vide-
tur quòd Iudex poſſit deponere. Vnde ſi hoe
vellet facere, eſſet remouendus à iudicando,
cap. dilecta de Teſtibus, nullâ habitâ ratione di-
uerſitatis inter caſum, quando tractaretur de
interpretatione, ſeu ſignificatione explicãdarum
litterarum, ſeu quando ageretur de aliâ peritiâ,
aut declaratione, cum in vtroque caſu requiran-
tur duo, ſecundum Alexandr. *conſ.179. col. pe-*
nult. in fine, verſic. *Tamen num.9. libro 2.* Maſ-
cardus *d. concluſ.1169. n.32.*

Nec obſtat iam dicta *Auth. quòd autem col.2.* 31
de non alienando, quæ loquitur, quando Eccle-
ſia vult æſtimationem rei ſuæ noſce vt tradat
eam emphyteuſim. Quare mirum non eſt, vt
decidatur vnicum æſtimatorem ſufficere, aliis
deficientibus; quia non agitur, niſi de Eccleſiæ
inſtructione, vt ſuæ vtilitati conſulat, & acce-
pturo in emphyteuſim incumbit ſibi proſpicere,
& aliunde ſibi conſilium capere, an ſibi ea ex-
pediat æſtimatio. Ita expedit Sanchez *d. libro 7.*
de Matrimonio diſput.113. d. n.17.

Tamen ſi taxatus eſſet numerus peritorum, 32
qui debent adhiberi; tunc enim ſi periti non
ſint in loco vocarentur ex locis vicinio vt nu-
merus impleatur, prout dicitur de Teſtibus,
qui etiam vocantur è locis remotis, quaſi in
illis quoque adſit determinatio, quod duo om-
nino requirantur, cum vnus non ſufficiat, *l. vbi*
numerus, ff. de Teſtibus, dicto cap. licet eodem,
quo pacto intelligitur textus, *in cap. fin. 65.*
diſtinct. & in l.1. Cod. de can. largit. libro 10. leg.
ſi quando Cod. de Teſtibus, cap. conſtituens de fide-
iuſſoribus. Declarat in præſenti Decius *col.2. in*
fine, verſic. *ſecundo reſpondetur num 10.* Gratianus
dicto cap.235. num.62. & faciunt tradita à San-
chez *vbi ſuprà dicto num.17.*

Qvæstio IV.

*An ſi de Matronarum, ſeu aliorum perito-
rum peritiâ, non aliter conſtet, quàm ex
earum Confeſſione in Iudicio factâ ſatis
probetur requiſita peritia qualitas: Et an
opus ſit, vt iurent: Et an parte citatâ:
Et quid poſſint Iudices facere imperito-
rum electione.*

Svmmarivm.

2 *Peritis atteſtantibus de ſuâ peritiâ, qualiter cre-
datur: Et quid de notario, n.2.*

8 *Periti in arte, ſeu Matrona, quando tenean-
tur iurare, tempore quo deponunt, n. 4. 5.
6. & 7.*

9 *Peritorum electio magis ſpectat ad Iudices, quàm
ad partes, n.13.*

10 *Iudex facit, vt periti relatio in actis ponatur.*

12 *Iudex poteſt corrigere dictum teſtis ante ſen-
tentiam.*

13 *Periti electi debent eſſe duo de melioribus loci,
aut terra.*

14 *Periti conducuntur ad Iudicium per viam rela-
tionis, non teſtimony.*

AD primam difficultatis partem, dico cum 1
Franciſco de Aretino *hic n.15. & 16.* & cum
Bald. ab eo citato, reſpondendum eſſe cum diſtin-
ctione; quia ſi ſolâ ipsâ Matrona, vel peritus de-
ponat de qualitate, quæ ſibi debet ineſſe non ſuf-
ficiet; ſecùs ſi habeat aliam conteſtem, quia non
rejicitur teſtimoniũ ſuum, licet de qualitate ſuâ
atteſtetur, cum non videatur atteſtari in causâ
ſuâ, ſed potiùs in partis vtilitatem. Quo pacto
non obſtante quæ dixi, *ſuprà in cap. cum veniſ-
ſent 12. de Iudicys*; imò licet aliqua ſuſpicio
falſitatis ſubſit eo quòd videatur id aſſerere,
vt

vt teſtimonio ſuo fides adhibeatur. Tamen hæc non eſt ſuſpicio probabilis: nam quâ ratione non præſumitur ob iuramentum falſitatis in dicto principali: ita neque in circumſtantiis reſpicientibus caſum vel perſonam: argumento textus, *in leg. doli*, verſiculo *diuerſum, ff. de nauat.* Ita ſequitur Thomas Sanchez
2 *de Matrimonio, libro 7. diſput.* 113. *num.* 4. † Docens, & ſimiliter credi eam qualitatem ineſſe, ſi notarius in inſtrumento, de eâ Deponat, quia ſtatur verbis notarij enunciatiuis, eo quòd de hac qualitate potuerit fieri fides tempore examinationis, ob ea, quæ habentur *in cap. quoniam contra falſam hoc tit.* per DD. *in l. 1. C. de fide inſtrumentorum*, ſequitur Balboa *hîc n* 24.

3 Ad ſecundam difficultatis partem dupliciter ſentiunt Doctores: nam partem negatiuam tenentes eam ſequuntur. Primò ex noſtro textu, vbi fit mentio de iuramento mulieris dicentis ſe non eſſe cognitam, nulla facta mentione de Matronarum iuramento. Et *in leg. 1. ff. de ventre inſpiciendo, paulò poſt principium de ſola ſimplici Obſtetricum aſſertione mētio fit*; vbi Gloſſa, verbo *vel duæ*, ait fortè non exigi iuramentum. Tum etiam, quia licet regulariter vt teſtes non adſtricti iureiurando, minimè fidem faciant; *cap. nuper de Teſtibus, leg. iuriſiurandi, Cod. eodem.* Tamen id fallere in teſtimonio artis peritorum, vt de Obſtetricibus ad ventrem inſpiciendum aſſumptis teſtatur Gloſſa *in dicta l. iuriſiurandi*, verbo *iuriſiurandi*

4 Tamen dicendum eſt iuramentum deſiderari iuxta doctrinam textûs, *in cap. fraternitatis de frigidis & maleficiatis*, ibi *diſtricte illis iniunges ſub periculo animarum*, & ibi *quæ tandem in fide ſua tibi aſſeruere*. Deinde quia non eſt rationi conſonum, vt Matronis, dum in re grauiſſima deponunt, vt abſque iuramento eius adhibeatur fides, & ita de his affirmant Gloſſa *in d. cap. fraternitatis*, verbo *deſtrictè*, vbi Innocent. *ſtatim in principio*; Hoſtienſis *num. 2.* Ioannes Andreas *n. 5. & 23.* Abbas *n. 12.* Ancharran. 4. *notab. 5.* Antonius *n. 27.* Cardinalis 3. Præpoſitus 7. & 8 Butr *in d. l. 1. ff. de ventre inſpiciendo*, Baldus *hîc n. 3.* Antonius Cuchus *lib. 5. Inſtit. Mor tit. 12. num. 264* aliis adductis; Balboa *hîc num. 36.* Sanchez *d. lib. 7. de Matrim. diſput.* 113. *n.* 13. vbi ait hanc doctrinam, etiam intelligi in genere de aliis etiam artis peritis, vt tradunt Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Abbas, Anchar, Alexand. de Neuo *in d. cap. fraternitatis*, Couarr. *lib 2. Variarum cap* 13. *n 4. concl* 4 & multis alij, quos referunt Maſcard. *de Probationib. concl.* 1174. *n* 48. Parianus *de Probat lib. 1. cap. 47. n. 11.* quibus omnibus, & aliis per eos relatis addo Riccium *Collect.* 1144 cum Balb. *in deciſ.* 41 quam notat ad textum cum Gloſſa *in l. comparationes*, in verbo *deponentibus*, *C. de fide inſtrument.*

5 Hoc tamen limitandum eſt, vbi in arte periti aſſumpti ſunt à partibus de communi conſenſu, eo quòd tunc fides eorum à partibus eſt approbata. Ita Sanchez *ſuprà*, cum Pariano *num. 11. d. cap* 47. & cum Couar. & aliis; quos etiam ſequitur Balboa *hîc n. 37.* ſecùs ſi à ſolo Iudice, vel de Iudicis mandato, periti illi electi eſſent: ita relati cum Maſcardo *d. concluſ.* 1174. *num* 51. qui aliis relatis addit, nec teneri hos iurare, quando aſſumpti ſunt à Iudice de conſenſu partium. Et ſimiliter tenebuntur iurare quando legis præcepto periti hi electi eſſent à partibus, ſicut fit quando Iudicis præcepto, quod in neutro euentu liberè eligant, vt ſic videantur fidem eorum approbare, ſed legis, aut Iudicis præcepto coactæ, Sanchez *vbi ſuprà* † Sed Farinac. *de Teſti-* 6
bus, q. 74. à n. 95. poſtquàm pro vtraque parte retulit opiniones ait *à n. 99.* indiſtinctè nō admitti peritorum relationem ſine iuramento, ſed circa modum iurandi eſſe differentiam, quia ſi deponunt ſuper re perceptibili non ſolum Iudicio intellectus, ſed etiam ſenſu corporeo: tunc teneantur iurare de veritate dicenda, vt in Arithmeticis, & agri menſoribus. Si verò deponunt, non de re perceptibili ſenſu corporeo; ſed iudicio intellectûs, tunc debeant præſtare iuramentum non veritatis, ſed credulitatis, ita diſtinguendo concordat contraria, Angelus *in l iuriſiurand. n. 3. Cod. de Teſtibus*, Iaſon *in leg admonendi, ff. de iureiurando in 1. lect. n. 137.* ibi Ripa *num* 196. & leges quæ conſiderat Couar. *lib. 2. var. cap.* 13. *num.* 3. verſic. *tertia concluſio*, & videbis quæ dico infra *in cap. 5. de Teſtib q. 4. à n. 1.*

Sed quamuis quādo communi vtriuſque partis 7
conſenſu periti electi ſunt, non teneantur iurare (vt iam dixi;) at vero id nullatenus admittendum eſſe videtur in Matronis de communi partium conſenſu electis, ad explorandam vxoris virginitatem ad diſſoluēdum Matrimonium; quòd cum nequeant coniuges in hac re cedere iuri ſuo, cum agatur de re tam graui, & vbi ſubeſt maximum peccati periculum nihil confert conſenſus, ac approbatio partium, ne Iudex ex officio ſufficientiſſimam, ac ſuperabundantem probationem exigere teneatur, vt ſuæ conſcientiæ ſatisfaciat eo, vel maximè quòd in cauſa coniugali multa ex officio Iudex ſuppleat, vt infra dicam. Tenet hîc Balb. *n. 37.* cum Cardin. *in c. fin. de frigidis, n. 1.* in verſ. *nota*, & ante eū Sanch. *ſup. d n. 13. in fin.* cum ergo periti propriè dicantur teſtes, ideo nonniſi iurati admittuntur, Gloſſa hîc Gratian. *diſcept forenſ. cap.* 255. *n* 29 vbi dicit hoc procedere, quamuis reddant ſolùm rationem ſui teſtimonij per Iudiciū intellectûs prout declarat Alciat *in l. 1. §. eod n. 17.* verſ. *in Iudicialib. verà, ff. de verb. obligat.*

Ad tertium dicendum eſt, quod Iudices de- 8
bent eligere artis peritos partibus præſentibus, & legitimè citatis, licet relatio peritorum poſſit partibus abſentibus corā Iudice fieri, ſicut aliorum teſtium pars debet citari, & non debet eſſe præſens depoſitioni, ſed ſoli iuramento iuxta text. *in cap. 1. de conſanguinis.* vbi DD Bartolus *in l. Theopompus n. 13. ff. de dote prælegata*, Maſcard. *de Probationibus, concluſ.* 1038. *n. 19.* Parianus *de Probat. libro 1. d. cap. 47. num.* 120. & ratio eſt quia poteſt pars opponere eos eſſe ſibi ſuſpectos. Tamen Sanchez *lib. 7. de Matrimonio diſput.* 113. *num* 14. hoc limitat quando peritorum electio facta eſſet communi partium cōſenſu intercedente; quoniam cum tunc partium approbationem habeant non eſt harum citatio, aut præſentia neceſſaria Iaſon *conſ. 300. n. 13. volum. 2.* Dec. *in c 2 de Teſtib n. 62.* Couar. *lib. 2. Variar c. 13. n. 5. concl 5.* Ioan Garcia *de expenſis cap. 24. n. 18.* Parianus alios referens, *d. cap. 47. n. 224.* item & ſecundo limitari, niſi Iudex eos vocaret ad ſuam informationem, vt multis relatis tradit Maſcardus *de Probationibus, in proœmio, quæſt. 5. num* 39. Et de hoc videbis, quæ vberius dico infrà *in c 5 de Teſtib. q. 4. à n. 1.* ſed Cyriac. *tom. 7. conſ.* 395. ait quod periti debent eligi à partibus non à Iudice, niſi ipſis partibus diſcordantibus,

ſed tamen citatis, vel præſentibus eis ibi, *n.21. ad 24.* cum multis, & per text. *in l. hac edictali, §. hic illud C. de ſecund. nuptijs, §. ſin autem Inſtit. de ſatiſd. tutor.* Menoch. *de adip. R.5. n.163.* Patianus *de Probat. tit.1. cap.7. à n.99.*

9 Ad vltimam quæſtionis partem dices, quod in cauſis, in quibus exuberat Iudicis Officium, vt in beneficialibus, & coniugalibus poſſit Iudex ſuum officium interponere, non tantum in his, quæ pars intentare nequit, vt *in cap. conſtitutus de appellationibus*, & *in cap. cum nobis olim de electione*, ſed etiam in his, quæ poteſt pars, vt conſtat, *ex cap. cauſam penult. hoc tit.* vbi quia de matrimonio diſſoluendo agebatur, pars poterat producere Teſtes publicatis atteſtationibus vt poſtea dicam, & tamen Iudex eos ex officio produxit, ibi *volumus & mandamus, vt honeſtas Matronas prouidas, ac prudentes prouidere curetis*, notant ibi Hoſtienſ. *n.4.* Ioan. Andr. *n.2.* Abbas *in princ. notat. vlt.* Franc. Aretin. *notab. vlt.* Felin. *n.2. l notab.7.* Cardin. *n.1.* Sanchez *d. diſput.113. lib.7. de Matrimonio n.24.* vbi *n.25.* cum aliis ait Iudicem in cauſis coniugalibus multa ſupplere ex doctrina textus, *in cap. fin. de frigidis*, vbi quia de Matrimonio ratione impotentiæ tractabatur Iudex ex officio fecit per Matronas inſpici vxorem, interrogauit Preſbyterum Parrochianum, ac plurima alia fecit.

10 Itaque notandum eſt, vt in relatione, quam faciunt plures, vel vnus peritus, debeat præcedere diligens inquiſitio Iudicis, & cautela eſt vt in actis inſeratur Bart. *in l. ſemel, C. de re milit. lib.10.* Decius *hic col.5. ad Medicum*, verſic. *& tali relatione n.11.* poſt Baldum, Aretin. *ibi*, & ſequitur Ruinus *conſ.53. in fine, n.11. libro 5.* vbi quod tanquam perito alicui creditur, quando Iudex illi imponit relationem, & illum examinat, & examinatus reddit cauſam ſui dicti; ita vt de hac Inquiſitione Iudicis fiat mentio in actis; argumento textus, *in l.1. ff. de ventre inſpiciendo*, Angelus *in l. ſemel, C. de re militari.*

11 Poteſt etiam Iudex corrigere ex officio teſtem parte non petente, quoties teſtis deponit iuxta artis peritiam, vt per *l. arbitro C. qui ſatiſdare cogantur*, docent Bart. ibi *n.4.* Aretinus *in d. cap. penult. hoc tit. num.6. notab. vlt.* Patianus *de Probationibus, lib.1. d. cap.47. num.71.* quod limitat ibi *num.72.* vt procedat, antequam Iudex ſententiam tulerit: ſequitur Sanchez *d. diſput.113. num.26.* vbi *num.27.* ait quod poteſt Iudex ex cauſa coniugali facere ex officio ſuo parti non petenti, vt allegatâ impotentiâ viri, aut fœminæ arctitudine inſpiciatur vir aut fœmina, vt vel ſic notit an matrimonium ſit validum necne.

12 Item notabis, quod in caſu, vbi aſſumerentur, periti eligendi duo de melioribus, & quorum fama ſit clarior; ita tamen, vt ſi adſint in loco non teneatur Iudex mittere extra locum, Angelus *in l. qui luminibus in principio, ff. de ſeruitutibus Vrban. præd.* Decius *hic col.5. ante finem*, verſic. *& quando periti.* Gratianus cum aliis *diſcept. forenſ. d. cap.235. n.73.* vbi *n.76.* ait quod ſi non reperirentur aliqui periti in loco poſſet tranſmitti examen ad loca vicina, in quibus commorantur, ſicut fieri ſolet pro teſtibus examinandis, qui degunt in alia prouincia, *leg. Iudices Cod. de fide inſtrument.* Auth. *apud eloquentiſſimum, C. eodem.*

13 Igitur Matronarum electio Iudicis eſt, non partium, quia potius Iudicum, quam teſtium munus obeunt, cum non ſint propriè teſtes, qui iuxta artis peritiam deponunt, ſiquidem earum declaratio, & depoſitio magis eſt Iudicium, quam teſtificatio, & vocantur vt Iudicem inſtruant. Ita tradit Felinus *in d. cap. penult. hoc tit.* cum Bartolo, & Angelo *num.2. notab.5.* Sanchez *d. diſput.113. num.5. & 7.* Balboa *hic n.25.* † Et ob id dicitur quòd periti non ſunt condu- 14
cendi ad Iudicium per viam teſtimonij, ſed per viam relationis, quæ cauſam ſcientiæ debet continere Felinus *hic num.6. in 1. concluſ.* verſic. *& ſi captus*, Aretinus *n.15.* verſic. *aduerte etiam ad præmiſſa col.4.* Patianus *de Probationibus, 1. p. dicto. cap.47. num.157.* qui latè *à num.15.* ſcribit plures differentias, quæ inueniuntur inter teſtes, & iſtos artis peritos, vſque ad 83. vbi videbis plena manu.

QVÆSTIO IV.

An Matronæ, & cæteri artis periti poſſint recuſari: Et an æquè credatur Matronis, & aliis arte peritis: Et quibus magis credatur: Et an publicatis atteſtationibus, ſeu poſt latam ſententiam, poſſint aliæ Matronæ, ſeu alij artis periti aſſumi.

SVMMARIVM.

1 *Peritis in arte affirmantibus, non creditur magis, quàm negantibus, & qui iſtorum præferantur, n.3. 4. & 5.*

6 *Peritiores qui dicantur.*

7 *Periti teſtantes de potentia viri, aut de virginitate fœminæ magis creduntur, fallit, n.8. & 9.*

9 *Periti in arte poſſunt produci publicatis atteſtationibus: & quid de alijs, n.11.*

11 *Teſtes alij poſſunt in cauſa coniugali recipi, etiam poſt latam ſententiam.*

AD primam difficultatis partem plenè dixi: 1
ſupra in cap.4. de foro competenti quæſt.17. aliqua quæſt.18.

Ad ſecundam quæſtionis partem dubium eſt 2
inter Doctores, an æquè credatur Matronis, & peritis in arte, quando de negatiua deponunt, ac quando de affirmatiua, & quod non æquè credetur, videtur probari, quia cum negatiua ſit difficilis probationis iuxta ea, quæ infra dicam *in cap. quoniam contra falſam hoc tit.* & maior fides adhibeatur paucis affirmantibus, quàm pluribus negantibus, & ſic dixit Sanch. *lib.4. de Matrim. diſp.27. n.1.* cum Innocent. *in cap. ſuper hoc de renunciatione n.2.* magis credi duobus teſtibus de metu deponentibus, quam mille teſtantibus voluntatem ſpontaneâ ex eo, quia qui deponunt de metu id quod aſſerunt, potuerunt ſenſu corporeo percipere, ſed qui teſtantur ſpontaneam voluntatem, cum res ſit in animo recondita, non potuerunt ſenſu percipere: tenent Abbas *in c.1. de his, quæ vi n.10.* Boër. *deciſ.100. n.12.* Sigiſmund. *inter conſilia feudalia, conſ.17. n.14.* Guttier. *conſ.14. num.9. & conſ.16. num.* Gama *p.1. deciſ.50. num.4.* vbi declarat hoc procedere, cum duo illi teſtes, ſint omni exceptione maiores.

Tamen hoc non obſtante dicendum eſt in te- 3
ſtimonio artis peritorum, & ſubinde Matronarum nihil diſtare inter affirmantem, aut negantem depoſitionem, ſed æquè credi affirmanti, &

neganti,

neganti ratio diſparitatis eſt, quod in aliis rebus teſtis affirmans, v. g. Petrum homicidam fuiſſe teſtatur de re, quæ ſenſu percipi poteſt, quod ſecus eſt in negante. Nam cum non ſemper poſſet eſſe cum Petro, ipsúmque intueri potuit Petrus, eo teſte abſente, aut non intuente homicidam eſſe verùm cum ex artis peritia quis teſtatur æquè ſubjcitur regulis illius artis pars negans, ac affirmans, vt fœminam eſſe, aut non eſſe virginem, expenſas ædificij attingere mille aureos nummos, vel non attingere, docent Bartolus *in leg. diem proferre*, § *ſi plures*, *ff. de receptis arbitris*, & ibi Baldus, cum multis. Sanchez *de Matrimonio*, *libro* 7. *diſput*. 113. *num*. 18. & Parianus cum aliis, *libro* 1. *de Probat. libro* 1, *cap*. 10. *num*. 58. *&* *cap* 47. *num*. 3. vide Balboam *hîc num*. 43.

4 Sed quod de teſtibus de affirmatiua, vel negatiua deponentibus in materia metûs dixi, venit limitandum in caſu, quo teſtificatio aſſerentium, vel negantium interueniſſe metum eſt coarctata loco, & tempore, quia tunc non præfertur probatio ſpontaneæ voluntatis probationi metus, ſed æquè creditur affirmantibus & negantibus, ob idque data paritate terminorum æquè credendum eſt deponentibus de metu ac de libera voluntate: nam in vtroque caſu teſtes de re interna teſtantur, & ſicut metus per media externa probatur, vt per minas; ita libertas, vt ſi ſit præſens Iudex, vel conſanguineus. Decius *in cap fin. de appellationibus*, *n* 28. Quare optimè Couar. *in* 4. *decret*. 2 *p*. *cap* 3 § 5. *n* 10. Antonius Chuchus *lib*. 5. *Inſtit Mor. tit*. 11. *num*. 167. *&* 168. docent arbitrarium eſſe Iudici penſatis circumſtantiis, quibus magis credendum ſit, vide cum multis exempla, quæ tradit Sanchez *d. lib*. 4. *diſput* 27. *n*. 1.

5 Noſtra tamen concluſio declaratur, quia peritiores in arte, quamuis pauciores, præualent pluribus minùs peritis: nam cum radix teſtificandi ſi artis peritia, vbi ea eſt maior, licet in teſtibus paucioribus præpõderat maiori teſtium numero prædictorum minori peritia, Felinus *hîc in fine*, Abbas *in cap. penult. hoc tit* Parianus *de Probat. lib*. 1. *cap* 47. *n*. 165. *&* 164. docet peritis, & imperitis diſcordantibus ſequendam eſſe peritorum ſententiam, & *n*. 163. docet peritiores eſſe, qui ſeniores ſunt, vel qui maiora ſtipendia habent in illa arte, & *n*. 160. dicit quòd ille eſt magis peritus, qui magis verſatus eſt in illa arte, & ob id etiam docet *n*. 158. quod peritis pari numero diſcordantibus, ſtandum ſit peritioribus idem docet *n*. 167. *&* *n*. 166. quod peritis æqualiter diſcordantibus; tunc ſtandum ſit maiori numero, imò, & *n*. 165. dicit quod peritis diſcrepantibus, *eod n*. ab æquè peritis ſtandum ſit illis qui veriſimilia deponunt.

6 Notabis quòd cæteris paribus magis eſt fides habenda teſtificãtibus virum eſſe potentẽ, quàm dicentibus frigidum, vt ſi æquales numero, & peritiâ ſint teſtes quod illi veriſimiliora, ac naturæ aptiora teſtentur cum potentia coëundi, ſit qualitas naturalis, eáque præſumatur; dum frigiditas non conſtat Ita Innocentius *in cap*. 1 *de frigidis*, cum aliis Sanchez *de Matrimonio dicto libro* 7. *diſputat*. 113. *num*. 20. vbi ait, & ſimiliter duabus Matronis deponentibus fœminam eſſe virginem potius credi, quàm æqualibus teſtantibus eam eſſe corruptam; quia ille habent iuris præſumptionem pro ſe, nam virginitas præſumitur, cum ſit qualitas naturalis; ita Parianus *de Probationibus lib*. 2. *cap*. 2. *n*. 12. † Quod 7
benè limitat ibi *n*. 13. *&* *lib*. 1. *cap*. 50. *n*. 60. quandoquando res dubia eſſet, non exiſtentibus veriſimilibus coniecturis corruptionis fœminæ: nam his exiſtẽtibus, vt ſi probetur iuuenem dormiſſe cum ea plus crederur affirmãtibus eam eſſe corruptam, & in hoc caſu intelliguntur Baldus *in l. teſtium n* 37. verſic. *quarto dixi*, *C. de Teſtibus*, Decius *conſ*. 168. *n* 3. *volum*. 3. dicentes magis credi Obſtetricibus fœminã eſſe corruptam atteſtantibus; aliqua docet Balboa *hîc n*. 44. † Et 8
ex hoc infert Sanchez *ſuprà*, quod in cauſa ſeparationis Matrimonij, ratione impotentiæ viri, quando de ea non conſtat magis habeatur fides cæteris paribus Matronis, aſſerentibus fœminam eſſe corruptam: nam cum dormierit vnà cum viro eſt vehemens corruptionis coniectura.

Ad tertiam difficultatis partem breuiter re- 9
ſpondeo quod etſi de iure, publicatis atteſtationibus, non poſſint alij teſtes admitti, ſaltem ſuper eiſdem articulis, iuxta text. *in cap fraternitatis de Teſtib*. vbi latè dico, & *Clem*. 2. *eod*. Tamen id fallit in teſtibus ad virginitatem fœminæ inſpiciendam, inductis quales ſunt Matronæ, vel Medici, quia poſſunt alij induci poſt eam publicationem; Ita Doctores per text. *in d cap. penult. hoc titul* vbi Gloſſa, verbo *pars*, refert plures Balboa *hîc n* 46. & ante eum Sanchez *vbi ſuprà num*. 21. vbi etiam dicit id verum eſſe, quamuis id tendat in profeſſionis emiſſæ præiudicium, vt conſtat, *in dicto cap. penult*. nam Matronæ ibi inductæ ſunt ad inſpiciendam coniugatam volentem ex aſpectu probare ſe virginem, & proinde profeſſionem à ſe factam valuiſſe, eo quòd Matrimonium non conſummatit aduerſus virum petentem eam ſibi reſtitui, & tamen publicatis atteſtationibus aliæ Matronæ aſſumptæ ſunt; ita docent Antonius, Abbas, Imola, & alij allegati à Sanchez, vbi dicit quòd quamuis Gloſſa *in d cap penult* verbo *pars*, & ibi Anton. *n* 10. velint ſpeciale eſſe in Matrimonio, vt publicatis atteſtationibus alij teſtes admittantur, eo quòd ſententia in illo non tranſeat in rem Iudicatam, de quo dico infra latè, *in cap. lator*, *&* *tenor de ſententia*, *&* *re iudicatâ*. Tamen verius eſſe ait id eſſe generale in omnibus cauſis decidendis per artis peritorum teſtimonia, quoties illi nequeunt de certa ſciẽtia, ſed tantum de veriſimili deponere: & ratio eſt, quia priores teſtes de facili decipi potuere, & ideo hoc eſſe generale in omnibus ſuadetur, ex ratione tradita huius admiſſionis nouorum teſtium *in d cap. penult*. ibi, *quia ſæpè manus fallitur*, *&* *oculus obſtetricum*, ſequitur Balb. *hîc n. fin*. & Sanch. *d. n*. 22. vbi ait quòd cum hæc ratio ſit generalis, ac communis omnibus his cauſis, ita & deciſio communis eſſe debet, vt fatentur Abbas, Baldus, Felinus, Franciſcus, Aretinus *in d. cap. penult*.

Imò ex Aretino *n*. 4. *notab*. 4. *penultimo*. Addit 10
Sanchez *citatus*, poſſe in omnibus his cauſis induci; tunc alios, quoſcunque teſtes, quamuia non ſint eius artis periti, ſed aliter de veritate deponunt, quod eadem ratio facilitatis deceptionis militet, & poſſe etiam recipi illos nouos teſtes publicatis atteſtationibus, ſiue ex Iudicis officio, ſiue ad partis inſtantiam producantur, ita Baldus, Felinus, & Abbas *ſuprà*, & Parianus *de Probationibus*, *cap* 47. *n*. 77. vbi benè intelligit poſſe ad partis inſtantiam,

quando ei modo nihil impotari poteſt: quare eos prius oon produxit; qoia etiam *n.* 78. ait oon cadere timorem ſubornationis imperitos io arte, & *n.*79. ait quod in arte periti publicatis atteſtatiooibos oon poſſuot produci in forma teſtium, quod videtur eſſe cootra dictum Aretini & Sanchez; Sed hoc intelligit quaodo producuntur à parte vna ſecus ſi producereotur, vt declaratores, vel inſtructores ex officio Iudicis, quia tunc omninò admittuntur. Seqoitur cum Felino *hîc col penult.* verſic. *Subdit*, Maſcardo *de Probat. concluſ.*1034. *num.*9. *tomo* 2. *de Probat.* & cum aliis.

11 Ad vltimam difficultatis partem dices quod in caoſa coniogali, poſſunt etiam lata ſcotentia alij teſtes recipi, nedum publicatis atteſtationibus, iuxta doctrinam textus, *in d. cap. lator. de ſententia, & rejudicata, cap. fraternitatis de frigidis*; coius ratio eſt, qoia in ea oon tranſit ſententia in rem iudicatam, iuxta latè dicenda, *in d. cap. lator.* tradunt Innocent. *ia d. cap. penult. hoc tit. n. vnico*, Hoſtienſis ibi *num.*4. Ioan. Andreas *a.*2. Antonius *n.*6. Sanchez *de matrim. d. diſput.*113. *n.*23. videbis quæ dico infrà, *ia cap. fraternitatis de Teſtib. q.*2. verſic *ad quartam.*

Qvæstio V.

An ſententia lata in omnibus cauſis, præter coniugales, quæ per. artis teſtimonia peritorum deciduntur, tranſeat in rem iudicatam, vel retractari queat, ſeu ab ea appellari: Et quid de ſententia, quæ lata eſt ſecundùm conſilium ſapientis: Et cui incumbat probare non eſſe plures peritos in loco, vbi etiam de aliis.

Svmmarivm.

1 *Sententia lata ex declaratione peritorum quando queat retractari, n.*2.3.4. & 7.
4 L. ſi quis Adulterij, Cod. ad legem Iuliam de Adulteriis.
5 *Iudex qui elegit peritos in arte, poteſt ante ſententiam retractare eorum dictum.*
6 *Officialis qui grauat partem, qualiter querelandus.*
8 *Sententia lata de conſilio ſapientis valet ſemper retractari.*
9 *Iudex, qui dicit ſe pronunciare ſeatentiam, ſecundùm conſilium ſapientis nihil facit.*
10 *Conſilium ſapientis noa viadicat locum ad pias cauſas.*
11 *Probandi onus circa pluralitatem peritorum, cui incumbat.*
12 *Periti quando deponant de credulitate, quando de veritate.*
13 *Medicorum Iudicio probatur, an mulier ſit paritura maſculum, item probatur fatuitas: Et quid de mareſcalco vulgò* Errador.
14 *Periti diſcordantes tertius eligitur: Et quid facit Iudex, n.*15.
15 *Periti in arte poſſunt deponere ſimul, & palam.*

1 AD primam difficultatis partem Abbas *hic n.*11. verſic. *tertio circa hoc cadit*, Aretinus *n.*15. verſic. *aliquando queritur col. penult.* Decius ſibi eootrarius *n.*42. verſic. *tertio principaliter col.*6. Alex. ſibi coottatius *in conſ* 148 *excellentiſſime col fin. vol.*2. Crotus *in l.* 1. *§. fin. ſub n.*4. verſic. *quartum, & vlt. eſt, col. ante pen. ff. de verbor. obligationib.* Docent ſententiam latam ex conſilio peritorum tranſire io rem iudicatam, nec poſſe retractari, quorum fundamentum eſt, quia ſententia lata ex nouis probationibus non poteſt reoocari, *l. Imperatores, ff. de re iudicata*, à qua regula recedendum non eſſe, niſi in caſibus à iure expreſſis; argumeoto text, *in l.* 1. *ff. de regalis iuris:* tum etiam, quia ad id adinuenta eſt rei iudicatæ aothoritas, vt fiois litibus impooatur, *l.* 1. *ff. de re iudicata:* quæ ratio militat etiam in ſententia lata ex teſtimonio peritorum, quibus fundamentis probabilem eſſe ſententiam hanc docet Balboa *hic num.*14. & relati iam à Patiano *lib.* 1. *de Probationibus cap.*47. in verſic. *Contrarium.*

Contraria tamen opinio probabilior eſt, quia quælibet ſententia lata peritorum coofilio nunquam tranſit in rem iudicatam, ſed poteſt reſcindi ex conſilio alterius, magis periti, qoia omnis ſententia lata ex priuilegiatis probationibus ſemper poteſt retractari, & nunquam tranſit in rem iudicatam, Romanus *in leg admonendi a.*13. verſic. *certum col* 1. *ff. de ſeatentia, & re iudicata*, ante ipſum Innocent. *in cap. tua n* 5. verſic. *Sed quod col.* 2. *de cohabit. Cleric.* & molti, quos ſequitur Patian *ſup. à n.*85. vbi hanc doctrinam extendit ad omnes alias ſenteotias, quæ latæ fuerunt cum atteſtationibus de credulitate, & peritia, veluti cum conſilio Doctoris: nam repertis aliis teſtibus melius informatis, vel aliis Doctoribus Sapiétioribus, & magis eruditis, ſemper reuocari poterunt, Butrius *hic n.*8. *col fin in princ.* Imola *n.*4. Iaſoo *in d. l. admonendi a* 37. *lect.* 2 verſic, *adde*, Decius *conſ.*278. *in fine*, vbi dicit hanc eſſe communiotem ſententiam in iodicando, & conſulendo, plutibus adductis; idem Patian *ſup. n.*87. Quibus adde Riccium *collect.*136. Mynſinger. *cent.*6. *obſeruat.*35. Theſaurum *deciſ* 21. 2

Quare Specolator *ia §* 1. in additione, quæ incipit *aoſcunt de homicidio*, notabiliter ait, quòd ſi Iudex ex relatione Medici dicentis vulnus fuiſſe mortale, condemnauerit Titium de occiſo, & Titius diceos Medicum falſum retuliſſe petierit, vt ante ſepulturam peritiores Medici adhibentur, debebit rettactari ſententia, ſi Medici retulerint vulnus non fuiſſe mortale, notat Baldus *ia l. ab hoſtibus, §. ſi vir vxorem, ff. ſoluto Matrimonio num.*5. vbi ait quod quando imperitos Medicus teſtificatur, & Iudex ſequitur eius Iudicium, & poſtea ex Iodicio peritorum apparet contrarium; tunc reuocatur factum à iudice, non aliter, ac ſi fuiſſet factom per atteſtationes falſas; idem ootat Romaous *in dicta l. admonendi n.*36. verſic. *Septimo ſi lata eſt col.* vbi ait, quòd lata ſententia per probationes deponentium de credulitate, ſecundùm peritiam artis ſuæ, nunquam tranſit in rem iudicatam, ſed poterit continuo retractari. Imola *hic num.*4. Felinus *num.*10. verſic. *quarta concluſio*, Barbatia *tractat. de Cardinali à Latere Legato in q.*2. *Baſilica num.*10. verſic. *Sed ego*, vbi dicit ad hunc effectum fuiſſe ſemel exhumatum cadauer hominis, & Decius *conſ.*178. *non leuis in fin* hâc eſſe communem opinionem, à qua in iudicando non eſſe recedendum, & tenet Balb. *hic n.*13. *in fine*, Antonius hîc, & multi relati à Zeuallos communes *cont. quaeſt.*373. Vides Maſcardum *de Probationibus vol.*3. *concl.*1169. *n.*5. 3

Et

4 Et hæc omnia videntur probari ex textu mira-
bili *in l. ſi quis adulterij, Cod. ad legem Iuliam de
adulteriis*, vbi habetur ſecundùm vnum intelle-
ctum, quem ſequitur ibi Butrigarius, quod quan-
do ſententia fertur ſuper eo, ſuper quo non ca-
dit perfecta probatio, ſed præſumptiua, ſicut eſt
in crimine adulterij, tunc non tranſit in rem Iu-
dicatam, & retractatur ex alia validiori proba-
tione, quèm textum dixit Romanus eſſe no-
tabilem, & alibi non eſſe alium conſimilem ad
probandum, quod ſententia ex præſumptioni-
bus lata, nunquam tranſit in rem Iudicatam, ſed
continuò poteſt retractari, vbi ſcriptum reliquit,
in dict. l. admonendi, ff. de Iureiurando, num. 14. verſ.
certum ibi Iaſon *lect.* 2. *n.* 34. *Col.* 15. & alij relati
à Patiano *dicto cap.* 47. *n.* 88. *qui n.* 89. dicit ſe-
quendam eſſe communem iactam doctrinam, ſed
limitandam eſſe vt procedat, modo euitetur infi-
nitas peritorum, qui ſemper poſſent adhiberi à
parte, & ideò vltrà duas vices non poterit retra-
ctari ſic cum Felinu *hic* verſ. *primo dummodo. Col.
fin.* vel niſi lex etiam ſuccurreret de alio remedio
aduersùs peritum, qui dolo, vel imperitia partem
læſiſſet Felin. hîc in fine, vbi etiam dicit, quod ſi
lex antiqua inueniſſet certum remediũ alicui cau-
ſæ ex Iudicio peritorũ, quia ſi fit lex noua per ma-
peritos, non irritabuntur geſta vigore primæ le-
gis, *l. comparationes Cod. de fide inſtrument.* vel
quando ſtatutum prohiberet eligi peritiores;
quia tunc ſententia lata ex conſilio peritorum,
non poſſet retractari, & tranſiret in rem Iudica-
tam, Patianus *ſupra n.* 3. vbi *n.* 92. ait, quòd ſen-
tentia lata ex priuilegiatis probationibus, tranſit
in rem Iudicatam, quando probationes proce-
dunt ex voluntate partium; ſecus ſi partibus in-
uitis, ſed in hoc ipſe non præſtat aſſenſum quem
videbis cum relatis ab eo, & Balboam *hic n* 15.
eum improbantem.

5 Vnde notandum eſt poſſe Iudicem, qui elegit
peritos In arte retractare eorum dictum ante
ſententiam latam per alias meliores informatio-
nes, Bartolus *in l. arbitro, num* 4. verſ *committi-
tur. ff. qui ſatis dare cogantur*, vbi tradit quod ſi-
cut committitur, aliquando Notariie, vt faciant
comparationem litterarum, & Medicis, vt inſpi-
ciant qualitatem vulnerum, & Obſtetricibus, vt
inſpiciant ventrem, & Menſoribus, vt metian-
tur, vel aliquibus aliis peritis, vt æſtiment res;
ita etiam ſi prædicti malam rationem fecerint
poterit ſuperior adiri, vt corrigat quod ab illis
improbè factum eſt, ſi procedat antequam Iu-
dex tulerit ſententiam, ſecundùm ipſorum rela-
tionem: Nam ſi ſecundùm eam feciſſent ſuam
declarationem, non haberet locum ſimplex quæ-
rela partis, ſed opus eſſet appellatione, vt ibi
Baldus *notauit*, *n.* 7. verſ *expedita lect* 2. *Col. fin.*

6 Vbi ait quod ſi Officialis deputatus ſine iu-
riſdictione grauat partem, non eſt opus appella-
re, ſed imploratur officium ſuperioris per mo-
dum quærelæ; ſequitur Patianus *de probationi-
bus dicto cap.* 47. *à num.* 71. vbi cum multis ait,
n. 74. & 75. ſæpè contingere vt Iudex commit-
tat Tabellioni taxationem expenſarum, qui ſi
malè taxat, non eſt appellandum, quia ſufficit
ſimplex quærela, ſed ſi Iudex declaret ſecundùm
illam taxationem à facto Iudicis benè appella-
tur, vti notauit Albericus ibi *ſub n.* 1. verſ. *alia
lectura eſt, Col.* 1. Fulgos *n.* 6. Caſtrenſis *n.* 2. Alex
n. 7. Iacobinus *n.* 11. Aretinus *in dicta l.* 1. *§. fin. ff.
de verb. & hic n.* 24. verſ. *tu autem Col. penulti.* 4.
& ſecundùm hæc exiſtimo veram eſſe doctri-
nam Rotæ lucens. Quam ſequitur Riccius vbi
ſupra *collectanea* 136. poſſe nempe appellari à
ſententia peritorum.

Quare Iaſon *in l, ſi conuenerit, n.* 20. verſ. *am-* 7
plia quod non ſolum. Col. fin. quem ſequi videtur
Patianus *dicto cap.* 47. *de probationibus, n* 92. verſ.
ſed in contrarium, ait quòd ſi feratur ſententia, ſe-
cundùm conſilium ſapientis electi de conſenſu
partium, non ſolùm ab ea appellari, ſed etiam
ſemper poſſe retractari ab alio conſilio perito-
rum, quia nunquam tranſit in rem Iudicatam, &
ego addo, quod etiamſi tranſeat poterit ab ea
appellari, vbi fit in aliis quoque ſententiis, quæ
tranſeunt in rem Iudicatam.

Ad ſecundam difficultatis partem de ſenten- 8
tia quæ fertur ſecundùm conſilium Sapientis,
idem dicendum eſſe ſecundùm iam dicta, de qua
pluribus adductis Zeuallos vbi ſupra *dicta q.* 373.
Vnum tamen notabis quòd ſi conſultor dicat in
conſilio aliquem forè condemnandum, vel ab-
ſoluendum, & Iudex dicat in ſententia pronun-
cio ſecundùm conſilium, non valet, Baldus *de-
ciſ.* 1. ſequitur Riccius *Collect.* 381. ſuper textum
in dicta l ſi conuenerit ff. de ſentent. & re Iudicata;
vbi dicit ſperni poſſe in re prima facie in facto
dubia, certa verò in iure; ita cum Polid Rip.
in obſeruatione 146. † Sed quod conſilium Sa- 9
pientis non vindicet ſibi locum in relictis ad
pias cauſas, tenet idem Polid. Rip. *obſeruatio-
ne* 147. Riccius ſupra vbi tangit cuiuſnam ſum-
ptibus, ſit committenda cauſa conſilio Sapientis.
Ad alia de peritis in arte videbis quæ tradit *dicta*
136. & *deciſ.* 1344. ſupra textum *in l.* 1. *ff. de ven-
tre inſpiciendo.*

Ad tertium cui incumbat probare non eſſe 10
plures peritos in loco, dico hoc onus ſpectare
ad eum qui prætendit, ſtandum eſſe diſpoſitioni
vnius tantum periti. Simon de Pratis *interpreta-
tione* 1. *vltim. voluntat. lib.* 1. *dubitatione* 3. *ſolu-
tione* 2. *in principio n.* 2. verſ. *aduertendum fol.* 10.
ſequitur Gratianus *dicept. forenſium. cap* 135. *n.* 77.
vbi ait hoc procedere licet in loco inſigni præ-
ſumeretur pluralitas peritorum quidquid aliud
ſit in loco ignobili, & obſcuro, quo caſu trans-
ferri probandi onus in allegantem, Bart, *in l. in
bonorum, num.* 1. *ff. de bonorum poſſeſ. per textum in
cap. ſtatutum de reſcriptis lib* 6. Cagnolus Alexan-
der, Riminald. & alij per Maſcardum *Concl.* 1169.
num 22. & in hac pluralitate peritorum ſufficere
probationem præſumptiuam, dixit Salicetus *in
l. Iuris ignorantia poſt medium* verſ. *quæro* iuxta
præcedentem, *Cod. qui admittitur.*

Ad vltimum breuiter aliqua conducibilia ad 11
materiæ integritatem prælibabis: igitur cum in
arte periti non ſint veri, ſed præſumptiui Teſtes
inter quos magna eſt differentia, vt iam ſupra no-
taui, ideò in arte periti teſtimonium perhibent
de credulitate & de Iudicio ſuo, quod ſufficit, vt
eis credatur, & hoc intelligitur ſi peritia verſa-
tur circa illas partes quæ certò ſciri non poſſunt,
alias ſecus quæ doctrina probatur ex textu, *in l.* 1.
ff de ventre inſpiciendo ibi *prægnantem videre*, An-
nania *hic n.* 3. verſ. *nota* Butrius *n* 5. Abbas *n.* 5.
Decius *n.* 51 Maſcardus *concluſione* 1034. *n.* 37.
Patianus *dicto cap.* 47. *num.* 17. & 18. eſt ergo
conueniens, vt ipſi de Iudicio ſuo deponant, &
non de veritate, quàm certo percipere nequeunt,
Romanus *in l* 1. *§ fin. ff de verborum obligationi-
bus, n.* 2. verum ſi peritia conſiſtat in his artibus,

Digitized by Google

quæ certas regulas habent, & determinatè ſcire poſſunt, vt eſt menſura arithmetica architecturæ, & aliæ ſimiles, quæ poſſunt occulta fide cognoſci: tunc oportet, vt periti dicant teſtimonium de veritate, Felinus hic *ſuper tertia concluſione falenc* 1. Decius *n.* 5. verſ. *quarto quæritur* Couat. *lib* 2. *variarum cap.* 13. *in* 4. *concl.* quare in his, quæ certo ſciri non poſſunt, in arte periti iurant tantum de credulitate Felinus ſuprà, & relati è Patiano *dicto cap* 47. *n.* 19. 24. 25. *&* 26. vbi ait ſecundùm hanc diſtinctionem eſſe intelligendos Doctores, qui abſolutè dixerunt in arte peritos iurare debere, & alia notabilia docet *à num.* 27. Verùm iſtis non creditur, niſi reddant rationem ſui dicti, etiamſi à Iudice interrogati non ſint, notat Baldus *in l. fin. in fino, n.* 6. *Cod. de iure Dominy in petr.* vbi probat quòd cum æſtimatio Rei pertineat potiùs ad Iudicium, quàm ad ſenſum corporis; ideò eſſe reddendam rationem. Vide Sanchez *lib.* 7. *de Matrimonio diſp.* 113. *num.* 18. *&* 12.

13 His ergo præmiſſis dices quòd Iudicio Medicorum probatur, an mulier ſit paritura maſculum, vel fœminam, & fatuitas probatur eorum Iudicio. Patianus cum multis ſupra *dicto cap* 47. *num.* 7. *&* 9. Et ſic Mareſcalco creditur de ſanitate equi, & Notariis creditur circa comparationem litterarum. Tamen ſi Medicus dicat aliquem eſſe infirmum, vel cicatricem, non eſſe remanſuram, non probabit, niſi præcedat diligens Iudicis inquiſitio, & ſi deponat quem eſſe moriturum de Apoplexia, poteſt interrogari quid ſit Apoplexia. Vide quæ tradit ipſe Patianus cum multis *dicto cap.* 47. *à n* 67. Decius *hic n.* 30. verſ. *& tali relatione*, & quæ tradit Maſcardus vbi ſupra citatus.

24 Sed ſi periti diſcordent quid agendum ſit, docet Gratianus *in deciſ. Rote Marchia*, 32. & Patianus vbi ſupra probat quod diſcordantibus duobus peritis minor ſumma non habetur pro probata, ſed eligitur tertius ibi *num.* 30. vbi alia tradit, & ſic Riccius *deciſ.* 136. in fine cum Carrocio *in deciſ.* 50. dicunt in huiuſmodi diſcordia tertium eſſe eligendum, & electionem eſſe Iudiciis, ad alia quamplura videns iam citatos & ad ornatum afflictis *in deciſ* 235. Rot. Genuenſ *in*
25 *deciſ.* 196. & Boërium *deciſ.* 323 † Sed non Teſtes peritiæ artis, ſimul deponere poſſint, videbis Farinacium Marcum *in deciſ.* 899. & videtur affirmatiuè reſpondendum eo quòd non tenentur ſecretò deponere, ſed poſſunt palam, & manifeſtè teſtificari, & poſſunt ſuam atteſtationem ponere in ſcriptis, & eam tradere Iudici: Ita Patianus ſupra *n.* 78 *&* 81. *&* 97 *&* 99. tradit quòd Medici, Obſtetrices, & alij periti in arte deponentes de credulitate, non ob id excuſantur à falſo Teſtimonio, & quod peritorum electio primò fit à partibus, & illis diſcordantibus fit à Iudice, ibi *declara, num.* 101. *&* 102. dicens eam electionem ad partes pertinere, quando agitur de facto pendente à facultate partium; aliàs ſecus, & quod Iudex diſcordantibus partibus in eligendo Conſultore præcipiet, vt ſibi nominent peritos quos habent ſuſpectos, & poſteà ille eliget illos, qui pro ſuſpectis nominati non ſunt. Et ſic Iudex poterit tertium aſſeſſorem aſſumere, ſi aſſeſſores inter ſe diſcordent, & duobus ſapientibus contraria dicentibus, poterit nouos alios aſſumere; imò & peritis diſcordantibus in forma Iuramenti præſtandi, vel inſtrumenti faciendi Iudex formam dabit, docet hæc omnia idem Patianus cum multis ab eo relatis *à n.* 111. vbi videbis.

QVÆSTIO VI.

An Virginitas aliquibus probetur ſignis; quæ iſta ſit: Et an fœminæ etiam ignobili liceat in periculo mortis, non oſtendere verenda Chirurgo.

SVMMARIVM.

1 *Virginitas probatur aliquibus modis.*
2 *Virginitas quæ ſit, & de eius excellentia.*
3 *Mulier verenda, quando teneatur oſtendere Medico, vel Obſtetricibus, num.* 4 *&* 5.

AD primam quæſtionis partem vt reſpondeas, præmittea quæ ſupra *dixi q.* 1. & in 1
aliis quæſtionibus notata; quare breuiter dices quòd & ſi ad probandam virginitatem aliqua dari ſigna Obſtetrices, & Matronæ fateantur. Primum nempè quod in collo Matricis aiunt appoſitam eſſe quandam telam obſtantem ne digitus immiſſus penetrare intro poſſit, eamque in primo coitu diſrumpi, idque cognoſci, cum immiſſus digitus facilè introrſum fertur. Secundum quia aiunt corruptas fœminas habere collum Matricis, latiùs atque apertius; contra verò quæ ſunt Virgines arctiùs, atque compreſſiùs. Verùm hæc ſigna fallacia eſſe docet Sanchez *de Matrimonio, lib* 7. *diſp.* 113. *num* 10. ex Fragoſo, & aliis quia ſunt plura medicamenta, quibus fœminæ vtuntur, quo collum Matricis contrahatur, adque corrugatur; nec etiam lac in mammis eſt certum corruptionis ſignum, quia in muliere, quæ nec grauida eſt, nec aliquando peperit, lac aliquandò contingit, eoquòd menſtrua defecerint, Nam ſanguis, qui per vterum exire deberet ad mammas, aliquando tranſmittitur à natura; alia tradit Sanchez ex bonis Authoribus, & ante eum Patianus *de probationibus, lib* 2 *cap* 2. *per totum, & ibi à num.* 25. vbi adducit ſigna plurima. Vide quæ notat Torreblanca de iure ſpirituali, *lib.* 3. *toto cap.* 15. ex bonis Authoribus. Quare, vt iam ſupra dixi ex noſtro textu apparet neceſſum eſſe ad virginitatem probandam, vt Matronæ, & Obſtetrices eligantur quæ de ea deponent ſecundùm quæ dixi iam *d. quæſt.* 1. & de diligentia, quæ fieri debet à Matronis; idem Sanchez videndus *à n.* 11. *&* 12.

Ad ſecundum breuiter etiam dico quod virgi- 2
nitas eſt virtus animi, cuius comes eſt fortitudo habet ſecum ſemper gladium prudentiæ, quæ truncat opera carnis, & ſuperat voluptatis ſenſus *cap ita ne aliquem* 31. *quæſt.* 5. imò virginitas exuperat conditionem humanæ naturæ, per quam homines Angelis aſſimilantur, & maior victoria eſt hominum cum in carne viuant, videbis Gloſſam *in cap. nuptiæ* verbo *virginitas* 32. *q.* 1. adducit aliquam plura omninò videnda, Patianus *vbi ſupra à num.* 48. cum multis ab eo relatis, & qualiter in Venerem pronæ virgines ſint, docet plura Tyraquellus *ad leges connubiales part* 9. *à num* 117. & de virginum verecundia idem ex bonis Authoribus, *ibi num.* 181. Doctores *in l. in coniunctione. Cod. de nuptiis.*

Ad tertiam quæſtionis partem vt reſpondeam 3
præmitto

præmitto quod licet ex noſtro textu, & aliis videamus licitam eſſe inſpectionem Matronarum, vt de virginitate conſtet, vt probant etiam iura, *in cap. aliqua, cap. quod ſi pœnitentia* 27.q.1. Tamen ſunt etiam quamplura, quæ reprehendunt inſpectionem hanc fœminei corporis: argumento textus, *in l.3. de minoribus, l.2. Cod. ſi minor l. n. quando Tutor*, de quo videnda ſunt teſtimonia quæ tradit hîc Balboa *à n.17.* vbi videbis ex Diuo Auguſtino *lib.1. de Ciuitate Dei*, Ambroſio *lib.6. Epiſtolarum in Epiſtola ad Siagrum Veronenſem*, quibus improbatur inſpectio fœminarum. Nam cum viris indecens viſa ſit ipſa nuditas, fœminis erit impudica, atque probroſa, vt dilucidè probat Alexandrinus, *lib. 3. Pædagogi cap.3.* Cyprianus *lib. de habitu virginum*, Angelus *lib.15. cap.10.*

4 Quare dicendum eſt, quod etſi inſpectio Matronarum licita ſit ex noſtro textu & aliis ad eruendam veritatem, & ob hoc controuerſum ſit, an teneatur fœmina inſpectionem in verendis pati ſi conſtituta ſit in periculo mortis, de qua quæſtione agunt Leſſius *lib. 4. de Iuſtitia, cap.3. dubio* 8. *num* 60. Sanchez *in opuſculo, tom.1. lib.1. cap.4. dubio* 13. Ioannes Santius *ſelectarum diſp.3. in 2.edit.* & cum aliis Diana *part.5. tract.3. reſ.*138. quod diſſoluetur, ſi aduertas quòd ſi medicamenta veniant à viris imponenda, poſſit fœmina recuſare membri pudendi curationem, cum probabili vitæ periculo, & hoc vti, verùm poteſt ſequi, & ſi reuerà contactus partium verendarum, ſi fiat cauſa medendi, ſeu alia, quæ cenſeatur neceſſaria, aut iuſta, nullum ſit peccatum, etiam ſi interim aliqua ſeſe offerat delectatio, quia hæc eſt inuoluntaria: ratio eſt quia, nemo tenetur admittere curationem, à qua non minùs abhorret, quàm ab ipſa morte, & quia nemo tenetur admittere id, cui coniunctum eſt periculum turpis motûs, aut delectationis carnalis.

5 Nec obſtat dicere poſſe Medicos eligi ad inſpiciendam virginitatem fœminæ quoties res altiorem indaginem deſiderat, vt iam dixi *ſuprà dicta quæſt. 1. ex cap. ex litteris de frigidis, & maleficiatis cap. fraternitatis eodem*, quia hoc procedit quando eſt controuerſia inter virum, & mulierem ad validitatem Matrimonij; verùm in caſu, de quo loquimur aliter dicendum eſt, cum ſolùm agatur de actu, qui dependet à mera voluntate fœminæ infirmantis: tamen ipſa non excuſabit, vt inſpiciatur ab Obſtetricibus, & aliis fœminis, quia tunc ceſſat illa verecundiæ qualitas, quæ adeſt reſpectu viri, quia ex actu mulierum, nec motus, nec verecundia ſenſualis oriri poteſt. Ita Turrianus *in ſumma p.1. cap.273. dubio 5. concluſ.*11.

AD TEXTVM
IN CAPITE V.
Tertio loco de Probat.

PRÆMISSVM.

I. CVm quæſtio ſuper qua textus noſtri doctrina verteretur eſſet ſuper quodam inſtrumēto, in quo continebatur alienatio quarundam rerum Eccleſiæ immobilium; ideò rectè de his duobus poterat hîc agi; ſed quia de inſtrumentorum materia, & eorum fide latè ago infrà ad titulum *de fide inſtrumentorum*, ibi videbis quidquid ad præſens inſtitutum pertinere poteſt. Item etiam quia de ſolemnitate requiſita in alienatione rerum Eccleſiaſticarum immobilium, latè ago ad titulum *de rebus Eccleſiæ alien. vel non*, ad ibi dicta te remitto.

II. Et ibi *quò exhibito in Iudicio* de forma, & tempore exhibendi, ſeu præſtandi inſtrumentum in Iudicio virtute cuius aliquid ab alio petitur; videbis infrà quæ dico *in cap.1. & 2. de fide inſtrumentorum* III. Applica *dicta infrà in cap. cum Ioannes de fide inſtrument.* vbi de reprobando Teſtibus inſtrumentum. IV. Et de Iudice, ſeu Teſte in propria cauſa dixi latè *in cap. cum veniſſent 12. de Iudiciis à q.6.* vſque in finem. V. Hic poſſunt alia dici de Teſtibus domeſticis, & conſanguineis, de quo videbis *infrà in cap ſuper eo 22. de Teſtibus*, & applicabis quæ notantur *in cap. inſuper, & in cap. cum nuntius, & in cap. litteris* 24. *& in cap.5. eodem.* VI. Et de negatiua probanda, de qua hîc ſolent agere Doctores in verſ. *quod exhibito* vides infrà *in cap.* 11. *&* 12. *hoc tit.* VII. Et de Teſtibus iuratis in Iudicio deponentibus, videbis *infra in cap.5. de Teſtibus.*

QVÆSTIO I.

Quare ſingulares de vniuerſitate poſſint ad commodum vniuerſitatis reprobare inſtrumentum falsò confectum; cum nullus de propria familia domo communitate, ſeu capitulo debeat eſſe Teſtis in cauſâ, in quâ commodum habet.

SVMMARIVM.

1. *Teſtes de vniuerſitate, veluti Collegij, Capituli vel alteriùs communitatis admittuntur. Et quid de Epiſcopo, & aliis, n.2. & num.3. vbi de rationibus.*
6 *Teſtes de vniuerſitate admittuntur, ſi adeſt intereſſe vniuerſitatis, non autem eorum. Et quandò id pateat n.11. & 12.*
7 *Teſtes de vniuerſitate aliquam exceptionem patiuntur, & in aliquibus potiùs admittuntur, quàm alij n.8. & 16. & 17.*
9 *Teſtium de vniuerſitate fides ſuppletur per numerum.*
10 *Teſtes originarij alicuius terræ, ſeu Religioſi, vel Ciues admittuntur.*
13 Cap. tuis quæſtionibus de Teſtibus.
14 L. nullus. ff. de Teſtibus, l. omnibus, Cod. de Teſtibus.
15 L. fin. Cod. de Teſtibus, cap.5. de Teſtibus.
16 L. 2. Cod. de Teſtibus, cap. in litteris de Teſtibus, cap. fin de verb. ſignif. lib 6.
17 Cap.2. de poſtulando.

CVm infra ad textum *in cap. cum Ioannes* 10. *de fide inſtrumentorum* latè agam de reprobando inſtrumento; ideò ibi videbis, quidquid à DD. circa talem reprobationem hîc ſcribi ſolet: quare vt ad quæſtionem reſpondeam; dico noſtri textus materiam impugnari ex eò nempè: quia cum ſinguli de vniuerſitate affectuosè pro ipſâ deponant 1

deponant, mitum non eſt, vt in Teſtes noo admittantur iuxtà doctrinam textus, *in cap. ſuper prudentiá* 1.*q*.2. iuncto verſ. *ſed diſtinctio*. Tum etiam; quia cauſa vniuerſitatis v.g. Eccleſiæ, Monaſterij, aut Collegij cenſetur propria ſingulorum vniuerſitatis iuxta textûs doctrinam *in cap. tuis quæſtionibus de Teſtibus*, ibi *in cauſis propriis producere*: ergo perperam videtur diſpooi in textu noſtro.

2 Tamen his & aliis iuribus infra exponendis nihil obſtantibus. Dico ſingulos de vniuerſitate in Teſtes admittendos eſſe, veluti Religioſos in cauſa ſui Monaſterij *cap. inſuper* 6. *d.cap. tuis quæſtionibus, cap. nuper* 51. *de Teſtibus* Canonicos in causâ ſui capituli, *cap. veniens* 38. *eodem tit.* & in aliis Clericis ſæcularibus idem probat textus *in cap* 1. 14.*q*.2. *cap.cum nuncius* 12. *de Teſtibus*. Quod idem dicendum eſt in Epiſcopis, & aliis Eccleſiæ Prælatis teſtificantibus in causâ ſuæ Eccleſiæ, niſi causâ ad menſam pertineat Epiſcopalem: argumento eorum quæ adduxi ſuprà *in cap*.4.*de foro competenti q*.31 pluribus adductis hîc Balboa *num*. 5. vbi probat cum Bartolo, & Gloſſa *in l. in tantum* §. *vniuerſitatis ff. de rerum diuiſione*, *& in l. ſi municeps ff. quod cuiuſque vniuerſi*, & ibi Baldus *num*.4 Panormitanus *hîc*, *n*.5. Couarruuias *in practicis cap*. 18. *n*.4. Maſcardus *de probationibus*, *concluſ*. 1358. Menochius *de arbitrariis caſu* 106. id procedere etiam in omnibus Collegiis, Ciuitatibus, Municipiis, Confraternitatibus, & vniuerſitatibus ſingularibus. Videbis quæ latè adducit Farinacius *de Teſtibus*, *quæſt* 60. *à n*. 430. *&* quæ dico *in cap. inſuper*, *& in cap. cum nuncius de Teſtibus*. Et videbis quæ notat Barboſa *in iuribus relatis*, vbi ego latiſſimè expendo.

3 Ratio teſtationis ea nempè eſt, quia quoties vniuerſitatis cauſa agitur; tunc non agitur de re ſingulorum, ſed vniuerſitatis tantùm: Nam ea quæ vniuerſitatis ſunt, non ſunt ſingulorum, *d.l. in tantùm* § *vniuerſitatis* Cumque vniuerſitati debentur, ſingulis non debeantur *l.ſicuti*, §.1. *ff. quòd cuiuſque vniuerſitatis*. Graña *in cap.inſuper* 6. *de Teſtibus*, *n*.2. cum Duareno *ad titulum de Teſtibus*, *cap*.1. Menochio, *lib*.1. *de Arbitrariis*, *q*.27. Maſcardo *concl*.110. *n*.4. plura adducit Farinacius omninò videndus, *lib*. 2. *criminal.tit*.6. *q*.6. *illatione* 17. *num*. 550. idem *de Teſtibus*, *tota q*.60. vbi conſtituit regulam cum ampliationibus & limitationibus, quam regulam affirmatiuam, plures Rota affirmauit, *vt in deciſ*.317. *inter impreſſas*. penès eundem Farinacium poſt 2. *lib conſil*. Riccius *collect*. 1859. vbi dicit Teſtes de vniuerſitate regulariter admitti, tam in vniuerſitate Eccleſiaſtica quàm Laicorum, referens quamplures à Rota canonicata ſit hæc doctrina, plura etiam adducit *Collect*.297. *&* 701. *&* 1147.

4 Hæc tamen ratio, quia non tollit rationem affectionis, aut intereſſe, quod in ſingulis conſideratur *in cap. quoties*, *cap. perſonas de Teſtibus*, *& argumento textus*, *in l. illud* 46. *ff. de ritu nupt. cap.fin. de Teſtibus*, *lib*.6. *l. fin. ff. eodem*; & ob id familiares ad teſtiſicandum, non admittantur, quaſi non idonei, *l. penultima*, *ff. de Teſtibus*, *l*.2. *Cod. eodem*, *cap. in litteris* 24. *de Teſtibus*, *cap fin. de verb ſignif. lib*.6. Et ſingulares de vniuerſitate Domeſtici, & familiares reputentur ipſius vniuerſitatis, cum ſint de eadem domo, & familiâ, videlicet Eccleſiâ, Collegio, aut Monaſterio, *cap*.1. *&* 14.*q*.2. *l. ædiles* 25. §. *familiæ*, *ff. de ædilitio edicto l* 2. §. *familiæ*, *ff*. de vi bonorum raptorum, ideò videtur ſatis firma non ſubſiſtere.

Omiſſis aliis multis, quas comminiſcuntur 5
Doctores, inter quos Baldus *in cap. cum nuncius num* 1. *de Teſtibus*, quem ſequitur multis relatis Farinacius *ſuprà d. lib*.2. *crim. tit*. 6. *q* 60. *illatione* 17. *num* 150. vbi reſpondet ideò ſingulos de vniuerſitate in causâ ipſius in Teſtes admitti, quia non agitur de intereſſe ſingulorum: cum neque agere, neque excipere proprio nomine poſſint, *cap. edoceri* 21. *de reſcriptis*, *c.cauſamque* 9. *de Iudiciis*, vbi plura adduxi *clem Religioſus*, *de procurat*. quam latè improbat Balboa *hîc à n*.7. Et omiſſa alia Gloſſæ *in d.cap*.1. 14. *q*.2. dicentis ſtatutum eſſe in textu noſtro ſingulos de vniuerſitate admitti in Teſtes iure ſingulari, & fauore Religionis ex regulâ textûs *in l. ſunt perſonæ*. *ff. de Religioſ. & ſumptib. funerum*, pro quâ ſingularitate facit doctrina Bartoli *in d.l. in tantùm* § *vniuerſitatis*, *ff. de rerum diuiſione* dicentis quòd ciues non ſunt idonei Teſtes pro vniuerſitate & facit textus, *in c. & ſi Chriſtus de Iureiur*. vbi in verſ. *præſenti pagina indulgemus*, apertè conſtat per indulgẽtiam Teſtes de vniuerſitate admiſſos fuiſſe: ergò videtur dicendum vt magis Regula negatiua admittatur, quam affirmatiua. Siquidem Pontifex *in d.cap. veniens* 38. *de Teſtibus* iure ſingulari admittit Canonicos ad teſtiſicandum in causâ electionis: quia geſta in capitulo per alios, quàm per Canonicos probari non poſſunt: ergò dicendum eſt, quòd vbi ſuppetunt alij Teſtes de vniuerſitate non ſunt admittendi, quaſi minùs idonei.

Vnde iam oportet ſcire communiter Docto- 6
res aſſerere Teſtes de vniuerſitate, ſatis pro vniuerſitate probare; eo tamen in caſu, quandò cauſa reſpicit intereſſe tantùm vniuerſitatis, non ſingulorum. Et tunc procedit regula noſtri textûs; ſecùs ſi tangat intereſſe ſingulorum, vbi ſingulorum: quia tunc Teſtes repelluntur. Rota *in deciſ*.312. *n*.2. *& deciſ*. 536. *n*.1. *p*.1. *in recentioribus*, *& deciſ*. 330 *n*.3. *p*.2. *in recent*. vbi dicitur tunc agi de intereſſe ſingulorum, quandù agitur de iure paſculandi, & ſinguli de vniuerſitate poſſunt gratis paſculare, explicat Alexander Ludouicus *tota deciſ*. 340. & ibi Beltraminus *n*.14. latè Balboa *hîc à n*.31. Tamen ſi agatur de legato vniuerſitati relicto; quia hoc legatum reſpicit tantùm commodum vniuerſitatis, & non ſingulorum, *l. Ciuitatibus ff. de legatis* 1. Ideò rectè in hoc caſu, & in ſimilibus Teſtes vniuerſitatis admittentur docet Balboa *hîc n*.27. vbi *n*.29. ait, nec in hoc caſu Teſtes de vniuerſitate in ſubſidium admitti, ſed propriè & directè, ſiquidem eorum teſtimonium admittitur ad integram fidem, vbi aduertit rectè Felinus *in d.cap. inſuper de Teſtibus n*.2. *&* 7. Alexander *conſ*.68. *n*.14. *lib* 2.

Verùm quia Angelus, Aretinus in principio 7
de rerum diuiſione n.1. dicit Teſtibus de vniuerſitate facilè credendum non eſſe, cum alij Teſtes adhiberi potuiſſent, iuxtà doctrinam textûs *in l. ſenſit* §. *ſuper plagiis*. *Cod. de repudiis*; ideò dicendum eſt. Tunc demùm integram fidem adhibendam eſſe Teſtibus de vniuerſitate quando cauſa talis eſt, quæ non poteſt probari, niſi per ſingulos de vniuerſitate, capitulo, ſeu Monaſterio, vt putà in electionibus, quæ ſecretò inter ipſos de vniuerſitate tantummodò fieri ſolent; quia tunc hi Teſtes recipi debent, & eorum fidem ſequi, vt probat expreſsè textus *in cap. veniens* 38.
de

1

de Teſtibus, ibi *quia verò quæ in capitulo aguntur, non facilè poſſunt, niſi per Canonicos ipſos probari, volumus vt vocati ad Teſtimonium liberè valeant pro vtraque parte teſtari:* tradit Gloſſa hîc, & probat textus *in d. cap.* etſi Christus in fine *de iureiurando*, quòd confirmat Regia *lex 18. tit. 16. p 6.* vbi eleganter declarat Gregorius Lopez verbo *los de el conſeio*, & facit textus *in l. cum probatio, ff. de probationibus l. interrogari Cod. de quæſtion.* Bartolus *in d. l.* in tantùm latè, & rectè declarat Menochius vbi ſuprà *caſu* 106. *de arbitrariis, lib. 2. centuria 2.* Couarr. *pract. d. cap.* 18. *n* 4 latè & benè Farinac. cum multis *de Teſtibus, q.* 60. *à n.* 195. *Et quod in Monachis dico infrà in cap. inſuper 6. & in cap. nuper 51. de Teſtibus.* Cum aliis Balboa *hîc n* 26. vt dicit à Iudicis arbitrio pendere quanta ſit fides iſtis Teſtibus adhibenda, Rodriguez *de ordinando proceſſu. cap. 7. n. 51.* vbi ait adeò verum eſſe, vt aliquando Domeſticorum Teſtimonia legitima, & legalia ſint; imò & ſunt cauſæ, quibus aliorum Teſtimoniis præferantur, *vt in l. quoties 3. Cod. de naufragiis lib.* 10. vbi Bartol. notat.

8 Quare dicendum eſt quod etſi Teſtes de vniuerſitate admittantur in cauſa vniuerſitatis: tamen non ob id ita idonei ſunt: vt omni exceptione maiores exiſtimentur vt ex multis explicat hîc Balboa *n. 24. & 25.* & ſic fit quod ſi vniuerſitatis aduerſarius aliis Teſtibus contrarium probaſſet in pari causâ, maior fides illis adhibeatur; quia ea ſuſpicione omninò carent. Vt docent Panormit. *in d. cap. inſuper n* 2 Felious *n. 3.* Afflictis *deciſ. 400. n* 8. ſed addit Balboa *hîc n. 30.* cum Bartolo *in d. l. quoties C. de naufragiis, lib. 10.* Socino Seniori *conſ. 17. lib. 1.* Couarr. *d. cap. 18. n. 4.* hoc totum manere in arbitrio Iudicantis. Quare propter præſumptam affectionem, quàm ergà ſuam ciuitatem habere præſumuntur eſſe aliquantulùm fidei diminutæ, dixit Hondend. *Conſ. 17. n 88. lib* 1. & propterea in concurſu cum aliis Teſtibus hanc exceptionem non patientibus ſucumbere debere docet Beltraminus *in d. deciſ.* Alex; Ludouis. 340. *n fin.*

9 Sed exiſtimo in pluribus caſibus maiorem fidem adhibendam eſſe illis Teſtibus domeſticis, quandò per eos meliùs de veritate apparere poteſt iuxtà Gloſſam *in d. l. quoties ſunt ergò cauſæ, quæ non niſi per Domeſticos queunt probari. & tunc legitimi ſunt Teſtes, quia quæ domi geruntur, regulariter per alios probari non poſſunt*, vt conſtat ex textu noſtro Gloſſa hîc verbo iurati *d. l. conſenſu Cod. de repudiis in d. §. ſuper gladiis* ibi *quoniam non facilè, quæ non geruntur per alienos non poſſunt confiteri*, & facit textus *in cap. videtur qui Matrimonium accuſare poſſunt, vel contrà illud teſtificari*, dùm de conſanguineorum in causâ Matrimonij admittendo Teſtimonio agitur. Ait textus, *qui enim meliùs recipi debent. quàm illi. qui meliùs ſunt.* Rodriguez de ordinando proceſſu, *d. cap* 7. *n* 50. *Ad quod applicabis quæ dico infrà in cap. ſuperiori 22. de Teſtibus.*

10 Itaque Alex Ludouiſius *dicta deciſ* 340. docet *n. 6.* quòd vbi Teſtes de vniuerſitate non eſſent omninò integri, propter præſumptam affectionem ergà vniuerſitatem; tamen quidquid ex fide deficiat ſuppleri per numerum Teſtium. Ita cum Socino *Conſ. 194. ſub. n. 2. verſ. ſecundo quia lib* 2. & alij quos refert, & ſequitur Rolandus *Conſ. 72. n. 5. circà finem, lib. 2.* & fuit dictum in illa ſyracuſana præminentiarum & eſt Regula generalis quòd numerus ſuppleat fidem Teſtium ex cumulatis per Gabriel. *Concl. 6. in principio de Teſtibus.* & dixit Rota *in vna Romana prælationis 25. Octob,* 1574. coram illoſtriſſimo Cardinali Seraphino & ſæpius in aliis maximè concurrunt ſex Teſtes forenſes, *vt in dictâ ſyracuſanâ præminentiarum.*

Et ſic fit vt Teſtes originarij alicuius terræ pro ipſa vniuerſitate Teſtari poſſunt, vt refert deciſum *Anno ſing* 81. item & ciues Religioſi idem *ſing.* 82. item & admittuntur ad probandos confines vniuerſitatis quæ bene per eius ciues probantur, Guid Pap. *in deciſ* 193 Ricc. *d. collect.* 701. vbi etiam idem dicit de Teſtibus, qui ſunt Ciues alicuius magnæ & populoſæ Ciuitatis. 11

Quod ſi dubites, an quodlibet intereſſe ſingulorum de vniuerſitate faciat, vt repellantur à Teſtimonio Teſtes; videtur dicendum quod ſic ex communi iam adducta diſtinctione; vnde Graſſis *in deciſ. 9 de Teſtibus* dicit quod omnis, qui habet intereſſe repellitur, cum ſufficiat omne commodum. Sequitur Riccius *dicta Collect* 1859. *in fine.* 12

Sed quia hanc difficultatem diſſolues ex his quæ latè dixi *in cap. cum veniſſem* 12. *de Iudiciis, q. 11.* ideò nunc breuiter dico, quòd eſt in arbitrio Iudicis æſtimare an Teſtis à ferendò Teſtimonio repellatur, propter intereſſe. Vnde licet Teſtes de vniuerſitate repellantur, quandò agitur de commodo ſingulorum iuxtà Bartoli doctrinam *in d. l. in tantum §. vniuerſitatis n. 1. ff. de rerum diuiſione.* Angelus *in l. omnibus in 2. verſ. aut reſpicit ſingulos Cod. de Teſtibus.* Romanus *conſ. 7. n. 4.* Couar, ſuprà tamen vbi leue fuerit intereſſe, & quòad Teſtes iudicetur euentuale, non ob id repellantur: cum non omne commodum ſufficiat, *l. an* Francos *de Teſtibus n. 72. in fine*; ſequitur Campegius pariter *de Teſtibus reg. 56 in 2. & 3. fallentia* vbi etiam allegat Abbatem *in cap per tuas de Teſtibus*; non enim modicum intereſſe repellit, Cæſar de Graſſis *deciſ 9. num 8 de Teſtibus.* Alex Ludouiſius *d. deciſ 340. n. 8 & 9.* Et videbis quæ de hoc puncto explicitè dico *in cap. inſuper 6. de Teſtibus.* 13

His ita conſtitutis iam facilè eſt argumenta ſuprà in principio poſita, & ad alia inirà reſpondere, nec obſtat textus *in d. cap tuis quæſtionibus de Teſtibus.* Quia reſpondeo textum illum loqui, & intelligi de cauſa, quæ Teſtibus tangit, non proùt ſingulis, ſed quatenùs ſunt de vniuerſitate ad quos, tanquàm ad vniuerſos commodum tantùm ſpectat: ita Graña. *hîc n.* 3 ante cum Balboa cum aliis ab eo relatis *à n.* 38. vbi dicit hâc diſtinctione lucem accipere iura *in l. nullus ff. de Teſtibus, & in l. omnibus Cod. eodem* 14

Nec huic reſolutioni obſtat textus *in l. fin ff de Teſtibus, & in cap. quoties 5. eodem* vbi Teſtis non [illegible] legitimus, qui commodum ſpectat ex cauſa: quia iura intelliguntur, cum commodum particulariter ſpectat ad ſingulos Teſtes; ſed textus noſter quandò commodum, vel damnum directè reſpicit ad ipſam Eccleſiam, vel communitatem, cuius nomine actum eſt, licet iure ſecundario, & per accidens in ſingulos vniuerſitatis commodum redundet, & ſic fiat, vt iſti Teſtes admittantur; quando huiuſmodi intereſſe conſequutiorum eſſet, & particulare *l. dictantibus.* vbi Iaſon *n. 4. C. det eſcam.* Quare etiam Alex Ludouiſius *d. deciſ.* 340. *n* 3. *cum Afflictis, deciſ. 400. n. 2. in fine.* Ait Teſtem admitti id teſtificandum ſuper negotio, quod principaliter non 15

ſpectat

Digitized by Google

ſpectat ad ſuam communitatem ſed in conſequentiam.

16 Nec obſtar dicere Teſtem de vniuerſitate ſaltem affectuosè deponere, & ob id poſſe à Teſtimonio repelli, quia reſpondeo ex iam dictis, nempe Teſtibus iſtis non eam fidem præſtari, ac aliis exteris; ſed non ob eam affectionem repelli, quæ vtique repellitur ſolo Iuramento Teſtis: ſiquidem leuis ſoſpicio eſt: quia non eſt veriſimile ſingulos de vniuerſitate periuros eſſe ptopter vniuerſitatis iura: nam quòd commune eſt facilè negligitur *l. 2. Cod. quando, & quibus quarta pars lib. 10.* Baldus *in cap. cum nuncius de Teſtibus ante num* 1. Balboa *hic n. 49.* vbi dicit non omninò tolli à Teſte iurato illam affectionem, & ſic nihilominùs pati aliquam exceptionem, vt iam dixi, Graña, *hic n. 5.*

17 Nec obſtar dicere Religioſos, ſeu illos, qui erant de Capitulo, non potuiſſe deponere, eò quòd Domeſtici erant ex doctrina textûs, *in d. l. penult. ff. de Teſtibus, l. 2. Cod. eodem cap. in litteris, de Teſtibus, cap fin. de verborum ſignif. lib 6.* ex adductis à Farinacio *de Teſtibus q. 55.* quia reſpondeo id tantum procedere in Domeſticis propriè ſumptis v.g. in illis quibus ratione patriæ, vel Dominicæ poteſtatis imperari poteſt à producente, de quo infrà dico latè *in d. cap. quoties 5. cap. ſuper eo 22. de Teſtibus* ſecùs verò in aliis, qui lato modo dicuntur Domeſtici, quales ſunt Monachi, vel Clerici in cauſa ſui Monaſterij, vel Eccleſiæ, & deponuntur in cauſa eius, cui ſubiiciuntur, quia iſti rectè admittuntur vt iam dixi & notat Gloſſa *in cap. 1 & 14. q. 2.* & relati ab Antonio Gabriel *tit. de Teſtibus concluſ. 10. num. 2.* Balboa *hic num. 56.*

18 Nec obſtat textus *in cap. 2. de poſtulando*, ibi Abbate *nihilominus imperante* ex quibus verbis cum præcedentibus apparet Religioſum in quacunque cauſa Teſtimonium dicere non poſſe, ſine licentia ſui Superioris; quia reſpondeo id non obſtare, cum ita obſeruetur ex eo quòd Religioſi nullam voluntatem habere præſumantur, niſi Superioris Authoritas intercedat, *cap. Monachi 2. 16. q. 1. cap. Religioſus 27. de elect. lib. 6.* quod non eſt contra noſtrum textum, ad quod applicabis *dicta ſupra in cap. 9. de Iudiciis per quatuor quæſtiones.*

QVÆSTIO II.

An ſinguli de vniuerſitate ſuper iure paſcendi, poßint eſſe Teſtes: Et quando cauſa dicatur reſpicere commodum vniuerſitatis, vel ſingulorum: Et an ſinguli de vniuerſitate conueniantur pro eo, quod vniuerſitas debuerit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de vniuerſitate ſuper iura paſcendi quando admittantur, vel non, n. 2. & 3.*
4 §. Legatariis inſtituta de teſtam. remiſſiuè.
5 *Teſtes de vniuerſitate, ſunt magis idonei in probando actu, aliis exteris ignoto.*
6 *Commoditas, ſiue intereſſe, quando ad ſingulos ſpectet.*
7 *Singuli de vniuerſitate, qualiter conueniantur pro debito vniuerſitatis, n. 8.*
9 *Ciuitas, ſeu vniuerſitas delinquens, quando puniatur remiſſiuè.*

AD primam difficultatis partem communiter 1
dicitur Teſtes de vniuerſitate ſuper iure paſcendi, non habere intereſſe ſuper hoc iure, quando ſoluunt mercedem pro paſcuo: quare dicendum eſt: quia in hoc Teſtes parum intereſſe habent: ideò non repelli à ferendo Teſtimonio, ita poſt Baldum, & Alexandrum docet Capicios *deciſ. 152. n. 6.* Rolandus *Conſ. 72. n. 15. lib. 2.* ſequitur Alexander Ludouiſius *deciſ. 340. n. 11. & n. 12.* vbi dicit ceſſare ſingulorum intereſſe, quando paſcendi ius venditur per vniuerſitatem, Iacobinus de ſancto Georgio *in l.* nullus *n. 8.* verſ. *deinde ſi eſſet quæſtio. ff. de Teſtibus* Baldus *hic n 4.* Felinus, *n. 3. in fine* verſ. *& idem ſi eſt quæſtio* Couar. *pract. cap. 18. n. 4* verſ. *qua ratione.* Et facit pro hac doctrina textus *in §. Legatariis inſtituta de teſtament.* vbi habetur legatarios eſſe Teſtes idoneos in cauſa Teſtamenti, ex quo commodum conſequuntur.

Verùm contra relatam doctrinam inſurgunt 2
Zepola *de ſeruitutibus ruſt. cap. de ſeruitutibus iuris paſcendi, n. 18.* Aymon *de antiquitate 7. p. 1. partis principalis in principio, n. 19.* Balboa cum aliis *hic n 31.* dicentes Teſtes de vniuerſitate, non eſſe Teſtes idoneos ſuper iure paſcendi, vbi ſinguli de vniuerſitate ſua animalia in paſcuis paſcere ſolent, quod idem dicunt: quandò de nemoribus eſt contentio, in quibus ſinguli de vniuerſitate ligna accipere ſolent, Decius *in cap. inſuper de Teſtibus* Alexander *Conſ. 99. n. 15. lib. 5* & rationē præſtant; quia ſicut quis in ſua cauſa principali, non eſt Teſtis idoneus, *l. in omnibus, Cod. de Teſtibus,* Riccius *collect.* 1147. ſic etiam, nec in cauſa, in quà commodum ſentire poteſt in conſequentiam, & ſic communiter docent Doctores, vt quoquo modo cauſa, ſuper quam producuntur vicini Teſtes, reſpicit ſingulorum commodum; tunc vicini, Ciues, Capitulares, ſeu cæteri de populo, ſeu vniuerſitate ad teſtificandum admitti non debeant ex iam latè dictis ſuprà, *q. 1.* & pluribus relatis docet meus Concanonicus Otero de Paſcuis *cap. 32. n. 1. & 2 vbi n. 8.* quod in Litibus ſuper paſcuis, territorio, iuriſdictione, vel ſimilibus iuribus quæ ad cancellariam deferuntur, ſemper curant aduocati monere partes, ſiue cauſa ad Concilium, ſiue ad vicinos, ſiue ad ſingulos de vniuerſitate, quoquo modo ſpectet. Vt ad formandam probationem Teſtes alterius Oppidi, & omni prorsùs intereſſe alienos præſentare intendant, quia vicini ferè ſemper inſpecti iudicantur, & ſæpiùs, nec eorum dicta perlegere Iudices permittunt. Et meritò cum ſint adeò procacis, & petulantis animi, circà negotia ſui Oppidi, maximè Oppidani ruſtici ex doctrina Aluerici *in l. vtili ratione, Cod. de defenſoribus Ciuit.* vbi ait eſſe ad Lites paratos, garrulos, & rixoſos, ſequitur Gullielmus Benedictus, *in cap. Raynucius de teſtam verbo vxorem n. 396.* Ripa *in tractatu de peſte, tit. de remediis contra peſtem, num. 24.*

Vtraque tamen ſententia vera eſt ſumpta in 3
ſuo ſenſu: nam ſi paſcuûm, de quo contenditur, & ſuper quo Lis vertitur eam habent naturam, quam ſortiuntur cætera bona, quæ vulgò vocantur *proprios de elconçeſo.* Et tam in proprietate, quàm in perceptione commoditatis, & redditus fuerit, vel futurum ſit ipſius Concilij, & Oppidi:

pldi; tone exiſtimo Teſtes admttti de vniuerſitate ſuper iure paſculandi, & hoc modo locum ſibi vindicare primam ſententiam: tamen ſi agatur de paſcuis, vel nemoribus, in qoibus ſinguli de vniuerſitate Oues, ac ſua animalia paſcenda reſpectu vicinitatis immittunt, vel ligna incidunt tunc quia cauſa ad ſingulos ſpectat, mirum non eſt, vt in Teſtes non admittantor iuxta proximè dicta *num. præcedenti*. Et ſub hac diſtinctione admitto quæ docet Riccius *collectanea* 1859. *ad textum in cap. inſuper de Teſtibus.*

4 Nec obſtat textus addnctus *in d. §. logatariis inſtituta de Teſtamentis*, quia illum intelliges ex his qnæ latè addnxi *in cap. cum veniſſent* 12. *de Indiciis*, *quæſt.* 11.

5 Imò dices quod qnando agitur de probando aliquo actu Concilij ſeu vniuerſitatis, exteris verò ſimiliter ignoto, qnia de eo aptiùs, & ſecuriùs poternnt ipſi de vniuerſitate teſtificari: tunc admittenunt in Teſtes iuxtà doctrinam textus *in l. conſenſu §. penult. Cod. de repudiis*; Hypolitus *ſingulari* 73. Grammaticus *conſ.* 26. *num.* 37. Bibio *lib.* 1 *communium opinionum verbo Teſtes de Collegio*, Menochius de arbitriis *caſu* 106. *num.* 1. Otero vbi ſupra *n.*9 qui *n* 7. ait, quod commodum paſcendi animalia non multùm conſiderabile eſt in Teſte paupere non habente animalia, cum quibus vtilitate paſcendi frui poſſit, in quo exiſtimo ad teſtificandnm admitti per aliqua, quæ dixi iam *n.* 1. & ſuprà *quæſt.* 1. *à n* 11.

6 Ad ſecundam difficultatis partem ex dictis, quid ſit dicendum patet ſuprà *quæſt.* 1. verſ. *vnde iam*, & explicat rectè Balboa *hic n.*46.47.48 cum pluribus ab eo adductis, quibus addo Oterum, & alios ab eo relatos de paſcuis *d.c.*32. *n.* 3. *&* 4. vbi ait cauſam ſpectare ad vniuerſitatem, & non ad ſingulos, quando agitur de re, cuius proprietas, & etiam vtilitas eſt ipſius vniuerſitatis, Conſilij, aut Oppidi, vt *in l. ciuitatibus in principio ff. de Legatis* 1. Tamen ſi proprietas vniuerſitatis ſit, & commoditas; vel vtilitas ſit ſingulorum: tune non dicetur ſpectare cauſam ad Ciuitatem, ſed ad ſingulos Ancharranus, *in d. cap. inſuper de Teſtibus.* Hieronymus de Monte, de finibus regund. *cap.* 58. *n.* 9. Et relati à Balboa *hic n.*48. Et de hoc cum multis Farinacius de Teſtibus, *q.* 60. *à num.* 495.

7 Ad tertiam difficultatis partem communiter reſpondetur: quòd omnes de vniuerſitate conueniuntur pro illo debito, quod ab vniuerſitate contractum eſt, nec omnes in ſolidum, ſed tantum pro rata Bartolus, *in l. ſi non obtulit, ff. de re Iudicata* Baldus *conſ.*462. Panormitanus, *in cap. cum dilecta de reſcriptis*, *n.* 14. aliis adductis tenet Gratianus, *reg.* 489. vbi ampliat dicens ne ſtatuto contrarium fieri poſſe, vt tradit Alexander *in d. l. ſi non obtulit*, *n.* 22. & maximè procedere *ſtante lege* 7. *lib.* 5. *recopil.* vbi de iure communi dicit Matienc. contrariam ſententiam veram eſſe.

8 Tamen ſi vnus de vniuerſitate tantum eſſet culpabilis; quia in eum in ſolidum venit facienda executio; ideò relata doctrina limitatur in hoc caſu, vt docet Abbas *in cap. dilectus Filius el* 2. *n.* 11. & deinceps *de ſimonia* Panormitanus *in cap. relatum de poſtulat. prælat. n* 6. & aliis tribus modis limitat Regulam *in d. l. ſi non obtulit, Col.*6.

9 Sed quoquomodo ciuitas, vel vniuerſitas delinquens puniatur, videndus eſt Salicetus *in l.* 1. *Cod de edition. n.* 6 Albericus de Gand. *de maleſic. Rubr. de homicidiariis n.* 15.

Qvæstio III.

An Ciuitas, vel vniuerſitas, vel Villa conuocato Concilio publico, poſſit ſuo contractu, vel decreto, obligare ſuos vicinos. Et an communis res mea dici poſſit.

Svmmarivm.

2 *Res communis quo pacto mea dici poſſit, n.* 3. *&* 4.

VT primam difficultatem longè diſſoluas, videbis quæ dico infrà *ad Titulum & Rubricam de his quæ fiunt à maiore parte capituli, & dicto* ſuprà *in cap. cum omnes de conſtitutionibus*, iterum videbis Balboam hîc *à n.* 39. *& anteà.* 1

Vnde iam ad ſecundam difficultatem reſpondent Bartolus *in l. ſerui electionis, §. l. ab eo de Legatis* 1 & ibi Iaſon *n.* 13. quod res communis mea dici poteſt, ſequitur Bernardus *in Regula* 108. Ioannes Andreas, & Geminianus *in cap. fin de præbendis lib* 6. Baldus *Conſ.* 128. *lib.* 2. Immola *Conſ.* 3. præcipuè in Fiſco vt per Bartolum *in l.* 1. *n.* 1. *Cod. de venditione rerum finalium, lib.* 10. 2

Sed hæc relata doctrina procedit iuxtà diſtinctionem ſupra iam traditam *quæſt.* 1. *&* 2. nempè quando competit aliquid in communi; ſecùs vt vniuerſis, & ita procedit Regula quam facit in contrarium Felinus *in cap. omnes Leges* 1. *diſtinctione, n* 28 & hanc diſtinctionem facit Montalb. *in l.* 2. *tit.* 11. *lib.* 1. *fori Gloſſa.* 3

Item quod res communia dicitur mea fictè & non verè vt per Gloſſ. *in l. ad id quod noſtrum ff. de regulis iuris* Bartolus *in l. ſerui electione in fine, ff. de Legatis* 1 Panormitanus *Conſ.* 83 *n* 1. *lib.* 2. quæ opinio communis eſt ſecundum Iaſonem *in l. cætera, §. item quæ ff. de Legatis* 1. *n.* 7. *&* 8. Didacus de Segura, *in tract. de bonis lucratis conſtante Matrimonio, n* 67 latè Philippus Decius *in l. id, quod noſtrum, ff. de Reg. num.* 4. *cum aliis Alexander, Conſ.* 195. *num.* 1. 4

Item etiam Regula procedit in materia fauorabili; ſecùs autem in materia odioſa vt per Bartolum *in l. Teſtamento in principio, ff. de Condit. inſtitut. & in l. hoc Legatum, ff. de Legatis* 3. DD *in cap. cum in illis, § fin de præbendis, lib.*6. Et vera eſt etiam Regula quantum ad diſpoſitionem partis meæ, & non vltrà Bald *in l.* 1. *Cod. de communi rerum alienatione*, & in hac parte meum propriè dicetur: quod commune eſt, ſcilicet in mea tantum parte, vt tenent Baldus, Angelus Salicetus, Alexander, & Iaſon, *in l.* 1. *Col.* 1. *Cod qui Teſtamenta facere poſſunt*, & ibi Philippus Cornens. Quæ communis eſt reſolutio ſecundum Carolum Molineum *in Conſuet. pariſ. tit.* 1. *§.* 1. *Gloſſa* 1. *n.* 71. ſequitur Gratianus *Regula* 91. imò & Iaſon Regulam prædictam limitat duobus modis *in dict. l. ſerui electione, §. labeo, ff. de Legatis, num.* 13. 5

Qvæstio IV.

An Teſtes de vniuerſitate poſſint teſtificari ſuper confinibus.

Svmmarivm.

1 *Teſtes de vniuerſitate ſuper Confinibus, quando admittantur, num.* 2.

3 *Vaſalli Domini, ſeu Regis, quando pro eis admittantur, num. 2.*

1 IGitur dicendum eſt, quod Teſtes, licet ſint de vniverſitate, & deponant ſuper confinibus ſuæ vniuerſitatis ſatis probant; dum tamẽ aliquid ſingulare commodum, vel damnum non ſentiant, licet illud apportent in vniuerſo, Cynus, & DD. *in l. parentes Cod. de Teſtibus, & in l. idonei, Cod. eodem, & in l. conſenſu, Cod. de repud. & in l. in tantum, §. vniuerſitatis de rerum diuiſione;* quod declarat cum moltis procedere tantum in ciuilibus non in criminalibus, iuxtà notata per Gloſſam *in cap. literis de Teſtibus, & in cap. accuſatores 3. q. 5.* ex eo quia in criminalibus repelluntur Domeſtici, & familiares quales ſunt iſti de vniuerſitate inter ſe, quod Corroborat, *cap. repellantur de accuſat.* ſed ſpeculator temperat hoc dictum, quando alias per alium probari non poſſet, quia tunc in defectum etiam admittuntur in criminalibus, vt notat Abbas *in cap. inſuper de Teſtibus, num. 4.*

2 Ob id enim in materia confinium, licet ſint de loco confinij, ſuot de loco confinij, ſunt magis idonei, quam alij, dummodò aliquod ſingulariter non ſentiant commodum aut damnum, Guido Pap. *decif.* 193. *n.* 2. Vlpianus *in l.* 1. §. 1. *ff. de fluminibus*, Maſcardus, *de probat. concluſione* 385. *num.* 8.

3 Et ſic prædicta etiam procedit concluſio in Teſtibus Vaſallis pro Domino ſuo deponentibus, quibus credi debet: quia tales non repelluntur ex aliquo capite principali, ſed ex generali capite, quo omnes admittuntur, & cum Philoſophus dicat 1. *Ethicor. propter veritatẽ, deſtruendo eſſe familiaria;* ideò licet Vaſallus promiſerit fidelitatem, & Dominus habeat merum & mixtum Imperium, credendum eſt Teſti *Vaſallo*, ſi ſit bonæ vitæ, & quòad iubetur aliis, qui non ſunt Vaſalli; quod idem de ſubditis Regi dicendum eſt, quia aliter Domini, ſeu Reges præſæpè de Iure ſuo probare non poſſent, docet ex multis Maſcardus ſuprà *à n.* 14. Ad quod faciunt dicta in hoc textu, *& quæ dico infrà in cap.* 13. *& dicta in cap.* 3. *q.* 2.

AD TEXTVM

IN CAPITE VI.

Iurauit hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. TExtvs iſte materiam non leuem habet, ſed quia ex diuerſis locis hîc aſſignandis eam capies; ideò in ſuis locis videbis. Etenim per hæc verba *quidam iurauit ſe quandam in vxorem legitimam accepturum.* Seſe offerebat diſputatio qualiter obligetur, qui promittit ſponſalia, ſiue Matrimonium contrahere, de quo latè dico *in cap. ex literis* 10. *cap. commiſſum, cap. requiſiuit de ſponſalibus*, vbi quid dicendum de eo qui iurauit cum aliqua contrahere, *hîc.*

II. Et ibi *quidam iuramentis legitimè probauerunt ipſos in quinto conſanguinitatis gradu, ſibi inuicem pertinere*, Per hæc verba de duobus eſt dubium. Primò, an vnus Teſtis ſufficiat ad impediendum Matrimonium contrahendum, vel ſint plures neceſſarij, vt hic aſſertum videtur, de quo videbis quæ latè dico infrà *in cap. præterea & l.* 2. *de ſponſalibus, &* infrà *in cap. ſuper eo* 22. *de Teſtibus, quæſt.* 3. verſ. *ad primam.* Secundò in quoto conſanguinitatis gradu Matrimonium contrahẽdum de iure impediatur, & quid hodie; ad quod videas quæ dico infrà *in cap.* 1. *&* 3. *cap.* 4. 5. 7. 8. *& fin*, vbi à quo ſtipite gradus conſanguinitatis computetur de conſanguinitate.

III. Et ibi *quid agendum erit cum quidam alius velit probare contra prædictam probationem &c.* Ad quod applicabis dicta ſuprà *in cap.* 4. & infrà *in cap. cauſam quæ* 14. *hoc tit. ibi, & partibus publicatam &c.* An poſt publicationem in cauſa Teſtes admittantur, de quo latè infrà *in cap.* 17. 18. *& in cap. cum in tua* 44. *de Teſtibus*; vbi quid erit dicendum in cauſa Matrimoniali, de qua loquitur textus noſter, & quales debeant eſſe Teſtes ad Matrimonium, Dico infrà *in cap. quoties* 3. *de Teſtibus.* IV. Vnum tamen ſolent Doctores notare ex littera textûs noſtri, quod ſi quis iurauit Puellam ducere in vxorem, non tenetur accipere, ſi dotem non conſtituat, vt docent Barboſa *hîc n. fin.* Canedus *inſti. decif.* 31. *n.* 15. *p.* 2. Surdus *de alimentis tit.* 7. *q.* 19. *num.* 9. Tara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis ex his n.* 65. *ff. de liberis agnoſcendis.* Alia notat hîc videnda ex aliis Barboſ. *in* 3. & 4. V. Nempè quod quãdo agitur de peccato vitando, veluti ſi agatur de conſanguinitate probanda, ad impediendum Matrimonium Teſtes ſe vltrò offerentes, & requiſiti probant. VI. Item quod regulariter ſe offerens vltrò examini, tanquam ſuſpectus non probat; ſic cum multis, de quo dico in locis iam prænotatis.

AD TEXTVM

IN CAPITE VII.

Poſt ceſſionem hoc Tit.

PRÆMISSVM.

I. QVia in textu noſtro agitur de fide præſtanda Sigillo, vel literis Epiſcopi; & ſic in vnico Teſti fides præſtanda ſit? vel duo ſaltem ſint neceſſarij, vide quæ latè dico infrà *in cap. in omni negotio* 4. *& in cap. licet in vniuerſis* 23. *& in cap. cum à nobis* 28 *de Teſtibus.*

II. Et ibi *nobis conſtiterit, quod V. V. erat excommunicatus, cum procurationis officium aſſumpſit ipſum, tanquàm Procuratorem non duximus admittendũ.* Occaſione horum verborũ applicabis omnia quæ dixi ſuprà *in c. intelleximus de Iudic.* vbi latè egi de Actore excommunicato non admittẽdo in Iudicio, & applicabis ibi, dicta *q.* 39. vbi explico textum iſtum.

III. Agi ſolet hîc de Sigillo publico ſeu priuato, & quanta fides ei adhibeatur; ſed videbis infrà *in cap.* 2 *de Teſtibus, & de fide inſtrumentorum.*

IV. Et in voce teneatur deponere Teſtis, ſeu ſufficiat per ſcripturam dico *in cap. quoties* 5. *de Teſtibus, quæſt.* 4. verſ *ad ſecundam.*

QVÆSTIO I.

Quare per literas Ordinarij quis excommunicatus probetur; ita vt à procurando repellatur, cum certum in iure ſit vnius Iudicis verbo quantæcunque authoritatis ſit non eſſe credendum.

SVMMARIVM.

1 *Literis Epiſcopi ſigillatis, quando ſine Teſtibus credatur, etiam contra tertium, & extra officium* numeris ſequentibus, & à num.4. de Iudicialibus, & extraiudicialibus.

7 *Literæ Teſtimoniales Epiſcopi, etiam ſigillatæ, non probant ſuper facto præterito; ſecùs de præſenti ſuprà, & n. 11.*

8 *Epiſcopi literis creditur vt dimanatis à perſonâ publicâ, non vt à priuatâ.*

9 *Literis plurium Prælatorum plus creditur, quàm vnius.*

10 *Literis Vicarij de facto coram Epiſcopo non creditur.*

12 *Sigillum Auditoris Rotæ, in quo fidem faciat.*

1 DIfficultatem facit, quia nulla eſt cauſa, quæ vnius Teſtis Teſtimonio quantumuis legitimo terminetur, *cap cum à nobis* 28. *de Teſtibus.* cum aliis pluribus ibi referendis: ergò non eſt cur Sigillo, ſeu literis Epiſcopi crederetur in ſpecie textûs noſtri. Et confirmatur, quia viuæ voci plus creditur, quam mortuæ Auth. *de inſtrumentor. cautela. & fide, §. ſi verò tale collatione* 6. ſed ſic eſt quod Iudici, aut Epiſcopo aliquando viua voce aliquid aſſerenti, non creditur, *cap. placuit* 6. *q* 2. *cap. quoniam contra hoc tit. ergo.*

2 Et in terminis videtur facere: nam cum literæ Epiſcopi ſuo Sigillo ſigillatæ non probent contra tertium Iudicium, Socinus *conſ.* 258. *col. penult. vol.* 2. Maſcardus *de probationibus concl.* 991. *n.*6. & 8. *n.*11. vbi docet quod eis non creditur in Iudicialibus Innocentius *in dict. cap.* quoniam contrà Bellamera, *in deciſ.* 631. vbi deciſum relinquit non credi atteſtationibus cum Sigillo Cardinalis Vicecancellarij in Iudicio, Felinus *hîc n.*22. & Decius *n.*33. verſ. *prædicta concluſio:* at ſi eſt quod in textu noſtro fertur de credendo literis ordinarij impertinentibus ad Iudicialia, ſiquidem agebatur de remouendo procuratore à Iudicio, qui per literas Ordinarij, probatur excommunicatus ergo. Nec diſſolues difficultatem ſi dixeris in extraiudicialibus credi literis Epiſcopi, & ſic in hoc caſu procedere textum noſtrum; quia etiam literis Epiſcopi, quæ ſunt purè Teſtimoniales, vel etiam recitatoriæ non creditur: ergo non eſt, cur hic in præiudicium Teſtis, ſiue in Iudicialibus, aut extraiudicialibus literis ſigillatis Ordinarij crederetur.

3 Verùm noſtri textûs ſententia eſt omninò defendenda, & ſic vt ad difficultates iactas facili negotio reſpondeam, ſuppono primò, quod literæ Epiſcopi ſuo ſigillo ſigillatæ ſine ſubſcriptione Teſtium, ac ſine Tabellione probant in his, quæ ſpectant ad eius officium, Bellamera *deciſ.* 87. vbi dicit credi Epiſcopo denuncianti, ſubditum ſuum fuiſſe excommunicatum. Sequitur Bertachinus, *in tract. de Epiſcopo* 8. *p. tit.* 3. *q.* 33. allegat Baldum *in l. ſi qua, Cod. de Epiſcopis, & Clericis in* 4. *colum.* vbi dicit credi literis Epiſcopi de Sacerdotio Clerici. Et contulit Geminianus *in conſ.* 75 *in cauſa Archidiaconi, col.* 3. volens, quod credatur literis Prælatorum inſpectantibus ad eorum officium, & etiamſi literæ concernant factum alienum, & ſic ſi in literis Epiſcopi narretur præſentatio facta. & inſtitutionem fuiſſe factam per Epiſcopum probatur præſentatio; quia literæ Epiſcopi probant quod id eius officium, & eſt ratio, quia Epiſcopi Sigillum eſt publicum, ſecundum Paulum Caſtrenſem *in l. ſi procuratorem, ff. de procurat.* Bald. *in l. ſi qua per calumniam, in fine Cod. de Epiſcopis, & Clericis,* dicens, quod Sigillum ciuitatis Epiſcopi, & vniuerſitatis dicitur publicum: ita cum multis contra Felinum *hic n* 7. *in* 2. *concluſionem* tenet Maſcardus *d. concluſ.* 991. *à n.*1. & 4. multa iura adducit Decius hîc pro hac opinione *à n.*29. & 31. & reſpondet contrariis. Et his omnibus addo Riccium *collect. deciſ.* 1524. vbi ex multis explicat hoc procedere etiam abſque oppoſitione Teſtium, nec requiratur interuentus, ſeu ſubſcriptio Notarij, & probare literas Epiſcopi, ſiue ſigillentur cum Sigillo magno, ſiue cum paruo.

4 Vnde quamuis Doctores hic varias referant opiniones, & Gloſſa hîc diſtinguat inter Iudicialia, & extraiudicialia, vt in Iudicialibus literis Epiſcopi non credatur, ſecùs verò in extraiudicialibus: quod ſuſtinendum non eſt, ex iam dictis, ideò Balboa *hic n.*12. cum Calderino Panormitano *n.*5. Felino *n.*3. Decio *n.*6. *per textum in cap.* 1. *de procurat.* dicit regulariter literis Ordinarij, vel Epiſcopi etiam Sigillo authentico non credi, niſi vlteriùs habeant Teſtium ſubſcriptiones, & ſic Balboa *n.*13. cum Decio *n.*13. & Felino, *n.*12. tenet hanc doctrinam fallere in rebus parui præiudicij, vt hic, vbi agebatur de excommunicatione ad effectum repellendi Procuratorem à Iudicio, aduerſus quem eſt oppoſita excommunicatio in vim dilatoriæ exceptionis: imò *num.*14. hoc idem extendit ad omnes caſus qui ſunt parui præiudicij.

5 Quare ego exiſtimo, quòd licet Rota, *deciſ.*162. aliàs 12. quam ſequitur Maſcardus vbi ſuprà *n* 4 & 3. dicat valere Procuratorium ad cauſas ſolo Sigillo Epiſcopi ſigillatum: dummodo ſit Sigillum recognitum, & ob id ſententiam, quam ſequimur, procedere non ſolùm in his, quæ pertinent ad officium Epiſcopi, ſed etiam in aliis quæ non pertinent, vt per Hoſtienſem, *in d cap.*1. *de procurat.* Felin. *hîc col.*4. *verſ. fallit.* 6. Philipus Francus, *in cap. quamuis Col de Procuratoribus, l.*6. Nicol Milis *in repertorio, in verſ. literis Epiſcopi, vel alterius.* Tamen hoc erit cum eâ differentiâ quod in his quæ pertinent ad ſigillantis officium, ſolis literis Epiſcopi ſigillatis credetur, etiam ſi redundet in tertij præiudicium in paruis rebus: Et tunc earum fidem ſuſtineri tantùm donec contrarium probetur, vt denotant verba textûs noſtri, ibi, *quibus ſtandum eſt donec contrarium probetur*; ſecùs autem in rebus graue præiudicium tertio afferentibus; quia tunc, vt eis credatur, neceſſarium erit, vt literæ Epiſcopi habeant Teſtium ſubſcriptionem. Quo modo intelligo Balboam *hic n.*15. cum Felino *n.*6. & Decio, *n.*21. abſolutè dicentes credi literis Epiſcopi abſque Teſtibus, in his, quæ pertinent ad ſigillantis officium, ſecùs verò in aliis extrà officium videndi Felinus *hic n.* 9. *verſ fallit ſecundò,* Archidiaconus *in cap. placuit* 6. *q.*1.

6 Et ob id licet Innocentius *in d. cap. quoniam contra falſam*, & Bellamera *in deciſ.* 631. quos ſequitur Maſcardus vbi ſuprà *num.* 11. abſolutè doceant indiſtinctè non credi literis

Epiſcopi cum eius Sigillo in præiudicium tertij in Iudicialibus, ſecùs autem in extraiudicialibus, tamen reverà etiam creditur in Iudicialibus circa res parui præiudicij ex dictis *n. præcedenti*, & ſic etiam abſolutè reddetur literis Epiſcopi in Iudicialibus, quæ dependent ab eius arbitrio in præiudicium tertij.

7 Tamen literis Epiſcopi, ſi ſunt purè Teſtimoniales ſuper facto de præterito, non creditur, vtpurà quia ad petitionem partis ſcribit talem excommunicaſſe, vel ordinaſſe, vel beneficium contuliſſe, vel talem ſententiam tuliſſe, quia eo caſu non ſtatur eius literis, etiam ſi ſint ſuper facto ſcribentis, & moltò meliùs, ſi de alieno; ita colligitur ex Gloſſa, *in cap. principium, verſ. ſed quidam & col. 6. verſ. primo quæro*, Abbas hîc *n. 3.* & Felinus *n. 13.* de qua re latè Maſcardus *de probationibus concl.* 638. vbi latè qualiter Epiſtolis Epiſcopi, vel alterius Iudicis creditur, de quo quæſtione ſequenti. Idem *d. concl. 991. n. 21. & 22.* vbi hoc dictum etiam ampliat, ſi literæ prædictæ non forent purè Teſtimoniales, ſed recitatoriæ; vt quia narrarent ita factum eſſe ad aliquem finem, qui fit, vel mandatur fieri per Iudicem ratione illius facti recitati, purà quia recitat ſe tale beneficium contuliſſe; ideò mandat illum in poſſeſſionem induci, ſeu poni, ſiue talem ſententiam protuliſſe. Et proptereà mandat eum de tali poſſeſſione remoueri; vel ſimilia. Nam iſto caſu tales literæ non probant iſtud factum de præterito, & reddit rationem Caldericus hîc loco iam citato *in verſ. ſi verò non ſunt purè Teſtimoniales*; quia ſcriptura, in qua eſt omiſſa debita forma, non facit fidem textûs *d. c. quoniam contrà hoc tit.* Et hoc caſu dicitur omiſſa debita forma, cum ſuper facto de præterito non ſit oppoſitum ſigillum, ſed tantùm ſuper eo, quod tunc dicitur fieri; ſicuti de Notario dicitur, quod eius ſubſcriptio refertur ad ea, ſuper quibus tunc principaliter eſt conferendum; ad quod notabis, quæ dicit Innocentius *in d. cap. quoniam contra n. 6.* ſuper verbo *perſonas*. Vide quæ tradit Ricc. *collect. deciſ.* 1524. Barboſa *hîc & tomo 6. in addit.*

8 Quo ſuppoſito, non obſtant in principio relata, quia ad ibi dictum de vnico Teſti non credendo, reſpondeo ideò fieri, quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbum. Quare vni Teſti quamtumuis digno non credetur, nec Epiſcopo eò modo, de quo latè dicam *in d. cap. licet* 28. *de Teſtibus*; at verò hic in textu noſtro literis Epiſcopi creditur, quando latè ſunt, non tanquam à perſona priuata; ſed vt à perſona publica, & in forma fidem faciente, iuxtà ea quæ dicam, infrà *in d. cap. de Teſtibus* & hoc modo accipitur, cætera verba ibi dicta ſatis ſuperque explicantur ex iam dictis, & ſic non obſtant.

9 Ex his notabis primò quòd literis plurium Prælatorum, magis creditur, quam vnius *cap. in literis de Teſtibus* per ea quæ habentur *in c. quanta de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli*: ita Paulus *in tractatu de officio, & poteſtate, c. Sede vacante, q. 3. p. 1 n. 10.* Maſcardus *d. concluſ.* 991. *n. 19.* vbi *n. 20.* ait cum Bellamera, *deciſ.* 311. non credi literis Vicarij Epiſcopi, aut literis locum tenentis.
10 † Et ſic non credi Vicario aſſerenti de facto coram Epiſcopo, nempe de præſentatione facta coram eodem, Riccius *collect. deciſ.* 1529. vt per Rotam *in vna Vercelen Capellania de anno* 1551. in qua fuit deciſum, quòd narratiua inſtitutionis facta per Vicarium Epiſcopi non probat præſentationem, & dictum extitiſſe, & præceſſiſſe coram Epiſcopo, quia ſunt ſolemnitates extrinſecæ, quæ non præſumuntur.

Secundò notabis non credi literis oblatis, 11
quando agitur de vtilitate Monaſterij: *argumento. l. omnibus, C. de Teſtibus* Maſcard. *vbi ſupra, n.* 15.

Et tunc verò literæ Epiſcopi aliquid enuncian- 12
tes probant, quando omnia in præfatis literis contenta coram eo, & per eum vno, & eodem tempore facta, & completa extant, aliàs non facient fidem, Puteus *deciſ.* 384 *lib. 1. Caputaq. in deciſ. 87. p. 3.* Archilis *de Grafis, in deciſ.* 178. aliàs 9. *hoc tit.* Ricc. ſuprà; vbi etiam ait, quòd Sigillum Auditoris Rotæ, quod apponitur in literis citatoriis, inhibitoriis, & ſimilibus, facit plenam probationem, abſque Notarij ſubſcriptione.

QVÆSTIO II.

An literis Epiſcopi cum eius Sigillo credatur: quando contra Epiſcopum adeſt præſumptio fraudis. Et an credatur Epiſtolis Epiſcopi, vel alterius Iudicis ordinarij, ſi appareant ſigillata Sigillo authentico, & ſubſcripta manu Teſtium. Et an credatur Epiſcopi Iuramento dicentis ſe ignoraſſe aliquod factum. Et an pro Eccleſia ſua poſſit teſtificare.

SVMMARIVM.

1 *Literis Epiſcopi ſigillatis, non creditur in cauſis magnis, etiam de quocumque Collatore: n. 2. niſi literæ ſint ſubſcriptæ à Notario, n. 3. & 5.*

4 *Conſuetudo, vt habens præbendam poſſit acceptare primam vacaturam in præiudicium impetrantis Apoſtolici non valet.*

5 *Literæ cuiuſcunque Collatoris debent eſſe ſigillatæ à Notario publico, non à Secretario vulgò* de Camera.

6 *Epiſtolis, vt credatur Epiſcopi quid requiratur.*

7 *Epiſcopo recenter adepto ad Epiſcopatum creditur aſſerenti iuramento ſe ignoraſſe tempus vacationis, alias ſecus, num.* 8.

AD primam difficultatis partem Abbas *hîc* 1
col. 6. poſt numerum 15. verſ. *ratio prædictæ concluſionis* Decius *n.* 35. *verſ. ſecundo fallit*, affirmatiuè reſpondent literis Epiſcopi, ſeu alterius Iudicis non credi propter fraudis ſuſpicionem, vt ſi atteſtatur contra Apoſtolicum impetrantem ſe primò contuliſſe, quam Papa, vel eius executor ex eo, quia ſæpè accidit, vt Epiſcopi, vel eorum Cancellarij anticipent datam, vt fraudent Apoſtolicos impetrantes; idemque ſeruari de ſtylo Palatij Apoſtolici dixerunt Domini de Rota, *deciſ. 22. verſ. non obſtat ſtylus, & in deciſ.* 348. *alias* 10. *hoc tit. in nouis*, † Vbi etiam ampliatur 2
in quocumque Collatore, vel Nuncio Apoſtolico habente poteſtatem conferendi beneficium, quia eorum ſolis literis ſigillatis, non ſtabitur, ſed accipiens beneficium ab illis tenetur probare, quod ſit in taxa propter præſumptionē fraudis ita Felin. *hîc n 8 per text. in c. 1 de procur.* vbi maior ſolēnias requiritur quando extat fraudis ſuſpicio.

Et ſic Bonifacius *de vita, l. in Clement.* ſi Summus Pontifex, de ſententia excommunicat, infert, quod ſi Diœceſano ſit conceſſa facultas, & gratia nominandi perſonas idoneas vſque ad

textum

certum numerum ad beneficia vacatura autboritate Apoſtolica, quod non creditur ſuis literis contra alios Apoſtolicos, niſi fuerint ſubſcriptæ ſigno & manu Notarij; quia in hoc caſu etiam huiuſmodi impetrantes, ſunt ſibi exoſſi, ſicut
4 quando caret facultate. † Et in ſimili ſacit *in deciſ.* 137. alias 56. de conceſſione præbendæ in antiquis, vbi habetur non valere conſuetudinem, quod habens Canonicatum, ſiue præbendam, vel dignitatem poſſit acceptare primam vacaturam in præiodicium impetrantia Apoſtolici, quibus Papa prouidit de Canonicatu ſub ſpectatiua præbendæ, & ſic in præiudicium eorum non valet. Alias eſſet dicendum quod Papa ligaretur conſuetudine inferiotum, & quod inferiores poſſent inducere conſuetudinem contra ſuperiorem, quod eſt falſum.

5 Quæ doctrina ſatis ſundatur quando materia ardua eſt, veluti in collatione ex dictis iam ſupra. Verùm ſi circa rem leuem Epiſcopi literæ, ſeu alterius Iudicis delegati, vel Exequutoris reperiantur; tunc ei credetur ex doctrina ſupra relata in prima quæſtione per dictum Felini *hic col.* 9. *verſ. fallit ſecundo, & col.* 3. verſ. *quinto conſidera accuratè*, Maſcardus *de probationibus concluſ.* 991. *à n.* 13. vbi *n.* 18. ait ſupra relatam ſententiam veram eſſe ſtante frandis ſuſpicione, ſecùs illâ ceſſante; vt putà ſi ille, cui ordinarius contulit reperiatur in poſſeſſione beneficij ante datam literarum impetrantis Apoſtolici, vel ante intimationem literarum Epiſcopo factam. Nam tunc fraus excluditur, & conſequenter eſt adbibenda fides literis ipſis: vide quæ docet Ricc. *deciſ.* 1573. *ad titulum curia*; vbi monet Epiſcopos, vt ſemper faciant ſuas collationes per inſtrumentum celebratum coram Notario, & Teſtibus ſe ſubſcribentibus in eodem collationis inſtrumento, & ſic ait relatam doctrinam procedere non ſolum in aliis collatoribus Epiſcopo inferioribus, ſed etiam in Cardinalibus de latere, imò & ſi ab Epiſcopo facta foerit collatio vni, & à nuncio Apoſtolico intrà limites ſuæ facultatis alteri, quia dicta prouiſio ordinarij, licet anterior non probabit ſine Notario & Teſtibus contra prouiſum à Nuncio; nec ſufficit quod collatio fuerit facta coram Secretario Epiſcopi, & Teſtibus, ſi Secretarius non eſt Notarius, imò nec ipſi ordinarij collatores erunt idonei Teſtes, ad probandas collationes per ipſos factas ratione naturalis affectionis, quam præſumitur ordinarius habere, vt ſua collatio habeat effectum.

6 Ad ſecundam difficultatis partem ex iam dictis *quæſt.* 1. poteſt reſponderi, verùm in terminis, & in noſtro textu Felinus *num.* 3 *ſub fine*, Caldetinus, Antonius Immola, Abbas, & Decius *à n.* 22. docent regulariter credendum eſſe Epiſtolis Epiſcopi, vel alterius Iudicis, ſi appareant ſigillatæ Sigillo authentico, & ſubſcriptæ manu Teſtium, & in tantum boc procedere ait Felinus *hic num.* 5. vt etiam procedat non ſolùm in leuibus; ſed etiam in arduis, & non ſolùm in literis promulgatoriis, ſeu diſpenſationis, ſed etiam citatoriis, vel continentibus aliquam ſententiam, vel ſi ſint literæ vt appellant Teſtimoniales, atteſtantes aliquid factum, vel non factum v. g. quod Titius permutauerit beneficium ſempronio, vel quidpiam id genus, plura alia addocit omninò videndus Maſcardus *de probationibus concluſ.* 618. *per totam* Abbas *hic num.* 5. *verſ. ego* Decius *n.* 16. 37. 41. 43. 44. 46. 47. & quamuis inter iſtos Doctores iurgium ſit, non leue; an etiam hoc verum ſit, non ſolùm in ſpectantibus ad proprium officium, ſed etiam in alienis negotiis, in quo affirmatiuè reſpondet Abbas *hic n.* 5. *verſ. ego verò*; econtrà verò ſentiat Felinus *n.* 4. *verſ. ſed contrarium*. Tamen ex Doctrina Innocentij *in cap.* 2. *de fide inſtrumentorum*, & deciſ. Rotæ 10. *hoc tit.* Balboa hic eum ab eo relatis *n.* 8. dico quod quando verſamur in pertinentibos ad officium, & ſuper hic adhibetur Sigillum eo caſu nulla deſideratur ſubſcriptio.

Ad tertiam difficultatis partem diuerſo modo reſpondent Doctores. Verum quia ex probabilibus cauſis, poteſt contingere, vt Epiſcopus ignoret aliqua ſui Epiſcopatùs, veluti quando recenter adeptus eſt Epiſcopatum, Bellameta *deciſ.* 128. Milis *in verſ. Epiſcopo ad quem*; ideo exiſtimo credendum eſſe Epiſcopo docenti ſe ignoraſſe tempus vacationis beneficij Hoſtienſis *in c. paſtoralis in fine de excep.* pluribus à ſe relatis Maſcardus *de probationibus concluſ.* 816.

Vnde licet præſumptio ſit, quòd Epiſcopus 7
ſcit quæ in ſua Diœceſi accidunt; vt ait Rota *deciſ.* 553. *in tit de Iure patronatus*, & ex eo etiam, quia vbi eſt præſumptio contra aliquem proùt eſt in Epiſcopo, qui potuit, & debuit viſitare Diœceſim, & ob id eius iuramento non ſit ſtandum, proùt tenent Romanus *conſ.* 381. *in fine n.* 10. *verſ. cæterum* Felinus *in cap.* 2. *n.* 27. *verſ. fallit de conſtit.* & conſulendo reſpondet Alexander *in deciſ.* 1. *n* 2. *vol* 2. & alij relati à Maſcardo ſuprà *n.* 5. & 6. Tamen hoc intelligitur caſu, quo vellet, quis negare id quod publicè notum eſt, ſed aliud erit quoties adeſt aliqua iuſta ignorantia cauſæ, tunc circa ignorantiam vacationis ſtabitur dicto Epiſcopi ex iam dictis.

Ad vltimam partem quæſtionis; dico infra *in* 8
cap. inſuper 6. de Teſtibus, vbi Felinus Abbas, & alij ordinarij Maſcard. *de probationibus concl.* 625. applica dicta ſupra *in cap.* 3. & ſupra *in cap.* 12. *de Iudiciis*: *q.* 6. 7. & *quæſt.* 11. & *in cap.* 4. ſuprà *de foro competenti quæſtione* 31. vbi an queat recuſari Epiſcopus cognoſcens de cauſa ſuæ Eccleſiæ.

QVÆSTIO III.

An verba enunciatiua propter aliud principaliter probata aliquid probent.

DOctores ſolent per textum noſtrum agere de quæſtione hac, ſed quia latè dicitur infrà *in cap. illud de præſumpt. & in cap. fin. de ſucceſſionibus ab inteſtato*, ideò ibi dicta videbis, interim præter ordinarios Maſcardus *de probationibus concluſ.* 622. & plures relati à Gratiano, *Reg.* 483. Riccius *collect. deciſ.* 189.

QVÆSTIO IV.

Excommunicationis ſententia qualiter probetur: Et an ſententia poſſit per Teſtes probari: Et de quadam notulâ ad textum noſtrum.

SVMMARIVM.

1 *Antecedens qualiter verum dicatur à conſequente, num.* 2.

5 *Excommunicatio oppoſita in vim peremptoriæ ad graue præiudicium, non probatur litteris denunciatoriis, nec vno Teſte & fama, num. 4. & 5.*

6 *Littera Epiſcopi in ſpectantibus ad eius officium probant in actu extraiudiciali.*

7 *Fides facit fidem, qualiter aſſumatur.*

1 AD primam quæſtionis partem, quæ non incongruè pertinet ad textum noſtrum, ſiquidem Gloſſa ſingularis *in c. licet de ſententia excommunicationis* dicit per literas quas appellat denunciatorias locum à conſequenti cum à conſequente verò conſtat, & colligitur anteeedens, *l. illud, ff. de acquirenda hæreditate, l. 2.* & ibi Baldus *Cod. de dotis promiſſione notatur in cap. ex parte de ſponſalibus*, ſed denunciatio præmittit excommnnicationem; igitur per denunciationis literas ipſa conſtat excommunicatio, *cap. paſtoralis* §. verùm de appellationibus, vbi Decius tenet indiſtinctè hanc opinionem Gloſſæ.

2 Verùm qui illa argumentatio non conuincit omninò, cum à conſequente tunc deducatur antecedens, ſi ſit neceſſarium, & ſemper contingens, ſed ſic eſt quòd licet denonciatio plerùmque fiat per excommunicationem: Tamen fieri poteſt, & fit quandoque, quòd ea contingat iniuſtè, nullà præcedente excommunicatione textus optimus, *in d. cap. licet de ſententia excommunicationis, lib. 6.* Quamobrem idem Decius *in cap. prudentiam, §. 6. de officio de legati col. penult.* poſt Barbat. ibi & Romanum *in l. 1. in principio, ff. de noui operis nunciatione*, exiſtimat per deounciationem nunquam probari excommunicationem, ſaltèm quòad excludendum quam à Iudicio, & à ſimilibus actibus, cuius ſententia nimis probatur ex textu *in cap. 1. de except. lib 6.* Quare quibuſdam viſum eſt non ſatis probatum eſſe quòad hunc effectum excommunicationem per vnum Teſtem & famam, vt cenſent Antonius *in cap. veniens vltimo de Teſtibus*, Decius *in cap. 1. de appellationibus n 23.* idem *in cap. 1. de poſtulat. prælat. n 27.* Romanus *ſingul.* 198. Andreas & Dominicus *in d. cap. 1. de except.* & ſic ſi alicui habeoti vnum Teſtem deferatur Iuramentum ad ſuppiendam probationem: Tamen hoc fieri non poſſe ad probandam excommunicationem: vt Actor à iudicio repellatur dixit Roman. *ſingul.* 197. Ioannes Andreas Dominicus, & alij *in d. cap. 1. de except. Gloſſa inſignis in l. non eſt veriſimile, ff. quòd metus cauſa* verbo *præſumptioni.* Itaque ſi verum eſt famam, & vnum Teſtem minimè probare excommunicationem ad hoc vt quis propter eam à Iudicio repellatur, nec poſſe Iuramentum deferri habenti vnum Teſtem, profectò bæc vltima opinio ſatis defendi valet.

3 † In bac verò varietate exiſtimo noſtram quæſtionem ſatis ex ſequentibus componi, nempè vt ſi excommunicatio alicui opponatur in vim exceptionis peremptoriæ, ad graue quidem præiudicium, nequaquàm probabitur per denunciationem. Tamen ſi opponatur in vim dilatoriæ ad repellendum quem à Iudicio, probabitur per deounciationem; quæ diſtinctio ſatis probatur ex dictis ſuprà *q. 1.* circa intellectum noſtri textus, & in terminis. Cum multis ſcribit Couartuuias *in cap. Alma mater p. 1. §. 3. n. 1.* Franciſcus *in d. cap* licet Abbas & alij *in d. cap. prudentiam, §. 6.* vbi Decius affirmat conſuetudine orbis Chriſtiani conſtitutiſſimum eſſe neminem denunciari, niſi primum fuerit ſolemniter excommunicatus. Et licet poſſit contingere aliquem denunciari, non præmiſſa excommunicatione, id rariſſimum eſt, nec tollit à frequentiori vſu legitimam præſumptionem, quæ argumentum induit excommunicationem præceſſiſſe, ſaltem, vbi non agitur de grauiſſimo præiudicio, vt hîc.

Imò exiſtimo, vt in bac controuerſiâ ſit po- 4
tior præſumptio, quæ oritur ex literis denunciatoriis, quòad probationem excommnnicationis, quam ea, quæ ex famâ, & ſimul vno Teſte, vel vno Teſte, & litigantis iuramento vt probatur ex litera Conſtantienſis, & Vaſilienſis Concilij ſiquidem vitatur denunciatus, propter excommunicationem, cumquè ſatis probetur excommunicatio per denunciationem ad effectum repellendi quàm à Iudicio, vt iam dixi: id equidem prouenier ex ſententia textûs noſtri: quia literis ordinarij creditur, vbi publico inſtrumento, præcipuè in his, quæ ſunt parui præiudicij; alia tradit Couarr. ſuprà pro intellectu *in dict. cap. 1. de except. lib. 6.*

Ad ſecundam partem quæſtionis dico infrà 5
in cap. 28. de Teſtibus, & præcipue *in cap. 16. de ſententiâ, & re iudicata.*

Ad vltimum dico, quòd licet literæ Epiſcopi 6
non probent Gloſſa *in cap Teſtes* verbo *ſcripturam 3. q. 9.* & ibi Archid. Præpoſitus 9. Bellameta *num. 3. & 4.* & latè hîc. hoc tamen procedere, quando quis babet neceſſe producere Teſtes in Iudicio, ſecùs ſi quis vult probare actum extraiudicialem, factum ex his, quæ ſpectant ad Epiſcopi officium; quia tunc illis literis creditur, & atteſtationibus inſcriptis. Gloſſa *in d. cap. Teſtes* verbo *ſcripturam, 3. q. 9.* vbi Bellam *num. 3. præpoſit. n. 7.* Farinac. *de Teſtibus q. 80. à num 33.* id procedere ait quando agitur de excommunicatione, quia tunc creditur literis Epiſcopi per
textum noſtrum. † *Et n. 32.* cum Deciano *conſ. 51.* 7
lib. 2. 3 n. 1. infert ad illas chartulas, quibus nos fidem addemos, in quibus, vnus vel plures, non coram Iudice, ſed abſentes à iudicio, faciunt pro veritate fidem. Primò ex defectu citationis. Secundò Iuramenti, Tertiò præſentiæ. Quartò quod non viua voce.

AD TEXTVM

IN CAPITE VIII.

In præſentia de Probat.

PRÆMISSVM.

LITERA huius textûs diuerſam continet materiam, & multum legalem; ſed quia aliqua breuiter annotari debent. Ideò accipies ad verba noſtri textûs Paraphraſim ſequentem. I. Ibi *ſibi reſtitui poſtulabant.* Occaſione horum verborum agunt hîc Doctores *de q. quare hic libellus generalis admiſſus ſit, cum ſit contra regulas Iuris*, ad quod videbis, quæ ſuprà dixi *in cap. 2. de libelli oblatione*, Cumque Lis eſſet ſuper hæreditate & vniuerſitate bonorum; ideò libellus ille debuit admitti iuxta ea quæ dixi *in d. cap. 2. q. 2. à n. 18.* & vide ibi *d. q. 2.* & applicabis *d. ibi q. 7.* II. Et ibi *obtulit ſe, & ſua*, per bæc verba *diſputant*

putant Doctores de differentia, quæ adeſt inter Religioſos profeſſos, & oblatos tantùm de quo videbis infra *in Rubrica de regularibus*; aliqua infra in ſolutione ad ſextum argumentum, *q.*1. verſic. *ſentum.* III. Item per prædicta verba diſputant Doctores, an donatio omnium bonorum valeat, & an ſit neceſſaria acceptatio, de quo videbis infrà *ad titulum de Donationib.*IV. Et ibi *fuerat minor annis*; per hæc verba *agunt de ætate requiſita ad ingreſſum religionis, & eius profeſſionem*, ad quod videbis, quæ dico infra *in cap.*1. *& in pluribus capitibus de regula*, & vide ibi *dicta in cap. cum ſimus.* V. Et ibi *voti facti pænitens, quod ſeruare infirmitatis fecerat*: per hæc verba *agunt Doctores de inualidando voto ab infirmante facto*; ad quod videbis *d. in cap. ſicut nobis* 17. *de regularibus.* VI. Et ibi *iuramento firmauit*, quanta ſit obligatio iuramenti in donationibus alibi dico, & *in cap.* 28. *de iureiurando.* VII. Hic etiam ſolent agere Doctores de omnibus ſubſtitutionibus, de quibus dicam latè, *in cap. Raynutius de teſtamentis*; interim latè Molina *de Iuſtitia & iure tom.*1. *tract.*2. *à diſputat.*82. *vſque ad* 92. Faquinetus *lib* 4. *cont. à cap.*40 cum aliis, & *à cap.*61. VIII. Et quia ſolent hîc Doctores agere de ductione quartæ Trebellianiæ falcidiæ, ſeu Pegaſcaneæ, videbis quæ dicam, *in cap Raynaldus* 18. *de teſtamentis*; interim Balb. *hîc à n.*19.

Qvæstio I.

Quare qui rogatus eſt hæreditatem reſtituere**, ſi ſine liberis moriatur **faciat, vt euaneſcat fidei commiſſum, ſi ingrediatur religionem.

Svmmarivm.

1 *Conditio* ſine liberis, *num adimpleri debeat in forma ſpecifica*, *n.*16.

2 *Fictio ceſſat, vbi veritas poteſt haberi.*

3 *Filius adoptiuus, an excludat vocatum in defectum liberorum*, *n.*4.

5 *Conditio ſine liberis poteſt à teſtatore imponi, expende*, *n.*18.

7 *Oblatio illius, qui ſe, & ſua obtulit, quale ius det Monaſterio*, *n.*21.22. *vbi quid de oblata in minore ætate?*

8 *Monaſterium non excludit piam cauſam ſubſtitutam.*

9 *Monaſterium qualiter loco filij ſuccedat, & de rationibus numeris ſeqq. &* *n.*13.

10 *Prima ratio improbatur.*

11 Secunda *ratio improbatur.*

12 *Ratio vera.*

13 *Monaſterium ſuccedens loco filij contra ſubſtitutos, habet ſecuritatem etiam in foro animæ.*

14 *Monaſterium non excludit ſubſtitutos, ſi adeſt clara, vel coniecturata voluntas teſtatoris*, *n.*15. *& n.*17. vide *q.*2.

16 L. qui hæredi 44. ff de condit. & demonſtrat. l. Meuius 55 ff. eodem.

20 *Fidei commiſſarius, qualiter excludatur.*

21 *Religioſi conuerſi, vt oblati qui ſint, & in quo differant: Quid de Clericis oblatis Eccleſiæ ſæculari.*

23 Auth. niſi rogati, C ad Trebellianum.

24 *Monaſterium non habetur loco filij, quando liberorum conditio refertur in propriam perſonam.*

25 *Conditio* ſine liberis, *in quibus habeat locum.*

Dvbitationem mouet; nam hæc conditio, *ſi ſine liberis deceſſerit*, debuit adimpleri in forma ſpecifica, iuxta teſtatoris mentem & verborum proprietatem, *l. qui hæredi*, 42. *l. Meuius* 54. *ff. de conditionibus & demonſtrationibus*; ſed ſic eſt quod prædicta conditio iuxta proprietatem, & in forma ſpecifica verificatur ſolùm in filiis legitimis & naturalibus, *l. cum auus* 102. *ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, *l. cum acutiſſimi*, *Cod. de fidei commiſſis*, *l. generaliter*, *§ cum autem*, *Cod de inſtitut. & ſubſtitut. l. fin. Cod. de his qui veniam ætatis impetrant*: ergo in Monaſterio non adimpletur, & conſequenter debuit pertinere ad ſubſtitutos, non ad Monaſterium. 1

Secundò, nam fictio in iure noſtro ceſſat, vbi veritas locum habere non poteſt, *l qui ad certum*, *ff. locati*; ſed ſic eſt quod Monaſterium non eſt verè filius; imò nec eſſe filium fictum, reſoluit Ancharranus *hic a.*9. Iotrigliolus *de ſubſtit. cent.*3. *q.*63. *n.*23 ergo non debuit excludere ſubſtitutũ. 2

Tertiò, quia ſi filius adoptiuus non excludit vocatum in defectum liberorum; eò quod eſt filius ciuiliter acquiſitus; *l ita quis* 53. *§ fin. ff de legatis* 2. *l fideicommiſſum* 75 *ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, nec reuocat donationem beneficio legis *ſi vnquam Cod de reuocandis donationibus* vt docet Oſualdus ad Donellum *lib.* 14 *cap.* 31. *littera G*: at ſic eſt, quòd Monaſterium eſt filius, non naturaliter procreatus, ſed ciuiliter acquiſitus, vt ad ſenſum patet & docet Barbat. *conſ.*13. *tom.* 1. *n.*2. ergo non debet excludere vocatum in liberorum defectum. 3

Et confirmatur: nam aliàs eſſet in poteſtate grauati profitendo religionem à ſe remouere obligationem, ſeu grauamen excludendo vocatos in liberorum defectum contra text. *in l. ſub hâc*, *ff. de obligationibus, & actionibus*, vt notat Antonius Faber *Iuriſprudentia*, Papin. *titul.*10. *princip.*4. *illatione* 12. 4

Quartò, quia dicendum videtur Martinum, de quo hîc non potuiſſe bona Monaſterio dedicare, quæ reſtituenda erant ſubſtitutis, *leg. fin. § fin. C. communia de legat.* præcipuè cum dedicatio illa eſſet contra expreſſam teſtatoris voluntatem, vt patet ex verbis ibi, *ſi ſine liberis deceſſerit*, quæ conditio à teſtatore potuit imponi, *cap. Raynutius* 16. *cap. Raynaldus* 18. *de teſtamentis*, *cap. ſi pater eodem*, *tit. lib.*6. 5

Quintò, quia Monaſterium non admittitur ad hæreditatem ex voluntate teſtatoris: nam de eo teſtator nullam fecit mentionem, ergo cum ſtante ſtatuto à Pontifice confirmato, vt verba teſtamentorum intelligantur, prout iacent ſine aliquâ ſubauditione, vel interpretatione ciuili, vel canonica; ſequitur, vt in ſpecie noſtri textus, quòd Monaſterium non excludat fidei commiſſarium, Iaſon *in Authent ſi qua mulier n.*10. *C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Mantica *lib.*11. *de coniect. vltimar. voluntat tit* 7. *n.*16. 6

Sextò, quia eſtò verum ſit vt conditio, *ſi ſine liberis*, non adhuc veniſſe videatur. Quando grauatus reſtituere obtulit ſe & ſua Monaſterio, cùm Monaſterium ſuccedat loco filij. Tamen hoc dictum videtur primò deficere eo quòd Martinus hic nullam fecit profeſſionem: ſiquidem abſque illâ ſe, & ſua Deo obtulit ſed ob 7

ſolam olationem Monaſterium non ſuccedit, *cap. ſtatuimus de regularibus*; *cap. ſi religioſus* 17. *de electione lib.*6. ſecundò, quia iſta oblatio Martini valere non potuit: ſiquidem oblationis tempore erat minor anois, vt patet ex textu noſtro ibi *erat minor annis*; at ſic eſt quòd alienatio minoris abſque Iudicis decreto non valet, *l.*1. *verſ. quod ſi fuerit, ff. de rebus eorum l. prædium, l. ſi quidem C. de prædijs minor, l. lex, quæ tutores, C. de adminiſtratione tutorum ergo.*

8 Septimò, qoia propter aliqoam rationem Monaſterium excludit fideicommiſſarium, id euenit ex iore ſingulari, ſeu priuilegio dato, *in Authent. niſi rogati, C. ad Trebellianum*: at ſic eſt quòd Monaſterium non excludit piam cauſam ſubſtitutam: ergo ſi Monaſterium excludit ex iure ſingulari fideicommiſſarium; non tamen excludet patruos, de quibus hic, ne virtute donationis, ſine miſericordia accipiat bona in præiudiciom conſanguineorum donatis; vt iu ſimili dieitur, *in cap. fin.*17. *quæſt* 4. argument. textûs, *in cap. filius noſter, de teſtamentis, c. ſuam de pennis.*

9 His tamen non obſtantibos noſtri text. coneluſio vera eſt, & omninò defendenda, quæ probatur, *ex Authent. de Sanctiſſimis Epiſcopis, §. ſed, & hoc præſenti collat.*9. *Auth. ingreſſi, Auth. ſi qua mulier, C. de Sacroſanctis Eccleſijs, Authent. niſi rogati, C. ad Senatumconſultum Trobellianum, nouella* 124. *§. ſi quis ſub condit. Auth. de Monachis, §. ſi quis autem, & § ſi verò collat.* 1. *l. ex facto, §. vltim ff. ad Senatumconſultum Trebellianum, d. cap. Raynucius, cap. Raynaldus de teſtament. c. fin. de ſucceſſionibus ab inteſtato; cap. ſi qua mulier* 26. *q* 3. *l.*12. *tit.*1. *p.*6. Couart. *lib.*1. *Variar. cap.*19. idem *in cap.*2. *de teſtam. ſpino in ſpeculo teſtament.* Gloſſa 13. *n* 27. Mantica *de coniect. lib.*11. *tit.*7. *& de tacitis, & ambiguis conuent. lib.*13 *tit.*46. *n.*7. Guttiertez *lib.*1. *canon. q. cap.*32. Molina *lib.*1. *de primogenijs, cap.*13. *n.*71. *& lib.*12. *cap.*5. *num.*18. *& cap.*9 *n.*45. Aueudaños *in l.*40. *tauri*, Gloſſa 4. *n.*17. Menchaca *de ſucceſſionum creatione, libro* 3. §.12. *n.*166 Matienxo *in l.*7. Gluſſa 2. *n.*21. *tit.*11. *lib.*5. *recop.* Azeuedus ibi *n.*28. Coſta *in cap. ſi pater de teſtam.* verbo *ſi abſque liberis, de teſtam. lib.*6. *num.*70. Peregrinus *de fideicommiſſis art.*28. *n.*58. Tiraquellus *in l. ſi inquam verbo ſuſceperit n.*46. *C. de reuocandis donationibus*, Menoch *lib.*4. *de præſumpt. præſumpt.*83. Carolus de Tapia *in d. Authent. ingreſſi art.*13. Alexand. Trentacinq. *de ſubſtit. p.*4. *cap.*7. *à num.*20. Caldas *de nominat. emphyt. q.*16. Theſaurus *in Pedemont. deciſ.* 163. Sfortia *de compendioſa ſubſtitut.* 6 *p. art.* 6. & relati ab Alfano *collect.* 463. & alij communiter adducti à DD. hîc.

10 Vt ergo veram decidendi rationem Doctores tradant ad noſtri textûs deciſionem plura comminiſcuntur: nam primò aliqui docent ideò ſuccedere Monaſterium, quia filius eſt, ita Gloſſa *in d. Authent.* niſi rogati, Alexander *conſ.*105. *n.*2. *vol* 4 Maynerio *in l. quoties n.*51. *ff. de regulis iuris*, & alij quàm plures relati à Pareſa *hîc ex n.*28. & alij adducti à Balboa *hîc n.*30. exiſtimantes, quòd ſicut agnatione filij teſtamentum anteà factum rumpitur, veluti poſthumo nato, *leg. certum, l. poſthumorum, ff. de iniuſto rupto*: ita & profeſſione ſequutâ, quaſi Monaſterium loco filij agnaſcatur, & euaneſcat ſubſtitutio, & teſtamentum, ſi fuiſſe anteà factum eſſet, rumpatur quaſi agoatione filij, vt Monaſterium habeatur loco poſthumi nati, & mouentur ex texto noſtro ibi *ſine herede*, id eſt, *ſine filio* iuxta textum, *in d. l. ex facto, § fin. ff. ad Trebellian.*

Sed cum hanc decidendi rationem improbent Doctores communiter ex eo, quia ſi Monaſterium haberetur loco filij mero iure ex voluntate teſtatoris expiraret ſubſtitutio, non ſolùm ſi ſubſtitutus priuatus quidam eſſet; ſed etiam ſi eſſet cauſa pia, qoòd expreſsè aduerſatur deciſioni text. *in Authent. niſi rogati, Cod. ad Trebell.* Secuodò, quia ſi loeo filij non veri, ſed ficti, & ciuilis tantum haberetur, non poſſet excludere ſubſtitutos, vt *in d. l. fideicommiſſum, ff. de condit. & demonſtrationib. l. ſi ita quis* 51. *§. fin. ff de legat.*2. vbi habetur quòd ille, cui hæreditas relicta eſt ſub conditione ſi liberos habear adoptando filium, non conſequitur hæreditatem, de quo dico ioſtà *q.*17. Tertiò *ex Auth. de Sanctiſſimis Epiſcop. §. ſed & hoc*, quatenus probat illam conditionem, *ſi ſine liberis moreretur*, quoad Monaſterium pro non ſcripta eſſe habeodam, quòd eſſet omninò impoſſibile, ſi Monaſterium loco filij haberetor: quia eo in caſu potiùs diceretur defeciſſe conditionem, quàm non eſſe habitam pro ſcripta; & ſic quòd Monaſterium non habeatur loco filij probant Couarrouias *lib.*1. *var. cap.*19. *n* 6. Menoch. *de præſumptionibus, libro* 4. *præſumpt.*83. *n.*2. relati à Tiraquello *in leg. ſi vnquam, C. de reuocandis*, verbo *ſuſcipere liberos, n.*41. Zeuallos cum aliis *in pract. q.*192. Felinus *hîc n.*42. Bart. *in d. Auth. niſi rogati.* 11

Cúmque Veroius *hîc à n.*479 plures decidendi rationes referat ad honc textum, vbi videbis breoiter exiſtimo dicendum omiſſis etiam aliis duabus adductis à Balboa *hîc à n.*34 & à Pareſa *ex n.*29. ideò Monaſterium hîc excludere ſubſtitutos: nam & ſi conditio illa *ſi ſine liberis*, io perſonâ hæredis grauari ioſta fuerit. Tamen poſteaquam ipſe ingreditur religionem, illa conditio *ſi ſine liberis*, incipit eſſe turpis, & ſic eâ ſublatâ manebit inſtitutio pura, *l. obtinuit* 4. *ff. de condit. & demonſtrat.* & hanc rationem deducit Balboa *hîc n.*57. *ex d. Authent. ſed & hoc præſenti*, Graña *hîc n.*2. id apertè probans ex verbis noſtri text. ibi, *non videtur ſine liberis*, &c. Ex quibus conſtat per oblationem ſublatam fuiſſe conditionem, vt conſtat, *ex d. §. ſed hoc præſenti; & in Authent. de Monachis, §. ſi quis autem, & § ſi verò relinquens collat.*1. & vide quæ cum multis conſiderat Pareſa *hîc à n.* 32. verſic. *quarto*; qui & aliam decidendi rationem præſter plura adducit *conſ.*34. 12

Et licèt nonnulli exiſtimauerunt deciſionem noſtri textûs, tantùm procedere in foro exterioti; non verò io foro animæ, inter quos Alciatus *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum n.*7. *ff. de liberis, & poſthumis*: tamen reuera in vtroque foro procedit doctrina huius text. vt ſequitur Balboa *hîc n.*39. cum Mantica, & Guttiertez, Pareſa *à n.*36. vbi dicit Mooaſterium eſſe tutum in foro animæ, quia cum deciſio noſtra ſit facta à Summo Pontifice habente legitimam poteſtatem, præſtat iuſta ratione ſecuritatem in foro conſcientiæ, vt reſoluunt Suarex *lib.*4. *de legib. cap.*21. *n.*25. Salas *eodem tract. diſput.*13. *ſect.*2. *n.*40. & in pulchro caſu Guttiertez *Canon. quæſtionum cap.*82. *n.*26. *& hæc ſit prima declaratio.* Et ſic in foro conſcientiæ procedere aliis multis reſoluit hîc Barboſa *n.*2. verſ *ampliatur*, & addit Barboſa ex multis hîc ſub, *d. n.*6. verſic. *ampliatur* 13

pliatur

pliatur 2. *& amplia.*3. procedere etiam in graua-
to vigamo, & hoc etiam ſi nulla adſit Papæ diſ-
penſatio. Vt benè obſeruat Sanchez *in præcepta*
*Decalogi lib.*7. *cap.*15, *num.*64. Et etiam ſi Mo-
nachus apoſtataret, quia adhuc Monaſterium
excluderet ſubſtitutum, Baldus *hic n.*15. Felin.
*n.*32. Beſtieus *ad l. cum eius, ff. de condit. & de-*
*lib.*5. *cap.*2. *num.*32. *&* 33, *qui hoc extendit, etiam*
ſi Monachus degradaretur.

14 Secunda tamen declaratio erit ea; nempe vt
noſter textûs procedat in caſu dubio, non verò
quando conſtat de voluntate teſtatoris volentis
excludere Monaſterium ſubſtituto admiſſo, do-
cet Paulus *in Authent. niſi rogati, n* 34. & relati à
Couarruuias *lib.*1. *Variarum cap.*19. *n.*8. Menoch.
de præſumptionib. præſumptione 84. Balboa *num.*40.
cum multis, qui dicunt ita praxi iudicatum eſſe:
quare venit in probanda doctrina Baldi, Abba-
tis, & aliorum, quos referunt Rolandus *conſ.*32.
*num.*21. *lib.*3. Burſatus *conſ.*199. dicentium etiam
talem conditionem, reiiciendam, & habendam
eſſe pro non ſcriptâ, & ſic præter alios ita no-
ſtram doctrinam defendunt Zeuallos *in pract.*
*q.*193. *n.*3, & relati à Pareſa *hic n.*31. per textum,
in l. ille 23. *§.* 1. *ff. de legat.*3. *l* 3. *in fine*, *C. de li-*
beris præteritis; & facit quia nunquam lex inter-
pretatur conditiones contra voluntatem teſta-
toris, *l. in conditionib. C. de condit. & demonſtrat.*
alia tradit Balboa *hic d. n.*40. *in fine.*

15 Et non ſolum videtur proximè relatam do-
ctrinam procedere, quando ſunt clara verba te-
ſtatoris, ſed etiam quoties exiſtunt tales con-
iecturæ, vt ex eis colligatur teſtatorem voluiſſe
excludere Monaſterium: ita docet eſſe *deciſ.*20.
*n.*53. Menochius *d. præſumpt.*83 *n.*56. Ioſephus
de Ruſticis *lib.*5. *cap.*1. *n.*43. plura Pareſa *hic à*
*n.*31. Et Barboſa *hic* cum multis ab eo relatis, *à*
*n.*63. *vſque ad* 75. ponit duodecim declaratio-
nes, ſiue limitationes ad textum noſtrum quas
leges quarum nonnullas, quæſtionibus ſequen-
tibus expendo. Et vltra omnes leges ſubtiliter
explicantem cum infinitis Amarant. *in l. vnica,*
Cod. ſi liberalitatis imperialis, ſocius ſine hærede
deceſſerit: *lib.*10. *à n.*20. 76. *&* 31. vbi ſubtili-
ter expendit, *ad n.*37.

16 Quibus ita iactis iam non obſtant argumenta,
à n. 2. adducta, non primum, *ex d. l. qui hæredi,*
& *l. Mænius*, cum aliis ibi adductis, quia licet
regulariter conditiones ſint adimplendæ in for-
mâ ſpecificâ poſſibili; ſæpè tamen ſufficit ſi im-
pleantur per æquipollens, veluti ex coniectura-
tâ mente teſtatoris, vel fauore religionis, vt hîc,
vbi voluntas defuncti primùm obtinet locum
in diſpoſitionibus, *l. pater Seuerinam condit. &*
demonſtrat. Vnde fit, quod ſi conditionis im-
plementum in mero facto conſiſtat: tunc condi-
tio adimpleanda eſt in formâ ſpecificâ, & in hoc
caſu loquitur textus, *in d. l. ſi hæredi*, cum aliis,
& ſic fit; vt ſi conditio adiecta ſit dandi hæredi
decem ex voluntate teſtatoris, non ſatisfacit le-
gatarius decem dando Domino, & quamuis ei
per ſeruum acquiratur, non tenebit impleta
conditio, Gomez. *tom.* 1. *Variarum*; *cap.* 10. *n.*77.
Balboa *hic n.*50. vbi & ſimiliter reſpondet ad
textum *in d. l. Mænius*, dicens ideo conditionem
debuiſſe impleri in formâ ſpecificâ, quia con-
tinebat nudum factum traditionis, vt aduertit
Coſta *lib.*2. *ſelectarum cap.*5. vide Couarruuias
in practicis, *cap.*39. *n.*1. Donellum *lib* 8. *Com-*
*mentar. cap.*33. alia infrà dico de hac conditione
ſine liberis, & in quibus filiis verificetur quæ
notanda ſunt pro perfecta intelligentia dicti ar-
gumenti.

Secundùm non obſtat ad quod reſpondetur 17
ex dictis ad rationem decidendi, & in verſic. *ſe-*
cunda tamen declaratio, & in verſic. *& non ſolum:*
Nam ſi conſtet teſtatorem voluiſſe excludere
Monaſterium, aut ex coniecturis percipiatur,
veluti ſi dixiſſet bona mea remaneant in familia.
Vt tradit Zeuallos *quæſt.*193. *n.*3. vel ſi teſtator
reliquit grauato legitimam caſu quò ingrediatur
Monaſterium. Vt notat Beroius *hic n.*493. vbi
*n.*492. aliud dicit, quod proſequitur Pareſa *d.*
*n.*31. in verſic. *quarta*: tunc fallit deciſio textûs
noſtri, ſecùs in aliis.

Nec obſtat tertium, cuius ſolutio pendet à 18
quæſtione, de qua infrà vtrùm filius adoptiuus
excludat ſubſtitutum, vbi etiam reſpondebitur
ad confirmationem, de qua infrà *q.*17.

Quartum non obſtat: nam reſpondeo Mar- 19
tinum fuiſſe teſtatoris filium, & ob id, viuo ad-
huc, patre ſuo, erat quodam modo Dominus
bonorum paternorum; eo mortuo recipit tan-
tùm liberam adminiſtrationem, & eam retinen-
do potuit rectè bona Monaſterio offerre, non
obſtante patris voluntate, ſeu conditione, cum
perinde habeatur, ac ſi pure, eſſet inſtitutus,
*ex d. l. Auth. ſed & hoc præſenti collat.*9. quia ſub-
ſtitutio per ingreſſum religionis euaneſcit
Graña *hic n.*5.

Nec obſtat quintum ad cuius ſolutionem 20
præmitto ea omnia, quæ retuli pro ſolutione
primi, & in terminis dico fideicommiſſarium
excludi, non ex voluntate patris, ſed quia fuit
impoſſibile grauatum admiſſo à lege Monaſte-
rio ad hæreditatem, habere hæredem fideicom-
miſſarium nec filius tranſiens ad Monaſterium
ex actu proprio, & animo ſalutari, notari po-
teſt Pareſa *hic n.*27. verſic. *tertio ex n.*86. in verſ.
vt non obſtet.

Sextum argumentum non obſtat, & ad pri- 21
mam eius partem, vt reſpondeam, ſuppono in
quacunque religione approbata reperiri, qui vel
religioſi ſunt, vel conuerſi, vel oblati tantùm,
& omnes inter ſe multùm differunt, vt *in cap.*
tuis 39. *de Teſtib. ibi fratribus, & conuerſis, cap. &*
ſi Chriſtus, de Iureiurando, ibi *vos, & conuerſi,*
cum adductis à Couarr. *in cap. alma mater 2 parte,*
§. 2. *n* 8. optimè Franciſcus Tondutus 1. *p. c* 114.
vbi de iſtis adducit notabiles differentias. Nam
religioſi dicuntur, qui ita conuerſi ſunt, vt per
Eccleſiaſticos Ordines, Choro, & Diuinis Offi-
ciis inſeruiant. Conuerſi verò dicuntur; qui
quamuis à ſæculo ad religionem conuertantur
Eccleſiaſticis Ordinibus non adducuntur. Obla-
ti tandem ſunt, qui ſine profeſſione, ſe ipſos
Monaſterio offerunt. Vt ibi iubent, & ibi ſer-
uiant, idémque, & ſi veri non ſint religioſi,
perſonæ tamen Eccleſiaſticæ reperiuntur. Vt
aduertit Couarruuias *vbi ſuprà*, Balboa *hic n.*77.
ad quod vide quæ de conuerſis dixi ſuprà, *in c.* 2.
de foro competenti, *q.*13. *n* 4. verſic. *ad ſecundam.*
Vnde etſi Martinus non fuerit religioſus, nec
profeſſus: tamen ſe, & ſua obtulit Monaſterio,
quæ oblatio à Prælato in Eccleſia approbata re-
cepta fuit, & vim profeſſionis retinet, vt bona
in Monaſterium transferantur. Vel poteſt dici
quòd cum Monaſterium in præſenti probet Mar-
tinum duplicem feciſſe ingreſſum, potuit vnum
facere antè annos 14. & alterum poſt. Et licèt
ſubſtituti

ſubſtituti probent fuiſſe minorem, oon ex eo probant non potuiſſe poſt legitimam ætatem ingredi, & profeſſionem facere; cum eo io tempore adhûc dicatur minor, & non probent hoc eſſe, quod ad boe coutingit abeſſe; notat Graſia *bic n.7. ex l. ad Probat.25. de Probat. l. & ſi defenſor* 10. §. *fin. ff. de interrogatorijs actionibus.* Ex quibus infero cum Gloſſa in vetbo *ſed quid*, quòd non euaneſcit ſubſtitutio, ſi Clericus ſolùm efficiator oblatos ſe, & ſua tradens Eccleſiæ ſæculari; cum adhoc non ſit vetos religioſus. Et multò minùs euaneſcere ſi grauatus ille Monaſterium non ingredieos, illod hæredem inſtituat, nec euaneſcere; ſi ille ingrediatur Cappellam ſæcularem, com adhoc non ſit religioſus docent Butrius *num.* 61. Panormitanus *n.*46. alij relati à Barboſa *bic n* 26. Sanchez *c.*16. *tom.*1. *in præcept. n.*18. 19. & 30. & de iſtis docet Tondutos *d. cap.*113. *n* 4. quòd non gaudent prioilegio fori, niſi qnaudo aliter ſunt in conſortio Monaſterij, cui ſe obtulerunt.

22 Nec obſtat ſecunda pars dicti argomenti, quia reſpondeo, quod quando aliquis per profeſſionem, ſe obtulit in perpetuom Monaſterio ſeruire; poteſt etiam boua ſua auferre, ſine Iudicis decreto & ſolemnitate illa, de qua io iuribos in argumento adductis, cum oblatio iila, quaſi per viam vltimæ voluntatis facta cenſeatur: argum. text. *in l. Deo nobis, C. de Epiſcopis & Clericis*, quæ à maiore, 14 anoorum facta, nullam iuris ſolemnitatem deſiderat, alia tradit Graña *bic n.*4 & adiuoges quæ tradit hîc Balboa *n.*5. & 6. com Patiano *lib.*2. *de Probat. cap.*24. *n* 4. & Maſcardo *concluſ.*313. *n.*14. & *concl.*663. & videbis Monachum *de Præſumptionibus, lib.*2. *præſumpt.*50. vbi latè *de probanda maiori ætate, & ad quem ſpectet.*

23 Non obſtat ſeptimum, & vltimum argumentum, *ex Auth niſi rogati, C. ad Trebellianum*: quod, vt diſſoluat Pareſa *bic n.*86. verſic. *quarta*, aduertit dubitationem ceſſare, ſi *in d. Authent. niſi rogati*, reiecta vnlgari littera *niſi* legatnr, cum beoè emendatis Codicibus *ſine*, vti ipſe latius notat *hic n.*27. verſic. *quarto.* Et vide *quæſt.* 2. *à num.*8. & 9.

24 Notabis verò quòd ſi liberorum conditio ſit in propriam perſonam reiata, vt ſi quis ſic teſtetur, ſi abſque liberis deceſſero ſubſtituo Titium, quamuis enim teſtator, non relictis liberis religiooem ingrediator, non excluderetur ſubſtitutus; ſed ecluſo Monaſterio ille ſuecedet. Vt notaot Canoniſtæ hîc, Foſarius *de ſubſtitut. quæſt.*419. *num.*83. Menocbius *lib.*4. *præſumpt.*86 & 87. Saochez *in præcepta Decalogi, tomo* 1. *cap.*17. *num.*66. Barboſa hîc cum aliis, *num* 10.

24 Item declarabis; quòd ſi cooditio *abſque liberis deceſſerit*, opponatur in contractibus oneroſis exorbitat à textu noſtro, cuius concluſio ſolùm procedit in vltimis voluntatibus, & in contractibus gratioſis, Tiraquellus *in l ſi vnqnam* verbo *ſuſceperit n.*43. ſiue 46 cum aliis Barboſa *bic n.*11. Sanchez *ſuprà n.*68. & pro materia hulos text. in parte fusè Barboſa *de appellatiua*, verbo *filiorum appell. à num.*117. vbi recolligit caſus plures cum infinitis ab eo relatis benè & latè Sanch. *in præcepta Decalogi, & lib.*7. *cap.*16, & vterque refert plures Doctores.

QVÆSTIO II.

An Monaſterium excludat ſubſtitutum ſub conditione ſine liberis: *Et Monaſterium habeatur loco filij, vel loco hæredis: Et an excludat ſubſtitutum, ſi ſine liberis ex ſuo corpore natis, deceſſerit: Et an hæreditas relicta Monacho, ſine aliqua additione acquiratur Monaſterio: Et an poſſit teſtator expreſsè Monaſterium, vel Eccleſiam excludere ab hæreditate, ſi hæres inſtitutus, factus fuerit Monachus.*

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium quando excludat ſubſtitutum ſub conditione*, ſi ſine liberis, *n.*2. & 3.

4 *Monaſterium habetur loco filij fictè, & in caſibus à iure expreſſis.*

5 *Conditio* ſi ſine liberis, ea ſuo corpore natis deceſſerit, *quando excludit ſubſtitutum, num* 6.

7 *Monaſterium qualiter acquirat hæreditatem Monacho relictum.*

8 *Monaſterium, ſiue Eccleſia, poteſt ab hæreditate excludi, ſi voluntas adſit expreſſa teſtatoris, non alias, n.*9.

AD primam difficultatis partem, vt reſpoodeant Doctores plurima controoertunt de quæſtione, an Monaſterium capax ſuceeſſionia ecludat ſubſtitutum vocatum, ſub ea eonditione, ſi ioſtitotus, *ſine liberis legitimis, & naturalibus deceſſerit*, & pro parte affirmatiua facit, quia Monaſteriom babetur loco filij ex hoc noſtro textu, vbi patet euaneſcere, ſubſtitutionem alicui factam, ſi *ſine liberis deceſſerit*, per ingreſſum Monaſterij, quia non decedit ſine hærede, qui Monaſterium ſibi Hæredem inſtituit, facit *Auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, §. *ſed & hoc præſenti. collat.*9. & *Auth. niſi rogati C. ad Trebell.* 1

Secondò, quia etſi Monaſterium loco filij 2 non habeatur exelodet ſubſtitutum alia ratione, ne ſcilicet religionis profeſſio impediatur, & ne quis babita Monaſtica, & contemplatioa auertator, quòd maximè odioſum eſt in religione Chriſtiaoa, DD. hîe, & *in d. Auth.* niſi rogati, & quàm plura adducit pro bàc ſententiâ Guttiertez *lib.*1. *Canon. quæſt.*32. *à num.*1. vbi latiſſimè diſputat cum multis ab eo relatis, *vſque ad num* 40. quam probant Baldus *hic n.*8. verſic. *Sed quid*; Antonius Butrius, & Abbas *n.*48. Aretin. & Felinus *ibid. n.*36. verſic. *& iſta denotant*, Decius *num* 58. Lapus *allegat.*129. *factum ſuper quo*, Menchaca *de ſucceſſionum creatione*, & §.21. *n.*167. relati à Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib.*11. *tit.*7. *à n.*18. Velaſq. *in l.*50. *Tauri*, Gioſſa 4. *n.*30. Didacus Perez *in l.*1. *tit.*2. *libro* 5. *ordinamenti, fol.*134. *col.*2. Dinus *in l. ſi ita quis*, §. *fin. ff. de legat.*2. & alij relati à Guttiertez *ſup.* & ſic Riecius *collect.*162. cum Chacheuano *deciſ.*124 dixit, quòd cum Monaſterium habeatur loco filij infertur, vt excludat ſubſtitutom, qoando non appareat de contraria voluntate teſtatoris, & ob id præferri aſcendentibus in bonis Monachi profeſſi, licèt aliud ſit in legitima: ita Valaſcus *in deciſ.*24. Gratianus *deciſ.*7. item etiam agnatis præferri io medietate bonorum antiqoorum,

quorum, quæ eiſdem deberetur virtute conſue-
tudinis Neapol. ita Vincentio de Franchis *in
decis*.40.

Verum pro contraria ſententia alij Doctores
3 quam plura deducunt. Primò, quia Monaſte-
rium dicitur filius ſolùm per fictionem, & iuris
interpretationem, ad quod repetes relata ſuprà
quæſt.1. *n*.2. & in verſic. *ſecunda tamen*, & in ver-
ſic. *ſecundùm non obſtat*. Secundò, quia non
debet eſſe in poteſtate instituti eludere ſubſtitu-
tionem à teſtatore factam, irritúmque reddere:
argumento text. *l. in poteſtate*, & *in l. ſi quis rem,
ff. de Arbitris*, & faciunt ea, quæ dico infrà *de
filio adoptiuo*: tùm etiam quia fundamentum dictæ
Authenticæ, *ſed hoc præſenti*, niſi rogari, eſt ex-
horbitans à iure communi. Quare his, & aliis
argumentis hanc dicunt veriorem ſententiam,
Baldus *in d. Auth. niſi rogati num*.9. & ibi Salicet.
n.6. & quàm plures, quos ſequitur Guttierrez
vbi ſuprà à n.42. vbi dicit hanc eſſe tenendam
in iudicando & conſulendo, vtpotè quæ magis
accedit veritati, ac voluntati teſtatoris proxi-
mior eſt, atque ob id probabilior & ſecurior,
præcipuè ſi deſcendens Teſtatoris eſſet ſubſtitu-
tus. Ita *à num*.53. ſed ego vtraque exiſtimo ve-
ram eſſe conſideratâ diſtinctione, de qua *ſuprà
d. q*.2. quo ſuppoſito non tranſcribo alia, quæ
latè adducuntur per DD. Et ad plures caſus vi-
debis Barboſam *à num*.3. vbi agit àn Monaſte-
rium habeatur loco filij, quando apparet teſta-
torem intellexiſſe de filiis veris, & naturaliter
genitis, vbi refert duas contrarias opiniones.

Ad ſecundam difficultatis partem dico Mo-
4 naſterium non haberi loco filij verè & propriè,
ſed tantum fictè, ita Baldus *in l. cum accuſatiſſi-
mi*, *col*. 1. verſic. *quæro n*.4. *C. de fideicommiſſis*.
Ioannes Guttierrez *Canon. cap*.32. *à n*.55. vbi
n.56. docet Monaſterium nonniſi in caſibus à
iure expreſſis haberi pro filio, vt hîc *in d. Au-
thent. ſed & hoc præſenti*; quia cum iſta ſit quæ-
dam fictio non habet locum, niſi in caſibus à
iure expreſſis, & ad alios non extenditur. Anton.
Abbas, Felin. *hîc n*.42. Pariſius *n*.133. Molina *de
Primogeniis lib*.2. *cap*.9. *num*.45. Pelaez alios al-
legans *de Maioribus* 2.*p*. *q*.3. *n*.13. Quare abſo-
lutè Bartol. *in d. l. niſi rogati*, Tiraquell. *in leg. ſi
vnquam*, verbo *ſuſceperit liberos*, *n*.47. *Cod. de
reuocandis donationibus*, & *lib*.1. *de retractu*, §.1.
Gloſſa 8. *n*.20. & Zeuallos cum aliis *in pract*.
q.192. docent non eſſe in iure cautum, vt Mo-
naſterium habeatur loco filij, ſed loco hæredis.
Videbis Barboſam *hîc n*.2. vbi cum infinitis, re-
ſoluit Monaſterium haberi loco filij, ſeu hæ-
redis; ita vt grauato hæreditatem reſtituere, ſi
abſque liberis decedat, profitente ſuccedat Mo-
naſterium excluſo penitùs Monaſterio.

5 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeam
omiſſis pluribus relatis à DD. dico tres caſus
eſſe diſtinguendos. Primus cum teſtator ex-
preſsè, vel neceſſariam conſequentiam Mona-
ſterium excludit, in quo caſu conſiderata com-
muniori opinione Monaſterium non excludit
ſubſtitutum. Secundus caſus eſt, cum teſtator
ſimpliciter ponit filios, aut liberos in conditione
affirmatiua, vel negatiua, & in hoc caſu fauo-
re Monaſterij eſt facienda interpretatio. Tertius
caſus eſt, quando teſtator non ſimpliciter po-
ſuit filios in conditione, ſed cum aliqua ad-
iectione, & qualitate, ex qua apparet de filiis per
naturam ſenſiſſe, maximè quando dixit, ſi de-
ceſſerit, *ſine liberis*, ex ſuo proprio corpore na-
tis; vel de filiis legitimis & naturalibus, aut de
legitimo matrimonio natis, vel de filiis maſcu-
lis, & quamuis caſus iſte valde ſit controuerſus;
tamen verius eſt pro ſubſtituto decernendum
eſſe, vt conſuluit Baldus *conſ*.407. *vol*.1. *num*.3.
vbi dicit hanc opinionem de conſuetudine ap-
probatam eſſe, loquitur Fulgoſius *conſ*.53. Bar-
baria *conſ*.13. *volum*.1. Boëtius *deciſ*.354. cum
multis videndus Zeuallos *Comm. cont. comm. to-
ta quæſt*.193. vbi *num*.2. docet hanc doctrinam
maximè procedere, ſi teſtator decedente filio
ſine liberis, ſubſtituat aliquem de familia, ad-
iecta ea ratione, quia voluit, vt perpetuo bona
ſua remanerent in familia: Et videbis, quæ de
hoc puncto docet Spino *de teſtibus* Gloſſa 12.
num. 31.

Quare euidenter apparet Monaſterium non 6
excludere ſubſtitutum, quia ceſſaret ratio con-
ſeruationis familiæ, & à voluntate expreſſa, vel
tacita, & ſubintellecta teſtatoris recedendum
non ſit, *l. in conditionibus primum locum*, *ff. de
conditionibus & demonſtrationibus*: nec eſſe ad-
mittendam quæſtionem voluntatis, vbi conſtat
de claro teſtatoris ſenſu, *l. ille*, *aut illa*, §. *cum
in verbis*, *ff. de legat*.3. cúmque mens teſtatoris
talis præſumatur, qualis à verbis teſtatoris de-
monſtratur, *l. fin*. vbi Bartol. *ff. ad Trebellian*.
Inde eſt, vt cum in caſu, de quo loquimur ver-
ba ſuſtitutionis non poſſint Monaſterio conue-
nire; imò expreſsè refragentur, quod filij poſiti
in conditione excludant Monaſterium. Vide
Couarr. *lib*.1. *variar. cap* 19. *num*.11. verſic. *ex
quibus*, Guttierrez *vbi ſuprà*, & vt doctè intel-
ligas videbis Fabrum *de erroribus pragm. decade* 18.
errore 9. vbi à *n*.8. expendit propoſitionem ex.

Ad quartam quæſtionis partem Abbas hîc, 7
Corneus *conſ*.88. *volum*.2. *n*.3. & *conſ*.52. *n*.4.
Couarruuias *in cap*.1. *n*.28. *de teſtamentis*. Guil-
liermus Benedictus *in cap. Raynutius*, verſic. *ſi
abſque liberis*, & *l*.3. *n*.2. *de teſtamentis*, Spino *de
teſtamentis*, Gloſſa 12. *n*.17. docent hæredita-
tem relictam Monacho immediatè, ſine aliō mi-
niſterio acquiri Monaſterio, docuerunt etiam
Ioannes Andreas & Antonius hîc, quem ſe-
quor etiamſi Bartolus *in l*.1. *ff. de vulgari n*.24.
Socinus *conſ*.183. & 52. dicant ius adeundi re-
ſidere in ipſo Monacho. Et vt magis hanc quæ-
ſtionem intelligas leges, quæ adducit Faquinet.
lib.6. *cont. cap*.16. vbi refert duas contrarias
opiniones legiſtarum dicentium immediatè de-
ferri Monacho, & Canoniſtarum tenentium hæ-
reditatem immediatè deferri Monaſterio, &
poſteaquam pro vtraque parte iura adducat, con-
cludit Legiſtarum ſententiam conſentaneam vi-
deri iuri, & rationi; dum tamen Monachus hæ-
reditatem adeat, cum conſenſu ſui ſuperioris,
quam illico acquirit Monaſterio, & hoc modo
vtraque ſententia vera videtur. Vide infrà *q*.4.
in verſic. *ad quartam*.

Ad quintam p rtem difficultatis, vt latè reſ- 8
pondeas leges, quæ tradit Menochius *de præ-
ſumpt. lib* 4. *tom*.1. *præſumptione* 83. Verùm Fa-
quinetus *lib*.4. *Controuerſiarum cap*.56. exiſtimat
eam conditionem, quæ Monaſterium, ſiue Ec-
cleſiam excludit non valere, & pro non ſcripta
habendam eſſe, cuius fundamentum adeſt, *in
Nouella* 123. §. *Sed & hoc præſenti*, verſic. *ſi quis
ſub conditione*, vbi Imperator vult quod ſi hæ-
res fuerit inſtitutus purè deinde grauatus reſti-
tuere

tnere ſub condirione *ſi liberos non procreaueris*, vel *ſi abſque liberis deceſſerit*, & Monaſterio ingrediatur: tunc ſubſtituttio ſub ea conditione facta inualida exiſtat, & pro non ſcripta habeatur, & hoc ait procedere Religionis & Eccleſiæ ſpeciali fauore, & percipitur ex verbis ibi, *niſi in redemptionem captiuorum, aut egentium alimenta ſub prædictis conditionibus ſubſtitutio, vel reſtitutio fiat*, cum *in dicta Authent.* voluntas teſtatoris manifeſtè repugnet, & Monaſterium, aut Eccleſia non excludatur, & hoc in honorem, & fauorem Eccleſiæ. Igitur cum nulla clatior ſit voluntas teſtatoris, quàm quæ ex verbis appareт, & ex verbis appareat eum ſubſtituere, ſi hæres ſine liberis deceſſerit: ergo ſi Monaſterium hætes ingrediatur, & ſic decedat abſque liberis ea eſt voluntas teſtatoris, vt ſubſtitutus ſuccedat, non autem Monaſterium, & ſic concludit Faquinetus, vt ratio legis non oitatur voluntate teſtatoris, ſed ſingulari fauore, quo Religionis, & Eccleſiæ iura proſequutus eſt Iuſtinianus; non enim negari poteſt, cum magis Religionis fauor verſetur, vt colligitur ex *Authentica niſi rogati, Cod. ad Trebellianum, l. Deo nobis, Cod. de Epiſcopis & Clericis*, qui fauor ſemper, & perſpicuus eſt, *l. ſunt perſona 43. ff. de religioſis, & ſumptibus funerum*, & pro hac ſententia leges quæ adducit Balboa *hîc ex n.34. vſque ad 41.*

9 Verùm quia *ſuprà q.1.* ad decidendi rationem plura ego dixerim, quibus hæc difficultas ſatis aperitur, & ex ibi dictis, & hic percipiatur, vt contra voluntatem expreſſam teſtatoris Monaſterium non ſuccedat; ideo exiſtimo in hac quæſtione dicendum cum Menochio, & ab eo relatis dictam Authenticam *ſed & hoc præſenti* procedere, & intelligi, quando in repugnantia voluntatis teſtatoris, poteſt fauore Religionis capi præſumptio, vt conditio pro non ſcripta habeatur; non verò quando de contraria voluntate teſtatoris, verbis expreſſis conſtat, vel ſufficientibus coniecturis, vt in terminis reſoluit Decius *conſ.559.* Padilla *in l. cum acutiſſimi n.44. C. de fideicommiſſis.* Ozaſcus *in Pedemontaneis deciſ.127. n 25.* & faciunt pro hac doctrina regulæ generales iuris, *in l.1 C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, vbi teſtatori permiſſum eſt de rebus ſuis pro ſuo arbitrio diſponere, & *l.22. Tabularum cautum, vti quiſque legaſſet ita iuſto, l. verbis legis, ff. de Verborum ſignificatione*, & quia nemo inuitus cogitur benè facere, *c. de Iudicis 45. diſtinctione, c. vlt. 22. q 5.* & ſic neminem cogendum eſſe, vt bona ſua acquirantur Eccleſiæ, vel Monaſterio. Tum etiam quia poteſt teſtator rebus ſuis adjicere hanc conditionem, vt apud Eccleſiam non maneant, niſi modum, & conditionem ſeruet, *c. verum de Conditionibus appoſitis*, quibus, & aliis licet reſpondeat Faquinetus *d. lib 4. Controuerſiarum c 57.* Tamen quoties adeſt in contrarium expreſſa voluntas teſtatoris, aut quæ legitimè inducitur, non habet locum eius ſententia: niſi tantum in caſu dubio, vt dixi *ſuprà q.1.* & tradit ex multis, & contra alios Balboa *hîc n.40.* Paulus *in Auth. niſi rogati n 58.* relati à Couarr. *d. lib.1. Var. c.19. n* 8. Menochius *vbi ſup.* Franchis *deciſ.29. n.7.* quæ doctrina in praxi magis recepta eſt ex dictis; nec aliud expreſsè colligitur ex *d. Auth. & hoc præſenti.* Et videbis quæ docet Spino *de Teſtam gloſſ.12. n.30.* Et ad complendam materiam noſtræ quæſtionis principalis, adjunges, quæ latè ſcribit D. Ioannes del Caſtillo *lib.3. Controuerſiarum c.12.* vbi de illa an maioratui, vel fideicommiſſo bona ſubiecta poſſidens ſi Religionem capacem, aut incapacem bonorum in communi profiteatur ſequens vocatus, aut ſubſtitutus admitti debeat ſtatim non ſpectata morte naturali ac ſi maioratus poſſeſſor, vel fideicommiſſo grauatus Monachus effectus verè deceſſiſſet, & quid de fructibus, & commoditatis, item de aliis, ibi.

QVÆSTIO III.

An qui ſe, & ſua obtulit Eccleſia, ſiue Monaſterio poſſit, ad aliam Eccleſiam tranſiens, bona ſua ſecum deferre: Et quid de hæreditate: An pecunia data pro Monacho interfecto, debeatur Monaſterio: Et an Patre profeſſo teneatur Monaſterium reſeruare filys legitimam in bonis, non ſpectata morte patris: Et an valeat ſtatutum quod ingrediens Religionem priuetur iure ſuccedendi: Et an per Monachum fugitiuum acquiratur Monaſterio poſſeſſio, ſicut per ſeruum, qui eſt in fuga.

SVMMARIVM.

1 *Religio, licet tranſitus, de vna Religione ad aliam, ſed quando* remiſſtuè.
2 *Religioſus tranſiens de vno Monaſterio ad aliud, quando ſecundo bona ſua acquirat, n.5. 6. & 9.*
3 *Actio, quam habet religioſus ad hæreditatem perſonalis eſt, & quid de ſpe ad eam, n.4.*
4 *Legatum relictum Monacho ſub conditione, acquiritur illi Monaſterio, in quo vitam agit.*
5 *Monachus profeſſus, acquirit primo Monaſterio, in quo erat tempore acquiſitionis, ſed uſumfructum acquirit ſecundo ad quod tranſfert, vt n.6. & 7.*
8 *Monachus tranſiens de vna Relione ad aliam, poteſt ſecum ferre ſua propria ſcripta, & libros de manu.*
9 *Monachi bona tranſeuntis ad aliam Religionem contra ius, pertinent ad primum Monaſterium alias ad ſecundum.*
10 *Offerens ſe Eccleſia ſæculari, omnia ſua bona ſecum ad aliam transfert.*
11 *Monachus tranſiens ad Epiſcopatum, Monaſterio acquirit bona ante acquiſita.*
12 *Monaſterio quando debeatur pecunia data pro Monacho interfecto, quando patri, vel vtrique, n.13.*
14 *Monaſterium tenetur ad legitimam præſtandam filio patris Monachi defuncti, non in vita eius, n.15.*
15 Authent. ſi qua Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, cap. cum ſimus de regularibus.
16 *Statutum deponens, vt ingrediens Religionem priuetur iure ſuccedendi non valet.*
17 *Monachus potius comparatur filio, quam ſeruo, n 19. & 20.*
18 *Seruus efficitur liber per ingreſſum Religionis.*
20 *Monachus acquirit ratione Monaſtica obedientia, & non poſſeſſionis.*

1 VT ad primam difficultatis partem reſpondeam prius ſeire oportet, an liceat religioſo tranſire de vna Religione ad aliam, in qua difficultate, quia latè de ea agam infrà *in c. licet de regularib. & in c. Ioannes 5.* ibi. Ideo breuiter dicec permitti illum tranſitum cum aliquibus requiſitis, & de certis Religionibus ad alias, & non ecôtra, vt ibi dicam. Quo ſuppoſito, vt latè difficultatem diſſoluas leges Couarr. *in c. 1. de Teſtam. à n. 19.* Nauarr. *in comment. de regularib n. 24. & conſil. 55. n. 5. de regularib. lib. 3.* Emanuel Rodrig. *de regularibus, tom. 3. q. 52. art. 27.* Azor. *moral. p. 1. lib. 12. cap. 15. q 3.* Syluestrum verbo *Religio* 4. *p. 10.* Angelum verbo *Monaſterium q. 6.* & aliis.

2 Itaque Panormit. *hic & in c. cauſam hoc tit. & in c. quod a te de Cleric. coniugatis,* docet quòd ſi religioſus, quando intrauit in Monaſteriũ, et donans omnia bona ſua, ante profeſſionem tranſeat ad aliud; tunc non obſtante tali donatione, ſecum etiã ferre bona in ſecundũ Monaſteriũ, quia donatio illa æquiparatur donationibus causâ mortis, quæ ſuum non ſortiuntur effectum, niſi morte adueniente, & ob id non ſequuta profeſſione in primo Monaſterio, tacitè videtur reuocata donatio, & ex eo, quia credibile non eſt, ipsũ voluiſſe ſpoliari omnibus bonis ſuis, maximè in illo, inte-
3 rim quo fuit ingens Religionem. † Quare cum actio, quam habet religioſus ad hæreditatem ſit perſonalis; ideo tranſiet cum illo ad ſecundum Monaſterium, quod capax ſit hæreditatis, ita iam relati DD. Couarr. *ſup. n. 10.* Villalob. *in Summa d. p. 2. tract. 85. difficult. 14 a. 2. & 3.* & ob id ſi Pater religioſi moriatur ſecundum Monaſterium hæres erit, vt apparet ex text. *in c. ſtatutum 28. q. 2.* vbi dicitur, quod religioſus factus Epiſcopus patris hæres eſt, nec Religioni acquirit. Nec obſtat dicere quod religioſus profeſſionem emittens, eo ipſo tradit etiam bona ſua Monaſterio, iuxta text. *in c. non autem 9. q. fin.* Igitur, & ſpem hæreditatis; quia reſpondeo cum Gl. *in d. cap. ſtatutum,* ius ſuccedendi non competere, niſi poſt mortem perſonæ, à qua prouenit ſucceſſio. cúmque ille, qui Religionem profeſſus eſt, non dedit ius ſuccedendi, ſed tantùm ſpem, quam habet: ſequitur vt talis ſpes finita ſit erga primum Monaſterium per tranſitum ad ſecundum; quod ad iſtud pertineat, & non ad illud; ita Couarr. *ſup. d. n. 20.* Et addit Villalob. *d. a. 3.* quod ſi Religio, ad quam tranſit religioſus fuerit D. Francisci, cui hæreditas non defertur: tunc hæredes erunt patris illius religioſi, quod ſi Pater non haberet hæredes eſſent alij venientes abinteſtato, reſpectu Monachi, & non ipſum Monaſterium.

4 Vnde verum eſt id, quod docent Bald & Cardin. *q 16. in Clem. fin. de elect.* & ibi Imola *col. 2. &* Bonifac. *n. 38* Felin. *hic n. 16.* Couarr. *ſup. d. n. 20. verſ. ex quo,* quatenus dicũt legatum factum Monacho ſub conditione, acquiri illi Monaſterio, in quo Monachus vitam agit tempore aduenientis conditionis, & non alteri, in quo tempore facti legati commorabatur. Nec obſtat dicere quòd ſi promiſſio facta ſit ſub conditione, in ea attenditur, quod transmiſſionem tempus contractus, & non tempus aduenientis conditionis. Quia reſpondeo in contractibus illico transferri ſpem, *l. ſi filiusfamilias, ff. de Verbor. obligationib.* ſecus in vltimis voluntatibus, *quibus Monachi profeſſio comparatur, l. cum hæredes ff. quando dies legati cadat.*

5 Ex his etiam infero omnia ea quæ acquiſiuit, dum eſſet Monachus profeſſus vnius Monaſterij, licèt ad aliud Monaſterium tranſeat primo acquiri, quia iam ius ei competit ratione profeſſionis: ſecùs ſi nondum profeſſionem emiſiſſet iuxta, *ſuprà dicta n. 2.* in verſic. *itaque*, & in tantum eſt, vt nequeat Monachus tranſiens aliquid ſecum ferre, ſine licentia expreſſa, aut tacita ſuperioris primi Monaſterij, colligitur *ex dicto cap. ſtatutum*, & docet Panormitanus *in dicto cap. quod à te*, Nauarrus *dicto conſ. 55.* Syluester, & relati à Couarruuias *ſuprà*, & ita verum eſſe docet Villalobos *dicta dif. 14. n. 5.* vt etiam habitus, quem ſecũm Monachus defert, ſpectet ad primum Monaſterium, & illum Monachus defert de licentia tacita ſuperioris, qui ſi vellet, poſſet illum repetere, quando Monachus in ſecundo profiteretur.

Et licèt aliqui doceant vera eſſe, quæ dicimus 6
in bonis induſtria Monachi acquiſitis, & ſibi donatis, ſed fallere in hæreditatibus, quæ ſimul tranſeunt cum perſona Monachi ad ſecundum Monaſterium, non alia ratione, niſi quia idem procedit in ſpe ſuccedendi, vt iam ſupra dixi, & tradunt Archidiaconus *in cap. 1. & 17. quæſt. 4.* Ioannes Andreas, Cardinalis; & Abbas *in dicta cap. quod à te.* Tamen facilè reſpondetur hæreditatem illam pertinere ad primum Monaſterium, quod iam ius acquiſiuit in ipſa hæreditate, & ob id Couarruuias *in dicto cap. 1. de Teſtamentis n. 21. in principio* dixit, quod ſi eo tempore, quo Monachus eſt in primo Monaſterio, ex alterius morte ei deferatur hæreditas ipſi Monaſterio fit acquiſitio, nec tranſire hæreditatem ad ſecundum cum Monacho ipſo, ita vt ſi ſit parentum hæreditas tranſmittatur in Monaſterium primum, etiam mortuo Monacho hæreditate addita, & poſſe additionem fieri à Monaſterio, Cynus *in l. Deo nobis, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, Baldus *conſ. 494.* Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius de Teſtamentis*, verbo *Mortuo in ſecundo, num. 156.* Villalobos *in ſummà dicta dif. 14 num 6.* vbi dicit ſecùs eſſe
in ſpe ſuccedendi. † Et addit quòd ſi ſecun- 7
dum Monaſterium compelleretur ad recipiendum Monachum, vt ibi ageret pœnitentiam: tunc occurreret obligatio dandi ipſi ſecundo Monaſterio vſumfructum bonorum Monachi, dum viueret, ne grauaretur ſecundum Monaſterium, & mortuo iam Monacho: tunc conſolidari vſumfructum cum proprietate, & pertinere omne ad primum conuentum, quo pacto intelliguntur iura, *in cap. ſi quis rapuerit 27. q. 1.* & *Authent. de Sanctiſſimis Epiſcopis, § fin. col. 9.* & cum multis tenet Couarruuias *ſuprà dicto num. 21.* in verſic. *hactenus verò*, qui abſolutè docere videtur illa alimenta ſemper ſpectare ad Monaſterium ſecundum in vita Monachi, licèt poſt eius mortem coniungantur cum proprietate, & adducit textus, *in Authent. de Monachis, §. ſi vero relinquens*, & *in d. cap. ſtatutum.* & Gloſſam *in dicto cap. ſi quis rapuerit*, & *in cap. de lapſis 16. quæſt 6.*

Ex prædictis infero cum Nauarro *d. conſ. 55.* 8
de regularib. & cum Villalobos *d. definitione 14. p. 2. tract. 35. n 5. in fine*, & cum Hieronymo Rodriguez *in compendio quæſtionum reg. reſol. 123. n. 82.* & cum Fauſto *in Theſauro Religionis, lib. 5. q. 386. n. 5.* Monachum tranſeuntem ad ſecundum Monaſterium poſſe ſecum deferre ſcripta ſua, & libros de manu, quæ parum vtilia ſunt primo Monaſterio, & hoc de licentia præſumpta

Prælati, & Diana *p.3.tract.2.de dubiis regularium reſol.63.* addit cum Vallero *in different. vtriuſque feri,* verbo *regularis differentia* 8. *n.2.* Id etiam in omnibus ſcriptis procedere, niſi ſcripta ſint omnino correcta per Authorem, & domus tranſeuntis, velit illa typis mandare.

9 Itaque ad punctum noſtræ difficultatis, dico vt ſi Religioſus tranſeat ad aliam Religionem contra ius: tunc omnia bona, quæ habet pertinent ad primum Monaſterium, ex eo quia profeſſio in ſecundo Monaſterio nulla eſt: tamen ſi legitimè ſe tranſtulit: tunc omne quidquid acquirat per teſtamentum, donationem, aut induſtriâ ſpectat ad ſecundum Monaſterium.

10 † Quare vt is, qui ſe, & ſua bona obtulerit Eccleſiæ ſæculari, res illas, quas obtulit ſecum ad aliam Eccleſiam transfert, in quam ſeipſum licitè confert textus, vbi Antonius, Abbas, & Imola *in cap.3. de renunciatione*, Cardinalis, Abbas, Imola, & Doctores *in dicto cap quod à te de Clericis coniugatis*, Couarruuias *in dicto cap.1.*
11 *de Teſtamentis, n.19* † Vbi ait quod is qui à Monaſterio ad Epiſcopatum tranſit bona ante tranſitum acquiſita Monaſterio, verè acquirat illa autem, quæ poſtea acquiſierit ea induſtria perſonæ Epiſcopali Eccleſiæ acquirat, *cap ſtatutum 18.q.1.* & DD *in d cap.1. de Teſtamentis.*

12 Ad ſecundam difficultatis partẽ Dec. *hic n.57.* Padilla *in l ſi transfigere n.38.Cod.de tranſactionib.* Roman. *in ſingulari* 450. Guillelmus Benedictus *in d. cap. Raynutius de teſtamentis,* verbo *condidit, el 2 n.17.* Aleiat. *in l.4. §.Cato, n.175 ff. de Verbor. obligat.* docent, quòd pecunia quæ ſoluitur ex compoſitione propter Monachum interfectum, debetur Monaſterio, & non patri ipſius Monachi; ſed quod patri debebatur exiſtimant Boër. *dec.* 121 *n.9.* Placa *de delictis c.6.n* 18.*&* *c.42.n.16.*

13 Verùm ego ea dictis exiſtimu hanc rem cõponendam eſſe ſub diſtinctione; ita vt ſi profeſſio per Monachum, nondum facta ſit: tunc patri ea pecunia acquiratur, quòd ſi iam eam emiſiſſet, Monaſterio fiat acquiſitio, tradit Iul. Clar. *lib.5. receptar. ſententiar. §.fin. q 58 n.25.* vbi dicit ita fuiſſe Iudicatum per Senatum Burdegalem, & amplius diſtinguendo ait, quod aut apparet iniuriam fuiſſe factam Monacho intuitu Monaſterij, & tunc debeatur Monaſterio; aut apparet qoòd fuit facta intuitu perſonæ; & tunc Pater ſit præferendus; aut ſumus in caſu dubio, & tunc ſicut ad vtrumque ſpectat vindicta, & remiſſio ſit, & præmiom, & pecunia, ac compoſitione ſoluta, & hanc diſtinctionem veriſſimã eſſe dicit Zeoall. *in pract.q.333.* & ſecundum eã reſoluendã prædictam difficultatẽ in iudicãdo, & conſulẽdo,

14 Ad tertiam difficultatis partem aliqui docuerunt, vt patre profeſſo ordinem alicuius inſtituti: tunc Monaſterium teneretur non ſpectata morte naturali patris, conſtituere legitimam portionem in bonis patris: ſic Abb *hic n.59.* vbi dicit hanc opinionem habere æquitatem dicit communem Canoniſtarum, Menchac. plures allegans *Controuerſ. illuſt lib.1.c.37.n.10.* per text. *in c.cum ſimus de regularib.* Gl. *in cap. tranſmiſſa, qui filij ſint legitimi;* dicit communem Bald. Nouell. *de doto p.1.col.3.* & eſſe communem Canoniſtarum dicit Iaſon *in Auth. ſi qua mulier, n.51. C de Sacroſ. Eccleſiis,* & hanc tenet, & defendit Faquineus *lib.6. Controuerſiar. cap.13.* per textum, *cap cum ſimus de regularib* & per textom, *in §.ſi quis autem,* verſ. *ſi vero filios in Auth. de Monachis*, & ex aliis per eum adductis; vbi reſpondet contrariis dicens quod licèt regulariter filius nõ poſſit legitimam petere viuente patre, ſumma tamen ratione, & æquitate excipi caſum iſtum, ne filius legitimo ſubſidio bonorum careat, vel Monaſterium onus habeat alendi; & ſic reſpõdendo ad text. *in Auth. ſi qua mulier*, qua nititur contraria ſententia, illi repetenda, ait ibi non dici filium non poſſe petere legitimã viuente patre; ſed dicit ſi non fuerit ante patris mortem aſſignata, patre mortuo aſſignandã eſſe, interim nõ negat text, peti poſſe.

Verùm Felin & Anton. de Butrio *hic n.56.* De- 15
cius *n.57* Gloſſa *in d. Auth ſi qua mulier*, vbi Fulgoſius, & Salicet. *n.12.* & quamplures relati à Zeuallos *in practicis, q.34.* Gregor. Lopez *in l.17. tit.1.p.6.* verbo *ſus hijos*, Guttier. *lib.2.Canonicar. q.1. n.77.* docent contrariam opinionem veriorem eſſe, & tenendam in iudicando, quæ probatur admodum, *ex d. Auth. ſi qua mulier*, cui conſonat dicta lea partitæ, vbi pater ingreſſus Monaſteriũ habet poteſtatẽ in vita ſua diuidendi inter liberos, prout voluerit, legitima non diminuta, & ſic ad id compelli non poſſe, & poſt mortem tantum compelli poſſe Monaſterium, tum etiã quia portio legitima non debetur, niſi poſt mortem naturalem patris, *l.1.§ ſi in pubere*, & ibi Bart. *ff. de collat bonor.* & *in l.lex Cornelia ad finem, ff de vulgari.* Tertio quia poſſibile eſt, vt iſte filius moriatur antequam pater: ergo interim eſt in ſuſpenſo, & pendenti: argum *Statius Flor.§.Cornelio Felici, ff.de iure fiſci.* Cum ſimilibus, cui ſententiæ fauet expreſſiùs, *d. l. Regia* 17. & multis adductis per Guttier. *ſup à n.75.* vbi *d.n.79.* in verſic. *tota difficultas*, reſpondet ad teat. adductum pro contraria ſententia *in d. cap. cum ſimus de regularib.* docens minimè probari quod in vita patris Monachi profeſſi, eius filius poſſit petere legitimam, quia de hoc nullum verbum in eo repetiatur; imò Felin. hîc teſtatur *n.56.* ſe vidiſſe integram illius teat. & ea ea conſtare quòd Pater erat mortuus: proſequitur idem Guttierrez ibi *à n.80.* vbi *n.85.* integram refert, *cum videbis, vſque ad numer.96.* Et quæ dico infra *in d. cap. cum ſimus*; & vide quæ congetit Diana ex multis *p.6. tract.7. reſol 55.*

Ad quintam quæſtionis partem nonnulli exi- 16
ſtimant valere ſtatutum diſponens, vt ingrediens Religionem priuetur iure ſuccedendi; ita Bartolus *in l. fin. n.6. Cod. de pactis*, & ſit communis opinio ſecundum Paulum *in l. ſi quis id quod n.8. ff. de iuriſdictione omnium Iudicum*, vbi dicit ita tenere Doctores. Verùm contraria ſententia crebrior, & communis eſt, vt tenent plures per Cagnolum *in dicta l.fin. n.178.* dicit communem Ripa *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n.39. ff. ad Trebellianum*, idem fatetur Aleaander *conſil.139. volum.2.* & Zaſius *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, n 38 ff. de Verborum obligationib.* cum aliis Zeuallos *in practicis q.123.* vbi dicit hanc eſſe veriorem, & receptiorem opinionem.

Ad vltimam quæſtionis partem, vt reſpon- 17
deant Doctores, ſolent latè agere de quæſtione, vtrum Monachus comparetur ſeruo, vel filio, & cùm de hac quæſtione latè agat Zeuallos *in pract q 446. per totam*, cum multis ab eo relatis, & ibi *à num.2.* ideo breuiter dico magis æquiparari filio, quam ſeruo: tum ex doctrina noſtri textus, & quia durum eſt vt æquiparetur ſeruo, qui ſeruitio, & obſequio Dei eſt mancipatus, & perfectiſſimum aſſumpſit ſtatum, vt
in Authentic. de Monachis in principio. † Tum 18
etiam

etiam quia ille, qui alias erat ſeruus per ingreſſum Religionis efficitur liber, vt *in c ſi ſeruus 54 diſtinct.* & *in c. ſi quis cognitus*, & probat text. *in l. 6. & 7. p. 1.* applicabis quæ dico ſuprà *in c. 9. de Iudicijs, à q. 1.* cum aliis, & *in cap. 16. eod. tit. à q. 4.* vbi plura dico de his, quæ poſſunt facere religioſi, & de inhabilitatibus ſublatis illi, qui ingreſſus eſt Religionem, ſeu fecerit profeſſionem.

19 Quo ſuppoſito licet plura ſint, quibus apparet, vt Monachus comparetur ſeruo ex text. *in cap. multos 54 diſt* & ex aliis pluribus adductis à Zeuallos *vbi ſup à n. 1.* vbi videbis, & ob id, vt in acquiſitione poſſeſſionis æquiparetur ſeruo, & non filio, vt tenent Iacobus de Veloſino, & Angelus *in Auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis, §. ſi fugitiuus*. Tamen verius eſt vt in tali acquiſitione æquiparetur filio: ita colligitur ex Bartol. *in l. 1. § Seruum qui in fuga, n. 2. ff. de acquirenda poſſeſſione*, & ibi *n. 14.* dicit communem Ripa *in l. 1 n. 151. ff de*
20 *vulgari & pupillari.* † Quia Monachus non acquirit ratione poſſeſſionis, ſed ratione Monaſticæ obedientiæ, vt tenet Gloſſa *in l. quidquid, ff. de acquirenda poſſeſſione*, vbi Bartul. eſt etiam Gloſſa *in l. cum heredes, §. fin ff. eodem.* Vbi Angelus & Imola, ad quod eſt bonus textus *in cap. Abbatis, lib. 18 q. 2.* vbi Monachus fugitiuus reuocatur cum omnibus per eum quæſitis; notat Abbas *in dicto cap. quod a te n 7. de Clericis coniugatis*, & facit textus *in d. Authent. de Sanctiſſimis Epiſcopis, §. ſi Monachus colat. 9.*

QVÆSTIO IV.

An Pater Monachus effectus amittat vſumfructum, quem habet in bonis filij: Et an vſusfructus finiatur per ingreſſum religionis: Et an vſusfructuarius ingrediens Monaſterium mendicantium perdat vſumfructum ante mortem naturalem: Et ad quem pertineant bona Monachi, ſi decedat abintestato ante profeſſionem emiſſam: Et quid ſi Monachus, cui delata eſt hæreditas adire nolit, an poſſit Monaſterium adire eo inuito: Vel poſſit eam adire ſi Monachus moriatur ante aditam hæreditatem: Et an poſſit Monaſterium repudiare hæreditatem Monacho delatam.

SVMMARIVM.

1 *Pater Monachus effectus, amittit vſumfructum quē habet in bonis filij cōtra alios. n. 2. 4 & 5.*
3 L. fin Cod. ad Tertull. l. 3. Cod de vſufructu.
4 *Vſusfructus conſolidatur cum proprietate facta profeſſione patris, & n. 5 licèt aliqui dicant non conſolidari, vſque ad mortem Patris, n. 6.*
7 *Patria poteſtas amittitur per profeſſionem*
8 *Vſusfructuarius facta profeſſione ſtatim amittit vſumfructum, & pertinet ad ſubſtitutum.*
9 *Bona Nouitij decedentis vel diſcedētis ante profeſſionem, pertinent ad heredes late, n. ſeqq.*
11 Cap 16 Trident. ſeſſ 25. & n. 12. & quæſt. ſeq. n. 4 & 5.
13 *Monaſterium adire poteſt inuito Monacho hæreditatem illi relictam, n. 14.*
15 *Monaſterium ſuccedendi incapax, non excludit ſubſtitutum; item quando non vult adire.*
16 *Monaſterium qualiter adire poſſit hæreditatem Monachi defuncti, n. 16. & 17.*
19 *Monaſterium poteſt repudiare hæreditatem Monacho delatā, poſt annū probationis, n. 20.*
20 *Repudiare poteſt Prælatus Eccleſiæ hæreditatem.*

AD primam difficultatis partem Decius *hic n. 66* & alij, quos refert, & ſequitur Pinell. *in l. 1. Cod de bonis maternis p. 1. n 49.* Caualcan. *de vſufructu pag. 421. n. 141.* Accurt. *in Auth. idem eſt, C. de bonis quæ liber.* vbi Paulus, Bald. Caſtrenſ. & Corneus docent vſumfructum manere apud Monaſterium, donec Pater vixerit, quia Pater ſemper retinet vſumfructum ſemel acquiſitum, licet patria poteſtas ſit ſublata, & ſic non eſt cur in caſu præſenti amittat vſumfructum, *ex l. vlt. Cod. ad Trebellianum, & ex l 3. Cod. de vſufructu.* Alij vero dixerunt dimidiam vſusfructus partem apud Monaſterium manere debere; alteram vero dimidiam ad filium pertinere: Ita Panormitanus *hic n. 57.* Pietius *in Summa*, verbo *Religio*, Bartolus, & Angelus *in dicta Auth. idem eſt*, & ratio eſt, quoniam ita conſtitutum eſt in Patre filium emancipante, vt dimidiam partem vſusfructus retineat ac lucretur, *l. cum oportet, §. cum autem, Cod. de bonis quæ liberis.* 1

Ego autem exiſtimo vſumfructum extingui, & ad proprietatem redire; nam certum eſt Patrem ipſum Monachum effectum non retinere vſumfructum, de quo agitur, cum nihil proprij iuris habeat; ſed ſic eſt quòd vſusfructus extraneo cedi non poteſt, ſed tantùm Domino proprietatis, *§. finitur inſt. de vſufructu*: ergo quamuis Monachus effectus ſe, & ſua offerat Monaſterio ex noſtro texto, & aliis; tamen ex quo profeſſionem emiſit, amiſit vſumfructum; ita docent Salicetus *in Authent. ingreſſi, Cod de Sacroſanctis Eccleſiis, q 7.* ibi Iaſon *col. fin.* Cynus, & Albericos *in d. Authent. idem eſt, C. de bonis quæ liberis* Couarr. *in cap. 2. n. 8. de Teſtamentis.* 2

Nec obſtant adducta pro prima ſententia, quia leges ibi allatæ loquuntur, quando patria poteſtas morte finitur filij; ſed nos loquimur cùm viuente filio patria poteſtas ſoluitur: tunc enim, quia filius ſui iuris effectus eſt, pro Patrefamilias habetur, neque videtur eſſe conſonum rationi, & rerum ſuarum careat vſufructu; præſertim, quia vt iam ſupra dixi, *quæſtione præcedenti*, ipſe filius ſtatim patre Monaſterio ingreſſo, & religionem profeſſo ius habet conſequendæ legitimæ portionis, perinde ac ſi naturaliter mortuus eſſet, & quia filio emancipato certum eſt vſumfructum ceſſare, licet tunc in præmium emancipationis dimidia pars detur patri, quo pacto etiam ſatisfit ſecundæ opinioni, vt reſpondet Faquinetus *lib 6. Controuerſiarum, cap 12. in fine*; videbis Guttierez *Canon. lib. 2. cap 1. n 97.* 3

Ad ſecundam partem difficultatis iam facilis eſt reſponſio, & ſic omiſſis quæ congerunt DD. relati a Zeuallos *in practicis q 64* dico quod ab ipſo inſtanti, quo per Monachum fit profeſſio, vſusfructus conſolidatur cum proprietate, & ob id reuerti ad filium, in cuius bonis Pater vſumfructum habebat, quia cum vſusfructus concèderetur Patri, propter patriam poteſtatem, ſequitur, vt ceſſet facta profeſſione, vt tradunt Doctores, *in leg. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, Decius *hic num 66.* Abbas *in cap. 1. n. 2. de regularibus*, dicit com- 4

munem Acoſta *in cap. ſi pater de Teſtamentis, lib.6.p.2.* verbo *Teſtatore mortuo, n.9.* † Quod
5 ſecùs eſſe ait Zeuallos *vbi ſuprà, num.5.* ſi Pater haberet aliunde vſumfructum, & non mediante perſona filij quia talis vſusfructus tun tranſit in Monaſterium, nec reuertitur aut conſolidatur, cum proprietate: argumento text. *in cap. cum ſimus de Regularibus.* Verum etiam in hoc ſecundo ipſe aliter etiam ſentit n.6. ex doctrina Saliceti, Iaſonis, & aliorum *vbi ſuprà.*

6 Ad tertiam quæſtionis partem ſimiliter etiam facillimo negotio ſatisfacies, nam etſi latè eam diſputet Gutierrez *Canon. lib.2. cap.1. à n.97.* vbi *num.*100. reſoluit quòd vſusfructus, viuente Patre profeſſo, in religione bonorum capaci acquiritur Monaſterio, nec adhuc conſolidatur cum proprietate filij, vſque ad mortem naturalem Patris, quia nullo iure probatur Monachatione Patris, amitti tunc vſumfructum cùm mors ciuilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis. Sequitur Gloſſa *in d. Authent. idem eſt*, vbi Baldus, Paulus Caſtrenſis, Corneus, & Bartolus *in dicta Authent. ingreſſi in repetitione num.*49. Decius *hic d. n* 66. & Beroius *n.*529. Spino *in ſpeculo de Teſtamentis,* Gloſſa 12. *n.*21. verſic. *Sed alia eſt verior*, & alij
7 relati à Zeuallos *in pract. cap.*65. † Tamen ego ex iam dictis teneo contrarium, ſiquidem, vſusfructus ſequitur perſonam, quâ deficiente, conſolidatur cum proprietate, nec ad Monaſteriū tranſire debeat; etiamſi eius fauor in aliis caſibus ampliſſimus ſit, vt ſuprà iam dixi *quæſtione* 1. *&* 2. & probatur, quia per profeſſionem Pater amittit patriam poteſtatem, & ſubditur Abbati, nec poteſt habere alium ſub ſua poteſtate, *l. ſic eueniet in fine, ff. de Adulterijs*, quo fit vt patria poteſtate extincta videatur quoque amittere vſumfructum. Secundò, quia vſusfructus datur patri ob cuſtodiam, & adminiſtrationem, quæ ceſſat in Monacho. Tertiò, quia ſi filius poteſt petere legitimam in vita Patris, non ſpectata morte naturali ipſius, iuxta iam *dicta ſuprà q.*3. verſic. *ad tertiam, in principio,* venit vt eodem iure Pater per profeſſionem amittat prædictum vſumfructum, & filius eum queat vindicare: imò addo quòd, etſi ſequaris contrariam ſententiam in legitima per fundamenta, quæ adduxi *in dicto* verſic. *ad tertiam,* adhuc in præſenti caſu, de quo agimus de conſolidando vſufructu, aliud dici debet. Quare venit dicendum quòd Gutierrez *ſuprà d. n.*100. in verſic. *non obſtat*, non ſatisfacit rationibus adductis pro hac ſententia.

8 Vnde infero ad quæſtionem aliam, quòd ſi quis ingrediatur Religionem bonorum incapacem, ſtatim facta profeſſione perdat vſumfructum ante mortem naturalem; Ita Ripa, & Claudius *in lex facto, n.*12. per illum textum, *ff. ad Trebellianum*; dixit Communem Alexander *conſil.*13. *volum.*3. Claudius Ruinus *in leg. Gallus, §. quid ſi tantum col.*5. *ff. de liberis, & poſthumis, conſ.*60. *volum.* 1. Bartolus *in Authent. ſi qua mulier, n.*10. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Qui tenent in hoc caſu vſumfructum pertinere ad ſubſtitutum, & ita ſequor: licèt Gutierrez *vbi ſuprà n.*100. *allegat.* 19. *n.*18. Imola *in d. §. ex facto,* vbi Vincentius *col.*2. Iaſon poſt alios *in d. Auth. ſi qua mulier, n.*9. Romanus *ſingulari* 434. docent vſumfructum pertinere ad venientes abinteſtato, quouſque naturaliter Monachus moriatur, & quamuis pro hac parte videntur facere aliqua, quæ dixi *ſup. d. q.*3. in prima eius parte tamen ibi loquutus fui de aliis bonis, præter vſumfructum, in quibus diuerſa eſt ratio, vt infrà dico *q. ſeq.*

Ad quartam quæſtionis partem, Abbas, Panormitanus hîc, dixit hæreditatem pertinere ad Monaſterium, ſi Monachus expreſsè obtulit, ac dedicauit bona Monaſterio; Cæterum ſi non dedicauerit pertinere ad legitimos hæredes, fundamentum eſt in noſtro text. ibi *quare cum conſtet, quod idē, Monachus Monaſterio obtulerit ſe, & ſua, nec ex diuerſo probetur,* idem ferè probatur, *in c. fin. de ſucceſſionib. abinteſt.* Quando autem bona non obtulit, ſed ſimpliciter intrauit cauſa probationis: tunc applicari venientibus abinteſtato; quia iſte non fuit Religioſus cum effectu, vt *in cap. religioſo de ſententia excommunicat. lib.*6. & ob id bona, nec tacitè tranſire ad Monaſterium, & quia adhuc habebat facultatem condendi teſtamentū, & ſic deceſſit abinteſtato, & per conſequens proximiores ſuccedere docent Imola *hîc n.*24. Iaſon *in Auth. ſi qua mulier ad finem, C. de Sacroſ. Eccleſiis,* Menoch. *conſ.*396. *n.*3. *lib.*4. Idem *lib.*6. *præſumptione* 84. *n.*3. & ſecundum hanc opinionem ita eſſe iudicandum, docet latè Gutierrez omnino videndus *lib.*2. *Can. cap.*1. *à n.*101. *vſque in finem.* | 9

Sed Faquinet *lib.6. cont. c.*19. dicit in hoc caſu ſequendā eſſe diſtinctionem Pariſij, qui *in præſenti n.*188. dixit, vt ſi ingreſſus Monaſterium animum habuerit abſolutè mutandi vitam; idque euidenter cōſtet, vel profeſſus fuerit tacitè, vel expreſsè Religionem: tunc ad Monaſterium bona pertineant, & id dicendum putat, quando bona ſua Monaſterio dedicauit; cæterum ſi nihil ex his interuenerit ad hæredes proximiores bona ſpectare: nam quando facta eſt profeſſio, res eſt plena, quòd ſpectēt ad Monaſterium, ſola legitima filiis reſeruata, *d. Auth. ſi qua mulier, C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & idem iuris eſſe, quando bona expreſsè dedicata ſunt Monaſterio, ex noſtro textu, *& ex dicto cap. vlt. de ſucceſſionib. abinteſtato.* 10

Verùm quia idem Gutierrez *ſuprà n.*105. in 11
verſ. *ſed*, hanc limitationem non admittat cum ſēper ingreſſuri Monaſterium eo animo ingrediantur, vt mutent vitā, & ſæculum relinquant, & nihilominus annus probationis ſibi à iure conceditur, vt eo durante minimè obligentur, nec bona ſua Monaſterio, ſed liberè poſſint exire, licèt prædictam renunciationem ſolemniter & reuocabiliter fecerint; iuxta ea, quæ dico infrà *in cap. ad Apoſtolicam* 16. *de Regularib.* præſertim hodie attento Decreto Trid. *ſeſſ.*25. *c.*16. vbi dicitur, quòd renunciationes monialium ſolemniter, & iuxta formam illius Decreti factæ, nō alias intelligantur effectum ſecum ſortiri, niſi ſequuta profeſſione; & in fine addit, vt abeuntibus ante profeſſionem omnia bona ſua reſtituantur; quòd vt rectè fiat Epiſcopus etiā per Cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus ſit, compellat. Inde ego primam Abbatis ſententiam admitto, & reiicio aliam Decij *hic num.*73. exiſtimantis abſolutè bona defuncti Monachi ad Monaſterium pertinere, quia per ingreſſum videtur purè facta dedicatio, & bonorum Monaſterio; licèt illa reſolui poſſit, ſi Monachus diſceſſerit ex Monaſterio per textum, *in Auth. ingreſſi Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs,* ibi, *Ingreſſi Monaſteria, ipſo ingreſſu ſe, & ſua dedicant, &c.* Qui textus accipi debet facta profeſſione tacitè, vel expreſsè: ita Faquinet. *dicto cap.*19.

cap.19. lib.6. Guttierrez *d. c.1. Canon lib.1.n.*102. *& n.*166. in verſic. *nec contra*, & hoc modo accipitur, ſeu intelligitur. Megala *p.2 lib.2. cap.87. n.*50. quam refert Diana *p.3. tract.2. reſol.17.* in verſic. *adde*, dicens etiam cum Decio bona Nouitij decedentis abinteſtato, ante emiſſam profeſſionem Monaſterio acquiri.

12 Et fulcitur amplius noſtra, & Abbatis ſententia, quia hodie in quocúque Nouitio, vel Nouitia attento *d.cap.16. Trid ſeſſ 25.* ante profeſſionem, excepto victu, & veſtitu Nouitij, vel Nouitiæ illius temporis, quo in probatione eſt quocunque prætextu à parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus eius Monaſterio aliquid ex bonis Nouitij tribuatur ne hac occaſione diſcedere nequeat, quòd totam, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ Monaſteriũ poſſideat, nec facilè ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit, quin potiùs præcipit ſancta Synodus dátibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat; proſequitur Guttierr. *vbi ſuprà n.*107. in verſ. *qua ſententia*, & relati à Barb. *in d.c. Concilij*. at ibi adducit Farin. tres declarationes in verſic. *hoc decretum*, & verſic. *an idem* & in verſic. *renunciatio*; proſequitur Villalob. *in Summa 2.p. tract.25. difficultate* 17. & 19. Quare licèt Concilium *in d. cap.16* tantum loquatur, quando Nouitius, vel Nouitia exeunt à Monaſterio, ante profeſſionem, vt poſſunt: tamen ex rationibus iactis idem dicendum eſt, quando Nouitius, vel Nouitia in religione decedit infra annum probationis, vt bona ſua minimè ad Monaſterium pertineant; ſed potiùs venientibus abinteſtato, & vt perfectè aſſequaris videbis ipſum Guttierrez *à d. n.*100. & 108. vbi quinque caſus diſtinguit.

13 Ad quintam quæſtionis partem præmittes vt reſpondeas quæ dixi ſuprà *q.2.* in verſic *ad quartam*: quare cùm Monachus, nec velle habeat, nec nolle, ſed ex imperio ſuperioris, ac Prælati dependeat, vt inquit text. *in c. ſi Religioſus de electione lib.6.* ideò raro poterit accidere, vt Prælato reluctetur iubenti eum adire hæreditatem: ſi tamen caſus accideret, non dubito quin vera ſit Bartoli ſententia *in l.1. n.21. ff. de vulgari*, dicentis Prælatum, ſiue Monaſterium poſſe adire eo inuito: quod probatur ex iuris ratione; quæ deſumi poteſt ex eo, quod de filiofamilias adire recuſante conſtitutum eſt; nempe vt nihilominus pater adire, & ſibi acquirere poſſit, hæreditatem, *l. vlt. C. de bonis quæ liberis*; cúmque Monachus Prælato ſuo ſubiectus ſit; ideò non debet impedire ſua recuſatione Monaſterij emolumentum, & commodum, cùm ipſe Monachus nullum damnũ eam ob cauſam paſſurus ſit, quia Monaſterium ſine dubio tenebitur creditoribus, & legatariis, ſicut Paterfamilias tenetur in caſu, quo Filiusfamilias adire recuſat.

14 Nec huic ſententiæ, quam ſequor obſtat alia contraria, quam ſequuntur Angelus, Aretin. & Fulgoſius, quos commemorat Socinus *in dicta l.1. ff. de vulgari, num.*22. verſic. *circa ſecundum*, de qua latè diſſerit ibidem Ripa *n.*150. *ſequent.* ex eo quia Monachus potiùs æquiparatur ſeruo, quam Filiofamilias: nam reſpondeo cum Faquineto *dicto lib.6. Controuerſiarum, cap.17.* & cum Ripa *vbi ſuprà*, eam comparationem non eſſe omnimodam ſecundum ea, quæ dico *q. ſequenti*, & aliqua dixi ſuprà *quæſt.3.* verſic. *ad vltimam*, & ſic noſtram ſententiam non niti in comparatione Filiifamilias, vel ſerui; ſed potiùs in prædicta Iuris ratione, & in ea nempe æqualitate etiamſi ius deficiat, vt quod mihi non nocet, & tibi prodeſſe poteſt facilè permittatur, *l.2. §. item Varus, ff. de aqua pluuia arcenda*, quæ ratio locum ſibi vindicat in præſenti. Et mihi etiam plauſibilior videtur ratio, quam adducit Ripa, quod videlicet Monachus ſit Monaſterij pars, ſuámque voluntatem in Monaſterium tranſtulerit, & ideò ſi Monaſterium eo recuſante adierit, videri nihilominus ipſum Monaſterium adiuiſſe ratione habita maioris partis, & communis conſilij, ac voluntatis Monachorum.

Notabis verò, quod Monaſterium ſuccedendi incapax, nullatenus ſubſtitutum excludit, ſed ſtatim ſubſtitutus à die profeſſionis admittitur. Itẽ etiam idem etiã ſi ſuccedendi ſit capax, non vult ſuccedere in bona profeſſi grauati ea reſtituere; quia tunc ſi deceſſerit ſine liberis ſubſtitutus non excluditur per profeſſionem factam plures ſic tenentes adducit Barboſa *hîc n.*13. & 14. & videbis infrà *hac q. in vlt. parte.* 15

Ad ſextam quæſtionis partem, vt reſpondeant Doctores, video eos diſſentire: nam Canoniſtæ affirmant, quòd ſi Monachus deceſſerit ante aditam hæreditatem poſſe Monaſterium eam nihilominus acquirere, quorum fundamentum eſt, quia Monaſterium poteſt hæreditatem adire rectè, abſque perſona Monachi, de quo nulla ratio habetur, cùm omnem ſuam poteſtatem in Monaſterium tranſtulerit; Legiſtæ verò contrariam ſententiam docent, eò quòd Monachus æquiparatur ſeruo, aut Filiofamilias, ſi ſeruo non poterit Monaſterium adire, eo defuncto, quia nec Dominùs poterit ſeruo mortuo adire, *leg.3. Cod. de hæred. inſtitutione.* Si Filiofamilias idem reſpondendum, quia nec patenti, licèt hæreditatem adire filio mortuo, niſi infans extiſtat, iuxta *l. ſi infanti, C. de iure deliberandi.* 16

Sed præhabitis, quæ tradunt Couarruuias *in cap.1. de Teſtam n.*21. ex Panormitano, Pariſio, Felino, & aliis hîc, & Bartolus *in d.l.1. ff de vulgari n.*24. Socinus ibi *n.*23. verſic. *Circa tertium*, Faquinetus *dicto lib.6. Controuerſiarum, cap* 18. ſub diſtinctione reſpõdeo ad difficultatem: nam vel Monachus ignorauit ſibi delatam eſſe hæreditatem, aut ſciuit, ſi ignorauit: tunc nihil Monaſterio nocere, ſi viuente Monacho addita hæreditas non fuerit, quia licèt *lex quoniam ſororem, Cod. de iure deliberandi*, hæreditatem non aditam ab eo, cui eſt delata, non tranſmittat ad hæredem, Tamen hîc non agitur de tranſmiſſione, nec Monaſterium petit hæreditatem, tanquam ad ſe tranſmiſſam ex perſona Monachi defuncti, ſed eam petit tanquam ſibi acquiſitam, Monacho viuente, quia omnia iura Monachi acquiruntur Monaſterio, & conſequenter hæreditas, vt iam ſupra ſæpè dixi, & *in dicta quæſt.3.* quo fit vt Monaſterium nequeat excludi iſta actione petitionis hæreditatis, niſi ſpatio temporis longiſſimi, *l. licet, Cod. de iure deliberandi.* 17

Quòd ſi Monachus ſciuit ſibi delatam eſſe hæreditatem, & ante aditionem anni, nondum elapſo deceſſerit: tunc Monaſterio annale tempus dandum erit iuxta, *l. Cum antiquioribus, C. de iure deliberandi*, intra quod hæreditatem adire poſſit; quòd ſi illud tempus, viuente Monacho, elapſum fuerit, & ſciente delatam eſſe hæreditatem nihil factum ſit, ex qua adeundam hæreditatem manifeſtauerit 18

munem Acoſta *in cap. ſi pater de Teſtamentis,*
5 *lib.6.p.2.* verbo *Teſtatore mortuo*, *n.9.* † Quod ſecùs eſſe ait Zeuallos *vbi ſuprà*, *num.5.* ſi Pater haberet aliunde vſumfructum, & non mediante perſona filij quia talis vſusfructus tun tranſit in Monaſterium, nec reuertitur aut conſolidatur, cum proprietate: argumento text. *in cap. cum ſimus de Regularibus.* Verum etiam in hoc ſecundo ipſe aliter etiam ſentit *n.6.* ex doctrina Saliceti, Iaſonis, & aliorum *vbi ſuprà.*

6 Ad tertiam quæſtionis partem ſimiliter etiam facillimo negotio ſatisfacies, nam etſi latè eam diſputet Guttiertez *Canon. lib.2. cap.1. à n.97.* vbi *num.* 100. reſoluit quòd vſusfructus, viuente Patre profeſſo, in religione bonorum capaci acquiritur Monaſterio, nec adhuc conſolidatur cum proprietate filij, vſque ad mortem naturalem Patris, quia nullo iure probatur Monachatione Patris, amitti tunc vſumfructum cùm mors ciuilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis. Sequitur Gloſſa *in d. Anthent. idem eſt*, vbi Baldus, Paulus Caſtrenſis, Corneus, & Bartolus *in dicta Anthent. ingreſſi in repetitione num.49.* Decius *hic d. n 66.* & Beroius *n.529.* Spino *in ſpeculo de Teſtamentis,* Gloſſa 12. *n.21.* verſic. *Sed alia eſt verior*, & alij
7 relati à Zeuallos *in pract. cap.65.* † Tamen ego ex iam dictis teneo contrarium, ſiquidem, vſusfructus ſequitur perſonam, quâ deficiente, conſolidatur cum proprietate, nec ad Monaſteriũ tranſire debeat; etiamſi eius fauor in aliis caſibus ampliſſimus ſit, vt ſuprà iam dixi *quæſtione* 1. *&* 2. & probatur, quia per profeſſionem Pater amittit patriam poteſtatem, & ſubditur Abbati, nec poteſt habere alium ſub ſua poteſtate, *l. ſic eueniet in fine*, *ff. de Adulterijs.* quo fit vt patria poteſtate extincta videatur quoque amittere vſumfructum. Secundò, quia vſusfructus datur patri ob cuſtodiam, & adminiſtrationem, quæ ceſſat in Monacho. Tertiò, quia ſi filiùs poteſt petere legitimam in vita Patris, non ſpectata morte naturali ipſius, iuxta iam *dicta ſuprà q.4.* verſic. *ad tertiam, in principio,* venit vt eodem iure Pater per profeſſionem amittat prædictum vſumfructum, & filius eum queat vindicare: imò addo quòd, etſi ſequaris contrariam ſententiam in legitima per fundamenta, quæ adduxi *in dicto* verſic. *ad tertiam,* adhuc in præſenti caſu, de quo agimus de conſolidando vſufructu, aliud dici debet. Quare venit dicendum quòd Guttiertez *ſuprà d. n.*100. in verſic. *non obſtat*, non ſatisfacit rationibus adductis pro hac ſententia.

8 Vnde infero ad quæſtionem aliam, quòd ſi quis ingrediatur Religionem bonorum incapacem, ſtatim facta profeſſione perdat vſumfructum ante mortem naturalem, Ita Ripa, & Claudius *in lex facto*, *n.*11. per illum textum, *ff. ad Trebellianum*; dixit Communem Alexander *conſil.*13. *volum.*3. Claudius Ruinus *in leg. Gallus,* §. *quid ſi tantum col.5. ff. de liberis, & poſthumis, conſ.*60. *volum.*1. Bartolus *in Anthent. ſi qua mulier*, *n.*10. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Qui tenent in hoc caſu vſumfructum pertinere ad ſubſtitutum, & ita ſequor: licèt Guttiertez *vbi ſuprà n.*100. *allegat.*19. *n.*18. Imola *in d.* §. *ex facto*, vbi Vincentius *col.*1. Iaſon poſt alios *in d. Anth. ſi qua mulier*, *n.9.* Romanus *ſingulari* 434. docent vſumfructum pertinere ad uenientes abinteſtato, quouſque naturaliter Monachus moriatur, & quamuis pro hac parte videntur facere aliqua, quæ dixi *ſup. d. q.3.* in prima eius parte, tamen ibi loquutus fui de aliis bonis, præter vſumfructum, in quibus diuerſa eſt ratio, vt infrà dico *q. ſeq.*

Ad quartam quæſtionis partem, Abbas, Pa- 9
normitanus hîc, dixit hæreditatem pertinere ad Monaſterium, ſi Monachus expreſsè obtulit, ac dedicauit bona Monaſterio; Cæterum ſi non dedicauerit pertinere ad legitimos hæredes, fundamentum eſt in noſtro text. ibi *quare cum conſtet, quod idẽ, Monachus Monaſterio obtulerit ſe, & ſua, nec ex diuerſo probetur,* idem ferè probatur, *in c fin. de ſucceſſionib. abinteſt.* Quando autem bona non obtulit, ſed ſimpliciter intrauit cauſa probationis: tunc applicari venientibus abinteſtato; quia iſte non fuit Religioſus cum effectu, vt *in cap. religioſo de ſentẽtia excommunicat. lib.6.* & ob id bona, nec tacitè tranſire ad Monaſterium, & quia adhuc habebat facultatem condendi teſtamentũ, & ſic deceſſit abinteſtato, & per conſequens proximiores ſuccedere docent Imola *hîc n.24.* Iaſon *in Auth. ſi qua mulier, ad finem, C. de Sacroſ. Eccleſiis,* Menoch *conſ.*396. *n.3. lib.4.* Idem *lib.6. præſumptione* 84. *n.3.* & ſecundum hanc opinionem ita eſſe iudicandum, docet latè Guttiertez omnino videndus *lib.2. Can. cap.1. à n.*101. *vſque in finem.*

Sed Faquinet *lib.6. cont. c.*19. dicit in hoc caſu 10
ſequendã eſſe diſtinctionem Pariſij, qui *in præſenti n.*188. dixit, vt ſi ingreſſus Monaſterium animum habuerit abſolutè mutandi vitam; idque euidenter cõſtet, vel profeſſus fuerit tacitè, vel expreſsè Religionem: tunc ad Monaſterium bona pertineant, & id dicendum putat, quando bona ſua Monaſterio dedicauit; cæterum ſi nihil ex his interuenerit ad hæredes proximiores bona ſpectare: nam quando facta eſt profeſſio, res eſt plena, quòd ſpectẽt ad Monaſterium, ſola legitima filiis reſeruata, *d. Auth. ſi qua mulier, C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & idem iuris eſſe, quando bona expreſsè dedicata ſunt Monaſterio, ex noſtro textu. *& ex dicto cap. vlt. de ſucceſſionib. abinteſtato.*

Verùm quia idem Guttiertez *ſuprà n.*105. in 11
verſ. *ſed*, hanc limitationem non admittat cum ſẽper ingreſſuri Monaſterium eo animo ingrediantur, vt mutent vitã, & ſæculum relinquant, & nihilominus annus probationis ſibi à iure conceditur, vt eo durante minimè obligentur, nec bona ſua Monaſterio, ſed liberè poſſint exire, licèt prædictam renunciationem ſolemniter & reuocabiliter fecerint; iuxta ea, quæ dico infrà *in cap. ad Apoſtolicam* 16. *de Regularib.* præſertim hodie attento Decreto Trid. *ſeſſ.*25. *c.*16. vbi dicitur, quòd renunciationes monialium ſolemniter, & iuxta formam illius Decreti factæ, nõ alias intelligantur effectum ſecum ſortiri, niſi ſequuta profeſſione; & in fine addit, vt abeuntibus ante profeſſionem omnia bona ſua reſtituantur, quòd vt rectè fiat Epiſcopus etiã per Cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus ſit, compellat. Inde ego primam Abbatis ſentẽtiam admitto, & reiicio aliam Decij *hic num.*74. exiſtimantis abſolutè bona defuncti Monachi ad Monaſterium pertinere, quia per ingreſſum videtur purè facta dedicatio, & bonorum Monaſterio; licèt illa reſolui poſſit, ſi Monachus diſceſſerit ex Monaſterio per textum, *in Auth. ingreſſi Cod. de Sacroſanctis Eccleſijs,* ibi, *Ingreſſi Monaſteria, ipſo ingreſſu ſe, & ſua dedicant, &c.* Qui textus accipi debet facta profeſſione tacitè, vel expreſsè: ita Faquinet. *dicto cap.*19.

*cap.*19. *lib.*6. Guttierrez *d. c.*1. *Canon lib.*3. *n.*102. *& n.*166. in verſic. *nec contra*, & hoc modo accipitur, ſeu intelligitur. Megala *p.*2 *lib.*2. *cap.*87. *n.*50. quam refert Diana *p.*3. *tract.*1. *reſol.*17. in verſic. *adde*, dicens etiam cum Decio bona Nouitij decedentis abinteſtato, ante emiſſam profeſſionem Monaſterio acquiri.

12 Et fulcitur amplius noſtra, & Abbatis ſententia, quia hodie in quocũque Nouitio, vel Nouitia attento *d. cap.*16. *Trid ſeſſ.*25. ante profeſſionem, excepto victu, & veſtitu Nuuitij, vel Nouitiæ illius temporis, quo in probatione eſt quocunque prætexta à parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus eius Monaſterio aliquid ex bonis Nouitij tribuatur ne hac occaſione diſcedere nequeat, quòd totam, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ Monaſteriũ poſſideat, nec facilè ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit, quin potiùs præcipit ſancta Synodus dãtibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat; proſequitur Guttierr. *vbi ſuprà n.*107. in verſ *quæ ſententia*, & relati à Barb. *in d. c. Concily* at ibi adducit Farin. tres declarationes in verſic. *hoc decretum*, & verſic. *an idem* & in verſic. *renunciatio*; proſequitur Villalob. *in Summa* 2. *p. tract.*25. *difficultate* 17. *&* 19. Quare licèt Concilium *in d. cap.*16. tantum loquatur, quando Nouitius, vel Nouitia exeunt à Monaſterio, ante profeſſionem, vt poſſunt: tamen ex rationibus iactis idem dicendum eſt, quando Nouitius, vel Nouitia in religione decedit infra annum probationis, vt bona ſua minimè ad Monaſterium pertineant; ſed potiùs venientibus abinteſtato, & vt perfectè aſſequaris videbis ipſum Guttierrez *à d. n.*100. *&* 108. vbi quinque caſus diſtinguit.

13 Ad quintam quæſtionis partem præmittes vt reſpondeas quæ dixi ſuprà *q.*2. in verſic *ad quartam*: quare cùm Monachus, nec velle habeat, nec nolle, ſed ex imperio ſuperioris, ac Prælati dependeat, vt inquit text. *in c. ſi Religioſus de electione lib.*6. ideò rarò poterit accidere, vt Prælato reluctetur iubenti eum adire hæreditatem: ſi tamen caſus accideret, non dubito quin vera ſit Bartoli ſententia *in l.*1. *n.*21. *ff. de vulgari*, dicentis Prælatum, ſiue Monaſterium poſſe adire eo inuito: quod probatur ex iuris ratione; quæ deſumi poteſt ex, eo quod de filiofamilias adire recuſante conſtitutum eſt; nempe vt nihilominus pater adire, & ſibi acquirere poſſit, hæreditatem, *l. vlt. C. de bonis quæ liberis*; cùmque Monachus Prælato ſuo ſubiectus ſit; ideò non debet impedire ſua recuſatione Monaſterij emolumentum, & commodum, cùm ipſe Monachus nullum damnũ eam ob cauſam paſſurus ſit, quia Monaſterium ſine dubio tenebitur creditoribus, & legatariis, ſicut Paterfamilias tenetur in caſu, quo Filiusfamilias adire recuſat.

14 Nec huic ſententiæ, quam ſequor obſtat alia contraria, quam ſequuntur Angelus, Aretin. & Fulgoſius, quos commemorat Socinus *in dicta l.*1. *ff. de vulgari*, *num.*22. verſic. *circa ſecundum*, de qua latè diſſerit ibidem Ripa *n.*150, *ſequen.* ex eo quia Monachus potiùs æquiparatur ſeruo, quàm Filiofamilias: nam reſpondeo cum Faquineto *dicto lib.*6. *Controuerſiarum*, *cap.*17. & cum Ripa *vbi ſuprà*, eam comparationem non eſſe omnimodam ſecundum ea, quæ dico *q ſequenti*, & aliquã dixi ſuprà *quæſt.*3. verſic. *ad vltimam*, & ſic noſtram ſententiam non niti in comparatiuoe Filiifamilias, vel ſerui; ſed potiùs in prædicta iuris ratione, & in ea nempe æqualitate etiamſi ius deficiat, vt quod mihi non nocet, & tibi prodeſſe poteſt facilè permittatur, *l.*2. *§. item Varus*, *ff. de aqua pluuia arcenda*, quæ ratio locum ſibi vindicat in præſenti. Et mihi etiam plauſibilior videtur ratio, quam adducit Ripa, quod videlicet Monachus ſit Monaſterij pars, ſuámque voluntatem in Monaſterium tranſtulerit, & ideò ſi Monaſterium eo recuſante adierit, videri nihilominus ipſum Monaſterium adiuiſſe ratione habita maioris partis, & communis conſilij, ac voluntatis Monachorum.

Notabis verò, quod Monaſterium ſuccedendi incapax, nullatenus ſubſtitutum excludit, ſed ſtatim ſubſtitutus à die profeſſionis admittitur. Itẽ etiam idem erit ſi ſuccedendi ſit capax, non vult ſuccedere in bona profeſſi grauati ea reſtituere; quia tunc ſi deceſſerit ſine liberis ſubſtitutus non excluditur per profeſſionem factam plures ſic tenentes adducit Barboſa *hic n.*13. *&* 14. & videbis infrà *hac q. in vlt. parte.* 15

Ad ſextam quæſtionis partem, vt reſpondeant Doctores, video eos diſſentire: nam Canoniſtæ affirmant, quòd ſi Monachus deceſſerit ante editam hæreditatem poſſe Monaſterium eam nihilominus acquirere, quorum fundamentum eſt, quia Monaſterium poteſt hæreditatem adire rectè, abſque perſona Monachi, de quo nulla ratio habetur, cùm omnem ſuam poteſtatem in Monaſterium tranſtulerit; Legiſtæ verò contrariam ſententiam docent, eò quòd Monachus æquiparatur ſeruo, aut Filiofamilias, ſi ſeruo non poterit Monaſterium adire, eo defuncto, quia nec Dominùs poterit ſeruo mortuo adire; *leg.*3. *Cod. de hæred. inſtitutione.* Si Filiofamilias idem reſpondendum, quia nec parenti, licèt hæreditatem adire filio mortuo, niſi infans exiſtat, iuxta *l. ſi infanti*, *C. de iure deliberandi.* 16

Sed præhabitis quæ tradunt Couarruuias *in cap.*1. *de Teſtam n.*21. ex Panormitano, Pariſio, Felino, & aliis ibi, & Bartolus *in d. l.*1. *ff de vulgari*. *n.*24. Socinus ibi *n.*23 verſic. *Circa tertium*, Faquinetus *dicto lib.*6. *Controuerſiarum*, *cap* 18. ſub diſtinctione reſpõdeo ad difficultatem: nam vel Monachus ignorauit ſibi delatam eſſe hæreditatem, aut ſciuit, ſi ignorauit: tunc nihil Monaſterio nocere, ſi viuente Monacho addita hæreditatas non fuerit, quia licèt *lex quoniam ſororem*; *Cod. de iure deliberandi*, hæreditatem non aditam ab eo, cui eſt delata, non tranſmittat ad hæredem, Tamen hîc non agitur de tranſmiſſione, nec Monaſterium petit hæreditatem, tanquam ad ſe tranſmiſſam ex perſona Monachi defuncti, ſed eam petit tanquam ſibi acquiſitam, Monacho viuente, quia omnia iura Monachi acquiruntur Monaſterio, & conſequenter hæreditas, vt iam ſuprà ſæpè dixi, & *in dicta quæſt.*3. quo fit vt Monaſterium nequeat excludi iſta actione petitionis hæreditariæ, niſi ſpatio temporis longiſſimi, *l. licet*, *Cod. de iure deliberandi.* 17

Quòd ſi Monachus ſciuit ſibi delatam eſſe hæreditatem, & ante aditionem anni, nondum elapſo deceſſerit: tunc Monaſterio annale tempus dandum erit iuxta, *l. Cum antiquior ib. C. de iure deliberandi*, intra quod hæreditatem adire poſſit; quòd ſi illud tempus, viuente Monacho, elapſum fuerit, & ſciente delatam eſſe hæreditatem nihil factum ſit, ex qua adeundam hæreditatem manifeſtauerit 18

nifeſtauerit Monaſterium excludendum etit ſaluo ipſi Monaſterio reſtitutionis in integrum auxilio, iuxta textum, *in cap.* 1. *de reſtitut. in integrum intra quadriennium*, iuxts textum, *in cap.*1. *de reſtitut. in integrum lib.*6. Et ad ſatnritatem videbis quæ lnngè adducit Antonius Faber *de erroribus prngmatic. decade* 56. *errore* 7. vbi *n.*38. hanc diſtinctionem explodit.

19 Ad vltimam quæſtionis partem videtur negatiuè reſpondendum, eo quòd repudiare hæreditatem ſit alienatinnis ſpecies, vt *in Clem. exiuit de verb. ſignif.* ſequitur Iaſon *in leg. legatum, ff. de legatis* 1. *num.*13. qui etiam dicit ſententiam contrariam communem eſſe, vt ſequitnr Alex. ibi *num.*5. & hanc ſeqnor in iudicando, & conſulendo, quia quemadmodum Prælatus Mnnaſterij pnteſt adire, ſimiliter & repudiare, *l.*15 *ff. de acquirenda hareditate*, *l. qui in alienn*, §. *interdum*, *ff. eodem*; tenet Spino *in ſpeculo teſtament.*

20 Gloſſa 12, *in principio n.*20. † Et facit etiam, quia Prælatus Eccleſiæ poteſt in quærendis præiudicare; nnn verò in quæſitis, & ſic repndiare legatum Eccleſiæ factum, Baldns *in leg. Pupillorum C. de repudianda hareditate*, Glnſſa *in c.* 1. 16. *quaſt.* 1. Gloſſa fin. *in cap. potuit de locato*, Balboa *in cap.* 2. *de praſcript. num.*33. vbi alia dicit Zeuallns *Comm. cont.comm. q* 766. facinnt tradita à Barboſa hîc *n.*14. qnia ipſo Monaſterio repudiante, nec habetur vt filius, nec vt hæres; & addit Sanchez *in praſcriptis, lib.*2. *cap.*17. facta repudiatione admitti ſtatum ſubſtitutinnis.

21 Notabis verò quod Monaſterium nnn poteſt repudiare hæreditatem Mnnacho delatam intra annum probationis, nec ipſe Monachus, niſi ſeruata fnrma Tridentin. *cap.*16, *ſeſſ.*25. Guttierrez *in pract. lib.*1. *cap.*32. *num.*66. cum aliis Zeuallos *ſuprà à num.*3. & addit Balboa *ſuprà*, vt quamnis Prælatus poſſit repudiare legatum Eccleſiæ factum, poteſt Eccleſiæ reſtitui, facit, *leg. ait Prator, ff. de minoribus.*

QVÆSTIO V.

An ſi aliquis hares ſit inſtitutus ab ingrediente Monaſterium, habeat hareditatem, ante mortem naturalem Monachi teſtatoris: Et an ſi Nouitius in articulo mortis conſtitutus profiteatur non expleto probationis anno; & tunc moriatur ſine teſtamento, ſuccedat Monaſterium in bonis eius: Et an maioratus profitentis tranſeat in Monaſterium: Et an ingrediens Religionem transferat ius praſtandi ad Monaſterium: Et an ſi ſumus in dubio de animo Nouitij ingredientis Monaſterium bona eius perueniant ab Monaſterium: Et aliquid de eo, qui tantum propoſuit vitam mutare, & ſub habito regulari Deo famulare: Et quid de bonis aduentitijs.

SVMMARIVM.

1 *Verba naturaliter intelliguntur, & non ciuiliter.*

2 *Hares inſtitutus ab ingrediente Religionem verius eſt vt conſequatur hareditatem, ante Monachi mortem naturalem, n.*3. *&* 4. *& etiam nullâ datâ differentiâ inter Monaſterium bonorum capax, aut incapax, n.*5.

3 *Mors Ciuilis aquiparatur naturali, quoties idem reſultat effectus.*

5 Cap. 16. Trident. ſeſſ. 25. *habet locum in Contractibus; non in Teſtamentis.*

6 *Monaſterium an ſuccedat Nouitio mortuo ante profeſſionem, vel haredes abinteſtato, vtrumque probabile.*

7 *Conditio quit talis in maioratibus poni, qua repellat Monachos, & Preſbyteros ab eorum ſucceſſione expenditur, n.*8. *&* 9.

9 *Monaſterium ſuccedit in maioratu, non habente gubernationem, vel iuriſdictionem.*

10 *Ius praſentandi, quando per ingreſſum Religioſi ſpectut ad Monaſterium, & n.*11.

12 *Monaſterium non acquirit bona Nouitij, de quo dubium eſt, an eſſet ingreſſus animo experiendi tantum, n.*14. *fallit, n.*16.

13 *Nouitius in caſibus claris, cenſetur, vt Religioſus.*

14 L. ſunt perſnnæ, ff. de religioſis & ſumptibus funer.

15 *Religioſus praſumitur in eadem voluntate permanere.*

17 *Monaſteriū ſuccedit in bonis illius, qui ſe, & ſua obtulit animo vitā mutādi, licet nō profitēdi.*

18 *Libri religioſi, ſeu ſcholaſtici, qui ei à Patre donati ſunt, an ſemper ſpectēt ad Monaſterium.*

19 *Vſusfructus bonorū aduentitiorū filij, an acquiratur Monaſterio ex profeſſione Patris; & quid ſi filius profiteretur, an auferatur à Patre, n.*20.

AD primam difficultatis partem nonnulli dixerunt quòd talis inſtitutus non habebit hæreditatem ante mortem naturalem Teſtatoris Monachi; quia verba debent intelligi naturaliter, & non ciuiliter, *l. fin. Cod. de his, qui veniam atatis impetrauerunt*, *l. ex parte*, §. *inſulam*, *ff. de verbor. l. cum Pater*, §. *hareditatem*, *ff. de legatis* 2. † Cum ergo mors ciuilis dicatur ea, quæ fit per ingreſſum religionis, vt iam ſupra dixi, & ſolum hæc comparetur morti naturali in caſibus à iure expreſſis. Glnſſa verbo *namque, in c. placuit*, *ſ.c.* 16. *q.*1. & Glnſſa *in c. ſuſceptum de reſcriptis, libro* 6. Boërius *dec.*323. *num.*6. Gnillielmus Benedictus *in cap. Raynutius de teſtamentis*, verbo *mortuo itaque*, & *leg.*1. *num.*29. & eſt textus, *in leg. Statius Florus*, *ff. de Iure fiſci*, videtur dicendum, vt ſine controuerſia, hæc ſententia tenenda ſit, quam ſequitur Bartolus *in Authent. ſi qua mulier num.* 10. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, *num* 10. dicit communem Rodericus Suarez *allegatione* 20. *n.*17. *&* 18. qui allegat pro hac ſententia Archidiaconum *in dicto cap. placuit* 16. *quaſt.*1. ita & interim viuente Monacho bona ſint Mnnaſterij, ſi decedat hæres viuente Monacho: ſimiliter iure caduci ad Monaſterium peruenient, vt *in dicta l. Statius*, *ff. de Iure fiſci.* Salicetus, & Baldus *in dicta Authent. ſi qua mulier*, vbi Zinus. Quod ampliat Imola *in l.*1. *ff. de teſtamentis*, illud procedere, ſiue Monachus tempore ingreſſus religinnis cogitauit de ingreſſu, ſiue non ſequitur Gratianus *Reg.*456. *n.*5. Rodericus Suarez *ſup. d. n.*18. 1 2

Verùm ex ſupradictis exiſtimo dicendum, quod cū ſemper fiat æquiparatio de morte ciuili ad naturalem, quoties idem reſultat effectus; ita quod ex morte naturali nihil amplius conſequi poſſit, quàm ex ciuili, iuxta Bartoli doctrinam 3

in

in l. ex parte, §. *inſulam*, *ff. de verb.* Dixit communem Alexander *Conſ.*13. *volum.* 3. Aretinus *in d.* §. *Inſulam*, *Col.*2. pro qua ſententia Angulo *de meliorationibus*, quinque fundamenta adducit, Gloſſa 3. à *num.*1. vſque ad 10. & Spino *de Teſtamentis*, Gloſſa 27. *n.*27. latè proſequitur Ioannes Crotus *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum Col.*4. *ff. de liberis & poſthumis*, vbi Fortunius *Col.*28. *in verſ. tertiò nota*, plura tradit Mincbaca *de ſucceſſionum creatione*, *lib.*1. §.21. *n.* 172. *&* 173. vbi adducens duas contrarias opiniones reſoluit quòd damnatus in metallum æquiparatur mortuo, & vltrà communem contrariam opinionem: ponit alias ſeptem Caſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ *f.* 149. *Col.* 3. *R.* 4. §. 6. verbo *apres lettres n.*3. † Ideò dicendum eſt quòd
4 quando Monachus cogitauit de ingreſſu Religionis, vt ſtatim ſequutâ profeſſione bona, vel hæreditas, perueniat ad hæredem, non ſit ſpectanda eius mors naturalis: ita Abbas hîc *n.* 52. Decius *n.* 61. Bartolus *in dicta Auth ſi qua mulier*, *n.*7. vbi Baldus & Paulus, & hanc dicit veriorem Immola *ſupra in d. l.* 1. *n.*1. vbi Aretinus, *ff. de Teſtamentis* Ripa *in l.* 2. *C. de reuocandis donationibus q.*35. & ab hac opinione non eſſe recedendum in Iudicando, & conſulendo; tenet Couarruuias, *in cap.* 2. *de Teſtamentis n.*5. vbi in fine reprobat opinionem Suaris, & Aretini, proſequitur Zeuallos *in q. pract. q.* 53. *& à n.* 4 qui hoc declarat, dicens hanc opinionem procedere in Monaſterio, quod non eſt capax bonorum, ſecùs ſi capax ſit; quia tunc viuente Monacho ad hæredem non pertinet ſtatim, ſed poſt eius mortem; ita cum Abbate hîc *n.* 58. vbi Decius *n.*67. Immola *in d. l.*1. vbi Aretinus dicit communem, quem ſequitur Couarruuias ſuprà *à n.*6. Et ſic explicabis quæ tradit Riccius *collect.* 531. Et vide multa ſingularia per eum. *Collect.* 1624. vbi in quibus non habetur pro mortuo, & in quibus habetur.

5 Sed hic ego exiſtimo etiam abſolutè noſtrâ ſententiâ procedere nullâ datâ differentia inter Monaſterium bonorum capax, quia ex quo Monachus vult profiteri non videtur velle quod tranſeat hæreditas in Monaſterium, cum ipſe eam non relinquet ei. Ita Gocadinus *Conſ.* 41. *n.* 11. Carolus Molineus *in conſuet. pariſien.* §. 52. *& in additionibus ad Decium hîc n.* 67. Immola *ſuprà n.*23. ita vt hoc non ſolùm procedat in voluntate expreſſa Monachi, ſed etiam in caſu dubio, vt contra Couarr. & alios tenet Angulo *de meliorat.* Gloſſa 3. *n.*29. *&* 30. & hanc diſpoſitionem etiam procedere hodie ſtante Tridentino *ſeſſ.*25. *cap.* 16. de quo aliqua *quaſi præcedenti* proſequitur Zeuallos vbi ſuprà *dict q.*63. vſque in finem, vbi dicit quod voluntas Monachi expreſſa, vel tacita ſeruanda ſit, & quod in dubio hæres conſequetur hæreditatem, facta profeſſione, & addit contra aliquos decretum Tridentini *in d. cap.*16. non habere locum in Teſtamentis, ſed tantùm in contractibus; tenet Zenedo *Collect.* 50 *ad decretales* 1. *p. n.*3. *&* 5. Gratianus *dicta Regula* 456. *n.*7. vide Guttierrez *in cap. quamuis pactum* verbo *dum nuptio n* 4. *de pactis lib.*6. idem videndus *lib.* 2. *Canon. cap. l. à n.* 26. & ob id reiici doctrinam Spini *in ſpeculo Teſtament.* Gloſſa 12. *n.*60. *de Legato relicto Monacho*, vbi indiſtinctè reuoluit, quod ille textus Concilij procedat, & loquatur, non ſolùm in contractibus, ſed etiam in Teſtamentis.

Ad ſecundam quæſtionis partem videtur dicendum quod ſi Nouitius moriatur non expleto probationis anno, & facta profeſſione: tunc ſi teſtamentum non fecit ſuccedat in bonis eius Monaſterium, quæ doctrina iuuatur ex textu noſtro, & ex dictis *q.*1. & in hac quæſtione, *à n.*1. tum etiam in terminis: Nam etſi profeſſionis finis ſit conſolatio Nouitij, & ſpiritualis ipſius fructus, & nulla ſucceſſionis Monaſterij in bona mentio ibi fiat, & virtute priuilegij dati, vt ante annum queat profeſſionem emittere, ſi faciat, reddatur verè profeſſus, & cum eiſdem qualitatibus, ac ſi profeſſio fieret tempore à iure determinato: At ſic eſt quòd eo ipſo, vt aliqua perſona profiteretur ſuccedit Monaſterium: ergo cum Pontifex in præſenti nulli iuri deroget, ſiquidem recta via profeſſione factâ non dicatur Monachum mori ab inteſtato, ſequitur vt hæreditas ſpectat ad Monaſterium. ita docent Sanchez *in ſumma tomo* 2. *lib.*5. *cap.*4. *n.*16. Zanardus *in direct. Theolog. p.*2. *cap.* 16. *ad finem* cum Diana *p.* 3. *tract. n* 2. *de Regularibus reſ.* 17. contra Peregrinum *in compendio Priuilegiorum tit. Nouitius*, § 2. *in ſcholio* negantem præfatam doctrinam; eo quod tale priuilegium profitendi ante annum fuiſſet indultum, vt tantum ſic profeſſus lucraretur plenariam Indulgentiam, quâ gaudent Religioſi in illo articulo; deinde quia priuilegium debet interpretari ſtrictè, quando vergit in tertij præiudicium: ergo ſi Nouitius inteſtatus moreretur, non emiſsâ profeſſione, eius hæreditas veniret ad eius Succeſſores venientes ab inteſtato: ſequitur, vt tale priuilegium ad profitendum, ante annum fuerit præiudiciale ipſius ab inteſtato venientibus, qua ratione ſatis eſt probabilis hæc opinio in puncto iuris, licet ex æquitate & per noſtrum textum, & ex dictis *in dicta q.* 1. & in aliis prima ſententia verior ſit, & ſequenda in praxi; eo quod Ius venientium ab inteſtato eſſet tantum in ſpe, quæ non eſt conſiderabilis iuxta dicta ſupra, *quæſt.* 2. 6

Ad tertiam quæſtionis partem an maioratus profitentis tranſeat in Monaſterium. Reſpondeo in primogeniis maioratibus, & meliorationibus talem poſſe adiici conditionem validam, & admittendam, ex qua primogenium, vel melioratio; ita primogeniis deferatur, vt neque Monachis, neque Presbyteris competere poſſet, imò eo ipſo quod quis eiuſmodi bonorum poſſeſſor Monachus vel Presbyter factus eſt, ea bona ſtatim ſequenti ex familiæ nomine deferantur, quia iſta conditio non adſcribitur, vt à Religione quis auertatur; ſed in familiæ fauorem, ne ea bona extra familiam alienentur, & quia ſimiles inſtitutiones primogeniorum, ipſaque primogenia nomine conueniunt Monachis, nec Presbyteris, vt in ſpecie notat Palacios Rubeos *in Rubrica d. donationibus inter*, §. 16. *n.* 14. ex quo, & Alexandro & Iaſone, idem probant Couarruuias *lib.* 1. *variarum*, *cap.* 19. *n.* 11. Antonius de Padilla *in l. cum acutiſſimi Cod. de fidei commiſſis*, *num.*45. Mulina *de Hiſpanorum primogeniis*, *lib* 1. *cap* 13. *n.*99. latè & optimè Pelaez *de maiorat.* 2. *p. q.*8. *à n.*1. Guttierrez *Canon, lib.* 1. *cap* 32 *n.*30. cum aliis Balboa hîc *n.* 43. vbi id intelligit de maioratibus Regia facultate inſtitutis, non verò ex his quæ fiunt ex tertia parte bonorum, in quibus non potuerunt excludere Filios Clericos, aut Religioſos: nam tenetur neceſſariò ſeruare 7

Ordinem *in l 27. Tauri præſcriptum*, & pro telata doctrina adducit textum *in l. peto 72. §. Fratre l. cum Pater 78. §. liberos, 2 de Legatis*, videbis quæ tradit Guttierrez *Canon. lib. 1. cap. 31. num 30.*

8 Er coofirmatur, nam conditio illa quod res non traoſeat in Monaſterium in Contractibus adiecta admittitur: argumento textus, *in l. fin. Cod. de pactis inter Emptorem l. fin. tit p. 5.* & eodem modo docet idem Balboa procedere, ſi ea conditio in vltimis voluntatibus adiecta ſit, & iterum facit *cap. 1. de Vaſſallo milite in vſibus feudorum cap. 1.* ſi de feudo defuncti contentio ſit, & ex generalitate, textus *in l. 1. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*. Quare certum eſt vt dicamus quod ſi appareat Teſtatorem voloiſſe agnationi concludere, bonaque in Familia conſeruari, & viſus fuerit curam geſſiſſe agnationis, nominiſque ſui in hoc fidei commiſſo maioratum conſtituendo, tunc enim ſi ad Mooaſterium hoc in caſu primogenium, vel maioratus deferatur, prorsùs interibit nomen ac memoria Teſtatoris. Ita Padilla vbi ſuprà *n. 44.* Couarruuias ſupra *n. 12.* Pelaez *q. 3. n. 22.* Miochaca *de ſucceſſionum creatione, §. 21. n. 166. in fine, & n. 169.* Gutierrez ſupra *n. 29.* vbi cum Alciato hoc ampliat, etiam vbi tacitè conſtaret de mente Teſtatoris, vt quia fideicommiſſum concerneret Familiæ fauorem. Vide Menochium *lib 3. de præſumpt. 83. n. 45.* qui plures refert Molinam *de primogeniis lib. 1. cap. 1.* Villalobos *in ſumma p. 2. difficult. 17. n. 4.* vbi addit vſumfroctum maioratûs Monachi profitentis, tranſire ad Monaſterium in vita Monachi, niſi ſit aliquis ſpecialis clauſula in maioratibus, quæ contrarium præcipiat, ſed an hæc declaratio vera ſit. cooſiderabis *ex dictis de vſu fructu ſupra*
9 *q. 4.* † Tamen ſi illa clauſula adiecta non ſit, credo quod Monaſterium ſuccedat in maiorato, quando maioratus non conſiſtit in gubernatione, vel iorisdictione, veluti Regnum, Ducatus, aut Marchionatus, vel aliud ſimile: nam iſto in caſu excluditur Monaſterium; ita reſoluit Antonius Gomez *lib. 40. Tauri n. 66.* Mieres *de maioratu 2. p. q. 3. n 17.* melior Doctus Molina *de primogeniis, lib. 1. cap. 13. a n 68.* Gratianus *Reg. 321. n. 5.* Ad alia vide quæ congerit Spino *in ſpeculo Teſtament.* Gloſſa 12. *à n. 36. verſ. maior tamen* & Additionator Molinæ.

10 Ad quartam quæſtionis partem videtur reſpondendum ex doctrina generali textûs noſtri: Nam cum Iuſpatronatus tranſeat in hæredem iuxta ea, quæ tradunt Doctores *in cap. ex litteris de Iurepatronatu*, vbi latè dicam, & tenet Couarruuias *lib. 1. Var. cap. 18. n. 6.* Iaſon *in l. 1. ff. de Legatis 1. n 71. & in l. venia Cod. de in ius vocando n. 2* vbi Decius *n. 2.* Tyraquellus *de primogeniis q 36.* Molina *de primogeniis lib. 1 cap 14. n. 7.* & alij adducti à Zenedo *Collect. 5. ad textum in dicto cap. ex litteris n. 1.* Sed ſic eſt quod Monaſterium habetur pro hærede, vt ſupra diai *q. 2.* in verſ. *ad ſecundam*: ergo competit ei Iuſpatronatus, quod verum eſt, nec negari poteſt caſu quo Iuſpatronatus ſit anneaum vniuerſitati bonorum, ad quæ Monaſterium venit: ergo in con-
11 ſequentiam venit Ioſpatronatus. † Tamen ſi Iuriſpatronatus qualitas non adhæret certæ rei, ſed eſſet perſonalis eatincta perſona, cuius induſtriam elegit Fundator, tacitè nominaſſe credeterem alium deſcendentem, ſeu collateralem, alienamue quamlibet perſonam. Eatincto eoim, vel naturaliter, vel cioiliter Patrono, extinguitur, & quòad cum Ius præſtandi, & tranſit in nomioatum verè non autem io oominatum per fictionem, quemadmodum eſſet Monaſterium *iuxta tradita ſupra quæſtion. 1.* tenet Bellamera *Conſ. 33.* refert, & ſequitur Tyraquellus *de primogeniis 3. in q. 10.* aſſerens per Monachationem in ſecundo genitum, & ſic in ſucceſſorem tranſire. Et ſub hac diſtinctione quoties Monachus ſe, & ſua offerenda Monaſterio omnia per ingreſſum transferat in Monaſterium iuxta diſpoſitionem Authenticæ ingreſſi *Cod de Sacroſanctis Eccleſiis*, faciet vt tuoc tranſeat Iuſpatronatus cum vniuerſitate booorum, & *tit. pro hærede clem. fin.* & ibi Gloſſa verbo *heredes de Iurepatronatus*, Alexander *in l quamuis num. 4. ff. ad Trebellianum*. Lambertinus *de Iurepatronatus art. 9. q. 8. & princ. 1. p. lib. 1. n. 7.* Paulo de Zitadin *9. p. q. 1.* ſequitur cum aliis Didacus Perez *in l. 1 lib. 1. tit. p. de ordinamenti fol. 145. verſ. poſſumus*, vbi etiam concludit quod ſi quis ſimpliciter eſt Patronus induſtria perſonæ videtur electa, ſi igitur Monachus fiat Abbati competet Ius præſentandi, non ipſi, cum non habeat, nec velle, nec nolle, *cap. Religioſus*, & ibi Gloſſa verbo *non habet* de electione: igitur morte Patrone ciuili tranſit Iuſpatronatus in vocatum ſucceſſiuè ad præſentandum in eius defectum argumento teatus *in l. inter artifices, ff. de reſolut. cap. fin. de Officio Delegati.*

Ad quintam partem quæſtionis dico, vt quan- 12
do ſumus in dubio, an Nouitios fuerit ingreſſus Monaſterium animo probandi, & experiendi, vel profitendi, & intra annum deceſſerit, hoc in caſu noo acquiri bona Monaſterio, ſed reuerti, atque deferri venientibus ab inteſtato, tenent Abbas hîc & Pariſius *n. 188. verſ. vltimus caſus eſt*, Menochius *præſumptione 84. n. 13. & 14. & Conſ. 396. n 8 lib. 4.* Molina *de Iuſtitia, & Iure tractatu 2. diſputatione 140. n. 754.* Guttierrez *Canonic lib. 1. cap. 1. n. 107.* & idem Menochius *de arbitrariis, lib. 2. Centuria 5. caſu 436. n. 5. & 6.* plures allegans dicit id ex eo eſſe quia reſoluta Religione, quoad perſonam, cenſetur etiam reſolutæ quoad bona.

Et licet iſte dicatur Religioſus quoad multa, 13
vt apparet ea dictis *ſuprà in cap. 2. de foro competenti q. 15.* & tenet Spino Gloſſa 12. *n. 59 de Teſtament.* tamen id eſt io caſibus claris, ſed nos loquimur in caſu dubio: Nam ante profeſſionem remanet Laicus, vt *in cap. Religioſo de ſententia excommunicat. lib. 6. cap. non ſolum cap. conſtitutionem de Regul. lib. 6.* Boërius *hic n. 552. verſ. ſed aduerte*; noo enim ingreſſus Monaſterium efficitur de corpore Monaſterij ante profeſſionem, *cap. porrectum, de Regul.* Bart. & alij *in Auth. ſi qua mulier Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.*

Nec obſtat dicere quod in dubio fauendum 14
ſit Religioni, & cauſæ piæ *l. ſunt perſonæ, ff de Relig. & ſumptibus funer.* nam hoc procedit in his, quæ de ſe immediatè ſunt pia, & Religioſa, non autem quando agitur de vtilitate pecuniaria: argumento teatus *in cap. ex parte de ſenſibus*, & ex eadem cauſa non obſtat *l. Titia. §. vlt ff. de Auro & Argento ligat*, vbi legatum verificari non poterat in aliis ſignis, quam Aureis declarat Decius *in l. ſemper in obſcuris, ff. de Regulis iuris*, Menochius *præſumptione 84 n. 19. & præſumptione 106. n 35.* † Nec obſtat quod præſumatur Re- 15
ligioſus velle io eadem voluntate permanere,

l. 3.

l.3. ff. de probat. cap. maiores de bapt. & ſic ſicuti, ſi iſte vixiſſet Monaſterio acquiſiuiſſet; ita etiam moriendo, quia reſpondeo morientem non dici in eadem voluntate perſeuerate, quia illa finitur morte *l.4. ff. locati* Bart. *in l. centeſimus, §. vltimo ff. de verborum obligationibus.* Menochius *ſuprà*, & Guttierrez *dicto num.* 107. vbi dicit reuerà iſtum mori in ſtato quo reperitur; hoc eſt Nouitiali, qui Religioni non eſt obligatus, & cum hoc iure ſe conformare; arg. textus *in l. hæredes mei, §. cum ita*, & quæ ibi tradunt Bart. & communiter, *ff. ad Trebellianum*, aliqua proſequitur Guttierrez ibi in verſ. *& ſententia.*

16 Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpondeam præmitto, quod ſi Religioſus permanens in Monaſterio ſine animo recedendi ibi deceſſit: tunc ſi priùs expreſsè bona ſua contulerat Monaſterio, ea Monaſterio acquiri propter perſeuerantiam ſimul cum morte ſubſequuta, præcedente dedicatione expreſſa cum perſona Deo facta; tenet Guttierrez ſuprà *dicto cap.* 1. *n.* 103. cum Berojo *hic n.* 553.

17 Quare iam ad difficultatem dico, quod cum agitur de eo, qui non eſt profeſſus, ſed tamen propoſuit vitam mutare, & ſub habitu regulari omnipotenti Deo, de cætero famulari, videtur idem dicendum eſſe, quia is non poteſt amplius ad ſæculum redire licet aliud Monaſterium ingredi poſſit, *cap. conſulti de Regularibus. cap. ſtatuimus eodem tit. dicto cap. non ſolum cap. conſtitutionem, cap. priuilegium lib.6.* & ideò pro Religioſo haberi debet, ac proinde idem de bonis ſuis eo caſu ſtatuendum ac ſi profeſſus fuiſſet: Nam hoc propoſitum etiam videtur ſimile eſſe aliquo modo profeſſioni *in dicto cap. priuilegium de regularibus lib.6.* ibi *aut conſtet quòd vitam voluerit abſolutè mutare, vel profeſſionem expreſſam facere.* Sequitur Faquinetus *lib.6. cont. cap.19. in fine. Vide dicta ſuprà q. 1. in ſolutione ad textum.*

18 Pro complemento, aduertes quod libri illius Filij qui factus eſt Religioſus, ſi à Patre dati ſunt dum eſſet Magiſter, vel Doctor: tunc tranſeant ad Monaſterium, quia ſunt bona quaſi Caſtrenſia. Verùm ſi ei dati ſunt tempore, quo erat Scholaſticus pertinent ad Patrem, reſoluit Bart. Syluester, & Azor, quos ſequitur Villalobos *in ſumma p.2. tractatu* 35. *diff.* 27. *n.* 8. vbi teſtatur de conſuetudine contraria, dicens illos libros ſecum deferre ad Conuentum, vt ex eorum valore fiat ingreſſo habitus, ſed ſi à Patre, parerentur, credit iuſtè pati. Alia tradit ex aliis ibi videnda.

19 Ad vltimam partem quæſtionis vt facilè reſpondeas leges quæ ſupra dixi, *q.* 4. ſed in terminis, nempe quod quemadmodum cætera alia bona profeſſi, tranſeunt in Monaſterium; ita ſimiliter in bonis aduentitiis Filij, quorum Pater fruebatur vſufructu; ita ſequuntur Bartolus, Baldus, Decius, & Innocentius, & alij relati à Couarruuias *in cap* 2. *de Teſtament.* Nauarrus *cõmentario* 2. *de regularibus num* 38 ex eo nempe, quia bona hæc ſunt propria profitentis, vbi alia eius bona. Verùm ſi attendas ad ea quæ ſupra retuli *dicta quæſt* 4. inuenies vſumfructum morte etiam ciuili Profitentis finiri & conſolidari cum proprietate, quapropter eo ipſo quod Pater qui fruebatur bonis aduentitiis Filij Religionem profeſſus ſit exinde illos fructus conſolidari cum proprietate, quæ ad Filium ſpectat, & exiſtimo ita tenendum ex ibi dictis, tenet in terminis Couarruuias ſupra cum aliis ab eo relatis Villabobos in ſumma vbi ſupra *n.* 2. vbi addit *n.* 3. cum eodem Couarr. Nauarro ſupra *n.* 54. *&* 55. † Quod ſi Filius profiteretur, tunc eius Patrem frui debere vſufructu bonorum Filij aduentitiorum, ex eo, quia profeſſio Filij non derogat Iuri Patri quæſito, & hoc verum eſt, quamuis alij contrarium dicant, pro quibus facit eadem ratio de vſu fructu morte finito, & conſolidato. 20

QVÆSTIO VI.

An grauatus reſtituere hæreditatem poſt eius mortem teneatur eam reſtituere ſtatim ac ingreditur Religionem, an verò ſit ſpectanda naturalis mors. An Monaſterium & Eccleſia incapaces ſint à feudo. Et an Teſtamentum factum ante ingreſſum Religionis, per ingreſſum reuocetur ſequuta profeſſione. Et an Monachus facta profeſſione poſſit reuocare Teſtamentum factum ante profeſſionem. Vbi de Teſtamento facto poſt ingreſſum Religionis.

SVMMARIVM.

1 *Monachus factus ille, qui grauatus eſt reſtituere hæreditatem, an ſtatim ac profeſſionem fecit reſtituere teneatur, vel poſt mortem remiſſiuè.*

2 *Monaſterium, & Eccleſia qualiter dicantur feudi incapaces: quid de Emphyteuſi, n* 3.

4 *Nouitius ante profeſſionem validè Teſtamentum facit.*

5 *Nouitius ante profeſſionem eſt tanquam Laicus.*

6 *Teſtamentum conditum ante ingreſſum Religionis, quando valeat, etiam profeſſione ſequuta, ita vt in eo inſtituti hæreditatem conſequantur, num. ſequentib.*

9 *Teſtamentum ingreſſuri Religionem, valet etiamſi Monaſterio nihil relinquat. Et etiamſi minus ſolemne ſit., n* 10.

14 *Monachus facta profeſſione nequit reuocare Teſtamentum, num.* 15.

AD primam difficultatis partem Emanuel Coſta *in cap. ſi Pater* 2. *p.* verbo *Teſtatore de Teſtamentis, lib.* 6, *ex n.*6. Spino *de Teſtamentis*, Gloſſa 12. *princip. ex n.*32. Matienco *, lib.*5. *recopil. tit.*4. *l.*3. *in Gloſſa* 2. *n* 3. Zenedo *Collect.* 111. *ad noſtrum textum, n.*6. exiſtimant diſſoluendam eſſe iuxta tradita *ſupra q. præcedenti à n.*1. & videbis quæ tradit Guttierrez *Canon. lib.*1. *à n.* 6. vbi agit de quæſtione, ſi iuſſus aliquid reſtituere poſt mortẽ fiat Monach. Ordinis mendicantium, qui nihil proprium habere poſſunt in communi aut in particulari, an ſtatim poſt profeſſionem id reſtituere teneatur, vel ſpectanda ſit mors naturalis, itaut incertum bona illa permanere debeant; apud venientes ab inteſtato ipſius Monachi, latè diſputat vbi videbis. 1

Ad ſecundam quæſtionis partem, vt reſpondeas præmittes ea quæ ſupra dixi *de maiorata q. præcedenti* in verſ. *ad tertiam quæſtionis partem*; quo ſuppoſito Ioannes Andreas, Antonius Abbas & Felin. *hic n.*29. cum aliis vbi 4. limitatis Modis docent Monaſterium, & Eccleſiam eſſe incapaces à feudo, *cap de alienatione feudi*, vbi Vaſſal- 2

lus

Digitized by Google

lus non poteſt alienare in Eccleſiam, quia Eccleſia perpetuò durat, & nunquam moritur, *in cap. qui Clericus ſi de feudo facta fuerit controuerſ. inter Domin. & agnat.* vbi cauetur quod ſi Vaſſallus fiat Clericus, vel votum aſſumat Religionis, eo ipſo feudo priuatur, ad idem eſt textus, vbi Baldus *de Vaſſallo, qui Velica arma depoſuit*, per quæ Iura ita tenet Baldus *in l finita, §. ſi de vectigalibus 2. Col. ff. de damno infecto*, latè diſputat Caſaneus *in conſuetudinibus Burgundiæ*, *R.3.* Gloſſa *excepte les Religieux* per totam, & tandem hanc magis veriorem, & communiorem affirmat, eamque vndecim modis reſtringit, & poſt longam diſputationem ſequutus fuit Curtius iunior *in tract. de feudis 2. p. tertiæ partis. q.* 10 per totam, vbi limitat nouem modis Gullielmus Benedictus *in cap. Raynutius de Teſtamentis* verbo *& vxorem nomine Adalaſius deciſ. 3. per totam* vbi limitat 13. modis, Dueñas *Reg.* 103. vbi benè loquitur cum aliis Gratianus *Reg.* 321: vbi *n.* 4. limitat in eo qui exiit à Monaſterio intra annum profeſſionis: nam recuperat feudum, quod contra Andreas de Iſernia Gregorius Lopez, *in l. 6. tit 16. p.* 4. Gloſſa *Religioſo*, ſicut retinet Iuriſdictionem, & dignitatem, vt latè per Matieneum *in l. 1. tit. 7.* Gloſſa 1. *n. 17. l. 5. recop.* qui etiam *n. 5.* limitat in maioricatu, ſed in quantum ad hoc dices ſecundùm ſupradicta quæſt. præcedenti, in dict. verſ. *ad tertiam.*

3 Sed dubium eſt an idem de emphiteuſi, ac de feudo dicendum ſit, & hoc in caſu breuiter dico Monaſterium ſeu Eccleſiam non probari, vt deciſum eſt *in Aut. de alienationibus & Emphiteuſi. §. 1. & in Emphiteuſi conceſſa priuato.* Felinus *hîc n. 87.* refert opiniones, & tandem in ea reſidet quæ Eccleſiam, & Monaſterium incapacem eſſe affirmat, Petrus de Anchsrrano, *Conſ.* 421. Alexander *Conſ.* 58. *n. 1. & 17. lib 9. & Conſ.* 10. *n. 6. lib. 5.*

4 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeam ſuppono quod Monachus ante profeſſionem poteſt validè teſtari; ac proinde ipſius Teſtamentum poſt profeſſionem non reuocari, vtpotè factum eo tempore, quo Teſtator liberam habuit teſtandi facultatem adſtipulatur textus *in cap. 4. de Reg.* & tenet Gloſſa *in Aut. ingreſſi Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, vbi benè Bart, *in repetitione, n. 1. & in lect. à n* 4 Baldus *n.* 1. Salicetus *n.* 3. Gregorius Lopez *in l. 17. tit. 1. p* 6. Gloſſa 1. vbi intelligit eam legem, quæ videbatur contraria poſt profeſſionem tacitam vel expreſſam Molina *de Iuſtitia, & iure tract. 2 diſp. 139. Col.* 747.

5 Cum aliis Guttiert. *Canon. lib. 5. n. 5.* vbi *n* 21. addito quod Monachus Nouitius intra annum probationis, eſt tanquam Laicus cenſendus, quia non dicitur Monaſterium ingreſſus, qui non fecit profeſſionem Bartolus *in Auth. ſi qua mulier, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, n.* 50. vbi Doctores *cap. Religioſo de ſententia excomm. lib. 6. & in cap. Conſtitutionem de Regul.* Menochius *de arbitriis, lib. 5. Cent. 3. caſu* 436. Riccius hîc *n.* 152. & Tondutus *lib. 1 cap. 96. n.* 15. ait non poſſe Patrem poſt profeſſionem alterare Teſtamentum ante ingreſſum Religionis factum, etiam inter liberos.

6 Quare ad difficultatem reſpondeo validum eſſe Teſtamentum conditum, ante ingreſſum Religionis; nec rumpi poſt ingreſſum ſubſequutum, quia quilibet ante ingreſſum Religionis poteſt de bonis ſuis diſponere, prout voluerit iuxta textum *in Auth. nunc autem Cod de Epiſcopis & Clericis, cap. ſi qua mulier, §. nunc autem 19. quæſt. vlt.* quod verum eſt, & ſine controuerſis quando quis ingreditur Monaſterium bonorum immobilium incapax; cum tunc ab ipſo ingreſſu accipiat vires Teſtamentum, ac ſi Teſtator naturaliter mortuus eſſet: ita Bart, & Baldus, & communiter *in l. 1. ff. de Teſtamentis*, Abbas *hîc n.* 50. Felinus 54. Beroius 400 Molina *de primogeniis, lib. 2. cap. 9. num* 43.

Quod ſi Teſtator ingrediatur Religionem bonorum capacem multi abſolutè docent abſque diſtinctione Teſtamentum rumpi per ingreſſum Religionis, eoquòd Teſtamentum rumpitur agnatione Poſthumi *vt in l. 1.* in fine, *& in l. 3. & in l. Poſthumorum. ff. de iniuſto rupto*; ſed Monaſterium loco Filij habetur, vt iam dixi in principio: ergo ſic tenent multi, quos refert Guttierrez, *Canon. q. lib. 2. cap. 1. à n.* 4. 7

Verùm Bartolus *in dict. Auth. ſi qua mulier. n. 7. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & ibi Baldus, Paulus, Decius hîc *n.* 51. & Immola *Col fin* & alij docent, quod ſi quis ingrediatur eam Religionem cogitans de ingreſſu Religionis; tunc reuerà, nec per ingreſſum, nec per profeſſionem rumpi; ſecùs autem ſi minimè cogitaſſet de ingreſſu Religionis; Nec obſtat quod Monaſterium habeatur loco Filij Poſthumi; quia vt iam ſupra dixi *q. 1. & s.* hoc procedit in caſibus iure expreſſis, non item in aliis: ita cum multis tenet Guttierrez, *dicto cap 1. à n. 5. & 8.* legendus, idem *lib. 1. Canon. q. 31. n. 56.* qui loquitur latiſſimè in præcitatis locis, & expendit diſtinctionem de qua hîc Antonius de Butrio, qui fuit in tertia opinione, & alium dictum Saliceti, *in dicta auth. ſi quæ mulier.* Vide quæ tradit Zeuallos *in pract q. 806. a num. 11.* vbi *num. 13.* expendit Trid. locum *in cap. 16. ſeſſ. 25.* 8

Et hæc ſententia hoc modo facta ampliatur dupliciter. Primò vt procedat etiamſi Teſtator in eo Teſtamento nihil reliquerit Monaſterio Bartolus *in dicta auth. ſi qua mulier, n. 7.* verſ. *ex hoc dico* Couarr. *in cap. 2. de Teſtamentis, num. 5:* Coſta. *in cap ſi Pater 2. p.* verſ. *Teſtatore mortuo, n. 10. de Teſtamentis, lib. 6.* Beroius hîc *n.* 519. cum aliis Molina *ſupra n. 47.* & ita tenendum docet Guttierrez *dicto cap. 1. n.* 15. Licet contraria 9
opinio Canoniſtatum ſit communis. † Secundò 10
vt procedat etiamſi non ſit ſeruata in prædicto caſu ſolemnitas iuris communis; quia ſi hoc permititur militi armatæ militiæ, qui pugnat pugnâ corporali, multò magis permitti ei qui de proximo eingendus eſt cæleſti militiæ, vel qui pugnat pugnâ mentali & contemplatiua: ſic Bartolus *in dicta auth. ſi qua mulier, n. 7.* verſ. *ex hoc dico*, & *in l. 1. n. 12. Cod. eodem de Sacroſanct. Eccleſ.* Abbas, & Decius hîc *n. 7.* poſt Butrium, alia dicit Guttierrex *dicto cap. 1, n. 14. 15. & 16.*

Tamen relatam diſtinctionem Bartoli, Doctores etiam dupliciter limitant. Primò vt Teſtamentum factum ab eo, qui Religionis ingreſſum minimè cogitauerit profeſſione ſequuta rumpatur quòad legitimam portionem tantùm Monaſterio competentem, Antonius de Butrio hic ſequitur Couarruuias, *in dicto cap. 2. de Teſtament. n. 5.* in verſ. *ipſe verò.* Tamen Molina, *de primogeniis* vbi ſupra *à n. 49.* eos increpat ibi videndus, & alij, quos refert Guttierrez, *dicto cap. 1. n. 17.* Qui *n. 18.* ex aliis limitat: Secundò Bartoli dictum, vt procedat in Religione capaci bonorum & ſucceſſionum, ſecus in Religione incapaci bo- 11

norum

norum immobilium, quia tunc abſque dubio Teſtamentum non rumpitur, ſed ab ipſa vires accipiet non aliter ac ſi ipſe ingrediens, naturaliter fuiſſet mortuus, vt iam dixi, docet Molina *ſupra à n.43.* poſt Iulium Clarum.

12 Quod ſi non conſtat, an Teſtator tempore Teſtamenti de Religione cogitauerit, necne: tunc Iudex arbitrabitur, quia ſi in breui Religionem profiteatur intelliget Teſtatorem de Religione cogitaſſe, ac proinde Teſtamentum non reuocari, ſed ſi multùm poſt tempus id cogitauerit idem Iudex contrarium exiſtimabit; itavt Teſtamentum rumpatur, docet Butrius hîc, & Couarruuias *ſupra dict. n.5.* verſ. *his verò*: plures refert Molina, vbi *ſupra n.46.*

13 Ex quibus infero quòd ſtatim facta profeſſione, ſicut ſi mors naturalis contingeret hæres inſtitutus in Teſtamento Monachi conſequetur hæreditatem, vel Legatum; dum tamen Monaſterium non ſit capax bonorum, quia aliàs pro vita Monachi habebit Monaſterium hæreditatem, vel Legatum, docet Bart. *in dicta auth. ſi qua mulier: n.9.* vbi Paulus *n.4.* Iaſon 26 Aretinus *in l. res vxoris Cod. de donationibus inter* Butrius, & Abbas *hic n.58.* Felinus 55. Decius 97. Couarruuias *dicto cap.2. n.6.* cum pluribus Zeuallos *communes contra q 806. à n 20.* idem *q.193. à num. 1.* & ait hoc ita procedere, niſi voluntas Teſtatoris aliud voluerit; quia illud eſt ſeruandum, *l in conditionibus, ff. de condit. & demonſtrat. Auth. de nuptiis, § diſponat Col.4.* non ſpectata morte naturali, *l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iure Fiſci*; Idem docet Guttierrez *dicto lib.2. Canon. cap.1. à num.4.* videndus cum multis, *à num.47.* vbi longè agit.

14 Ad quartam igitur quæſtionis partem, vt reſpondeant, multi dixerunt non poſſe Monachum Teſtamentum antea factum rumpere poſt profeſſionem; & ſic Bart. *in dicta auth. ſi qua mulier*, reſoluit quod quando quis ingreditur Religionem fratrum minorum, nullo modo facta profeſſione, poſſit Teſtamentum reuocare, quia ſicut per mortem confirmatur Teſtamentum, vt *in cap. cum Martha de celebrat. Miſſarum*; ita per profeſſionem huius Religionis *Clement exiuis de Paradiſo de verborum ſignificatione, dicta auth. ingreſſi de Sacroſanctis Eccleſiis*, vbi ingreſſi Monaſterium, ſe & ſua dicant Deo, nec de his teſtantur, vtpote, nec Domini rerum, *cap. cum ad Monaſterium de ſtatu Monachor.* & in omni Religione, etiam bonorum capaci; ita practicandum, docent Abbas hîc *n.61.* & Felinus. Decius, Beroius, dicunt hanc magis communem: ſequitur Couarr. contra alios, *in dicto cap.2. de Teſtamentis, n. 9.* Molina Theologus *diſp.141. Col.771.* Beroius *hic n.537.* vbi latè contra Bartolum dicit illud ſibi vindicare in Religione bonorum incapaci, qualis eſt fratrum minorum; ſecùs ſi Monachus ſit Religioſus alterius Ordinis: argumento textus, *in l. vxoris in fine, Cod. de donat. inter l. ſed etſi mors, §.1. ff. eodem* vbi expreſsè probatur non ſufficere mortem ciuilem; ſed naturalem requiri ad confirmandam irreuocabiliter donationem inter virum & vxorem, in tantum quod vir poſt mortem ciuilem, poteſt talem donationem reuocare & ita alij dixerunt ante Bartolum, quos refert Zeuallos *dict. quæſt 806 à n.1.*

15 Sed exiſtimo ſine vlla diſtinctione inter Religionem bonorum capacem, aut incapacem non poſſe Monachum poſt ingreſſum Religionis rumpere aut reuocare Teſtamentum antea factum, vt probatur *in dicta auth. ingreſſi, & in cap. quia ingredientibus 19. q.3 auth. de Monachis, §. illud*, & cum iam Monachus profeſſus non habeat nolle, nec velle, ſequitur quod nec reſpectu Monaſterij, nec extranei valebit reuocatio, ſed hæreditatem conſequentur inſtituti ex tali Teſtamento, ſequuta profeſſione, per quam habetur pro mortuo, *l. Deo nobis, Cod. de Epiſcopis & Clericis* textus hic & libertas teſtandi ſolum eſt inter liberos, vt in *dicta auth. ſi qua mulier, & in l.17. tit.1. p 6.* Et confirmatur quia Teſtamentum non rumpitur per ingreſſum Religionis, cum quilibet poſſit de bonis ſuis diſponere ante ingreſſum, vt in *dicta auth. de Monachis, §. illud quoque Col.1. auth nunc autem Cod de Epiſcopis & Clericis*. expendunt Doctores, & Bart. *in l. 1. ff. de Teſtamentis* Abbas *hic n. 5.* Felinus 54. Beroius 400. Coſta, *in cap. ſi pater* verbo *Teſtatore mortuo n. 6.* Molina *de primogeniis, lib. 2. cap. 9. n.43.* & Zeuallos vbi *ſupra à n.7.* videbis Guttierrez, *Canon. lib.2. cap.1 à n 15.*

Et vt ad vltimum de Teſtamento facto poſt Ingreſſum Religionis, latè reſpondeas, videbis quæ ex multis congerit Guttierrez, *lib.2. Canon. cap. 1.* Et pro reſponſione applicare poteris adducta *q 8. à n.1.* Et in terminis plura congerens nouiſſimè Tondutus *p.1. q.46. à n.11.* cum Sanchez. *in præcepta Decalogi, lib.7. cap.11 à n.7.* ait Monachum poſt profeſſionem eſſe inteſtabilem, ſed inter liberos bona ſua æqualiter diuidere poſſe, dum alij legitimâ non fraudentur, *Auth. ſi qua mulier*, Sanchez *dicto lib.7. cap. 9. num. 26.* plura alia adducit videndus Tondutus etiam de Religioſis bonorum incapacibus, de Capucciois, & Societatis Ieſu, 16

QVÆSTIO VII.

An ſi hæres inſtitutus in Teſtamento Monachi profeſſi, moriatur viuente Monacho, tranſmittat hæreditatem iam delatam & acquiſitam ad ſuos hæredes, vel remaneat caduca penes Monaſterium: Et quid de Patre Monacho, qui poſt ingreſſum vult inter Filios Teſtari. Et an Monachus profeſſus ſi moriatur, patre viuo, poſſit priuare eum ſuâ legitimâ.

SVMMARIVM.

1 *Hæres Monachi profeſſi, ſi moriatur ante ipſum Monachum, tranſmittit hæreditatem ad ſuos, nec remanet caduca, n.2.3. & 4.*

3 *Monachus per profeſſionem amittit beneficium Eccleſiaſticum.*

4 L. Statius Florus, §. Cornelio felici, ff. de Iure Fiſci.

5 *Teſtamentum Patris ſeu Filij Religioſi, factum inter Filios & Aſcendentes, in quo valeat, num. 6.*

7 *Monachus profeſſus mortuus Patre viuo nequit priuare eum ſuâ legitimâ.*

8 *Monachus renuncians bonis propter magnam familiam, in defectum ſucceſſorum de familia excludit extraneos.*

AD primam difficultatis partem videtur dicendum quòd hæres tranſmittat hæredita- 1

tem

tem ad ſuos, licet Monacbus ſupetuiuat, quia facta profeſſione acquiritur hæteditas, & ſulùm ſuſpenditur petito Monacho viuente, quia nunquam hæreditas poteſt dici caduca, poſtquam fuit acquiſita, aut morte naturali, vel profeſſione, niſi quando nullum ius fuit quæſitum hæredi viuente Teſtatote, vt conſtat ex toto *tit. Cod. de caducis tollendis*, & licet Monaſterium pro vita Monacbi fruatur bonis ipſius, illud eſt reſpectu vsûsfructûs, & commoditatis, ſecus verò reſpectu Dominij, quod pertinet ad bæredem inſtitutum, facta profeſſione, & ſequuta acceptatione, *l. cum heredes, ff. de acquirenda poſſeſſione, l. à Titio, ff. de furtis.*

2 Vnde eſt, & non debeat reddi caducum, & nullum illud ius iam quæſitum, & Dominium in perſona bæredis radicatum, licet hæres poſtea moriatur, quia vita, vel mors Monachi non eſt de ſubſtantia diſpoſitionis, nec ad validatem ipſius neceſſaria, quia ſolùm reddatur exequutio Teſtamenti, eo viuente; non verò ſequuta morte confirmatur diſpoſitio, ſed conſolidatur vſus fructus cum ipſa proprietate, ſiue hæres viuat, ſiue mortuus fuerit, quia ſui hætedes, & ſucceſſores admittuntur ad hæreditatem, excluſo Monaſterio, quod nec ex Teſtamento, nequit admitti, cum non ſit vacatum, nec abinteſtato, cum decedat cum Teſtamento, & ſit iam profeſſione confirmatum, & ſic teneo, quòd hæreditas non manebit caduca; licet hæres Monachi moriatur, eo viuente, quia ſolùm ad petitionem, & exactionem requiritur mors naturalis Monachi, non verò ad eius acquiſitionem, quia facta profeſſione irreuocabiliter eſt hæreditas acquiſita.

3 Et facit pro hac ſententia, quam defendit Zeuallos *pract. quaſt, cap.* 806. *à n* 22. contra Bart. *in Auth. ſi qua mulier, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, n.* 10. Felinum *hic n.* 55 Abbatem *à n.* 58, & alios, quia ſi Monachus habeat beneficium Eccleſiaſticum ſtatim facta profeſſione, perdit illud perinde ac ſi mortuus eſſet, Flaminius *de reſignat. benef. lib.* 3. *q.* 13. *n* 4 ergo bene ſequitur, quod à die profeſſionis ius eſt quæſitum hæredi; non verò è die mortis naturalis Monachi, cum ipſe nec habeat velle, nec nolle, & ſic ipſe non poterit mutare, nec alterare Teſtamentum, etiamſi vellet, & multòminus remanebit nullum, præter eius voluntatem.

4 Nec obſtat Suarez *allegatione* 20, *n.* 17. ſequutus Felinum, Abbatem, & Bartolum citatos, quatenus ait, quod bona in hoc caſu peruenient ad Monaſterium iure caduci per textum, *in l. ſtatius Florus, §. Cornelio Felici. ff. de Iure Fiſci*, quatenus probat fidei commiſſum relictum in diem mortis hæredis non cedere ante diem mortis naturalis; etiamſi hæredis bona ob delictum ſint confiscata cum poſſit ipſe fidei commiſſarius prius mori. Verùm ex multis reſpondet Zeuallos dicendo ſpeciem illius textus magis extollere prionam ſententiam, quia reſtitutio, quæ ibi eſt facienda poſt alterius mortem, non debet fieri poſt condemnationem ipſius fideicommiſſarij, mortemque ciuilem, ſed naturalem eſſe ſpectandam: ita Conſultus, Paulus indicat ibi, *repulſus eſt interim à petitione*; alia adducit ex multis *à n* 25. & de intellectu eius legis videndus eſt Gomexius, *in l* 40. *Tauri, n.* 61. Gregorius Lopez, *in l.* 6. *tit.* 1 r. *p.* 6. verbo *que no la pueda enagenar*. Salazar. *de vſu & conſuetudine, cap.* 1. *n.* 65. videndus Tellus Fernandex, *in l.* 3. *Tauri p.* 3. *à n.* 9. & illud ſignificare videtur aduerbium, *donec, de quo in dicto §. Cornelio Felici*, quod eſt taxatiuum temporis.

Ad ſecundam difficultatis partem breuiter dico quod Pater adſtrictus eſt, in eo caſu Filiis legitimam, abſque diminutione relinquere, & omne illud, quod legitima Filiis relicta ſupereſt Monaſterio deferre, quia cum omnia bona ingredientis Monaſterium, efficiantur Monaſterij ex textu *in Auth. ingreſſi, & in Auth. nunc autem, Cod. de Epiſcopis, & Clericis* cum aliis; ita etiam conſequens eſt, vt omne illud, quod legitima Filiis ſuperetit, Monaſterio competat, nec Pater poterit plus legitima filiis relinquere, niſi tantundem relinquendo ipſi Monaſterio, quantum Flio, ad quem plus ex bonis eius peruenit relictum fuerit, *dicta Auth. ſi qua mulier, & l.* 17. *tit.* 1 *part.* 6. 5

Vnde ſimiliter id facere poterit Filius reſpectu Parentum, ſeu aliorum Aſcendentium, quod ſi id non fecerit debent Aſcendentes, obtinere integram legitimâm, quia licet *dicta auth. ſi qua mulier, & dicta l.* 17. *part.* de deſcendentibus tantum loquatur; erit tamen extendenda à paritate rationis *l. vt in ſcripto cum ſimilibus, Cod. vnde liberi, l. nam etſi parentibus, ff. de in officioſo, l.* 4. *tit.* 13. *p.* 6 tradunt Bart. *in dicta auth, n.* 18. Albericus *n* 2. Abbas *hic n.* 34. *&* 61. Greg. *in dict. l.* 17. verbo *deſcendieſſen*, & cum multis aliis Guttierrez *Canon. lib.* 2. *cap.* 1. *à n.* 95., vbi cenſet quod vterque facere poterit ſine licentia Superioris, & videbis quæ tradit Zeuallos ſupra *dicta q.* 806. *à n.* 42. 6

Ad tertiam quæſtionis partem infero ex proximè dictis, & ſic breuiter dico quod licet Monachus profeſſus moriatur Patre viuo, non poterit illum priuare ſuâ legitimâ, cum veritas non debeat obumbrari imagine naturæ contra textum, *in l. Filium, quem Pater, ff. de Liberis, & Poſthumis*, & ſic quod Pater ſuccedat Filio Monacho profeſſo defuncto, vel Filiæ, quæ ingreſſa fuit Monaſterium & mortua eſt viuente Patre; tenet Bartolus, *in dicta auth. ſi qua mulier, n.* 18. Molina, *de Hiſpan. primogeniis, lib.* 2. *c.* 9. *n.* 64. Velazquæ de Auendaño *in l.* 40. *Tauri* Gloſſa 4 *n.* 23. & ita Iudicatum ſæpius ex multis docet videndus Zeuallos *dicta quaſt.* 896. *Com. pract. à n.* 36. Et de his & aliis difficultatibus plura omninò videnda tradit Guttierrex *dicto lib.* 2. *Canon. q.* 1. *per totam* 7

Hìc adiunges ad quæſtionem Ziriacum, *Com.* 475. *n.* 3. vbi agit de ea an Monachus qui in actu profeſſionis renunciauit ſucceſſioni Paternorum bonorum & Maternorum in ampla forma adiecta cauſa, propter numeroſam prolem parentum, & pro conſeruatione familiæ ipſius parentibus ſtipulantibus, & acceptantibus pro ſe & eorum hæredibus, an mortuis fratribus omnibus ſine prole, & finita agnatione inſtituto extrango ab vltimo defuncto reintegretur, ſeu Monaſterium ex eius perſona ad portionem quæ eis ſuperueniſſet de tempore mortis ipſorum parentum, ſi non fuiſſet Monachus, vel non renunciaſſet, & ibi *à n.* 3. *ad* 13. dicit cum multis quod in hoc caſu defecit renunciatio, & ibi de alio dubio à *n.* 13. vbi de ſucceſſione Monachi in fideicommiſſis maioratibus, & bonis feudatis & effectus Monachus Religionis bonorum capacis excludere fœminas ibi, *q.* 466. *& n.* 10. affirmat, quia vti Agnatus conſeruat agnationem illum vtrobique leges. 8

Qvæstio

Q v æ s t i o VIII.

An donatio, vel bonorum renunciatio facta ab eo, qui ingreſſurus eſt Religionem teneat, ſi in ea non fuerit obſeruata forma Concilij, cap. 16. ſeſſ. 25. *Et an renunciatio Filij bonorum parentis in vita eiuſdem, ac cum eius licentia tacita, intelligatur facta ſi ipſi Filio deferatur, non aliàs, vbi quid de Filia renunciante hæreditati paterna: Et an ſubſtitutio euaneſcat, ſi grauatus fiat Clericus Eccleſia ſeculari.*

S V M M A R I V M.

1 *Cap. 16. Trid. ſeſſ. 25. expenditur numeris ſequentibus.*

2 *Donatio, ſeu renunciatio facta ab eo, qui ingreſſurus eſt Religionem, valet etiam abſque Prælati licentia; ſecus ſi iam ſit ingreſſus, latè expenditur, numer. 3. 4. & 5. & ſequentibus.*

11 *Donatio, ſeu renunciatio facta in ipſa admiſſione Religionis non valet.*

12 *Donatio Nouitij facta intra duos menſes concilij non valet, ſi ante profeſſionem moriatur.*

13 *Nouitius poteſt celebrare contractus oneroſos, & ſoluere quod debet, num. 14.*

15 *Donatio, ſeu renunciatio facta à Nouitio iuxta formam Tridentini reuocatur, ſi profeſſio reddatur nulla intra quinquennium.*

16 *Donatio, ſeu renunciatio facta in tempus profeſſionis, non deſiderat formam Tridentini: Et quid ſi illata eſſet profeſſio num 17.*

18 *Filius qualiter queat renunciare ſpem, quam habet ad Patris hæreditatem.*

19 *Filia renuncians hæreditati paterna, an excludat omninò Monaſterium; itane poſſit Pater Filium ſuum naturalem conſtituere, numer. 20. & 21.*

1 AD primam difficultatem, vt reſpondeam, præſuppono verba Trid. *in dicto capit.* 16. *ſeſſ.* 25. ibi *nulla renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum Iuramento; vel ſi in fauorem cuiuſcumque cauſæ pia valeat; niſi cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij, fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non alias intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſequuta profeſſione, aliter enim facta, etiamſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus.*

2 Ex præcitatis verbis diuerſa oppinatos eſſe Doctores, conſtat; Nam Menochius *de arbitrariis Iudicum cent. 5. caſu* 436. *num* 8. dixit locum non eſſe dictæ conſtitutioni concilij, quando ingreſſus Religionem eſſet ætatis decem, & ſeptem annorum, vel maioris: Nam is quandocumque voluerit intra annum probationis, liberè poterit ſe obligare, & ſuis bonis renunciare, ſine licentia Epiſcopi, vel eius Vicarii per rationem quam ibi adducit.

3 Verùm hic dicendi modus admitti non debet: quia dictum Concilium generaliter loquitur, & ſic tam de maioribus, quam de minoribus decem, & ſeptem annorum intelligi debet, docent Ioannes Guttierrez *canon. lib. 2. cap. 1. num.* 34. Emanuel Rodriguez *in ſumma, tomo 1. cap. 7. n. 7.* Zenedus 1. *p. collect. 50. ex num. 4.* idem *q 6 pract. num.* 10. etenim præcitata concilij littera loquitur in omnibus Religioſis Nouitiis cuiuſcumque ætatis ſint, minime diſtinguens inter minores, & maiores 16. annorum: alia addit Guttierrez.

4 Secunda tamen opinio diſtinguit dicens, aut enim fuit facta renunciatio, & donatio ſine intuitu, & animo ingrediendi Religionem, aut eo intuitu, & tunc in priori caſu validam eſſe donationem, ſeu renunciationem, alioquin eo ipſo, quòd quis ingrederetur Religionem, reſcinderentur multi contractus, quod eſt ridiculum. In ſecundo vero caſu aliter exiſtimat Molina *de Iuſtitia, & iure tract. 2. diſp. 139 ex concluſ* 750. ex verſ. *ambiget rurſus* vbi alia dicit, & addit ibi *diſp. 49. ex col. 746. in fine* verſ. *non dubito* Tridentini decretum, etiam locum habere in renunciationibus, factis ante ingreſſum Religionis, modo factæ ſint animo ingrediendi Monaſterium, diſponendique de bonis ad ipſum pertinentibus intuitu talis Religionis, qui ad vtrumque fundamenta refert, & pro hac diſtinctione faciunt quæ dixi ſupra *quæſt. 5.* verſ. *ad quintam* & *dicta ſupra quæſt. 6 in* verſ. *ad tertium* & in verſ. *verum.* Et facit pro hac ſententia declaratio Cardinalium, quam refert Farinac. ad dictum *cap. 16. trid* verſ. *renunciatio* ibi *ſed ſi donatio, vel renunciatio facta fuerit intuitu Religionis, ab ingrediente tanquam facta in fraudem huius canoniſ. videtur ſubeſſe huic diſpoſitioni ex ſententia congregationis.*

5 Sed adhuc hæc doctrina in puncto noſtræ quæſtionis admittenda non eſt: nam licet Concilium generaliter loquatur; non tamen eſt intelligendum de renunciatione facta ante, & poſt ingreſſum, ſed tantum ſecundum ſubiectam materiam; id eſt poſtquam quis ſuſcepit Religionis habitum, & loquens præcitatus Molina *de Nouitiis ſocietatis Ieſu dicta diſp.* 139. *col* 746. in verſ. *Nouitiis*, ait licitum eis eſſe ante ingreſſum in Nouitiatum ſtatuere de omnibus ſuis bonis temporalibus pro ſuo arbitratu; non verò poſtquam Nouitiatum ingreſſi ſunt; & ſi Zenedus vbi ſupra *dicta quæſt. 6 pract à numer.* 8 concludit aduerſus Molinam, quod ſi hæc ita ſe habent; reſpectu Nouitiorum Societatis Ieſu: quare in aliis obſeruari non debeat.

6 Tertio verò opinio ait donationem, vel contractum celebratum ante ingreſſum Religionis validum eſſe, nec vitiari, ex eo, quòd in ipſius confectione, & celebratione, non fuit obſeruata ſolemnitas Concilij, ſed reuocari, illudque rumpi per ingreſſum Religionis bonorum in communi capacis, nam ſicuti Teſtamentum, natiuitate Poſthumi rumpitur vt *in leg 1. in fine, & leg. 3. in princip. a leg. Poſthumorum. ff. de iniuſto rupto, irritoque facto Teſtamento*; ſic etiam per ingreſſum Monaſterij rumpi dicendum, cum Monaſterium loco Filij Poſthumi habeatur, atque cenſeatur auth. *niſi rogati, Cod. ad Trebell de quo ſupra q. 1.* & in aliis

7 Hæc tamen opinio etiam exploditur: nam quamvis verum eſſe fateamur Teſtamentum rumpi per natiuitatem Poſthumi, non tamen donationem per Monachiſmum, hoc eſt per ingreſſum Religionis, cumque Monaſterium habeatur loco Filij in vltimis voluntatibus, & non in Contractibus: ſequitur in diſcrimi-

natim dicendum vt Monaſterium in caſu, *l. ſi vnquam, Cod. de reuocandis donationibus*, non reuocet donationem factam ante ingreſſum Religioſis, imo nec ſemper in vltimis voluntatibus id procedet, ſed tantum in caſibus expreſſis. Et ad hunc finem, & effectum, vt excludatur qui ſubſtitutus eſt, ſi conditione, *ſi ſine liberis* inſtitutus deceſſerit, iuxta tradita *ſupradicta quaſtione* 1. vbi dixi Monaſterium haberi loco Filij in caſibus à iure expreſſis, cum illa verba in proprietatem, atque fictionem demonſtrent: ita docent Tiraquellus in *dicta leg. ſi vnquam* verſ. *ſuſceperit à numer.* 43. Molina *de primogeniis, lib.* 2. *capit.* 9. *numer.* 45. & 51. cum aliis Zenedus *pract. dicta quaſtione* 6. *numer.* 20.

8 Quarta verò opinio communiſſima fuit, quæ docuit prædictum concilij decretum taliter eſſe intelligendum, vt ſi quis ante Religionis ingreſſum renunciationem, vel donationem ſuorum bonorum faciat, nullam eſſe, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij fiat infra duos menſes ante profeſſionem, quamuis in ea Iuramentum interueniat, vel pactum, quod in omnem euentum, in quem dictus Donator ante profeſſionem à Monaſterio cedat, dicta donatio ſit nullius momenti fundamenta ſunt: nam exiſtimant Doctores ſic liberam libertatem tolli per donationem, ante ingreſſum factam, ac ſi fiat poſt illum: Imo & grauius eſſe ingreſſuro Monaſterium facere donationem ante ingreſſum, & ſuſceptionem habitûs, quam poſteà partim, quia priuat ſeipſum facultate donandi aliis, poſtquam ſuſcepit habitum, quia partim parentes, vel cognati volentes quærere bona ingreſſuri, vel ingreſſuræ Monaſterium, faciliùs poſſunt conſequi quod exoptant perſuadendo pueris, & puellis ante ingreſſum, vt donent ſua bona ſibiipſis, vel aliis, quibus volunt, quàm poſtquam ingreſſi fuerint Monaſterium, vel ſuſceperunt habitum, eo quod ſint iuniores, minuſque ſapiant, & plus ſubdantur Parentibus, vel Tutoribus, & amicis, & plus habeant timoris reuerentialis. Tum etiam, quia in dubio ea ſumenda interpretatio, quæ fauet cauſæ piæ, *leg. ſunt perſona, ff. de Relig. & ſumpt. funer.* ſed fauorabilius eſt Religioni, aut ante ingreſſum quis non poſſit donare, quam poſt ingreſſum ſe, & ſua dedicet Monaſterio: ita ut de ipſis amplius diſponere non poſſit, *Auth. ingreſſi*, *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis capit. quia ingredientibus* 19. *quaſtion. vltim.* ergo donatio ante ingreſſum prohibita eſt: Tertiò, quia cum in Tridentini loco adſit clauſula decreti irritantis, videtur actum omninò corrui ex traditis à Guttierrez *lib.* 3. *pract. quaſtion.* 15. *numer.* 3. ſequitur, vt ſi illa donatio fiat ante ingreſſum Religionis, quod non poſſit interuenire licentia Epiſcopi, ſeu eius Vicarij requiſita à concilio infra illos duos menſes ante profeſſionem, ad quem præcedere debet integer Nouitiatûs annus. Ex his ergo fundamentis, ita tenent Couarruuias, Sarmientus, & alij, quos refert Zenedus *Collect.* 12. *part.* 2. *numer.* 2. Nauarrus *libr.* 3. *titul. de donat. conſ.* 7. & 8. Menochius *de præſumption. lib.* 3. *præſumptione* 1. *numer.* 99. Frater Emanuel Rodriguez *in ſumma* 1. *part. capit.* 90. alios adducit idem Zenedo *dicta quaſtion.* 6. *à numer.* 1. *qui à numer.* 5. ſequutus ſententiam ſtatim ſcribendam, poſteà *à numer.* 12. *ex verſ. quamuis*, his omnibus fundamentis ſatisfacit, ad quæ ex fundamentis dicendis pro contraria opinione ſatis reſponſum præbebo. Alia refert Diana omninò videndus *in fine ſexta partis, in quadam deciſ. rotali in cauſa Romana donationis anno.* 1640. *Mercurij* 1. *Februarij*, vbi de donatione facta Virginiæ à Camillo Latino, antequàm ingrederetur Religionem, qui poſt modum ſequitur ſententiam contrariam *in numer. ſequenti*, apud quem videbis infinitos Doctores agentes de vtraque opinione, & ad alias difficultates, quæ ſpectant ad hanc quæſtionem, ipſum ibi leges, à verſiculo *deueniendo* vſque ad finem.

Vltima tamen opinio, quam iam hodie communiſſimè Doctores ſequuntur, tenet valere donationem factam ante ingreſſum Religionis; factam tamen poſt ingreſſum irritam eſſe, niſi ipſa forma ſtatuta à concilio Tridentino ſeruetur, eo quod tenor concilij debet intelligi de renunciationibus, & obligationibus factis ab exiſtente in Nouitiatu, cum debeat interuenire authoritas Eccleſiaſtica, non verò de factis extra Monaſterium, dum erat in ſæculo, ob idque non extendendam deciſionem prædicti concilij ſed relinqui ſub diſpoſitionibus iuris communis. Et hæc ſententia confirmatur ex verbis eiuſdem concilij *dicto capit* 16. vbi nullum verbum adeſt de actu facto extra Nouitiatum, & ante ingreſſum, ſed tantum loquitur de actu, ſeu obligatione facta intra tempus Nouitiatûs, & intra duos menſes proximos ante profeſſionem, & ſic fit quod cum quilibet ante Religionis ingreſſum poſſit ad libitum diſponere de rebus ſuis, ſiue ex contractu, ſiue Teſtamento, §. *illud quoque Auth. de Monachis*, Gloſſa verbo *Iudiciis*, *in capit.* 2. *de Regulis Iuris*, *lib.* 6. & per alia iura dicendum videtur dicta iura non eſſe hodie correcta per Tridentini decretum, cum in diuerſo loquatur iſta de actibus; nempe ante ingreſſum celebratis, concilium autem de ipſis poſt ingreſſum, & ſuſceptionem habitûs factis. Quod factum reuerà eſt ad ſedandam forſan importunitatem, vel potiùs Auaritiam, ne dicam ſimoniacam pactionem aliquorum Religioſorum, qui interdum excæcati telo, & animo acquirendi diuitias ſuis Monaſteriis, Nouitiis perſuadere conabantur, vt aliquas donationes, renunciationes, vel obligationes, in fauorem Monaſteriorum facerent; aliàs ipſos Nouitios minimè admiſſuros eſſe ad profeſſionem. Cumque in materia pænali non debeat fieri extenſio de vno caſu ad alium, prout notant Scribentes *in leg. ſi verò*, *ff. ſoluto Matrimonio*, & *in Auth. quas actiones Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & caſus omiſſus debeat Iudicari ſecundum Regulas iuris communis, ſequitur vt hæc ſententia tenenda ſit, tanquam vera, & menti concilij congrua, iuxta ea, quæ referunt ibi Marcilla, Farinacius, & Barboſa, cum pluribus ab eo relatis, ita cum multis Zenedo *in pract. quaſtione* 6. *numer.* 5. & addit Villabob. *in ſumma part.* 2. *tractatu* 35. *diff.* 17. *n.* 4. *hoc* ita verum eſſe, etiamſi contingeret in tempore quo ageret de ingrediendo Re- 9

ligionem

Digitized by Google

ligionem, & etiam ſi iam eſſet admiſſus ex declaratione Card. quam refert Farinacius, *dicto cap.* 16. *Concilij* verbo *an diſpoſitio*, per hæc verba, *an diſpoſitio huius capitis in principio comprehendat illum, qui habet animum ingrediendi Religionem adhuc in ſæculo exiſtens, ſed tamen acceptatus, licet habitum nondum ſuſceperit, donauit bona ſua Monaſterio, non adhibitis ſolemnitatibus, congregatio cenſuit non habere locum in renunciatione facta, ante ſuſceptionem habitus.*

10 Itaque hanc vltimam ſententiam ſequendo eam declaro modis ſequentibus. Primò quod ſi donatio, ſeu renunciatio fieret in ipſa admiſſione Religionis non valeret, vt apparet ex alia declaratione Cardinalium, quam refert Farinacius *ſuprà* verſ. *hoc decretum non habet locum in donationibus, aut renunciationibus factis ante ingreſſum, hoc eſt ante ſuſceptionem habitus; ſed ſi donauerit in ipſo ingreſſu, non valet donatio.* Et in alia ſequenti ibi, *an te idem poſſit in ipſo ingreſſu donare ſeipſum, & omnia bona ſua Religioni, vt fiebat olim, dummodo in iſtis caſibus non ſit poſita pœna communicationis: Congregatio reſpondet huiuſmodi Donationes, quæ fiunt ab iis, qui vt noſtri ingrediuntur animo profitendi, legitimo tempore comprehendi hoc decreto.*

11 Secundò quod ſi Nouitius inter illos duos menſes concilij, donationem feciſſet, & ante profeſſionem moratur: tunc non valere donationem, eo quòd hic profeſſio non ſit emiſſa, & quamuis concilium intendat libertatem; ita conſtat ex alia Cardinalium declaratione, quam refert Paraſcelus, & Frater Emanuel Rodriguez, *in ſumma part.* 1. *capit.* 90. *num.* 9. Vnde quamuis ex alia declaratione Cardinalium, quam refert Farinacius, *in dicto concilij decreto*, verſ. *aut Obligatio*, & Marcilla *tit.* 12. *lib.* 1. *capit.* 17. *littera f.* in his verbis, *hoc decretum etiam habet locum in Teſtamentis, aliiſque vltimis voluntatibus*, ſed reuera fallit in ipſis, ſiquidem in ipſo concilij decreto nihil de Teſtamentis cautum eſt; imò eſt vſitatum, vt quoties Nouitij facturi ſint profeſſionem, non exigant licentiam à Superiore ordinario; idemque dicendum in qualibet alia diſpoſitione facta in tempus profeſſionis; tradit Laſſius, *lib.* 2. *de Iuſtitia, cap.* 41. *num.* 49. Villabobos, *in ſumma dicta* 2. *part. tractatu* 37. *dif.* 17. *num.* 5. & ſic declaratum eſſe per Cardinales, refert Farinacius, *in dicto cap.* 16. *trid.* verſ. *nulloque in his verbis non procedit hoc capitulum in Teſtamento, aut vltima voluntate, vel eleemoſynis.* Et pro hac doctrina tradit plura Zenedus *dicta quæſt.* 9. *pract. n.* 12. contra Spinum *de Teſtamentis*, in Gloſſa 12. *num.* 50. Guttierrez, *lib.* 2. *canon. cap.* 1. *num* 31. verſ. *his tamen*, Zeuallos, *lib.* 1. *practicarum, cap.* 63. *ex num.* 5. *& in quæſt.* 12. *à num.* 5.

12 Tertiò ex eadem ratione dicendum eſt poſſe Nouitium contractus celebrare oneroſos, vtpote emptionis, & venditionis, ſeu permutationis: Nam de eis nihil concilium loquitur etiam ſi de ipſis naſcatur Obligatio; non enim iſti contractus auferunt liberam profitendi libertatem, ſed tantum gratuita; ita Villalobos, *ſupra num.* 10. vbi *num* 11. addit etiam iſtud decretum locum non habere in renunciatione beneficiorum, ſecundùm magis veram opinionem, quamuis nonnulli contrarium teneant, eo quod ſi non profiteatur, non valet renunciatio.

Quartò videtur non habere locum Tridentini decretum *in dicto cap.* 16. *ſeſſ* 25. quando Nouitius donationem, vel bonorum renunciationem, aut obligationem feciſſet, non quidem animo gratuito, & aliquid donandi, ſed potius animo ſoluendi, quod ipſe debebat; ita aduertit Rodriguez *in ſumma part.* 2. *num.* 4. Zenedus *dicta quæſt.* 6. *pract. num.* 12. 13

Quintò ſi aliquis ante legitimam ætatem profiteretur, facta ab eo bonorum renunciatione iuxta formam dicti decreti intra duos menſes, ſi contingat, vt intra quinquennium poſtea reclamet, aduerſus profeſſionem ſit, vt quemadmodum profeſſio declaranda ſit nulla; ita nec validam eſſe renunciationem bonorum, Spinus tenet *in ſpeculo Teſtament.* Gloſſa 12. *num.* 64. eo quod concilium loquitur de profeſſione illa; nempe aduerſus quam non reclamatur; Itaque idem Spino ait, *num.* 25. quod vt bona acquirantur Monaſterio, vel illi, in quem facta renunciatio requiritur vt perſona, quæ Religionem ingreſſa eſt ſit plenè tranſlata, & ibi *num.* 64. quod qui reclamauit ex cauſa dicta, vel proteſtatus eſt, poteſt reuocare Teſtamentum, vel donationem intra duos menſes ante profeſſionem, iuxta formam dicti concilij. 14

Sextò, vt iam dictum eſt, ad valetudinem renunciationis, eſt neceſſaria Epiſcopi licentia, ſeu eius Vicarij ex dicto decreto. Tamen ſi renunciatio ipſa fiat in tempus profeſſionis: tunc non prærequiritur illorum licentia, quia tunc eſt tanquam donatio cauſa mortis, & inſtar Teſtamenti, docet Villalobos, *ſupra num.* 9. vbi *num.* 12. *addit* non valere donationem, ſine illis conditionibus, etiamſi facta eſſet eo pacto, vt non valeret, ſi non profiteretur. 15

Verùm ſi facta ſit renunciatio iuxta Tridentini formam infra duos menſes, & antequam legitimè poſſet profeſſio fieri, ſi tunc contingat profeſſionis dilatio per aliquot menſes, nihilominus remanet valida dicta renunciatio, vt declaratum refert à Cardinalibus: Idem Farinacius in verſ. *hac verba verificantur*; & verſ. *renunciatio* Marcilla, vbi ſupra *littera H.* plura Barboſa hîc, & pro intellectu prædicti decreti Conſules ipſum Zenedum, dicta *quæſt.* 6. *pract. num* 8. *in* verſ. *harum* expendit Guttierrez, *dicto lib.* 2. *canon. capit.* 1. *à num.* 31. *in* verſ. *his tamen.* Anteà latè videndus eſt Spinus, *de Teſtamentis* Gloſſa 12. *à numer.* 53. *& 64.* vbi expendit Tridentini decretum, *in capit.* 15. *dicta ſeſſion.* 25. 16

Ad ſecundam difficultatis partem breuiſſimè reſpondeo dicendo, quod renunciatio Filij bonorum parentis in vita eiuſdem, ac cum ipſius licentia facta, tacitè intelligitur facta, ſi ipſi Filio deferatur; & non aliàs, quia quamuis Filius ius non habeat parum in bonis Patris, & de præſenti; habet tamen ius conditionale, ſcilicet, ſi Filius Patri ſuperuixerit, & hæreditas fuerit delata, quia ſpe & legis quadam ordinatione hæreditas Patris debet ad Filios peruenire, & tale eſt votum parentum, *in leg. ſcripto, ff. vnde liberi, leg. cum ratio, ff. de bonis donat.* licet talis exequutio viuo Patre fieri non poſſit: Ita tenet Beccius, *conſ.* 34. *à numer.* 17. *lib.* 1. *& iterum conſil.* 74. *à numer.* 24. allegans Ripam dicentem quod quantum ad effectum diſponendi, Filius nullum Ius habet in bonis Patris, ſecus quan- 17

tum ad effectum conſeruandi ſpem ſucceſſionis devoluendæ abinteſtato, alia adducit Guttierrez, *dict. lib.1. Canon. cap.1.n.55.*

18 Inde vt ad tertiam partem reſpondeam, quod ſi Filia tempore renunciationis hæreditatis paternæ, nihil pro dote acceperit ipſius pactum etiam Iuratum non excludet eius Filios ab hæreditate Aui, qui mortem poſt Filiam obierit; quippè renunciatio prædicta intelligatur, ſi hæreditas Patris eius Filiæ deferretur, vt tenet Romanus, quem ſequuntur Alexander, & Decius, *in l. pactum dotale, num. 18. Cod. de Collat.* plures referens Couarruuias, *in cap. quamuis pactum 3. p. § 2. num.6.* verſ. *ſed ſi Filia de pactis, lib.7.* alia tradit videnda Guttierrez, *dicto lib. 2. can. cap.1. num. 57. & 58.* Ad alia videbis Spinum *de Teſtamentis*, Gloſſa 12. *num. 51.* vbi dicit quod ſi Filia ante ingreſſum Monaſterij renunciauit hæreditati Paternæ vel Maternæ, cum Iuramento facta profeſſione, & mortuo Patre, vel Matre poterit Monaſterium petere illam hæreditatem, cui renunciauit, non obſtante Iuramento, Paulus de Caſtro, & Immola, *in l. cum ſuperſtites, de acquirenda hæreditate*, Couaruuias *in cap. 1. de Teſtament. num.1.*

19 Verùm ſi Filia ingreſſa Monaſterium renunciauit hæreditati Paternæ iuxta dictum Tridentini decretum, & fecit renunciationem in fauorem Patris, tempore, quo Pater habebat alios Filios legitimos, & vnum Filium naturalem, vel illum poſtea habuit, cumque contigiſſet Filiorum legitimorum mors, & inſtituatur hæres ille Filius naturalis in omnibus bonis Patris, iuxta legem 10. *Tauri dubium* eſt cum Pater habebat Filiam ſuam Monialem; & legitimam, an ſuccedat Monaſterium iuxta formam noſtri textus eo quod Filius ille naturalis non poterat ſuccedere Patri habenti Filiam ex legitimo Matrimonio. Et in hoc dubio videtur dicendum non potuiſſe Patrem inſtituere Filium naturalem hæredem, cum habuiſſet Filiam legitimam.

20 Tamen dici debet potuiſſe Patrem inſtituere hæredem Filium ſuum naturalem in omnibus ſuis bonis ex eo: Nam cum Filia omni hæreditati Paternæ renunciauerit, dederitque illi liberam facultatem quocumque modo de bonis ſuis diſponendi potuit, ac ſi nullum Filium legitimum haberet diſponere de ſuis bonis, ac Filium naturalem hæredem inſtituere. Et confirmatur: nam Filia, quæ renunciauit hæreditati Paternæ, & legitimæ, ex eo quod renunciauit perinde habetur, acſi fuiſſet mortua; ſic tenent Romanus *Conſ.43.* Couarruuias, *in 4. part.1. cap. 8. §. 4. num. 11.* Iaſon, *Conſ. 68. vol. 3. Col. 7. ad finem* Gregorius Lopez, *in l. 8. tit. 13. part. 6.* Nec audiri debet Tellus Fernandez, qui in dicta *l. 10. Tauri*, hanc quæſtionem cogitandam reliquerit ibi, *n.20.* & quamuis *n. 21.* affirmet tenendum, vt Monaſterium excludit illum Filium naturalem inſtitutum à Patre ſecundùm opinionem Canoniſtarum hîc, qui tenent quod hæreditas non defertur Monacho, ſed Monaſterio per Monachum, ſed praxis contraria reperitur, de qua docent cum aliis Couarruuias, *in cap. quamuis pactum 3. part. §. 2. num. 3.* Decius, *Conſ. 37.* Cagnolus *in l. fin. num.193. Cod. de pactis.*

21 Ad vltimam quæſtionis partem, quia ex multis expendit Barboſa hîc ſub *num.2.* verſ. *amplia quinta, & in num. 12. 25. & 26.* vbi de caſibus ad Filium Clericum inſtitutum, aut ſubſtitutum: Ideò ad ipſum te remitto, & ad ea quæ adducit Sanchez *in præcept. Decalog. cap. 17. tomo 1. à num. 73.* vbi alios caſus adducit; itaque ſi grauatus hæreditatem reſtituere, ſi abſque liberis deceſſerit, fiat Clericus Eccleſiæ ſæcularis, ſubſtitutio euaneſcit, duobus ſcilicet concurrentibus. Primò vt perpetuo in Clericatu perſeuerat. Secundò, vt in fine vitæ illa quæ ſubſtituto reſtitutura erat, det Eccleſiæ, vel in alia opera pia expendat, vt docent hîc Canoniſtæ. Menochius *lib.4. præſumpt. 83. num.55.* Guttierrez, *Can. lib.1. cap.32 num.fin.* Sanchez, *ſupra cap 16. num. 32.* qui aduertunt Clericum illum debere eſſe in Sacris, & continuò habitare in domo Eccleſiæ, non autem in Paterna. Et Menochius *dicta præſumpt.n.3. num.54. & 55.* Sanchez, *dicto cap.17. num.73.* docent quod ſi Teſtator inſtituat Filium in Sacris conſtitutum, aut profeſſum, & ei decedenti abſque liberis ſubſtituat tertium: Tunc Eccleſiis, ſeu Monaſterio tertium videtur proferre.

QVÆSTIO IX.

An ſi poſſeſſor maioricatus ingrediatur Religionem, Monaſterium conſequatur fructus maioris durante vita Monachi, vel an ſucceſſor in eo: Et an ſtatim non ſpectata morte naturali Succeſſor maioratus ingrediatur poſſeſſionem ipſius, & percipiat fructus, vel Monachi ſucceſſor: Et an bona perueniant ad Monaſterium, ſi Monachus crimen hæreſis committat: Et an conſanguinei Monachi poſſint retrahere bona Monaſterio vendita?

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium ſuccedit in bonis Monachi, iam profeſſi, qui commiſit hæreſim.*

2 *Conſanguinei Monachi nequeunt retrahere bona a Monaſterio vendita, num.3. Et quid de Monaſterio reſpectu conſanguinei vendentis, num. 4.*

VT primam, & ſecundam difficultatis huius quæſtionis partem diſſoluas, leges quæ dixi ſupra *quæſt. 5.* verſ. *ad tertiam*, de quo agit Spino, *de Teſtamentis*, Gloſſa 11. *à num.32.* cum aliis ab eo adductis, & quos citaui in *dicta quæſtione 5.* 1

Ad tertiam quæſtionis partem, breuiter dices, vſque adeo per profeſſionem bona iam eſſe acquiſita Monaſterio, quod etiamſi Monachus committat hæreſim; non amittat Monaſterium bona delata ipſi Monacho; tenet Felinus, *hîc num. 42.* Spino, *de Teſtament. dicta* Gloſſa, 12. *num. 25.* argumento textus, *in cap. venerabilis de exceptionibus*, & probatur; quia quemadmodum per ingratitudinem Clericorum non reuocatur donatio facta Eccleſiæ ſecundum Gloſſam, *in cap. de hoc, de ſimonia, Speculator, tit. de donat. §.1. num. 6.* & eſt communis ſecundum Ripam *in reſpect. l. fin. Cod.* 2

Cod. de reuocand. donat. quæſt. 52. *num* 174. ita & in noſtro caſo fier.

3 Ad quartam, & vltimam difficultatis partem dico, quod poſtquam ab ingrediente Religionem bona tranſlata ſint in Monaſterium, taliter abdicata dicuntur, vt ſi ea Monaſterium vendat, non poſſent conſanguinei ipſius ingredientis, tanquam de ſamilia pro tanto rettahere, *ex l.* 70. *Tauri*, & *l.* 15. *tit.* 10. *lib* 3. *fori*, *l.* 6. & 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *ordinamenti*, *l.* 7. & 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *recop.* quod idem procedit de Legato Monacho relicto, docet Spino, *de Teſtamentis*, dicta Gloſſa 12. *à*
4 *num.* 26. † Vbi addit quod ſi aliquis conſanguineus Monachi vendat aliquam rem immobilem, non poterit Monaſterium illam rettahere, iuxta prædictas leges, quia in Monaſterium per profeſſionem Monachi, non tranſit ius conſanguineis, vel conſanguinitatis, quod eſt perſonaliſſimum, quia cum Monaſterium non ſit perſona vera, & ſic deficiat ſubiectum, non poteſt habere qualitatem illam conſanguinitatis; ita Antonius Gomez, *in dicta l.* 70. *Tauri*, Couarruuias *pract. cap.* 16. *num.* 4. & *variarum recol. lib.* 3. *cap.* 12. Minchaca, *de ſucceſſionum creatione*, *lib* 1. §. 3. *num.* 2. Tyraquell. *de vtroque retractu*, Linagiel, §. 1. *Gloſſa* 8. *num* 19. & Aluarado, *de coniectura-ta mente Teſtatoris*, *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 4.

5 Nec obſtat dicere quod cum Monaſterium loco Filij habeatur ex textu noſtro, de quo iam latè, *quæſtione* 1. & 2. eo ipſo, & iura Filij conſequi, & ſic ad ipſum pertinere ius retractûs. Quia reſpondeo, vt iam ibi dixi Monaſterium non haberi loco Filij, ſcilicet verè, vt habeat omnes qualitates, & prærogatiuas filij, cum per ingreſſum omnia iura ſanguinis extinguantur, & in his, quæ ad ius ſanguinis pertinet Monaſterium loco Filij non habeatur: tamen per fictionem habetur loco Filij, & per legis interpretationem in eum ſanè ſenſum, vt qui ingreditur Monaſterium decederet ſine hærede, vt apparet ex noſtro textu, & docet Spino, dicta Gloſſa 12. *num.* 17.

Q V Æ S T I O X.

An ſi Filius fiat Monachus locum habeat quod dicitur in l. Gallus ff. de liberis & Poſthumis. *Et an in ſucceſſione fideicommiſſi Filius ſuccedat in locum Patris. Et an ſi in dubio fideicommiſſum expiret, poſſit vltimus vocatus libere diſpenſare.*

S V M M A R I V M.

1 *Inſtitutio Nepotis, an fiat, ſi eius Pater, hoc eſt Filius Ani ingreſſus ſit Religionem iuxta formam*, l. Gallus, ff. de Lib. & Poſth.

2 *Filius quando in ſucceſſione fideicommiſſi ſuccedat in locum Patris*, *n.* 3 & 9.

5 *Fideicommiſſum ſi expiret quando in dubio vltimus vocatus queat diſpenſare.*

1 IN prædicta *l. Gallus* dicitur, vt ſi moriatur Filius inſtitui poſſit Nepos ſecundùm formam Galli Aquilij, & ſic ſpeculator, *tit. de Monachorum ſtatu*, *tit.* 51. exiſtimauit diſpoſitionem illius legis extendi poſſe ad Monachationem, quia per ingreſſum Monaſterij inducitur capitis diminutio, & Filius deſinit eſſe in Patris poteſtate, quia mortuus eſt mundo, & in poteſtate Abbatis conſtitutus, dicitur ſe, & ſua omnia dedicaſſe ex noſtro textu, & in *Auth. ingreſſi*, *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, videbis quæ refert Socinus, *in dicta l. Gallus*, §. & *quid ſi tantum*, *num.* 19. Sed contrarium ſequitur alter Socinus ſenior ibidem in principio Iaſon, *num.* 6. & 7. ex eo, quia dato, quod Monachus patriâ poteſtate liberetur: Tamen retinet iura ſuorum *l. Deo nobis*, §. 1. *Cod. de Epiſcopis & Clericis*, Verum Faquinetus, *lib.* 10. *Controuerſiarum*, *cap.* 47. hoc dictum improbans, ait reſolutionem huius quæſtionis pendere ab alia; nempe an Monachus liberetur à patria poteſtate, de qua *lib* 6. *cap* 14. vbi dixit non liberari ex eo: nam aliàs Teſtamentum ante ingreſſum Monaſterij conditum infirmaretur, quod tamen falſum eſt, & apparet ex dictis *ſupra*, *quæſt.* 6. in verſ. *ad tertiam.* Quare ait, quòd ſi per illum ingreſſum contingeret capitis diminutio, etiam minima, rumperetur Teſtamentum *Inſtituta quibus modis Teſtamenta infirmentur*; alia, docet apud ipſum, videnda.

Ad ſecundam difficultatis partem, quæ non 2
multùm diſtat à materia noſtri textus, & quia in eo communiter Doctores agunt de ſubſtitutione fideicómiſſaria, triplex inuenitur modus dicendi; nam aliqui dicunt quod Filius in fideicómiſſo non aſſumit locum Patris, ſed quod Patruus admittitur: ita Gulliel. Benedict. *in c. Raynuc*, verbo, *vxorem de Teſtamentis*, *deciſ.* 5. *num.* 6. relati per Decium, *conſ.* 408. *in l.* 2. *Cod. de ſucceſſorio edicto*, vbi Curtius, *num.* 6. hanc dicit communem opinionem, & *Conſ.* 1. *num.* 5. & Bellonus *à num.* 50.

Alij autem dicunt Filium ſuccedere in lo- 3
cum Patris, Gloſſa, *in l. cum ita legatur*, §. *in fideicommiſſo*, *de Legatis* 2. latè Gualdenſis *de arte Teſtandi*, *tit.* 5. *Caut.* 27. Iaſon, *Conſ.* 158. *volumine* 2. Alexander, *Conſ.* 26. *vol.* 3.

Verùm Curtius iunior *Conſ.* 161. *num.* 1. 4
ſub diſtinctione loquitur: nam quando agitur de hæreditate Aſcendentis, vel etiam Patrui; tunc Nepotes ſuccedunt, & non Patruus. Quando autem de hæreditate aliorum; tunc ſuccedat Patruus, & non Nepos, quo pacto alias duas opiniones docet reduci poſſe ad concordiam Zeuallos, *in pract. quæſt.* 196. quod probat ex multis quæ tradit ſtatim ſequenti, *q.* 197. vbi agit de quæſtione illa, vtrum in maioratibus ſuccedat Patruus, vel Nepos ex Filio maiori præmortuo, & videbis Curtium, *in Conſ.* 58. *num.* 1.

Ad tertiam quæſtionis partem breuiter reſ- 5
pondet Diana 4. *part. tractatu* 3. *reſ.* 73. cum Homobono *in conſuet. vol.* 1. *part.* 7. *reſponſo* 26. vbi ſic ait, *quidam Teſtamentum condidit, in eum Filium ſuum haredem inſtituit; ſed verba Teſtamento appoſuit, quibus videtur eum fidei commiſſo grauaſſe, quominus bona alienare poſſet, ſed ad proximiorem Agnatum tranſmitterentur. At verò quia verba ambigua ſunt, vt Iuriſconſulti exiſtimauerint ſi ad forum externum res deferretur, non compellendum ad fideicommiſſum ſeruandum, ac ille ſpe fretus bona immobilia vendidit; nunc verò ſcrupulo vrgetur: quia ob quaſdam coniecturas, putat Patrem, voluiſſe Bonorum alienationem prohibere, & verborum obſcuritatem Notary culpâ irrepſiſſe, quæſitum eſt, quid Iuris*

in foro conſcientiæ, & reſpondet homo bonus, quod Filius certus non ſit, ſed de Patris teſtantis mente dubitet, & re diligenter examinatâ certam cognitionem haurire nequeat, tam in foro externo, quàm interno liber pronunciari debet, quia cum ſit illorum bonorum poſſeſſor, in dubio melior eſt conditio poſſidentis. Ita ille.

QVÆSTIO XI.

An hæc conditio, ſi deceſſerit ſine liberis *intelligenda ſit, tam de Maſculis, quam de Fœminis, quando filia inſtituta eſt in re certâ. Et an Filij in conditione poſiti, cenſeantur vocati.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio* ſi ſine liberis deceſſerit, *quando intelligatur tam de Maſculis quàm de Fœminis, num.* 2.

3 *Teſtator inſtituens Filium, cauſa conſeruandæ Familiæ excluſâ Filiâ excludit, & nepotem.*

4 *Filij in conditione poſiti, cenſentur vocati, num* 5. *&* 6.

5 L. Lucius 2. ff. de hæred. inſtituendis.

7 *Conditio ſine liberis cenſetur appoſita in fauorem Donatorij.*

1 PRimæ difficultatis exemplum, vt ſi Teſtator Filia in re certa inſtituta, hæredem Filium inſtituit ex aſſe, & eidem abſque Filiis decedenti agnatum ſubſtituit, Filius decedit ſuperſtite Filia Nepte Teſtatoris, vtrum Neptis ſuccedat, quaſi conditio defecerit, an verò ſubſtitutus. Etenim controuerſia inſignis hæc eſt, & pro Nepte reſponderunt Collegia Bononienſium Doctorum Pariſinorum, & Auenionenſium, Teſte Paulo Caſtrenſe in *Conſ.* 490. *lib.* 2. Rota Bononienſis, & Maſcario *in Epitome de fidei commiſſis, q.* 21. & Senatus Pedemontanus apud Antonium Theſaurum, *deciſ.* 188. *&* 28. Doctores, quos commemorat Menochius *in Conſ.* 95. *n.* 24. *lib.* 1. & alij quos citat *in Conſ.* 150. *n.* 24. *lib.* 2. Huius ſententiæ fundamenta ſunt, primum iuſta interpretatio, ſecundùm quam Filiorum appellatione continetur Filia, *l. iuſta, ff. de verb. obligat.* ſecundum regulam iuris, quæ ad ſucceſſionem vocat æque Maſculum ac Fœminam, *l. maximum vitium, Cod. de liberis præteritis*; ad quam videtur ſuam accommodare voluntatem Teſtator, vt notatur *in l. hæredes mei, § cum ita, ff. ad Trebellianum.* Tertium quoniam in eadem conditione, *ſi deceſſerit abſque Filiis*, tacitè intellecta conſtat, tam Maſculos, quàm Fœminas comprehendi iuxta *l. cum acutiſſimi, Cod. de fideicommiſſ. l. cum Auus, ff. de condit. & demonſtrat.*

2 Verior eſt contraria ſententia docens pro ſubſtituto reſpondendum eſſe ex eo, quia Filiorum appellatione non continetur propriè Filia, ſecundùm communiorem ſententiam, de qua Rota Romana *deciſ.* 125. *p.* 2. *in nouiſſimis n.* 6. Et ex coniecturata voluntate Defuncti: Nam cum Filiam non inſtituerit, ſed Maſculum, & ei ſubſtituerit Agnatum, apparet eum voluiſſe bona ſua in Familia, & Agnatione conſeruare & relinquere. Et ex eo quia cum Filiam excluſerit ab hæreditate, non eſt credibile, eum voluiſſe ad Neptem naſcituram peruenire, eamque melioris eſſe conditionis Filiâ immaculata. Denique quia Filio morienti abſque Filiis, non ſubſtituit Neptem, ſed Agnatam, & ſic Agnatum prætulit Filiæ natæ: ergo multòmagis creditur prætuliſſe Nepti naſcituræ. Hanc tenent quinquaginta tres Doctores, quos citat Menochius, *dicto conſ.* 95. *lib.* 1. *num.* 90. quibus alios adiunxit *in conſ.* 150. *n.* 54. *lib.* 2. *&* 204. *lib.* 3. *n.* 16. *& de præſumpt. lib.* 4. *tomo* 1. *præſumptione* 85. *num.* 8. ſequitur Faquinetus, *lib.* 4. *controuerſiarum, cap.* 57. vbi explodens primam ſententiam, & eius fundamenta, quæ dicit deducta eſſe ex generalibus iuris præceptis, ait relata pro hac ſententia deduci ex ſingularibus circunſtantiis huius facti, quæ debent attendi cum Generi, per ſpeciem derogetur. Sed Balboa *hîc n.* 52. totam hanc difficultatem diſſoluit ex coniecturata mente Teſtatoris. Nam ſi perſona eius Fœmina ſit verba illa *ſine liberis*, non ſolùm ad Maſculos, ſed etiam ad Fœminas referentur; ita relati à Molina, *de primogeniis, lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 73. Et ſic feudum à fœmina acquiſitum intelligi poſſe Filiis, & Filiabus, ex Baldo, *in l. quoties, Cod. de fideicommiſſis*, Rolandus; *conſ.* 73. *lib.* 3.

3 Vnde infero quòd ſi Teſtator cauſa conſeruandæ Agnationis, excluſâ Filiâ Filium inſtituerit: tunc in eo caſu, cum Filia ſit caput, & finis Familiæ, ſicut in ea non conſeruatur; ita nec in Nepte. Videndus Molina, *de primogeniis, lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 1. vbi apertè probat quod ſi inſtituto maioratus, voluerit vt bona ſua perpetuò maneant in Familia & Agnatione Fœminæ à ſucceſſione maioratûs manebunt excluſæ: tradit Balboa hîc *n.* 55. & adiunges quæ comperit additionator Molinæ in prædictis locis cum ab eo relatis Doctoribus.

4 Ad ſecundam difficultatis partem, quam nobilem vocant Doctores, eo quòd ab eis miro modo diſputetur, de qua latè Mantica *de coniecturis vltimarum volunt. lib.* 11. *tomo* 2 *&* 3. Menochius *de præſumpt. lib* 4. *præſumpt* 76. Faquinetus, *lib.* 4. *Cont. cap.* 51. qui cum latè ſatisfaciat fundamentis, quæ faciunt pro ſubſtituto, *ex l.* 1. *Cod. de pactis, & ex l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſâ cauſâ Teſtamenti, & ex l. ex facto, § ex facto, ff. ad Trebellianum, & ex l. generaliter, Cod. de inſtit. & ſubſtitutionibus*, in verſ. *cui enim, & ex l. poteſt cum l. ſequenti, ff. de vulg. & ex l. Filiusfamilias, §. cum quis, ff de Legatis* 1. *& ex l. ſi quis eum, §. fin. ff. de vulg. & ex l ſi quis ita hæres inſtituatur* 82. *ff. de hæredibus inſtituendis.*

5 Etenim contraria ſententia, quæ dicit Filios in conditione poſitos cenſeri vocatos, ſolidum habet fundamentum *in l. Lucius* 2. *ff. de hæredibus inſtituendis*, vbi Sceuola de ea facti ſpecie, ſcribens; nempe quiſpiam hæredi inſtituto onus adiunxit, vt hæreditatem alteri reſtituat, ſi abſque liberis deceſſerit, ea verba adiicit: *Nam prudens Teſtatoris conſilium animaduertitur, qui non ſolùm fratrem ſuum pertulit ſubſtituit, verùmetiam eius liberos.* Et ſic Faquinetus interpretans Teſtatoris voluntatem, ait, vt tacitè voluerit hæredis Filios ad ſucceſſionem vocare, ac in eorum gratiam, & fauorem, vt ipſis ſcilicet hæreditas obueniret, conditionem illam adiecit, adeò ipſos in conditione poſitos filios vocatos videri.

6 Nec obſtat dicere, quòd hæc conditio, *ſi deceſſerit ſine liberis*, adjiciatur à Teſtatore ad liberandum hæredem ab onere fideicommiſſi, & ad extinguendum ipſum fideicommiſſum: ergo

ſi

ſi grauatus hæres decedat liberis relictis illa conditio inducere non debet aliud fideicommiſſum in faootem liberorum, quia inducta ad eum effectum, non debent eius contrarium operari, *leg. legata in vtiliter, ff. de legat.* 1. & quod fauore inductum non in odium retorqueri, *l. quod fauore, Cod. de legib.* Tamen cum eodem Faquineto reſpondeo non cooſtare, an illa conditio fuerit adiecta, ob merom commodum, & fauorem grauati, & quod dicit eſt, oempe adiectum fuiſſe ad excludendum ſubſtitutum, & ad ipſos liberos inuitandos ad ſucceſſionem, qoætes aliquo pacto fauorem continet graoati, qoia non extraneo ſubſtituto hæreditatem reſtituit, ſed filiis ſuis, quod commone eſt parentum votum, *l. ſcripto, ff. vnde liberi.*

7 Notandum verò eſt, quòd cooditio, *ſi ſine liberis*, ceoſetur appoſita in fauotem Dooatorij, & in odium ſubſtituti, quia principalis intentio Donatoris, eſt exeludere ſubſtitutum, in caſom eueoientis conditionis, & non grauate: benè probat Tondutus *lib. 2. cap. 98. n. 14. qui n. 15.* ait, quod poſiri In conditione in ſtatutis, non cenſentur diſpoſitiuè vocari, ſed tantùm ad excludendum eum; qui ſuccedere deberet in defectum eotum.

Qværtio XII.

Conditio ſi ſine liberis, *an ſufficiat in eo, qui filios habuit, licet non durent: Et an grauatus hæreditatem reſtituere poſt mortem, ſi deſcendens Teſtatoris ſit intelligatur*, ſi ſine liberis deceſſerit: *Et an conditio*, ſi liberos non habeat, *reſoluatur in illa*, ſi ſine liberis deceſſerit: *Et an verificetur in vnico filio tantùm: Et an locum habeat in reſtitutione hæreditatis pia cauſa: Et an ſubſtitutio facta ſub conditione*, ſi filia deceſſerit ſine filiis, vel inteſtabilis, ſeu abinteſtato *in dictis caſibus, & quolibet eorum habeat locum, ſi decedat relictis filijs.*

Svmmarivm.

1 *Conditio impleta cenſetur, licet non duret eius implementum, vide n. 3.*
2 *Conditio* ſi ſine liberis deceſſerit, *differt à conditione, ſi liberos ſuſceperit.*
3 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit poſita in maioratibus, ſemper requirit, vt filij extent aliàs deficit.*
4 *Grauatus reſtituere hæreditatem poſt mortem, ſi deſcendens Teſtatoris ſit, intelligitur ſi ſine liberis deceſſerit: Limita* remiſſiuè, *n. 5.*
bus à Faquineto relatis *dicto lib.* 4. *controuerſia-*
rum, *cap* 53. & relati à Balboa *hic num* 62. vbi
refert affirmatiuam ſententiam quam tenent re-
lati à Menochio *dicta præſumptione* 79. *lib.* 4 &
conſ. 266. *num.* 2. *lib.* 3. Mantica *de coniecturis*,
lib. 11. *tit.* 10.

6 Et cùm præcitati longè agant de hac quæſtio-
ne, & Ioannes Garcia *de nobilitate*, *gloſſa* 21.
num. 23. Zeruantes *in l.* 12. *Tauri*, Molina *de pri-*
mogeniis, *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 31. Ego exiſtimo cum eo-
dem Faquineto & Balboa quæſtionem hanc
componendam eſſe fœderis diſtinctione; ita vt
ſi filij naturales efficiantur legitimi Principis re-
ſcripto, poſt fideicommiſſum iniunctum: tunc
in eo caſu nihil ſubſtituto præjudicent, nec eum
excludent, pro qua parte facit Conſtitutio Pij
IV. *Extrau. edita* 1562 *Kalendis Ianuarij*, in qua
Summus Pontifex reuocat omnes legitimatio-
nes & legitimandi facultates in præiudicium
vocatorum ex fideicommiſſo, teſtamento &
quauis alia diſpoſitione, cúmque Principis re-
ſcripta veniant ſic interpretanda, vt aliis inin-
tiam & præiudicium non inferant, *l.* 2. *§. meritò*,
§. ſi quis à Principe, *ff. ne quid in loco publico*, *cap.*
quamuis de reſcriptis, *lib.* 6. *l nec filio*. *l patrono*, *ff.*
de natal. reſtit. fit etiam, vt licèt illa Conſtitutio
ſit Pontificia, porrigatur adhuc ad leges Cæſa-
reas, vt ſentit *ſuprà* idem Faquinetus in verſic.
ego. † Quòd ſi proponatur legitimatos filios 7
fuiſſe ante fideicommiſſum iniunctum, tunc ex
ea legitimatione ſubſtitutum excludi, niſi ſup-
petant contrariæ teſtatoris voluntates; latè do-
cet Menochius *dicta præſumptione* 79. & in hoc
caſu verum eſt quod dicitur, ſcilicet, vt legiti-
matus ſit propriè legitimus, *Authent quibus mo-*
dis natur. efficiantur ſui, *vbi legitimi fierent*; & rur-
ſos ibi, *ex naturalibus ad legitimos eleuare*, & *in*
§. aliqui, ibi, *ad legitimum ius filios educere natu-*
rales. Et ibi, *qui vult naturales filios ſuos reſtitue-*
re naturæ, & *antiquæ ingenuitati & iuri legitimo*;
imò & nihil differre à legitimis, vt *in § ſit igitur*
licentia, ibi, *nihil à legitimis differentes*, quibus
modis naturales efficiantur legitimi, & *in §.* &
quoniam variè quibus modis natur. effic. ſui, ibi, *ni-*
hil diſſimilis legitimis; & ex his tenent idem Me-
nochius *conſ.* 166. *lib.* 3. *num.* 10. Mantica *vlt. vol.*
lib 11. *tit.* 10.

Et ex prædictis intelliguntur iura ſupra rela- 8
ta contrariæ opinionis, de quibus ipſe Faquine-
tus *ſuprà*, vbi in fine ait, quòd licèt legitimatos
non ſuccedat in feudo ne præjudicium fiat agna-
tis & aliis legitimis ſucceſſoribus, *vt in c.* 1. *§. natu-*
rales, ſi de feudo fuerit controuerſia inter vaſſal-
lum & agnatum: tamen hoc procedit ſpecialiter
in feodorum ſucceſſione, de qua ſermo non eſt,
nec infertur ad aliam materiam; ita ille, & fa-
cit, quia vbi ſpecialiter cauetur, aut conſtet de
nobilitate teſtantis, ſic etiam fiet vt iam di-
ctum eſt.

Ad tertiam quæſtionis partem de legitimatis 9
per ſubſequens matrimonium, cùm latè agam
infra. in cap. tanta qui filij ſint legitimi, vbi de ef-
fectibus huius legitimationis; ideò ad caſum de
quo loquimur, ſi Teſtator, ſcilicet adjiciat
conditionem, *ſi deceſſerit abſque liberis de*, *vel*
ex legitimo matrimonio natis, an filij per ſubſe-
quens matrimonium legitimati excludant ſub-
ſtitutum, Balboa *hic num.* 63. verius putat ſub-
ſtitutum excludere ex Regula textus, *in dicto*
cap. tanta, & facit textus *in cap. cùm in cunctis de*
electione, vbi dicitur Epiſcopum debere eſſe na-
tum ex legitimo matrimonio; & tamen is qui
natus eſt, antequam contrahatur, poteſt eſſe
Epiſcopus, matrimonio poſtea contracto, vt
notat Gloſſa *in cap. innotuit*, in verbo, *coniu-*
gata, *eodem titulo.*

Tum etiam, quia ſic legitimati, videntur nati 10
ex legitimo matrimonio: nam lex præſumit ab
initio contractum fuiſſe inter parentes, *leg. cum*

11 *quis*, verſic. *nec enim Cod. donat. lib.* 1. † Et ex
eo quia filij legitimati ſuccedunt in feudo, quod
conceſſum eſt pro filiis naturalibus, & legiti-
12 mis ex legitimo mattimonio natis. † Et quarto
etiam, quia in ſtatutis appellatione filiorum ex
legitimo mattimonio procuratorum, veniunt
etiam legitimati per ſubſequens matrimonium:
videbis quæ ex multis tradit Menoch. *conſ.* 217.
*lib.*3. *num.* 17.18. *&* 33. & eundem videbis *lib.*4.
præſumptione 81. latè diſputat Mantica *de coniectu-
ris vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 12. & ita exiſtimo te-
nendum ex iuſta interpretatione, & ex verbis
textus, *in dicto cap. tanta*, ibi, *tanta eſt vis ma-
trimony, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum
matrimonium legitimi habeantur*, licet contrariam
ſententiam defendat Faquinetus *dicto lib.*4. *cont.
cap.*54 in verſic. *ego verò*, vbi fundamentis iam
poſitis conatur reſpondere.

13 Ad quartam quæſtionis partē, etiam ex dictis
reſpoodendum eſt, quia cum inter omnes con-
ſtet matrimonium in articulo mortis contrahi
poſſe, nullus videtor dolo facere, qui iure ſuo
vtitur, *l. nullus*, *ff. de reg. iur.* nam non videtur
præſumendus dolus qui, & alias etiam non
præſumitur, *l. dolum*, *C. de dolo*; nec enim opus
ad emulationem factum præſumitur, cum qui-
libet præſumatur vti iure ſuo: ergo cum aliquis
eger matrimonium contrahit, videri poteſt ſpe
conualeſcendi illud contrahere, & ſui commodi
gratiā; non autem in fraudem alterius, & vt
ſubſtituto noceat, & pro hac ſententia, quam
ſequor facit textus, *in l. fluminium*, §. *vlt. ff de
damno infecto*, & tenent Beroius *hic n.*204. Co-
uarr. *in Epit. de ſponſalibus*, *p.*2. *cap.*8. §.2. *n.*2.
Mantica *de Coniecturis*, *lib* 11. *tit.* 13. & adducti
à Balboa *hic dicto n.*63. & Faquinetus *dicto lib.*4.
*cont. cap.*55. vbi adducit plures contrariam ſen-
tentiam tenentes, quia tale Mattimonium ſic
factum, videtur fieri in fraudem ſubſtituti: ar-
gumento text. *in l. filia mea*, *ff. ſoluto matrim.* &
ob id non debere ei præjudicare: argumento
text. *in cap. de his de ſepulturis*, & ex ea ratione
quia confeſſio in articulo mortis facta non pro-
bat, niſi ſit iurata, *Authent. quod obtinet*, *C. de
probat.* tamen his fundamentis ſatis reſponſum
datur, ex iam adductis, & in ſpecie ſatisfacit
Faquinetus *ſuprà d. cap.*55. Menochius, & Man-
tica *vbi ſuprà*.

14 Hìc reſolutiuè innectere decreui ex communi
Doctorum opinione, quam ſequitur Tondutus
*lib.*2. *cap.*98. liberos in conditione poſitos, in
contractibus non eſſe diſpoſitiuè vocatos, niſi
concurrentibus legitimis coniecturis; nec quo
ad hoc fieri debere differentiam inter contra-
ctus, & vltimas voluntates; quia ex verbis
conditionalibus, nunquam inducitur diſpoſitio,
ſiue conuentio, *l. ſi quis ſub conditione*, *ff. ſi quis
omiſſa cauſa teſtamenti*, & eodem modo in con-
tractibus, ſicut in teſtamentis filios cenſeri po-
ſitos in conditione; dumtaxat ad excludendos
ſubſtitutos; non autem, vt includatur, vt ibi
probat *à n.*8. qui alia dubia benè diſſoluit, eum
videbis.

QVÆSTIO XVII.

*An hæc conditio, ſi ſine liberis, excludat ſub-
ſtitutum, ſuſcepto filio adoptiuo: Et an re-
ſponſum legis* cùm auus, ff. de condit. &
demonſtrat. *extendi poſſit ad filios ado-
ptiuos: Et an tale reſponſum, & aliarum
legum ſimilium, locum habeat, cùm filius
hæres conſtitutus, filios habuit tempore con-
diti à patre teſtamenti: Et an naturales
filij faciant deficere conditionem in ſpecie
dicta legis* cùm auus, & l. cùm acutiſſi-
mi, Cod. de fideicommiſ. *Et an conditio,*
ſi ſine filiis & hæredibus, *exigat neceſ-
ſariò vtriuſque concurſum?*

SVMMARIVM.

1 *Adoptiuus filius non excludit ſubſtitutum, num.*2. *&* 3.
4 L. cùm ratio, § ex bonis, ff de bonis damnat. l cùm adoptiuus. §. ſed ne, Cod. de adopt.
5 L cùm auus, ff. de conditionibus & demonſtrationibus, *n.*6.7. *&* 8. *& à n.*9. *non excluditur ad adoptiuos, quid ad naturales? n.*10.11. *& à n.*12. *&* 13.
14 *Conditio*, ſi ſine filiis hæredibus, *quando vtrumque adimpleri requirat quando verò vnum ſufficiat explicatur breuiter.*

AD primam quæſtionis partem pro affirma- 1
tiua ſententia, videtur facere ea ratio, nem-
pe quòd appellatio liberorum, etiam adoptiuos
comprehendit, *l cùm ratio*, §. *ex bonis*, *ff. de bonis
damnat l.* 1. §. *fin ff de legatis præſtandis*, & quia ado-
ptiui ſimiles ſunt Naturalibus Filiis quoad ef-
fectum ſucceſſionis, *l. ſi te parens Cod. de ſuis & le-
gitimis*, cúmque talis conditio fauore filiorum ad-
jecta ſit, ad filios adoptiuos extendi debebit.
Veriùs tamen eſt, vt dicamus adoptiuum fi- 2
lium non excludere ſubſtitutum, *l. fideicommiſ-
ſum* 76. *ff. de conditionib. & demonſtrationib.* tum
etiam quia voluntas Teſtatoris, quæ ſemper le-
genda eſt, non creditur ſenſiſſe de adoptiuis, qui
non verè ſed fictè filij ſunt, alia enim adoptionis
commento facilè voluntas Teſtatoris illuderé-
tur, vt ait Bart. *in l. ſi cognatus*, *n.*1. *ff. de rebus dub.*
Cujacius *in poſthumis ad Papiniam*, *lib.*6. *reſponſ.*
relati à Menochio *de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.* 82.
n. 10. † Et confirmatur, quia propter liberos 3
adoptiuos donatio antea facta non reuocatur, vt
tenet Tiraquellus *in l ſi vnquam*, verbo, *ſuſceperit
liberos, Cod. de reuocand. donationibus*, per textum,
ibi Balboa hîc *num.*16.
Nec obſtant fundamenta contraria: nam cùm 4
filij ex filio adoptiuo progeniti non dicantur eſſe
ex ſobole & progenie Teſtatoris, ſed prorſus ex-
tranei, vt *in l. cum adoptiuis*, §. *ſed ne*, *C. de adoptio-
nib.* ideò licèt appellatione liberorum etiam ado-
ptiui intelligantur, *ex d. l. cùm ratio*, §. *ex bonis*, &
quoad ſucceſſionem ſint ſimiles naturalibus,
dicto §. *ſed ne*, in verſic. *ſed quidem*, tamen in
aliis non ſunt ſimiles; ita loquitur Faquinetus
*lib.*4. *cont. cap.*58. verſic *ad primum*. Verùm cùm
ipſe loquatur in alio caſu diuerſo, de quo quæ-
ſtiuncula ſequenti, & circa caſum, de quo nunc
loquimur, vrgeat ad modum *d. l. cum adoptiuis*,
§. *ſed*

Digitized by Google

§. ſed ne ibi, vt non ſucceſſione abinteſtato Patris extranei adoptiui defraudatur, quibus verbis probatur, vt adoptio illum effectum præſtat, vt Filius ille non defraodetur, ſequitur dicendum quod excludet ſubſtirutum; ſed adhuc verior eſt ſecunda ſententia, quæ loquitur in eo caſu, quo Pater facit Teſtamentum, & nominat ſubſtitutum; nam tunc ille adoptiuus qui ſuperuenit, non ſupponit ad hoc vt excludat ſubſtitutum, ſecus tamen eſt in hæreditatibus abinteſtato veoientibus, cum tunc adoptio præſter ſucceſſionis ius iuxta caſum dictæ legis *cum adoptiuis*, *§. ſed ne*, quod probo ex his quæ tradunt Doctores *principio Inſtituta de adoptionibus*, *& in §. ſui Inſtituta de hæredum qualitate*, *& differentia leg. 1. §. ſuis, ff. de ſuis, & legitimis*, *leg. ſi te parens eodem §. ſuos, §. Inteſtatorum.* verſ. *nec intereſt*, *§. ſed ea omnia Inſtituta de hæred. quæ abinteſtato deferuntur*, *§. ſed hæc*, *de exhæredatione libererum*, *§. ſed hodie ſupra de adoptionibus*, *leg.* 8. *&* 9. *tit.* 15. *part.* 4. videbis quæ congerit Pichardus *in præcitatis §§. & in principio Inſtit. de hæred. quæ abinteſtato deferuntur*, §. 4. vbi *num.* 4. tradit quòd iam hodie adoptiui Filij, extantibus Filiis legitimis, & naturalibus, non concurrunt abinteſtato, quocumque tempore naturales naſcantur, ſiue ante, ſiue poſt adoptionem *leg.* 1. *tit.* 12. *lib.* 4. *fori*, *leg.* 5. *tit.* 6 *lib.* 3. *fori*, & ſic ſatis etiam reſponſum datur ad vltimam conſiderationem contrariæ ſententiæ: Videbis quæ tradit Guttierrez *can. lib. 1. cap.* 32. *n.* 51

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ inſurgit ex verbis textus *in dicta l. cum Auus, ff. de condit. & demonſtrat. & ex leg. cum acutiſſimi Cod. de fideicommiſſis*, *& ex leg. generaliter*, *§. cum autem Cod. de inſtitutionibus*, *& ſubſtitutionibus*, de quibus aliqoa iam ſupra dixi, reſpondeo dicendum, quod cum in prædictis legibus, nihil de filiis adoptiuis caueatur, vt conſtat ex earum tenore, quam expendit Faquinetus, *dicto lib.* 4. *cont. dicto cap.* 58. Ideò non eſt cur dicamus, vt ſi Pater inſtituat hæredem Filium adoptiuum, eumque reſtitutionis oneri ſubiiciat eadem inſit tacita conditio, *ſi abſque liberis deceſſerit*, extendantur caſus prædictarum legum ad Filios adoptiuos, quia Filij adoptiui, non ſunt propriè Filij, ſed fictè, & ideò non ſuccedunt contra Patris Teſtamentum *leg. Filio, quem Pater. ff. de liberis, & poſthumis*, *leg. adoptiones*, *ff. de adoptionibus dicta l. cum adoptiuis, § ſed ne Cod. de adoptionibus* & qoia Filij adoptiui non faciunt deficere illam conditionem, *ſi deceſſerit ſine liberis*, *dicta leg. fidcicommiſſum*, *ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, *leg. ſi quis in Teſtamento §. ſi is*
6 *cui*, *ff. de legatis* 2. † Tum etiam, quia non videtur, vt Teſtator alienas ſucceſſiones propriis anteponat, vt *in dicta leg. cum acutiſſimi*, & quia Filij ex Patre adoptiuo nati non ſunt defuncti Nepotes, nec in eis locum habere *dicta legis cum Auus* rationem: tenent ibi Socinus, & Antonius de Padilla *in dicta leg. cum acutiſſimi* Tyraquellus *in dictâ l. ſi vnquam* verſ. *ſuſceperis Filios, numer* 10. *Cod. de reuoc.* Faquinetus, *vbi ſupra* referens pro contraria ſententia aliqua iura, & rationes, quem ſequitur Menochius cum multis ab eo relatis, *lib* 4 *de præſumptionibus*, *præſumptione* 79 *n* 32.

7 Nec obſtat dicere conſtitutionem prædictæ *leg Auus* continere in ſe pietatis coniecturam, ſed hæc pietas etiam in Filio adoptiuo locum habet, ſiquidem Pater eum alere debet, *leg. onera, ff. de adoptionibus.* Cum ergo Filiorum fauore hæc ſancita ſint; ſequitur vt adoptiuos Filios debeant extendi ex prædicta coniectura pietatis erga Nepotes. Tamen reſpondeo hic non agi de coniectura pietatis, & charitatis Patris adoptantis erga Filium adoptatum; ſed de Filiis ipſius Filij an excludant ſubſtitutum. Et ſi erga tales Nepotes probatur extendi affectionem adoprantis, ſicut erga Nepotes ex Filio naturali, cum iſti etiam ſi non ſint legitimi; ſunt tamen ex proprio ſanguine, alia pro reſponſione tradit dictus Faquinetus ſupra. † Vbi ait quod 8
coniectura pietatis paternæ. quæ poſita eſt in ratione dictæ *l. cum Auus* & ſimilibus erga Nepotes, & deſcendentes: fundatur etiam in eo, quod non ſit veriſimile Patrem, ſi de Nepotibua cogitaret talem facturum ſubſtitutionem, vt in dicta *l. cum acutiſſimi.* & *in dict. §. cum autem*; non enim in ſolo fauore Filiorum inſtitutorum.

Ad tertiam quæſtionis partem videlicet, ſi Teſtator Filium hæredem inſtituat, & qoandocumque ei morienti, alium ſubſtituat, & contingat, vt Filius moriatur, relictis poſt ſe liberis & Nepotibus Teſtatoris, qui etiam tempore conditi Teſtamenti extabant; dubium eſt vtrum ex conſulti reſponſo, de quo in dicta *l. cum Auus, ff. de condit. & demonſtr. & l. cum acutiſſ. Cod de fideicommiſ.* & ſimilibus excludatur ſubſtitutus, necne igitur pro negatiua ſententia faciunt fundamenta, quæ colliguntur *ex dicta l. generaliter. §. cum autem Cod de inſtitut & ſubſtitut. & ex l ſicut certi, & l ſi cum in vtero, Cod de Teſtament. milit. & ex leg. 3. Cod. de inofficioſo Teſtamento.* *Et ex l. tale pactum, § vltimo ff. de pactis, & ex l. vnica, Cod. ſi dos conſtante Matr. & ex l ſi vnquam Cod. de reuocandis*, & ex eo quia vnius conclusio eſt excluſio alterius *l. cum Prætor ff. de Iudiciis*, ſed textus *in dict. leg. cum Auus*, & aliarum legum includit Filios naſcituros: ergo excludit iam natos: alia tradit fundamenta Menoch. *de præſumptionibus tomo 4 præſump 89 n. 77.* vbi diſertè hanc quæſtionem tractat. 9

Ego tamen cum eodem Menochio, & multis ab eo relatis, & cum Faquineto *dicto lib. 4. cont. cap.* 59. affirmatiuam ſententiam ſequor; eo quod verba textus io dicta *l. cum Auus* non repugnent vt patet ibi *cum Auus Filium*, ac *Nepotem ex altero Filio hæredem inſtituiſſet à Nepote petijt, vt ſi intra annum trigeſimum moriretur hæreditatem Patruo ſuo reſtitueret Nepos liberis relictis intra ætatem ſupraſcriptam vita deceſſiſſet fideicommiſſi conditionem coniectura pietatis reſpondi defeciſſe, quod minus ſcriptum, quàm dictum fuerat inueniretur.* Ita Rapinianus reſpondet ſubſtitutum excludi, liberis relictis, nec diſtinguit, an nati eſſent tempore Teſtamenti, necne, idem ſtatoit Imperator in dicta *leg. cum acutiſſimi Cod. de fideicommiſſis*, vbi generaliter conſtituit reſtitutioni locum non eſſe, quod admiſſum eſt ex ratione dictæ legis cum Auus *ibi pietatis coniectura*, *& ne videatur Teſta or alienas ſucceſſiones propriis interponere* vt *in dict. l cum acutiſſimi* quare & ſi Nepotes viuant tempore Teſtamenti, tamen viget pietatis coniectura, & illa ratione *videatur, &c.* quia ſunt Nepotes, & deſcendentibus ex ſobole & progenie, quam veriſimile non eſt excludere Teſtatorem voluiſſe ſine cauſa. 10

Ad fundamenta contrariæ ſententiæ ſigillatim reſpondet Faquinetus *vbi ſuprà*, & ad vltimum ait non excludi filios iam natos, *in dicta l. cum* 11

acutiſſimi, & ſic docet eandem rationem eſſe in filiis iam natis, quæ in poſtea natis, ac proinde idem ius eſſe ſtatuendum.

12 Ad quartam quæſtionis partem nonnulli dixerunt, quos commemorat Menoch. *de præſumptionib. lib.4. tom.1. n.*101. quod ſicut filius naturalis facit, vt deficiat conditio, niſi repugnet Teſtàtoris voluntas, quæ ex dignitate, & conditione colligitur, idémque in propoſito dubio reſpondendum eſſe ex text. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebellianum*, de qua ſupra dixi.

13 Sed quia quæſtio hæc ex cōiectura voluntatis pendeat, vt vult conſultus, *in d.l. ex facto, § ſi quis*, & expcudit idem Faquiner. ex ſententia Vlpiani, dum probat, quod libertinum, eundémque collibertum, quoad naturales autē filios dicit ſibi videri voluntatis qoæſtione eſſe, ſicut latè ipſe expēdit *c.*53 & ego dixi *ſup. q.*16. ideo ego ſequutus Menoch. *de præſumpt. lib.4. tom.1. præſumpt.*89. *n.*99. dico filios naturales ex filio hærede inſtituto, cui morieoti datus eſt ſubſtitutus, non prodeſſe, vt ſubſtitutionis deficiat conditio *l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitutionib. & ſubſtitutionibus*, ibi, *& non aliter ſubſtitutione locum accipiente, niſi ipſi liberi ſine iuſta ſobole deceſſerint.* Quibus verbis nibil clatius eſſe poteſt ad intelligendum natutales filios, qui videlicet ex concubinâ, non autem ex legitimo matrimonio procreati ſunt, non efficere, vt cōditio fideicommiſſi deficiat, quia conſtat nunquam tales filios poſſe contineri appellatione iuſtæ ſobolis, cum iuſta ſoboles appelletur ea, quæ ex iuſtis concipitur nuptiis, *l filium definimus, ff. de his qui ſunt ſui*, & ſic hanc difficultatem declatabis iuxta diſtinctionem traditam, *ſup. in d q.16. in princip* quod ſi velis plura capere de ſucceſſione filiorum naturalium, leges quæ ex multis tradit Pichard, *princ. inſtitut. de hæred. quæ ab inteſtato deferuntur, §.6.* vbi quid hodie. Sed hæc quæſtio eſt circa filios filiorum naturalium Teſtatoris Nepotes.

14 Ad vltimam quæſtionis partem, an conditio, *ſi ſine liberis*, & hæredibus exigat neceſſariò vtriuſque concurſum, quia latiſſimè peragit, D Ioannes del Caſtillo & Soto Maior, cum infinitis legendus, *p.5. de coniectur. c.*136. *à n.*87. *ad*73. vbi de natura coniunctiuè, & alternatiuè ego ad propoſitum breuiter ne obſtent inter ſe Bald & Paulus Caſtrenſis ille dicens vnum ſufficere, iſte vtrumque requiri alias bona ad ſubſtitutum peruenire, & quia Ioſeph de Ruſticis *ad l. cum auus, lib.3. cap.2. à n.1. f.*373. cum D. Caſtrenſi Iaſone *deciſ. dilect.* Sfortia Odd. contra Bald. reſpondit alios, caſus diſtinguēs, & Bald. *in l. Gallus, §. etiam ſi parente, col. vlt.* verſic. *veritas eſt in contrarium, ff. de liberis & poſthum.* dicat ſufficere eſſe filium licet non hæredem, & quod dicit copulans, vt & ſoleat ſæpiùs ſeparare, & alter natura aut coniungere, vt idem Caſtill. latè expendit ibi *d cap.*136. ambo, & cum infinitis Zeued. *in ſuis ſingularib.* item Barboſa *in d. dictionib.* cum diſtinctione reſpōdendum duxi quod ſi ex mente Teſtatoris reſultet ſenſus incōgruus, ſi vtrumque non adimpleatur ſequendum eſſe Caſtrenſem, vt vult Ioſeph de Ruſticis, & tunc cum eodem Bald. ſentio, quòd ſi conditio ponatur inter plures qualitates ad informandum ſubiectum vnum, tunc vtrumque requiri ponatur, vel à lege, vel ab homine conditio, *l. Titia Teſtor. ff. de l.*1, quod ſi ab homine ponatur inter perſonas diſtinctas, aut res vnum ſufficere, etſi aliud deficiat nec concurſum requiri cum poſſit venire vnà ſeorſum ab altera excluſa, *ex l. ſi quis Titio*, & *l. ſi mulier, ff. de vſufructu accedendo, §. ſi quis ancillas inſtit. de legatis* 14. *ff. de fundo inſtructo*: vel ſi ponatur inter plures qualitates quarum quælibet tendit ad diſtinctum proprium ſubiectum qualificandum per, *l.*2. *ff. de condit. indebit. lege falſa, §. fin. ff. de condit. & demonſtrat.* explicat benè Caſtil. *ſuprà à num.*58. & *ex doctrina*, Marcſcot. *variar. reſolut. lib.2. cap.*83. *à num.*29. dicente promiſſionem alimentandi, factam mulieri nubenti durare etiam viro ſuo vita functo, & contrariam ſententiam admitti matrimonio non celebrato.

Qvæstio XVIII.

Si Teſtator dicat relinquo centum Petro, ſi filius meus liberos non habuerit, *an hæc conditio verificetur ac ſi dixiſſet*, ſi ſine liberis deceſſerit: *Et an ſi dicat relinquo bona mea Petro ſi filius meus* ſine hærede deceſſerit, *idem operetur, ac ſi dixiſſet, ſi ſine liberis deceſſerit: Et ſi Pater filiam odio habuerit, propter aliqua demerita eâ inſtitutâ hærede in re certa, an eo in caſu mortuo filio, ſuperſtite, euaneſcat fideicommiſſum: Et an profeſſio Monialis fraudulenta in articulo mortis, eo animo, vt bona tranſeant ad Monaſterium, valeat in præiudiciam venientium ab inteſtato, ſeu ſubſtitutorum?*

Svmmarivm.

1 *Conditio* ſi ſine hærede, *differt à conditione,* ſi ſine liberis, *n.*2. *& in noſtro textu veram diſpoſitionem inducit, n.*3. *&* 4.

5 *Conditio* ſi ſine liberis, *deficit in poſthumo.*

6 L.13. Tauri, *remiſſiuè.*

7 *Filia in parte inſtituta, filio mortuo, quando facit euaneſcere fideicommiſſum, ſuperſtite Nepte ex filio.*

AD primam quæſtionis partem repetes, quæ dixi *ſuprà q.*12. in verſic. *ad tertiam.* 1

Ad ſecundam partem quæſtionis reſpondent nonnulli, verba fideicommiſſi conditionalis collati ſub conditione *ſi ſine hærede*, idem ſignificare, ac ſi dictum ſit, *ſi ſine liberis deceſſerit, l. ex facto* 17. *ff. ad Trebellianum*, quamuis aliàs hæredis applicatione, quicunque comprehendatur ſucceſſor, *l. hæredis, ff. de verborum ſignificat.* nam aliàs ſi in texto noſtro Verbum *ſi ſine hærede*, non ſignificaret idem, quod ſine liberis, nunquam ferè poſſet eſſe locum fideicommiſſo, cum vix nemo ſine hærede decedat, *l.*1. *C. vnde vir & vxor*, & præter Ordinarios hîc aduertit Socinus *in l. ſolemus, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*, relati à Mantica *de coniecturis, lib.*8. *tit.*14. *n.*6. Peregrino *de fideicommiſſ. art.*32. *n.*31. & hoc modo Couarruuias *lib.*8. *variarum, cap.*18. ait intelligendum eſſe textum noſtrum in illis verbis, *quam tamen intelligendum non erat ſine hærede decedere*, & ſic tenent multi relati à Spino *de Teſtamentis*, Balboa *hîc num* 19. Et 2

hæc

hæc opinio vera mihi videtur, quando ex ſubiecta materia, ita comprehenditur, & ſic licet cum multis Flores de Mena *var.q.* dicat *lib.1.q.19. n.7. & 8.* quod verbum *ſine hærede* æquipollet verbo *ſine liberis*; id ait intelligendum in his, quæ ad filios, & non ad extraneos debent peruenire: ita expendit, *ex d. l. ex facto, §. fin.*

Sed mihi probabilior videtur opinio cõtraria; nempe, vt illæ conditiones diuerſæ ſint; nam ſi Teſtator extraneum hæredem inſtituat, verificabitur illa conditio *ſi ſine hærede deceſſerit*; quod ſecus eſt, ſi diceret *ſine liberis*, quia tũc licet liberi non ſint ſuperſtites, tempore mortis verba illa non verificabuntur; ſic probat Spinus *de Teſtamentis*, Gloſſa 12. *num.* 116. per textum noſtrum ibi *non dicitur ſine hærede decedere qui Monaſterium ſibi hæredem inſtituit*; ita Bartol. Alexander, & alij per Galiaulam *in l. Gallus. §. quidam rectè ff. de liberis, & poſthumis n.* 23. quæ ſententia magis communis eſt, ſecundùm Socinum iuniorem *conſil.* 14. *num.* 1. *in* 2. *parte*, & ſecundùm Coſtam *in cap. ſi pater* 1. *p.* verbo *ſi abſque liberis n.* 20.

3 Vnde licet aliqui dicant verba text. noſtri *ſine hærede* eſſe partis allegationem, eſséque narratiua, nec inducere iuris diſpoſitionem: argum. text. *in cap. ſi Papa de priuilegijs lib.* 6. Gloſſa *in l. vnic. Cod. quando non petent partes.* Abbas *hic n.* 4. refert, Balboa hic *n.* 35. Tamen ex dictis exiſtimo fuiſſe veram diſpoſitionem.

4 Itaque pro declaratione noſtri text. notabis, quod etſi in aliquibus libris loco verbi *ſine hærede* ponatur *ſine filio*, vt aduertit Sarmiento *in l. ſi ita quis, §. is qui ff. de leg.* 2. Tamen verior eſt littera *ſine hærede*, vt in omnibus commendatioribus Codicibus habetur ex Anton. Auguſtino 3. *collect. Decret. lib.* 1. *tit.* Balb. *hic d. n.* 32. *in fine.*

5 Iterum aduertẽs, quod ſi quis in ſuo teſtamento relinquat Petro centum, ſi eius filius deceſſerit, ſine liberis, ſi talis decedat, vxore prægnante, verificatur, cum liberis deceſſiſſe, & deficiet conditio: argum. text. *in l. ſi quis prægnantem, ff. de regul. iuris*, ibi, *non videtur ſine liberis deceſſiſſe, qui vxorem prægnantem reliquit*: Et ſic fit, vt ſi vxor legitimo tempore peperit poſthumum, iam verificatur conditio, & dicitur deceſſiſſe cum liberis; tenet Alciatus *in l. quod dicimus, ff. de verb. ſignific. in leg. iubemus, §. ſin autem, ff. ad Trebell.* & *in l. fin. ff de ventre inſpic.* Spino *de te-*
6 *ſtam.* dicta Gloſſa 12. *n.* 116. † Vbi ex hoc intellectu, infert intellectum ad text. *in l.* 13. *Tauri*, vbi requiritur, quod poſthumus viuat per 24. horas vt faciat deficere conditionem aliàs iudicabitur abortiuus: argum. text. *in l. vxoris abortum, cum l. ſeq. Cod. de poſt. hæred. inſtit.*

7 Ad tertiam quæſtionis partem dico, quod filia in parte inſtituta, ſi à patre propter eius demerita odio habeatur; tunc filio mortuo, filia teſtatoris ſuperſtite Nepte, euaneſcit fideicommiſſum: nam regulariter maſculinum continet fœmininum, *l. iuſta* 201. *ff. de verb. ſig.* videbis quæ tradit Balb. *hic n.* 53. vbi *n.* 54. ait videndum eſſe, an Teſtator ſexum fœmininum odio habuerit: nam tũc Neptis per filium ſuſcepta, non faciet deficere conditionem *ſi ſine liberis*, vt reſoluit Caſtrenſ. *conſ.* 79. *lib.* 2. Nam aliàs deterioris conditionis eſſet filia, quàm Neptis contra Regulam text. *in leg ſi viua matre, Cod. de bonis maternis*, & aduertit Tiraq. *in l. ſi vnquam*, verbo *libertus num.* 45. *Cod. de reuocand.* ſed, vt exactè dicta huius quæſtiunculæ

apprehendas applicabis quæ *ſuprà dixi quæſt.* 11. *& quæſt.* 13. 14. 15.

Ad vltimam quæſtionis partem, dico infra *in cap. ad Apoſtolicam de Regularibus.* Interim videbis Franciſcum Tondutum *lib.* 1. *q. can. cap.* 64. plures caſus diſtinguentem cum multis ab eo relatis Doctoribus.

QVÆSTIO XIX.

An conditio appoſita mulieri, ſi non nupſerit, ſi nubat faciat, vt amittat legatum ſibi à Teſtatore relictum: Et an ſi Teſtator leganerit puellæ, ſi nupſerit mille, ſin autem Monaſterium fuerit ingreſſa ducenta, & Monaſterium ingrediatur, conſequi valeat mille: Et an ſi ſubſtitutio hoc modo concipiatur quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, *bona mea diſtribuantur inter pauperes ſit omnino pupillaris, aut fideicommiſſaria: Et an ſubſtitutio pupillaris ſub illis verbis* ſi ſine liberis deceſſerit, *importet idem quòd ſine hæredibus deceſſerit: Et de qua ſubſtitutione noſter textus intelligatur: Et an Monaſterium habens priuilegium excludendi ſubſtitutum, eo vtatur contra aliud Monaſterium.*

SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita mulieri, ſi non nupſerit, non vitiat legatum; ſecus in contractibus, n.* 2.
3 *Legatum puellæ relictum in maiori quantitate, ſi nubat non deficit eo quòd ſi minus legetur eò religionem ingredienti, n* 4.
5 *Subſtitutio hoc modo concepta* quomodocumque filius meus ſine liberis deceſſerit, *eſt fideicommiſſaria.*
6 *Conditio* ſi ſine hærede *importat, ac ſine liberis.*
7 *Conditio* ſi ſine hærede deceſſerit, *porrigitur etiam ad extraneos, n* 8.
9 *Subſtitutio, quæ ante pubertatem valet, vt directa pupillaris poſt pubertatem valet, vt fideicommiſſaria, & de hac loquitur,* c. 8. de Probat.
10 *Monaſteriũ habens priuilegiũ, quod poſſit ſubſtitutum excludere, eo vti poteſt, etiam aduerſus aliud Monaſterium, vt dum contra priuatos.*

DOctores ſolẽt per text. agere etiam de conditione appoſita mulieri, *ſi non nupſerit, vel ſi nupſerit*, de qua longiſſimè agunt DD. quos referunt Spino *de Teſtam.* Gl 12. *à n.* 53. Pichard. *in § Sed ſi vxori* 16. *inſtituta de leg. à n.* 6. Sanchez *de Matrim. lib.* 1. *tota diſp.* 34. qui abundè colligunt omnia, quæ hic dici oportere ẽt; ſed quia video pro hac quæſtione plura aduerſantia iura, quæ cõgerunt præcitati, & intendam de hac quæſtione ad ſaturitatem agere, *in tit. de conditionibus appoſitis*; ideo breuiter dico prædictam conditionem, quæ indicat abſtinentiam à nuptiis omnino reijciendam, & eo modo deberi legatum, ac ſi adiecta non eſſet, *leg quoties* 15. *l. cum tale* 71. *§. Mænia, & l. Titia, ſi non nupſerit, ff. de condit. & demonſtrationibus*; ea nempe ratione, quia Reipublicæ, intereſt, vt multis ex legitimo matrimonio augeantur procreatio, *leg.* 2. *Cod. de* 1

Digitized by Google

in d. viduitat. idémque eſſe, ſi talis conditio, etiam adiecta ſit donationi cauſa nuttis; docent Gomez. *1. var. c. 4. n.* 18. Molina *lib. 2. de primog. c.* 12. *n.* 40. idem Pichard. plura congetit *à n.* 12. ex quibus deducit veram rationem huius obiectæ conditionis, vbi videbis ex antiquarum legum diſpoſitione, & ex bonis authoribus; ſic quamuis voluntas teſtatoris debeat adimpleri, iuxta text. *in l. in conditionib. ff. de conditionib. & demonſtrat.* tamen hoc non obtinet quando conditio appoſita eſt à Teſtatore, quæ eſt impeditiua boni communis, vt hîc *ex l. Iulia de maritandis ordinib.* talem conditionem ſperni probarunt Cujac. *in notis ad Vlpian. tit.* 16. verſic *neutri legi*, & ad Iulium Paul. *lib.* 3 *tit.* 4 *verſ. conditiones contra leges*, quibus maximè fauet text. *in l. adigero* 6. *§. lege Iul. ff. de Iurepatronatus*, vbi conſtat lege Iulia de maritandis Ordinibus, remitti iuſiurandum, quod liberto in hoc impoſitum eſt, ne vxorem duceret libertæ, ne nuberet, quod verius eſt; licet aliis dixerint lege Æliâ ſentia talem conditionem fuiſſe reiectam, & videbis Spin. *de teſtam. gloſſ.* 14. *n.* 71. itémque lege Miſcella ſublatam fuiſſe eam conditionem dixit Briſonius *lib* 3. *cap.* 3. & Ioannes Robertus *hoc tribuit legi Papia lib.* 1. *animaduerſionum cap.* 1.

2 Nec obſtabis ſi dicas, quòd talis conditio ſi adjiciatur contractibus, contractum irritat, *§. ſi impoſſibilis inſtituta de inutilib. ſtipulationib. l. non ſolùm, ff. de obligationib. & actionib.* Molin. *lib.* 1. *de primogen. cap.* 12. *n* 38. cúmque conditio de iure impoſſibilis eſſe credatur, vt notat Sanch *dicta diſp.* 34. *n.* 2. ideo faciet vt annulletur contractus; ergo idem debet dici adiecta legato, aut vltimæ voluntati. Tamen reſpondeo ideo in cõtractibus illam conditionem admitti, quia cum contrahentes ipſi adhuc ſuperſtites ſint, poſſunt ſuos contractus, ſic vitiatos impoſſibilitatem afficere validos remittendo conditionem impoſſibilem; quod ſecus eſt in Teſtatore, qui iam obiit; nam non poteſt ad debitum modum ſuam diſpoſitionem reducere, & ſic oportuit, vt per legem ipſam reduceretur, reiecta tali conditione; ita conſiderat idem Sanch. *d. n.* 2. verſic. *rogabis*; alias rationes adducit Sarmiento 2. *ſelect. cap.* 3. *n. vlt.* & videbis Pichardum *in d. §. ſi impoſſibilis n.* 5. vbi leges aliam bonam rationem.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, ſi Teſtator legauerit puellæ ſi nupſerit mille, ſin autem Monaſterium fuerit ingreſſa, ducenta, an ingredienti debeantur illi mille, vel tantùm ducenta, quæſtionis eſt, & affirmatiuam ſententiam, docent Bart. *in l.* 2. *ff. de his, quæ pœnæ nomine*, Anton. hîc *n.* 27. Felin. 57. Pariſ. 134. Beroius 494 Iaſon *in Auth ſi qua mulier, C. de Sacroſ. Eccleſiis*, & ex aliis eam vocat probabilem Sanch *d. lib.* 1. *de Matrim. d. diſp.* 34 *à n.* 12. & ex eo tenent, quia illa conditio tanquam aduerſa religioni, ſit rejicienda, ne puella à voto religionis, & vitæ contemplatiuæ remoueatur: argumento text. *in §. ſed & hoc præſenti, in Auth. de Sanct. Epiſcop.*

4 Negatiuam tamen ſententiam tenent Baldus *in Authentic. niſi rogati, Cod. ad Trebellian. n.* 11. Paulus *in dicta Authentic. niſi rogati*, Couarruuias *libro* 1. *Variar. cap.* 19. *num.* 8. 9. & 10. Gutierrez *Can. libro* 2. *cap.* 32. *num.* 58 & hanc partem, vt veriorem, amplectitur Sanchez *vbi ſuprà num.* 13. vbi alios plures refert, ex eo: nam cum clarè Teſtator nubenti maiorem quantitatem aſſignet, quàm ingredienti, non perinde ſequitur, vt tale legatum retrahat à religione; quare Faquinetus, qui benè de hac difficultate agit, *libro* 5. *cont. cap.* 54. ita tenendo, & alia ponderando, ait id duplici ex cauſa euenire. Prima quia mille legauit ſi nubat, quia ducenta legauit, ſi Monaſterium ingrediatur; cum ergo voluntas Teſtatoris hîc certa ſit ita tenenda eſt; imò, & Sanchez *vbi ſuprà num.* 14. reddit aliam, quia iuſtiſſimè poteſt legare minus puellæ religionem ingredienti, quàm nubenti; non vt eam à propoſito religionis retrahat, ſed quia maior dos nubenti eſt neceſſaria, & quia maiorem bonorum partem vult poſteris, & familiæ relinquere; ita Couarruuias *ſuprà num.* 10. & Sanchez iterum alias quæſtiunculas; vbi reperit quæ huic diſputationi congruunt admodum. Quibus ego addo ſequentes, an legatum relictum vxori ſi honeſtè vixerit poſſit in conſcientia ab eo exigi & retineri, ſi occultè ſit fornicata. Et an legatum caſtè & honeſtè viuendi amittatur ex amplexibus, & aliis tactibus impudicis de quibus ago infrà *ſub tit. de teſtamentis*, interim agit cum multis Diana videndus *p.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 8. & 9. videndus *in cap. verum* 4. *de condit. appoſitis.*

Ad tertiam difficultatis partem, de qua plura ſolent Doctores adducere dico breuiter illam ſubſtitutionem omnino eſſe fideicommiſſariam, vt ſequuntur plures relati per Galliculam *in leg. centurio num.* 72 & 77. *ff. de vulgari*: dixit magis communem Iaſon *conſil.* 172. *num.* 7. *volum.* 1. Ripa *in dicta l. centurio num.* 105. & ita ſequitur, vt in iudicando, & conſulendo Zeuallos *in pract. quæſt.* 482. vbi dixit ex multis ſubſtitutionem factam à pagano, per verba obliqua omni tempore eſſe fideicommiſſariam, vt probat textus, *in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulgari*, & tenet Bartol. *in dicta l. centurio num.* 20. Iaſon *num.* 27. Galliaula *num.* 76. Ripa *num.* 101. & ſic in quæſtione, de qua nunc non ſunt audiendi Bartolus *in dicta l. centurio num.* 21. vbi dicit hanc ſubſtitutionem intra tempora pubertatis valere, vt directam pupillarem; idem *in leg. fundi, ff. de vſufructu legato*, Iaſon ſibi contrarius *in dicta l. contrario, n.* 38. & ibi Alexand. *n.* 78. Imola *n.* 13. 5

Ad quartam quæſtionis partem, facilè reſpondebis ex dictis quæſtionibus præcedentibus, ſed cùm aliquo modo diſſimilis conditio ſit hæc, de qua nunc accipies quæ ſequuntur, Vnde multi exiſtimarunt, *ex l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebellianum*, ibi, *ſi quis ita fideicommiſſum reliquerit fidei tuæ, fili committo, vt ſi ſine hærede moriaris, reſtituas hæreditatem, videri eum de liberis ſenſiſſe D. Pius reſcripſit.* Ex quibus verbis Gloſſa ibi verbo *ſine hærede* ait, quòd illa conditio *ſi filius meus ſine hærede deceſſerit*, idem importat, quòd conditio iſta *ſi filius meus ſine liberis deceſſerit*: docent Iaſon *in l. ſi non ſortem, §. liberis, & poſthumis*, Paulus & Ripa *n* 9. *in dicto §. fin.* Ioannes Andreas *in addit. ad ſpeculum tit. de Teſtamentis, num.* 27. Crauetta *conſ.* 38. Socin. iunior eam dicit communem *conſ.* 94. *n.* 32. *vol.* 1. vbi ait quod omnes ſcribentes; ita tenent *in d. §. fin.* vide *d. ſuprà q.* 18. 6

Itaque ex hoc dicendi modo venit dicendum, 7 quod vbi in aliqua diſpoſitione ſit hæredis mentio, reſtringitur ad hæredes ſanguinis; ita vt hæredes extranei, non includantur, ob idque conditio noſtræ quæſtionis *ſi ſine hærede deceſſerit*, exponenda,

poneoda, & ioterpretanda ſit, *ſi ſine deſcendente*, quia vt conditio defieiat, oportet illoa eſſe deſcendentes, & hæredes, vt tenent Goid. Pap *q.457.* in fine, Aretinus *in dicta l. Gallus*, §. *etiamſi parente* Aleiatus *conſ. 10. num. 14. lib. 9.* Decianus *conſ. 98. n. 9. & conſ. 100. n. 12. v. 3.* Mant. *de coniect. vlt. volunt, lib. 13. tit. 1. num. 9.* vbi dicit, quòd illa clauſula *de hærede in hæredem* accipienda, & interpretanda ſit, quod liberi ſint hæredes.

8 Nihilominus verior, & plauſibilior mihi videtur ea ſeotentia, quæ docet, qood illa conditio ſi filius *ſine hærede deceſſerit*, porrigatur etiam ad extraneum, vt colligitur ex textu noſtro ibi *intelligendum non erat ſine hærede decedere, qui Monaſterium ſibi hæredem inſtituit*, ita ſequitur ex his verbis Coſta *in cap. ſi Pater* verbo *abſque liberis num. 20. de Teſtament. lib. 7.* & teoent Bart. & Alexander *in dicta l. ex facto*, §. *fin.* & multi, qoos refert Zeuallos *comm. cont q. 538.* & ad vtramque partem diſputat Peregrinus *de fidei commiſſ. art. 32. per 84. numeros*, & declarat Gregorius *in l. 10. tit. 4. p. 6.* verbo *lo debent auer* & probo ex dictis ſupra *quæſt. 18. in verſ. ad ſecundam.*

9 Ad quiutam partem omiſſis pluribus, quæ dicam alibi de ſubſtitutiooibus; nuoc breoiter reſpondeo textom noſtrum loqui de compendioſa ſubſtitutione, quæ ante pubertatem valet vt directa pupillaris poſt pubertatem, vt fideicommiſſaria: Nam Teſtator hîc vſus eſt verbo *deuoluerentur*, quod commune eſt; itaque licet hæc ſubſtitutio compendioſa ſit. Tamen negandum eſt iure compendioſæ ſubſtitutionis pertinere debere ad ſubſtitotos, quia eo ipſo, quod grauatus profitetor Religionem, euaoeſcit fideicommiſſum, & ſic valet talis ſubſtitutio; vt fidei commiſſaria poſt pubertatem, ſi grauatus non eſſet Religionem profeſſus: Vides qoæ tradit Balboa hîc *num. 66. & 67.* Graña *num. 10.* qui expendit textum *in l. Centurio ff. de vulg. & pup. l. precibus, cod. de impubert. cap. ſi Pater de Teſtamentis, lib. 6.* & faciunt quæ ex multis tradit Faquineros *lib. 4. controuerſ. cap. 45.*

10 Ad vltimam quæſtionis partem exiſtimant nonnulli *ex Amb. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, §. *ſed hoc præſenti*, vt quamuis Monaſterium habeat Priuilegium quod poſſit excludere ſubſtituum noo poſſe eo vti contra aliud Monaſterium; etiamſi Monaſterium, quod ſubſtitutum eſt nullom habeat Priuilegium in ſpecie in illo caſo, & confirmant ex regula textus, *in leg. ſed & milites, ff. de excuſ. Tutor*, ſed Balboa *in cap. de quarta, de præſcript, quæſt. 1. num. 53.* erroneam vocat hanc ſententiam, & errare exiſtimantes Monaſterium, quod ingreſſus eſt grauatus aliud Monaſterium ſubſtitutum non excludere, eo quod Priuilegium ſolummodo fuit conceſſum contra priuatos; non verò contra aliam piam cauſam ſubſtitutam, vt conſtat ex eodem §. *& hoc princ.* & verſ. *ſi tamen* & ſimilitor reſpoodet ad dictam legem, *ſed & ſi milites.*

QVÆSTIO XX.

An poſſit fieri legatum alicui Religioſo profeſſo cum conditione, vt nihil acquiratur Monaſterio: Et an valeant conditiones in maioratibus adiectæ, videlicet ne Religioſus Monialis, aut Monaſterium ſuccedat: Et an ſi quis faciat maioratum cum onere anniuerſarij perpetui, & nominet ad eius ſucceſſionem aliquem ex Filiis, & poſt eius mortem velit, quod ſuccedat Nepos, quem primum nominauerit, & ſic deinceps, & ſi primus Filius ſine hærede moriatur, ſubſtituat alium Filium, & ab eo deſcendentes; ita vt vltimus Poſſeſſor ex filiis ſucceſſorem eligat, & ſi iſte ſine hærede decedat, ſubſtituat conſanguineum proximiorem, & alias vocationes faciat, qualiter procedat?

SVMMARIVM.

1 *Legatum Religioſo relictum, cum conditione vt nihil Monaſterio acquiratur valet, accedente licentiâ ſuperioris, num. 3. & relictum pro ſuis neceſſitatibus, debetur etiam ei pro annis præteritis, num. 2.*

6 *Maioratus ex quibus vocationis perpetuus cenſetur numeris ſequentibus.*

14 *Maioratus perpetuus cenſetur, ſi vocaret Teſtator ſucceſſores ordine primogenituræ*

16 *Filius maior fratris maioris prædefuncti repreſentat Patris perſonam, & ſuccedit in maioratu, ſeu anniuerſario.*

17 *Vocatus à Teſtatore cum clauſula, vt potuiſſet eligere ſucceſſorem, potius eſt, vt poſſit eligere vnum, non plures.*

18 *Succeſſor in maioratu nequit alterare primam fundationem.*

AD primam difficultatis partem reſpondent 1
Molfeſius *in ſumma tomo 1. tractatu 7. cap. 20. num. 50.* Viocentius de Franchis *deciſ. 718.* Rodriguez *tomo 2. regul quæſt. 135. art. 2.* Homo bonus *de bonis in examin. Eccleſ. part. 2. tractatu 9. cap 8. quæſt. 21.* & alii, quod etſi legatum, vel donatio causâ mortis factâ Religioſo profeſſo cum conditione, vt eam, vel id habeat indepeodenter ab eius prælati voluntate validum noo ſit; cum hoc omnimodò paupertati repugnet: tamen ſobſiſtet, ſi relinquatur hoc modo; itavt nihil Monaſterio acquiratur, quia legatum intelligendum eſt; itavt habeat oculis Prælati conniuentibus, quod ſi illam licentiam dare nolit, relictum expirat: Videbis quæ nooiſſimè congerit Tondutus *lib. 1. cap. 96. à num. 37.* definit aliam quæſtionem, nempe legatum Religioſo relictum pro ſuis neceſſitatibus illi deberi pro annis, etiam præteritis, quamuis non probans cum multis, *num. 40.* dixit antea tale legatum ſic relictum denotare potius cauſam impulſiuam, quam finalem, & ad aliam bonam quæſtionem illum leges, *cap. 94.* quam applicabis ad textum noſtrum. † Vnde Diana *p. 3. tractatu 2. de dubiis* 2
regular. reſ. 14. ita tenendo notat quod illa verba *nihil iuris Monaſterio acquiratur* intelligenda ſunt

Digitized by Google

repreſentationis, vt ſentit Molina *de primogeniis lib.1. cap.4. num.42.* Gregorius Lopez *in leg.2. tit.15. part.2.* verbo *en Eſpana.* Et ex his infert idem Flores, quod Filius maior Filij Fratris maioris prædefuncti repræſentat Patris perſonam, & admittitur ad ſucceſſionem dicti maioratûs, aut anniuerſarij excluſis aliis Patruis, quâtumuis proximioribus, & excluſo ſubſtituto *ſine liberis.*

16 Quarto dico, quod licet reuerà primos à Teſtatore vocatus cum clauſula; vt poſſet eligere ſucceſſorem, potuerit eligere duos vel tres, vnum poſt alium, quia hoc non repugnat naturæ maioratus per textum vnum ex Familia, *§. ſi duos, ff. de Legatis 2.* & ex doctrina Bart. *in dicto §. ſi duos, & in §. ſed ſi fundum*, Molina *de primogeniis, cap.7. lib.1. num.9.* & ex multis idem Flores de Mena *dicta quaſt.19. à num.35. §.4.* Tamen in ſpecie, de qua loquimur aliod dicendum eſt; nempe vt non poſſit eligere vltra vnum ex eo, quia Commiſſarius, & Mandatarius non poteſt excedere formam ſibi in Teſtamento mandantis datam: argumento textus in *leg. diligenter. ff. mandati.* † Ex eo quia ſucceſſor in maioratu non

17 poteſt alterare primam fundationem, aut inueſtituram, nec diſponere aliquid in præiudicium vocatorum ex prima fundatione, & inueſtitura: argumento textus *in c.1. de ſucceſſ feudi, & in l.fin. de pactis, & in l.quoties, Cod. de donationibus* ſub modo ibi Salicetus, cumque Teſtator in ſuo Teſtamento, & fundatione maioratus, ſolùm permiſerit primo nominato, vt ſibi nominaret vnũ ſucceſſorem, & de pluribus nihil dixerit; ſequitur vt non poſſit excedere, & nominate plures, & ad contraria ſatis reſpondet, ipſe Flores de Mena *à num.41.42. & 43.* vbi expendit textum *in dicta leg. vnum ex Familia in §§. citatis* videndus Molina *de primogeniis, lib.3. cap.4. num.46.* Mieres *de maioratibus p.2. quaſt.8. num.26.* additionator Molinæ in locis citatis ibi cum pluribus.

QVÆSTIO XXI.

An quando duo contendunt circa ſucceſſionem, poſſit Iudex eos ad concordiam reducere: Etiam in materia maioratus: Et de aliis reſolutiuè ad textum noſtrum?

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus ſub conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, agens pro immiſſione non tenetur aliquid probare.*

3 *Grauatus, ſi Religionem ingrediatur animo fraudandi ſubſtitutum ille non excluditur, nec Monaſterium commodum conſequitur, ex quo grauatus inducitur ad ingreſſum, n.4.*

5 *Quæſtiones nonnulla ſignantur quæ ſunt de materia huius textûs.*

1 DE hac quæſtione agit Innocentius per textum noſtrum *colum.1. num.2.* & in terminis circa materiam maioratûs. Antonius Gomez *in l.45. Tauri, num.199.* cum multis ab eo relatis, vbi videbis; ſed quia pro reſolutione latè iam dixerim *in cap.1. de mutuis petitionibus quaſt.fin. & aliqua in cap. venit de Iudiciis, quaſt.7. & 10.* ideo ad ibi dicta te remitto.

Pro complemento, noto quod ſubſtitutus ſub conditione, ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis agens pro immiſſione non tenetur aliquid probare, quia mors, ſine liberis de iure præſumitur, & remanet probata eo ipſo quod non conſtat grauatos aliquando habuiſſe Batt. *in leg. ex facto, §. ſi quis autem*; & ibi Angelus *num.2. ff. ad Trebellianum* Menochius *de præſumpt. lib.4. præſ. mptione 182.* Fuſarius *de ſubſtitut. quaſt.436. num.3.* vbi plures caſus diſtinguit, cum aliis, docet hic Barboſa *à num.21.*

Item notatur quod ſi grauatus Religionem ingrediatur animo fraudandi ſubſtitutum: tunc ille non excludetur, vt docent *Gloſſa* verbo *locum in Auth. niſi rogati, C. ad Trebell.* vbi omnes Legiſtæ & Canoniſtæ, plures adducit Barboſa hic *num.6* & Thomas Sanchez *1. tomo in Decalog. c.17.* diſputat ex quibus hæc fraus deprehendatur. Qui *num.62.* & alij citati à Barboſa hic *num.7.* docent, quòd Monaſterium nullum commodum conſequitur; ex quo grauatus inductus ſit ad ingreſſum Religionis ſuaſionibus Monachorum. Baldus *in dicta Auth. niſi rogati*, Menochius *præſumptione 83. num. fin. lib.4.* & facit textus, *in cap. conſtituit, 2. q.3.* Nec ſubſtitutus excludetur vt fatentur relati.

Denique pro materia textus noſtri an filiorum 5 appellatione veniat Monaſterium ad excludendum ſubſtitutum ſi grauatus ſub conditione, *ſi ſine liberis deceſſerit* illud ingrediatur, & ad alias plures quæſtiones præter iam relatas ac benè exornatas optimè infinitos referens Barboſa *de appellat. verb. iuris ſignificat* verbo *Filiorum appellat. à n.117.* vbi cum 64. Doctoribus confirmat illam conclusionem Monaſterium haberi loco Filij ac proinde faccre deficere conditionem, *ſi ſine liberis* & ſubſtitutum excludere videndos Sanchez latè agens *in præcepta Decalogi tom.2. lib.7. cap.16.* idem quando conditio nubendi aut ingrediendi Religionem debeat adimpleri iuxtà coniecturatã voluntatem Teſtatoris aliquid ſub ea relinquentis latè D. Ioann. del Caſtillo *lib.5. controverſ. cap.95. per totum*, vbi de aliis & quanto conditio *ſi deceſſerit ſine liberis* præſumatur eueniſſe. Idem ibi ſub *cap.98.* & an Monachi, & etiam Moniales aut Monaſteria ad vitam ſaltem eorum ſuccedere valeant in primogeniis, & maioratibus Hiſpanæ. Idem *lib.5. controverſ. ſub cap.162.* & an tacita conditio *ſi ſine liberis.* etiam in Fratribus, in Conſanguineis & extraneis quoque ſubintelligatur, Idem *ſub c.166.*

AD TEXTVM
IN CAPITE IX.
Licet de Probationibus.

PRÆMISSVM.

DEcretalis hæc quatenus loquitur de interdicto retinendæ poſſeſſionis, abundè intelligitur ex dictis ſuprà *in cap.4. & 12. de reſtitutione ſpoliat* aliqua *in cap. cum Eccleſia.* Sutrina *de cauſa poſſeſſionis.*

I. Et ibi *ſuper Iuriſdictione, dominio, atque diſtrictu, quod de iure ad ſe ſpectare dicta Eccleſia proponebat.* Per hæc verba introduci poterat diſputatio, quæ iuriſdictio de iure pertinet ad Eccle-ſias

ſias, ſiue ad Epiſcopos, de quo *in tit. de Officio Iudicis ordinarij*, & alibi, *tit. de Iudicijs, & foro competenti.* II. *Porrò atteſtationibus publicatis, Syndicus Fauentinorum ſe velle in perſonas teſtium ex parte altera productorum quædam objicere, ac probare.* Atteſtationes, quando publicandæ, & an eis publicatis queat opponi in perſonas Teſtium; videbis quæ dico infrà *de Teſtibus, cap. præſentium* 31. & applicabis dicta ibi, *in cap. ex parte* 7. & quæ adduxi, *in cap. teſtimonium de Teſtibus.* III. De Syndico quid ſibi velit, & quæ poſſit facere dico ſuprà *ad titulum de Syndico*: applicabis dicta *in cap.9. de Iudicis*, vbi de Religioſo, ſeu procuratore comparente ad litigandum.

IV. Et ibi, *ſuper quo interloquendo decreuimus*, & ibi *intra trium menſium ſpatium teſtes huiuſmodi producere non curauit.* Quod ſententia ad probandum ſit interlocutoria Videbis dicta ſuprà *ad Rubricam, & titulum de dilationibus.* V. Et qui aſſignetur ad opponendas exceptiones in perſonas teſtium; videbis *in dict. cap. ex parte* 7. & *cap. præſentium de Teſtibus, & in dicto cap. teſtimonium.*

VI. Et ibi, *poſt hoc idem objecit in Teſtes productos, quòd corrupti falsò dixiſſent.* De hac exceptione corruptionis, & falcitatis Teſtium dico infrà *in cap. ſicut* 9. *de Teſtibus.* Vbi quando talis exceptio queat opponi. VII. Et ibi, *ad impediendum negotium obieciſſe*: De except. dilatoriis, & impedientibus litis ingreſſum, ſeu progreſſum dixi ſuprà *in cap.1. 2. & 3. de Ordine cognitionum.* VIII. Et ibi, *recipere, & examinare curarent de ſingulis circumſtantijs ſubtiliter inquirentes.* IX. Et ibi, *intra menſem recipere.* Qua diligentia Teſtes examinandi ſint, & interrogandi, dico infrà *ad Rubricam de Teſtibus*, & *in cap. cum cauſam* 37. & *cap.* 52. X. An ſatis ſit vt Teſtis præſentatus inter infra terminum, licet extra eum deponat, dixi *in cap.1. de dilat. q* 6. XI. Et ibi, *vix tamen ex illis ſex remanſerunt concordes, cum alij ſibimet in ſerie ſui teſtimonij contradicant, & alij ſint in dicto ſui teſtimonij, ſingulares.* XII. Et ibi, *quidam ſunt Teſtes inducti.* Per hæc, & alia verba latè agi poterat de probatione, quam faciunt Teſtes ſingulares. Vide *in cap. veniens* 10. *hoc tit.* & *in cap. tam litteris* 33. *ibi.* Et qua concordia deponere debeant Teſtes, & quod liberè, & non inducti ad teſtificandum veniant, dico infrà *de Teſtibus in cap. ſicut* 11.

XIII. Et ibi *quidam verò alijs pauci numero, & ibi malæ famæ ſunt, & leuis opinionis, &c.* De numero Teſtium ad probandum infra dico, *in cap. in omni negotio.* XIV. Et de fama, & aptitudine, qua debent teſtes pollere, vt eis fides adhibeatur, dico infta *in cap. licet ex quadam* 47. *de Teſtibus.*

XV Et ibi *minus iuſtè, ac ſine titulo temeritate propria occupare.* Et ibi, *œconomus eiuſdem Eccleſiæ petierit à vi turbatiua, ſeu inquietatiua, &c.* Et ibi, *nos recognoſcentes, in hoc caſu non ſic locum eſſe interdicto vti poſſidetis, &c.* De inſtante poſſeſſionem propria authoritate dixi, *ſuprà in cap. olim cauſam* 12. *de reſtit. ſpoliat.* & de interdicto vti poſſidetis, dixi *in dicto cap.4. eodem.* Et ibi, *quoad poſſeſſorium Iudicium*, de poſſeſſorio Iudicio plenario, & ſummariſſimo, vide quæ ſupra notaui ad titulum de cauſa poſſeſſionis, & ibi *Iudicio proprietatis*, & in quo differant, aliqua videbis, *in d. cap.4. de reſtitutione ſpoliatorum*, & de intellectu huius textus, *in c. cum ad ſedem* 15. *de reſtit. ſpoliat. q.1. n.12.* & *in cap. ſæpè eodem q.2. num* 5. plura adducit Barboſa hîc, & *tom.6.* alios Doctores addit, vbi videbis.

QVÆSTIO I.

Quare cum Actor, & Reus in interdicto poſſeſſorio retinendæ probant, obtineat qui antiquorum poſſeſſionem probat titulo, maximè iuſtificatam, cum duo in ſimul rem poſſidere valeant, & in hoc dubio ſatius ſit, vt res ipſa inter partes diuiſionem recipiat, vel vtrique in ſimul adiudicetur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas pignus, & funeralis portio diuiditur inter poſſeſſores eiuſdem temporis, intelligitur, n.19.*

2 *Poſſeſſor quis ex aliis Poſſeſſoribus obtineat in interdicto retinendæ, n. ſeqq. & à n.7.*

3 *Poſſidere duo in ſimul non poſſe, qualiter intelligatur, n ſeqq. n.32.*

4 *Dicterium vti poſſidetis; ita poſſideatis, quo pacto intelligatur, infrà n.33.*

6 *Iura incorporalia poſſunt eſſe penes plures, n.36.*

7 *Poſſeſſor alius eſt, vt proprietarius, alius, vt vſufructuarius, & quis præferatur, num. ſequentibus, & de variis modis dicendi, vſque ad n.18.*

10 *Poſſeſſor alius titulatus, & alius ſine titulo.*

14 L. ſi duo, ff. vti poſſidetis.

16 *Poſſeſſor, qui efficacius probat, obtinet, & inter Poſſeſſores æqualiter probantes obtinet antiquioribus, vel qui poſſidet in ſolidum n.17. vel qui per meliores Teſtes probat, n.18.*

19 *Manutentio conceditur poſſeſſori antiquiori, in beneficijs, cenſibus, & in alijs caſibus, num. ſequentibus.*

20 *Poſſeſſor antiquior quis dicatur ſeqq.*

25 *Poſſeſſor probans de antiquiori titulo præfertur.*

26 *Poſſeſſorium Iudicium, non requirit aliquam proprietatis probationem, licet ea corroboretur.*

27 *Poſſeſſio anterior, vt talis dicatur, debet eſſe iuſta.*

28 *Sequeſtrum rei fit, quoties vertitur, quænam ſit anterior poſſeſſio.*

29 *Textus noſter, de quo interdicto loquatur.*

30 L. ſi Paterfamilias, ff. de hæredibus inſtituendis, §. inſtit. de vulg. ſubſtit.

31 L. ſi fundus, §. ſi duo pariter, ff. de pignoribus.

32 Cap. 2. de ſepulturis, lib.6.

DVbitationem mouet primò textus, *in leg. ſi* 1
Paterfamilias 4. *ff de hæredibus inſtituend.* Secundò textus *in leg. ſi fundus* 16. §. *ſi duo pariter, ff de pignoribus.* Tertiò textus *in cap. fin. in fine principij de ſepulturis*, in quorum iurium ſpeciebus hæreditas, pignus, & funeralis portio, diuiditur inter Poſſeſſores eiuſdem temporis: quare Bart, *in l. ſi duo num.1. ff. vti poſſidetis*, ſentit quod vtraque parte qualiter poſſeſſionem probante in eo interdicto retinendæ debeat Iudex vnicuique dimidiam poſſeſſioois partem adiudicare; ſequitur

Digitized by Google

tur Angelus *in dicta l. ſi duo num* 23. Panormita-
nus *hic num*.36. Decius *num*.18. Tyraquellus *de*
2 *primogeniis quæſtione* 17. *num*. 7. † At ſic eſt, quod
in prædicto interdicto ille debet obtinere, qui
eſt in poſſeſſione tempore Litis motæ *dicta l*. 1.
ff. vti poſſidetis, aut hodie, qui eſt in poſſeſſio-
ne tempore Litis conteſtatæ, §. *quorum. Inſtitu-
ta de interdictis*: Ergo licet Eccleſia in noſtro
textu antiquiorem poſſeſſionem probaſſet: quia
tamen poſſeſſio communitatis fauentinæ eſſet
etiam antiqua, ſcilicet quinquagenaria, quid mi-
rum, vt inter eos diuideretur.

3 Tum etiam: nam etſi communiter à Doctori-
bus tradatur regula illa, népe quod duo inſimul
eandem rem poſſidere non poſſint *l*.3. §. *ex con-
trario*, *ff. de acquirenda poſſeſſione*, *l. ſi vt certo* §.
duobus vehiculum. ff. commodatati & ob hanc cau-
ſam textus noſter in verſ *cum duo* docet anti-
quiori Poſſeſſori tribuendam eſſe rem: tamen
conſtat in tali caſu vtrique in ſolidum adiudi-
candam eſſe rei poſſeſſionem; probat hic Areti-
nus *num*.84. Imola *num*.24. Feſinus 44. Alberi-
cus *in l. vnica*, *Cod. vti poſſidetis*. *num*.12. Fulgo-
ſius *num*.16. ergo non debuit antiquiori tantùm
poſſeſſori tribuere poſſeſſio.

4 Tertio quia ſi conſideramus textûs noſtri te-
norem videbimus, quod etſi Eccleſia Rauenatis
antiquiorem poſſeſſionem probaſſet; potuit nihi-
lominus eſſe iuſta communitatis fauentinæ poſ-
ſeſſio, vt apparet ex doctrina textus *in cap cum
Eccleſia Sutrina*, *de cauſa poſſeſſionis & proprietatis*;
ſed apparet quod prædicta Eccleſia iuriſdictio-
nem poſſidebat, & illa communitas fauentina
tantùm certa ſeruitia: ergo cum huiuſmodi pro-
bationes, nullomodo inter ſe repugnarent, eo
quod eſſent ex diuerſis reſpectibus, debuit, non
antiquiori, ſed vtrique adiudicare, pro modo
poſſeſſionis, quam quiſque tenebat, iuxta inter-
dicti formam vt poſſidetis; ita poſſideatis, vt in
toto titulo, *ff. vti poſſidetis*. §. *tertia diuiſio inſti-
tuta de interdictis*, *dicta l. ſi duo* verſ. *hoc interdi-
ctum*, *et l*. 1. *ff. eodem*.

5 Quartò quia ſi dicas in hac ſpecie vtrumque
Litigatorem integram poſſeſſionem habere rei
litigioſæ, & ob id antiquiori Poſſeſſori adiudi-
catam fuiſſe; tunc ſi vterque Litigator integram
poſſeſſionem probet, debet Iudex ſecundum al-
legata & probata Iudicare, *l. illicitas*, §. *veritas*,
ff. de officio Præſidis, de quo latè dixi *in cap. dile-
cti 6. de Iudiciis*: ergo cum hîc communitas in-
tegrè poſſideat, ac poſſidebat Eccleſia vtrique
debuit adiudicari poſſeſſio, nullâ habitâ diſtin-
ctione inter antiquiorem poſſeſſionem & mo-
derniorem, cum vtraque potuiſſet eſſe iuſta, &
vera; ita vt quilibet poſſideret naturaliter, &
ciuiliter: argumento textûs *in leg. & habet* 15. §.
cum qui ff. de Precario.

6 Quintò facit: nam cum hîc litigaretur ſuper
iuriſdictione, quod eſt ius quoddam incorpora-
le, iuxta ea quæ dixi *in cap. fin de Iudiciis* & in-
corporalia pœnæ plures inſolidum eſſe poſſint,
cap.5. *de iurepatronatûs*, *clement. plures eodem.leg.
Lucio* 40 *ff. de aqua æſtiua*: ergo qualitercumque,
ſiue quæſtio de re corporali, vel incorporali
diſceptaretur, debuit potius inter vtrumque res
litigioſa diuidi, ſeu integrè vtrique adiudicari
& non vni tantum, licet eſſet antiquior Poſſeſſor
etiam cum titulo, & etiamſi vberiores proba-
tiones adduxiſſet; ſi tamen alter Poſſeſſor ſatis
etiam probaret.

His tamen non obſtantibus exiſtimo princi- 7
palem materiam noſtri textus intelligendam
cum diſtinctione caſuum ſequentium, nam ſi ap-
paret vt vterque Litigator poſſidet iuſtè; ſed
tamen titulo diuerſo reſpectu poſſidendi, vt pro-
prietarius, & vſufructuarius, & vnus turbat
alium, tunc quilibet poterit agere hoc interdicto,
vt probat textus *in dicta l. ſi duo ff. vti poſſidetis*
vbi Bartolus *in principio* & melius *in* 5. *col*,
verſ *ſi conſtaret* vbi communiter Doctores Albe-
ricus, & Angelus, probat textus *in l. fin*. verſ.
l. eodem tit. ibi *& ſi alter vſumfructum, alter poſ-
ſeſſionem ſibi defendat*, vbi notat expreſsè Gloſſa
ordinaria, optimè Gloſſa hîc verbo *vti poſſidetis
in principio Gloſſa in leg. vnica*, *Cod. vti poſſidetis
in* verbo *prohibebis* poſt principium, vbi Bart,
num fin. Salicetus *col. penult*. & tenent hîc In-
nocentius *col. penultima* propè finem Hoſt. *col.
penult*. Ant. *col. penult. num*.67. Abbas *col. ante pe-
nult. num*. 36.

Secunda diſtinctio eſt, vt ſi vterque probat 8
ſe poſſidere in ſolidum eodem iure poſſidendi,
tanquam verus Dominus per Teſtes omninò
æquales numero, & dignitate, de æquali tem-
pore poſſeſſionis. & nullus eorum probat titu-
lum ſuæ poſſeſſionis, vel vterque oſtendit &
probat æqualem titulum: tunc tenera cum ſint
plures modi dicendi, exiſtimo ſecundum verio-
rem iuriſprudentiam debere Iudicem datâ omni-
moda paritate probationis, pronunciare vtrum-
que Poſſeſſorem illius rei, pro æqualibus por-
tionibus, pro indiuiſo, quia præſumuntur Do-
mini pro indiuiſis partibus, quæ ſententia pro-
batur ſequentibus. Primò ex textu *in l. ſi pluri-
bus*, *ff. de leg*.1. §. *ſi eadem res. Inſtituta de leg*. tex-
tus *in l*. 1. §. *interdum ff. de vſufructu accreſcendo*,
vbi ſi duobus vel pluribus eſt relicta eadem res
inſolidum, faciunt ſibi partes per concurſum, &
vterque habet æqualem partem in re. † Secun- 9
do quia quando res eſt omninò indiuiſibilis, &
probationes ſunt omninò pares diuiditur inter
eos argumento textus *in cap. afferte de præſumpt*.
& tenet Gloſſa *in cap. in noſtra præſentia de Teſti-
bus*, *Gloſſa magna in medio* & ibi Doctores. Ter-
tio facit textus notabilis *in l. ſi finita*, § *cum au-
tem plures ff. de damno infecto*, vbi quando plu-
res; quibus debet caueri de damno infecto mit-
tuntur in poſſeſſionem domûs ruinoſæ ex primo
decreto intelliguntur immiſſi æqualiter pro in-
diuiſo, & faciunt ſibi partes per concurſum.
† Vnde fit vt ſi iſti Litigantes æqualem titulum 10
ſuæ poſſeſſionis oſtendant, videntur habere ti-
tulum & poſſeſſionem pro parte; ſin autem nul-
lum oſtendant titulum, ſaltem videntur habere
titulum de iure gentium, quaſi occupauerint rem
vacantem quæ in nullius bonis erat, ob idque
meritò vnuſquiſque diceretur habere partem
æqualem in re & æqualiter, & communiter poſ-
ſidere pro indiuiſo, & ita fit, vt ſi in hoc caſu
quilibet eorum velit intentare Iudicium petito-
rium, poterit vtique cum prædicta doctrina &
ſententia tantum feratur in poſſeſſione; ita ma-
giſtraliter Bart *in dicta l. ſi duo*, *ff. vti poſſide-
tis*, *col. fin*. idem *in dicta leg. vnica*, *Cod. vti
poſſidetis*, Angelus & Aretinus *in* §. *quadrupli*,
col. penult. in fine. Inſt. de actionibus, Platea *in* §.
retinenda. Inſtituta de interdictis, *col. fin*. & tenuit
Vincentius hîc, quem refert Abbas *num* 37. ſe-
quitur Gomezius *in l*.45. *Tauri num*. 179. propè
finem, vbi ait eam tanquam æquam eſſe ſeruan-
dam

Digitized by Google

dam in Iudicando & conſulendo, quia benè ful-
cita eſt,& ſecundū hanc partem faciunt quæ do-
cet Balb. hic ex multis, *n.* 13. *quia à n.* 14. contrariis
ſatisfacit,& ſecundùm hæc venit eſſe vera quar-
ta dubitatio noſtri textûs ſupra in verſ. *quarto.*
11 † Alij autem dixerunt quod ſorte dirimatur;
cui ſit adiudicanda poſſeſſio, & ille defendatur
in poſſeſſione, & alius intentet Iudicium pro-
prietatis rei vindicationis: argumento textûs *in
leg.* 3. *in principio*, *Cod. comm. de leg. l. in tribus*,
cum *l. ſequenti*, *ff. de Iudiciis*, *textûs in l.* 3. *ff. Fa-
milia erciſcundæ*, *l. generaliter*, §. *prœinde* verſ. *quis
ergo*, *ff. de fideicommiſſ. libert.* & tenuit Gloſſa hîc
in verbo *uti poſſidetis* in fine Ioannes Andreas
col. fin. prope finem, qui dicit eſſe magis commu-
nem, Hoſtienſis *col. penult.* vbi dicit hoc eſſe
iuſtius, & quod per conſuetudinem approbatur,
12 Felinus, *col. penult.* † Sed hæc opinio manifeſtè
conuincitur, quia Iudicium ſortis nunquam ha-
bet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis, &
hoc ſi dubium eſt de iure, vt docet Gloſſa ſin-
gularis *in dicta l. unica*, *Cod. uti poſſidetis* in verbo
prohibet in fine, quam dicit ſingularem Immola
in l. huiuſmodi §. *fin. ff. de legatis* 1. & ibi Alex.
col. 2. melius Iaſon *col.* 3. *num.* 12. idem *in l.* 3 *Cod.
communia de leg. col.* 1. *in fine*, & per iſtam opi-
nionem reprobat Gloſſa *in dicta l. unica*, *Cod. vt
poſſidetis*, *col.* 2. *in fine.* Verùm ſi dubium eſt de
facto, vt hîc nunquam Iudicium ſortis locum
habere poteſt.
13 Alij inquam dixerunt quod Iudex pronunciet
eos Poſſeſſores, dicendo vti poſſidetis ita poſſi-
deatis, & ſic vterque, ad quod reſpicit textûs,
in dicta l. ſi duo in principio, *ff. vt poſſidetis*, vbi ſi
plures poſſident; quilibet defenditur in poſ-
ſeſſione per hoc interdictum, & facit ſupra ad-
ductum in ſecundo argumento verſ. *tum etiam.*
14 † Tamen hæc ſententia apertè conuincitur ex
eo, quia textûs *in l. ſi duo* loquitur in caſu, quo
plures poſſident, diuerſo poſſidendi iure, vt in
caſu primæ diſtinctionis allatæ ſupra in verſ. *hic*
tamen vbi meritò quilibet defenditur in ſua
poſſeſſione, ſed diuerſum eſt in caſu noſtro, vbi
vterque prætendit inſolidum poſſidere eodem
iure poſſidenti; vnde cum hoc videatur impoſ-
ſibile vt *in l.* 3. §. *ex contrario*, *ff. de acquirenda
poſſeſſ.* cum ſimilibus, non debet ſic ferri ſenten-
tia, aliàs enim ſequeretur, vt partes ad arma ve-
nirent, quod Iudex debet vitare, vt *in l. æquiſſi-
mum*, *ff. de vſufructu*, cum materia, & iſta con-
ſideratione; iſtam opinionem reprobat Bartolus
in dicta l. ſi duo col. 2 *prope finem. ff. uti poſſidetis*;
& Gloſſa ordinaria hîc, verbo *uti poſſidetis* in
mediu.
15 Alij verò dixerunt quod in tali dubio Iudex
nullam debeat proferre ſententiam inter partes,
ſed abſtinere ſe à Iudicando, prohibendo eos
non venire ad arma, & qui velit intendet petito-
rium: ita tenuit Gloſſa *in dicta l. unica. Cod. uti
poſſidetis* verbo *prohibebit*, verſ. *ſecundo caſu*, ibi
Azot *in ſumma col penult. in fine* Zinus *col. fin.* li-
mitans hoc verum eſſe, quando vterque agit; ſe-
cùs ſi vnus eorum, quia tunc alter abſoluetur
Actore non probante, ibi Albericus *col penulti-
tima in fine*, Baldus *penult. col, in medio*, Angelus
col. fin. prope finem, Salicetus *col. fin prope finem*,
Faber *in* §. *retinendæ. Inſtit. de interdictis*, *col.* 10.
num. 29. Cardinalis hîc *col fin in fine*, Immola
col. 3. *num.* 28. Speculator *in tit. de petit. & poſſeſſo-
rio*, *col.* 7. *n.* 32. verſ. *& nota.*

Tertia autem diſtinctio, quæ ſub ſe alias duas 16
amplectitur, & ſecundùm quas verus apprehen-
ditur noſtri textûs intellectus, ea nempe eſt, vt
ſi vterque probat ſe poſſidere inſolidum eodem
iure poſſidendi, tanquàm vetus Dominus Rei,
& vterque probat per Teſtes æquales numero
plures, & dignitate, ſed vnus probat de poſſeſ-
ſione antiquiori quam alius ille debet obtinere,
quia ſecunda poſſeſſio præſumitur clandeſtina,
vel vitioſa, cum duo inſolidum non poſſint
æque poſſidere, vt probat notabiliter textus
noſter in verſ. *ex præmiſſis*, vbi Anton *num.* 48.
& alij Doctores Bart *in dicta l. ſi duo col.* 2. verſ.
ſi verò Teſtes, idem *in dicta l. unica Cod. uti poſ-
ſidetis*, Baldus *in l. ordinarij*, *Cod. de Rei vindica-
tione*, *col penultima, in principio.* † Vel ſi vterque 17
probat ſe inſolidum poſſidere eodem iure poſſi
denti, tanquam vetus Dominus per Teſtes æqua-
les numero, & dignitate; Item & ſimiliter pro-
bant de æquali tempore poſſeſſionis. Et tamen
vnus oſtendit, & probat titulum iuſtum ſuæ
poſſeſſionis, alius non ille debebit obtinere, quia
cenſetur habere potiora iura iuxta textum no-
ſtrum in dicto verſ. *ex præmiſſis*; tenet Bart, &
alij iam relati. † Vel ſi vterque probet ſe inſoli- 18
dum poſſidere, eodemque iure poſſidenti, tan-
quam vetus Dominus Rei, ſed vnus probauit
per plures vel meliores Teſtes, ille tantùm debe-
bit obtinere in hoc interdicto, Bart *in dicta l. ſi
duo*, Salicetus *in dicta l. unica* Baldus *in dicta l.
ordinarij* cum aliis Gomezius *in dicta l.* 45. *Tauri
num.* 178. vbi intelligit Teſtes dici meliores ſe-
cundum qualitatem, & dignitatem perſonarum,
vel ſecundùm veriſimilem depoſitionem & ra-
tionem Teſtium, ſecundùm naturam, & qualita-
tem negotij: argumentu textus *in l. ob carmen*, §.
fin ff. de Teſtibus ibi *ſi verò ex his quidam eorum
aliud dixerint, licet in pari numero credendum eſt
ſecundum quod natura negotium conuenit*, & ibi *at-
que Rei aptiora, & vero proximiora eſſe compererit*,
& patet ex textu noſtro in verſ. *vix tamen*, & in
verſ. *quidam verò alij pauci*, & ibi *mala fama.*
Sub his ergo diſtinctionibus ſaria tota noſtræ 19
quæſtionis, & textus difficultas intelligitur; vn-
de fit, vt regulariter inſpici debeat quænam ſit
anterior poſſeſſio pro concedendu mandato de
manutenendo, quia tunc anteriori eſt conceden-
dum, quæ anterioritas eſt etiam conſideranda
reſpectu horarum *arg. deciſ.* Afflictis 347 Rota
Romana, *collect. deciſ.* 379. † Quod etiam proce- 20
dit, etiamſi anterioritas eſſet tantummodo circa
tempus Litis motæ, quia ſufficeret etiam in be-
neficialibus, abſque tituli obſtinatiune. Rota di-
uerſ. *in deciſ.* 595 *p.* 1. † Et ſic fit vt hæc anterio 21
ritas exigatur etiam in mandato in cauſa bene-
ficiorum Caputaquem *in deciſ.* 198 *p.* 2. ita vt non
refragetur anterior poſſeſſio, capta vigore con-
ſuetudinis optandi, Caſſad *in deciſ.* 1. *de reſtitu-
tione ſpoliatorum*, qui omnes loquuntur in bene-
ficiis reſeruatis, quod limitat, quando poſſeſſio
eſſet infecta, & propterea non manutenibilis. † Itē 22
etiam procedit anterioritas in concedendo man-
datu ei, qui in quaſi poſſeſſione exigendi cenſus
ante litem motam fuit. Rota Romana *collect. in
deciſ.* 314. † Item procedit etiam ſi authoritate 23
Iudicis fuerat quis miſſus in poſſeſſionem, &
hac de cauſa eſſet anterior. Alia tradit Ricciua
collect. 1506. vbi ait hoc procedere, quando Iu-
dex ritè, & rectè proceſſit, & ſic citato ipſo Poſ-
ſeſſore, Rota diuerſ. *in deciſ.* 802. *p.* 1. & nouiſſi-
mè

mè deciſum, *in vna de Nouellis* 10. *Iunij* 1593. coram *Regna*.

24 Quo ſit vt ad excludeodam poſſeſſiooem anteriorem, requiritur vt talis Poſſeſſor ſeruatis ſeruandis fuerit eiectos, vt fuit latè reſolntum per Rotam in vna Spoletana domûs coram Decano, quia cum Iudex nulliter proceſſerit, oon citato Poſſeſſore, illum ſua poſſeſſione noo priuauit Rota *in Aurienſi beneficiorum* 4. *Iulij* 1594. coram eodem, quod limitat Rota diuerſ. *in decis.646.p.3.* quaodo oullus erat io poſſeſſione.

25 Vnde infero quod ſi partes probarent æqualiter de poſſeſſione, & ſimiliter probent titulum; tamen vna ipſarum probat de antiquiori titulo, illa præfertur, & debet obtinere, quia præſumitur, quod ei fuerit prius tradita poſſeſſio; tenet ſiogulariter Alexand. *in l. 1. C. de edict. D. Adrian. tol. in principio, n.2.* & facit ſentẽtia Aret. & aliorum *in l. quoties, Cod. de Rei vindic.* vbi dicunt quod ſi pluribus ſit venditares & vtrique tradita, & non apparet cui prius præſumitur prius tradita primo Emptori: ita tenet Gomezius *in dicta*
26 *l.45. Tauri, dicto n.*178. in verſ. *item adde.* † Qui etiam ex aliis docet, quod licet in iſtu Iudicio poſſeſſorio noo requiratur aliqua probatio proprietatis, quia cauſatur ab ipſa poſſeſſione: tameo benè roboratur, & fortificatur ex ipſo titulo proprietatis, cum talis titulus indicet io hoc Iudicio prælationem; & victoriam datâ paritate probationis; voluit Aotonius, & Butrius *hic col.* 10. *n* 45. Baldus *in l. incerti, Cod. de interdictis, col 6 num.*14. & ante eum Bart. *in dict. leg. vnica, Cod. vti poſſidetis, col fin. in medio.*

27 Notabis verò, quod vltra anterioritatem poſſeſſionis neceſſum eſt etiam, quod poſſeſſio ſit iuſta, Rota Romana *in decis.* 172. licet vt obtineatur, non requiratur titulos, vt per eandem Rota *in decis.* 174. late Mohed. *in decis.* 153. & fuit in Rota reſolutum in vna Regnaſi reſeruationis fructuum 6. Iunij 1586. coram Gipſio quod ampliat Riccius *collect.* 1507. procedere etiam ſi agatur contra eum, qui ounquam ſoluit, Cardinalis Puteus *lib.* 3. *in decis.* 151. & ſufficit quod probetur ad effectum manutentionis per inſtrumentum, non probata anteriori poſſeſſione, Rota Romana *decis col.* 179.

28 Iterum notabis quod vbi de poſſeſſiooe vertitur, dubium quænam anterior exiſtat; tunc opponetur ſequeſtrum, Rota *in decis.* 10. vt Lite pendente in oouiſſimis *in decis.* 10. *de reſtitutione ſpoliatorum in antiquis, & in decis* 5. *vt Lite pendente in antiquis* Caſad. *in decis.* 3. *numer.* 6. *de reſtitutione ſpoliatorum*, Riccius *vbi ſupra dicta collect.* 1507. vbi docet quoad effectum concedendi mandatum de manutenendo præſumi poſſeſſiouem continuatam; vt pluries tenuit Rota, & ſignanter in voa Hiſpaleoſis iuris votandi 16. Martij 1575. coram Laureiano, *& in decis* 4. *de probat.* in noois.

29 Ex his iam vidas qualiter principalis textus noſtri concluſio, lucem accipit, quatenus docet obtinere in interdicto retinendæ poſſeſſionis eum, qui probat antiquiorem poſſeſſionem titulo maximè iuſtificatam. & ſic cum Eccleſis Rauennenſis probaſſet poſſeſſionem Caſtri, & Villæ Sancti Petri de Aridi, & ſimiliter eam per 60. Annorum ſpatium titulo etiam iuſtificatam, quam ſibi Pontifex, & Romani Imperatores conceſſerunt contra intentionem communitatis fauentinorum, quæ minus antiquiorem probauit poſſeſſionem, hoc eſt per 40. annorum ſpatium, & ſine titulo, confirmatur ex textu *in capit. cum veniſſent de inſtit. capit. cum perſona*, verſ. *quod ſi tales de priuilegiis, lib.* 6. *leg.* 1. *leg. ſi duo, ff. vti poſſidetis, leg. vnica, Cod. eodem, leg. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda poſſeſſione, §. retinendæ, & § in quorum in fine. Inſtitut. de interdictis*, Couatruuias *in pract. cap.* 17. Menochius *de retinend. remedio* 2. *&* 3. *num.*725. Maſcardus *de probationib. concluſ.* 1194. *&* 1593. Faquinetus *lib.* 8. *cont. capit.* 14. cum aliis Duarenus *lib.* 1. *diſp. cap.* 25. Cuiacius *lib.* 1. *obſeruationum, cap.* 22. *&* 27. idem *in tit. Cod. vti poſſideris*, Donellus *lib.* 15. *commentariorum, cap.* 32. *idem in dicta leg. vnica, Cod. vti poſſidetis*, Pichardus *in §. retinendæ* cum aliis. Inſtituta *de interdictis* Iulius Paulus *lib.* 4. *ſent.* 1. *tit.* 6. *in principio* & alij ſupra relati, ad quod videbis, quæ dixi de hoc remedio, *in dicto cap.* 4. *de reſtitutione ſpol.* aliqua *in cap. cum ad ſedem, & in cap. ſæpè eodem tit.*.

Nec obſtant iura, quæ adduxi ſupra *à numer.* 1. non textus *in dicta leg. ſi Paterfamilias* 4. *ff de hæredibus inſtituendis*, vbi propter dubium hæreditas diuiditur; ad quod etiam pertinet textus *in §. fin. Inſtituta de vulgari*, vbi Iuſtinianus docet, quòd ſi Seruus alienus hæres inſtitutus ſit, quem aliàs Teſtator Patremfamilias eſſe credebat, eique ſubſtitutus datus ſit, ſi Seruus inſtitutus iuſſo Domini adiecerit hæreditatem, hæreditas diuidenda eſt pro dimidia portione; Itavt dimidia ad Dominum, dimidia vero ad ſubſtitutum pertineat, ſed quia lungè expeodit Balboa *hic à numer.* 14 *ad* 19. multa alia iura pugnantia expendens; ideò eum ibi videbis, & Alciatum *lib.* 1. *diſpunct. cap.* 2. Politum *de vulgari* 4. *part. num.*7. Pichardum *in dicto § fin. de vulgari*, cum aliis ab eo relatis, & applicando eius materiam ad deciſiouem noſtri textus, exiſtimo *legem ſi Pater cum dicto §. fin. de vulgari*, accipi ſecundùm tenorem ſecundæ diſtinctionis relatæ ſupra à verſ. *ſecunda diſtinctio*. 30

Nec textus ibi *in dicta leg. ſi fundus, §. ſi duo pariter, ff. de pignoribus*, vbi ratione dubij manet obligatum pignus vtrique creditori, cum duobus obligatum pignus vtrique creditori cum duobus obligatum pro æquis portionibus obligatum credatur, quod ſit, quia ſic fuit contrahentium voluntas, qui pignus oon inſolidum obligarunt: ita Balboa *hic n.* 20. 31

Nex textus *in dict. cap.* 2. *de ſepult. lib.*6. nam cum de iure nulla detur repugnantia, vt quis ſit Parrochianus duarum Parrochiarum, ſic quod quis ſit incola duorum oppidorum *ex text. in l. ff. ad municipalem, & leg.* 1. *Cod. de Incolis*, vbi DD, ideò nullum eſt ioconueniens, portionem funeralem inter duas Eccleſias diuidere, iuxta verba *dict cap* 2. *ibi Domiciliorum Eccleſiæ habebunt inter ſe diuidere Canonicam portionem*: expendit Balboa *hic n* 21. Couar *in cap indicante de Teſtament. n.*2. Coſta *in cap. ſi Pater* 1.*p.* verbo *pauperes de Teſtamentis. lib* 6. *à num* 13. 32

Nec obſtat coofideratio adducta *numer.* 3. 33 in verſ. *cum etiam*, quia locum babet quando vterqueprobat ſe poſſidere reſpectu eiuſdẽ poſſeſſionis, veluti ſi vterque poſſideat ciuiliter, & naturaliter & de potiori Iure non conſtet poſſeſſionis alterius: nam licet verum ſit oon eſſe poſſibile duos vnam & eandem rem ſimul

inſolidum poſſidere eodem reſpectu;cum tamen poſſibile ſit duos ſimol eandem poſſeſſionē probare eo caſu pronunciat Iudex *vti poſſidetis : ita poſsideatis*, nameum tunc nō poſſit certā proferre ſeotētiam, cauſam in deciſam relinquit pronunciando *vti poſſidetis , ita poſſideatis* ; quia eum mutuo concurſu ſi impediāt probationes vtriuſque partis , non eſt mirum vt incerta ſit ſententia , & ad hoc reſpicit Balboa *hic n.* 11. *in fine* ; ſed ego exiſtimo vt Iudex debeat procedere ſecundùm doctrinam iactam ſupra à verſ. *ſecunda diſtinctio*, & videbis quæ dico *infra*, *q*.5.

34 Vnde non obſtat adductum ſupra *n*.4.in verſ. *tertio*, quia licet verum ſit, quod ſi vterque Litigator poſſideat ex diuerſis reſpectibus;tunc habeat locum dicere , *vti poſſidetis* , *ita poſſideatis* , hoc eſt vt ſi vnus probaret poſſeſſionem,& alius etiam, tamen diuerſis reſpectibus , veluti cum vnus poſſidet vt proprietarius , alius vt vſufructuarius, & vnus alteri ; tunc & econtra deberet condemnari interdicto , *vti poſſidetis* , ad quod facit quod dixi ſupra in verſ. *his tamen non obſtantibus* , & expendit Graña hic cum Donello, Gomezio, & aliis, *num* 4 expendens textum *in*

35 *dicta l.ſi duo* 3.*in fine ff vti poſſidetis.*† Tamen hoc non adaptatur ad textum noſtrum ex eo : nam cum Eccleſia probaſſet generaliter omnem poſſeſſionem poſſidere, & Teſtes depoſuerint penes Eccleſiam eſſe omnem honorem , & iuriſdictionem in prædictis locis , & ſub illa vniuerſali etiam continerentur ſeruitia: argumento textus *in cap. ſi Romanorum* 19. *diſt.* & poſſeſſio Eccleſiæ eſſet antiquior poſſeſſione communitatis,Fauentinæ,illa præfertur , & hæc vitioſa , & Clandeſtina præſumitur , ob idque in omnibus obtinuiſſe Eccleſiam probant Innocentius hîc,quem ſequitur Anchgranus *n*.19. in tertia oppoſitione Bellamera *num*.30 tradit Balbos hîc. *n* 29 & ad idem tendit ſub alio dicendi modo , Graña hîc legendus , *num*. 6.

36 Ex prædictis iam non obeſt quarta difficultas addicta ſupra in verſ. *quarto*, quia reſpondetur illud procedre iuxta diſtinctionem iam relatam ſupra in verſ. *ſecunda diſtinctio eſt* ,quod ad caſum noſtri textûs non adaptatur , cum hîc ſatius Eccleſia probauit ſuam poſſeſſionem , quam communitas, vt iam explicui *n præcedenti*.

37 Quinta , & vltima difficultas non obſtat cui reſpondeo, quòd licet verum ſit,vt iura incorporalia penes plures eſſe poſſint. Tamen hic non fuit ſimpliciter diſceptatum de iuribus incorporalibus , ſed præcipue de re corporali Oppido ſancti Petri , de cuius poſſeſſione principaliter actum fuit , quamuis in eius conſequentiam deducta fuerint iura incorporalia ; hoc eſt ſeruitia quæ ex ipſa oppidi poſſeſſione dimanabant , vt conſtat ex verbis hîc *loca ſupradicta poſſedit* , *& ibi aliis ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis* ; ita docet Graña *hic num*. 5. omiſſa Iaſonis interpretatione *in dicta l*. 3. §. *ex contrario*,) *ff*. *vti poſſidetis n*.82 . itaque cum Eccleſia probaſſet ſe cum titulo poſſidere , & communitas non item debuit obtinere in poſſeſſione ; alia adducit Graña *n*.7.& Balboa *hic n*.29.de quibus infra.

QVÆSTIO II.

An ſic quod certum ſit , vt poſſeſſione probata æqualiter inter litigantes præferatur qui titulum habet, oporteat vt fiat concludens probatio per Teſtes , aut inſtrumenta : Vel an quilibet eorum teneatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis : Et an commodum ſit poſſidere ?

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio quando inter duos poſſeſſores dicatur efficacius probata*, n. ſequentibus.

5 *Poſſeſſio , efficaciter probatur, ſi Teſtes deponant de nudo actu facti percepti ſenſu corporeo , ſi ex eo reſultat ius, de quo quæritur.*

6 *Probato aliquo cenſetur probatum illud, quod ex eo reſultat.*

7 *Poſſeſſio probatur ſi Teſtes deponant de aliquo actu apprehenſiuo ſimul cum titulo.*

8 *Poſſeſſio probatur ſatis deponendo Teſtes , quilibet circa diuerſum actum poſſidendi exemplificatur, à n.*10. *veluti arando, colligendo fructus , recipiendo mercedem, vel penſionem.*

13 *Poſſeſſio probatur per inſtrumentum publicum,& per librum cenſualem.*

14 *Poſſeſſionis titulum nemo tenetur oſtendere , niſi in beneficialibus* n. 15. *quid de Vaſſallo , vel de habente titulo illegitimo , & præſcribente* , num. 16. 17.

18 *Poſſidere commodum eſſe , in quibus verificetur* , n. ſequentibus.

Dominium probatur ex poſſeſſione , & fructuum perceptione.

19 *Poſſeſſor poteſt conueniri Rei vindicatione.*

20 *Emptor qui adipiſcitur poſſeſſionem Rei , præfertur alteri emptori non adipiſcenti.*

21 *Beneficiatus. vt foro fruatur , debet probare titulum & poſſeſſionem beneficij.*

23 *Poſſeſſio operatur fructuum acquiſitionem.*

24 *Poſſeſſio beneficij probat eo ipſo collationē præcisè.*

25. *Beneficium* l. fin.Cod. de edicto Diui Adriani *vt concedatur petenti, præcedit probatio poſſeſſionis defuncti.*

26 *Contribuere debet habens poſſeſſionem in aliquo territorio prænunciatione loci.*

27 *Baro habens poſſeſſionem feudi , poteſt dare vocem in Parlamento.*

28 *Poſſeſſio excuſat à caducitate emphiteuſis.*

29 *Poſſeſſio Rei vindicata ab aliquo poſſeſſore traditur vindicandi, qui ex duobus eam vindicantibus vicerit, limitatur*, n. 30.

EX prædictis ſupra quæſtione præcedenti, legitimè infero ad dubia poſita in hac difficultate,cum ergo ſupra dixerim ex noſtro textu, quod probatâ æquali poſſeſſione inter duos, ille, qui habet titulum, habet potiora iura vt *in leg*. 1. *Cod. de edicto Diui Adriani tollendo* ; tenet Bartolus ex omnium doctrina , & ſequuntur DD. *in naturaliter*, §. *nihil commune* , *ff de acquirenda poſſeſſione*, vbi præcipue Iaſon *n*.37. *in* 4.*concl*.Socin. *in conſ*.98. *n*. 15. *vol*.4 *tradit* Gutt. *conſ*.6. *n*.1. ex verbis noſtri textus in verſ. *ex præmiſſis* ibi *maximè cum idem Fauentini iuſtum poſſeſſionis titulum non oſtendant* , optimè nunc inquiritur , qualiter probetur. 1

Igitur

Digitized by Google

2 Igitur ex noſtro text. patet per Teſtes proba-
tam fuiſſe vtriuſque poſſidentis poſſeſſionem, ſed
quia per meliores & efficaciores Eccleſiam pro-
baſſe antiquiorem poſſeſſionem conſtet; ideò ei
facta fuit adiudicatio ex iam relatis, *quaſt. præced.*
quare hîc ſeſe offerebat campus ad agendum de
prælatione, & de dignitate Teſtium, de quo *in-
fra in tit. de Teſtibus*, in locis dignitatis *ſupra*
præcipue *in cap. in noſtra 32. in paraphraſi*, & ſic
ſit, vt Teſtis dicat Sempronium poſſidere do-
mum; alter verò Teſtis dicat poſſediſſe cum Ia-
cobo, dicatur ſatis probata poſſeſſio, docet Be-
mint, *in deciſ. 33.* Riccius *in l. per inſtrumenta, ff.
de acquirenda poſſeſſione, collect. 965.* verſ. *quarto.*

3 Quare ſi per Teſtes probatur actus verus, &
naturalis, puta ingreſſus in rebus immobilibus,
vel apprehenſio in rebus mobilibus, vel quando
probatur aliquis actus fictitius tranſlatiuus poſ-
ſeſſionis, vel probatur aliqua qualitas Rei, ex
qua reſultet acquiſitio, & tranſlatio poſſeſſionis
4 ſine aliquo actu vero, vel ficto. † Vel quando
non probatur aliquis actus primordiatis poſſeſ-
ſionis verus, vel fictus, ſed probatur quod quis
habet & tenet aliquam rem, quia ex illa proba-
tione facti, & nudæ detentionis reſultat vera, &
iuridica probatio iuridicæ poſſeſſionis, modo
Teſtes, per quos fit talis probatio ſint ruſtici;
modo periti, & modo ſciant, quod ſcit poſſeſſio,
modo non.

5 Et ſic infero bene ſufficere, vt Teſtes depo-
nant de aliquo nudo actu facti, quem percipiunt
ſenſu corporeo, ſi ex eo reſultat ius, de quo
quæritur, docent textus *in l. 1. ff. de acquirenda
poſſeſſione*, & ibi *in §. adipiſcimur, & in l. 1. eodem,
& in §. ex contrario eiuſdem legis*, vbi ea ſola de-
tentione facti arguit; & infert conſultus ad ve-
ram, & iuridicam poſſeſſionem textus, *in leg. 4.*
6 verſ. *dare. ff. de vſufructu.* † Et confirmatur, quia
probato aliquo, ſemper cenſetur probatum illud,
quod ex tali actu, & iuris diſpoſitione reſultat,
*l. illud ff. de acquirenda hæreditate, l. ad legatum, l.
ad rem mobilem ff. de procurat.* & quod ex tali fa-
cti probatione reſultet probatio naturalis, & ci-
uilis probationis conſtat, quia annexè, & conſe-
cutiuè iuris diſpoſitione ei accedit, vt tenet Bal-
dus *in cap. cum cauſam, col. 3. numer. 13. de Teſt.*
quod limitat Gomezius *in dicta l. 45. Taurin* 201.
niſi ea qualitate perſonæ, vel ex natura ſubie-
ctæ materiæ, in qua Teſtes deponunt, debeat
præſumi contrarium, vt ſi Teſtes deponunt ſer-
uum Infantem Colonum, Inquilinum, Commo-
datarium habere, & tenere aliquam rem, quia ex
tali probatione non reſultaret probatio poſſeſ-
ſionis, ſed nudæ detentationis, & idem eſſe ſi
conſtant vtramque poſſeſſionem, vel aliquam
earum eſſe ab alio occupatam, quia probatio de
tentationis, non inferret probationem poſſeſſio-
nis: argumento textus, *in l. clam poſſidere, §. qui ad
7 nundinas, ff. de acquirenda poſſeſſione.* † Quod ſi Te-
ſtes deponant de aliquo actu apprehenſiuo poſ-
ſeſſionis iunctum cum aliquo titulo, vel contra-
ctu, ex quo non cauſatur niſi ſola poſſeſſio natu-
ralis, vt in fructuario, vel ſimili perſona, aut ſola
ciuilis, vt in Proprietario, vel ſimili, ſatis proba-
tur poſſeſſio, vt tenet Ant. de Butrio *in c. cum ad
ſedem de reſt. ſpol. n. 29.* Bald. *in l. 1. C. comm. de vſu-
capion*, Alexander *in l. ſtipulatio habere licere, §. hac
quoque, col. 1. ff. de verb. oblig.*

8 Itaque ſit vt ſi Teſtes deponant de diuerſo
actu poſſeſſionis, vt quia vnus deponit quod vi-
dit titulum habere, & tenere fundum, alius quod
vidit arare, vel ſeminare, vel fructus percipere,
vel alium diuerſum actum poſſeſſionis exercere:
tunc ſatis iſti Teſtes probant poſſeſſionem, & ſi
opponas dicendo ex textu noſtro, ideò commu-
nitati fauentinæ non fuiſſe adiudicatam poſſeſ-
ſionem, quia ipſius Teſtes erant ſingulares, & ſic
nec in hoc caſu admittendum, quia iſti ſunt ſin-
gulares Teſtes. Reſpondeo, quod poſſeſſio eſt
quoddam genus continens in ſe plures, & diuer-
ſos actus, vnde licet iſti Teſtes ſint ſingulares, &
in illis actibus ſuper quibus deponunt: tamen
ſunt conteſtes in probanda poſſeſſione in genere
ſumptaque ex iſtis actibus differentibus reſultat;
docent Immola *in l. inter partes, ff. de reiud. col. fin.
in fine*, Angel. *per text. ibi in l. 2. §. diem, ff. quemad-
modum Teſtamenta aperiantur. col. 1. n. 2* Gloſſa ſin-
gularis *in l. Actor, C. de probat. in Gloſſa 3.* vbi po-
nit regulam quod genus in ſe poteſt probari per
differentes ſpecies, vel actus diuerſos & particu-
lares, ibi Baldus *col. 2. n. 4.* Salicetus *n. 5.* idem *in l.
Teſtiũ, C. de Teſtibus, q. 8* comprobat etiam Gloſ-
ſa *in l. ob carmen. § fin: in Gloſſa fin. ff. de Teſtibus*,
vbi ſi quis intentat probare ſe poſſediſſe, & vnus
Teſtis dicit quòd vidit eum poſſidere, & actus
poſſeſſionis exercere, alio diuerſo tempore, cen-
ſeatur bene probata poſſeſſio, commendat Bart.
ibi & Baldus.

Et concluſiones ſupra relatas, probant latè 9
Gloſſ. fin. & ordinaria *in dict. l. ſtipulatio iſta, § hac
quoque in* verbo *ſtipuletur, ff. de verb. oblig.* licet non
ita fundet, & declaret, & ibi Bart. Angel. Immola,
Rom. Paulus, Alex. Iaſon. Bart. *in l. 1. ff. ſi certum
petatur, col. 3. n. 14* vbi Bald. & communiter DD. &
idem Bald. *in l. 1. Cod. de ſeruis fugitiuis, col. pe-
nult. n. 29. & in cap. 1. §. poſſeſſiones col. 1. n. 4 de pace
conſtantia in* verſ. *feud. & in l. data opera, col. 7. n. 32.
Cod. qui accuſ. non poſſ.* Immol. & DD. *in l. qui vias,
§. 1. ff. de damno infecto* Innoc. *in cap. cum olim el. 2.
col. 2. in fine de priuileg.* Ant. *in cap. cum ad ſedem,
col. penult. n. 29. & reſtit. ſpol.* & ibi notabiliter Ab-
bas, *n. 7.* vbi ego dico, *& in cap. 4.* eodem.

Vnde etiam infero, quod quando probatur 10
quem arare, vel ſeminare fundum, de cuius poſ-
ſeſſione quæritur, vel in eo ædificare, vel aliquem
alium vſum exercere: tunc eo ipſo conſeri pro-
batam poſſeſſionem, vt probat textus notab. *in
l. vim facit, ff. de vi, & vi armata* ibi Doctores *in
l. 3. §. item videamus* verſ. *etenim, ff. vti poſſidetis*;
notat Gloſſa ordin. & ibi communiter Doctores
in l. 3. Cod. finium regund. Bart. *in l. de ætate 6.
col. n. 11. ff. de minoribus* Angelus de Aretino *in
§. ſic itaque. Inſtit. de actionibus, col. 5. num 7.* vbi
valde commendat.

Item etiam quando probatur quod quis per- 11
cipiebat fructus ex re *l. 3. in principio, ff. de reſo-
lut.* vbi Bart. Angel. Paul. & DD. *in l. Pomponius
per textum ibi ff. quibus modis vſusfructus amittatur*,
vbi Bald. & Doctores. Et confirmatur, quia poſ-
ſeſſio cauſat acquiſitionem fructuum, vt notatur
per Gloſſam, & omnes ſcribentes *in dicta l. 3. §.
ex contrario, ff. de acquirenda poſſeſſione*, cum pro-
bato effectu cenſeatur probata poſſeſſio; vt in
terminis probat Baldus *in leg. Iudicia, Codic.
de Rei vindicatione, col. 2. numer. 6.* Paulus de
Caſtro *in leg. 2. Codic. de acquirenda poſſeſſio-
ne, num 3.* Bellamera *in deciſ 43. num. 3.* Ioſeph
Ludouic. *deciſ peruſin, 19. n. 14. quod limitat* Ricc.
dict. collect. 967. ſi fructus percipiantur Iure fa-
miliaritatis, quia talis poſſeſſio non eſt attendẽda

Balbus *in deciſ.*29. idem Ioſeph Ludouicus *in deciſione ſua* 3. Afflictis *in deciſ.*167 quas notabis ad
textum *in l. qui iure familiaritatis, ff de acquirenda*
12 *poſſeſſione.* † Item etiam ſi probatur per Teſtes,
quod quis recipiebat penſionem vel mercedem
rei ab aliquo tanquam Colono, vel Inquilino,
quia eo ipſo cenſetùr probata poſſeſſio, vt probat textus *in l. qui vniuerſitas § quod per Colonum,
ff. de acquirenda poſſeſſione*, vbi notant Barr. Alberic. Paulus, Imola, & communiter Doctores,
textus *in cap. cum veniſſent de reſtitutione ſpoliatorum*, ibi, *perceperunt annuam penſionem*, & notat ibi
Gloſſa Ordinaria 2. *Auth* Abbas, Cardinalis Anchatanus, & communiter Doctores, & videbis
quæ notat Antonius Gomez *in dicta l.*45. *Tauri,
in* 5. *actu ficta poſſeſſionis*, Afflictis *in deciſ.*325. Boërius 239. Ioſeph Ludouicus *in deciſ. Lucan.* 65.
Riccius *vbi ſuprà.*

13 Probatur etiam poſſeſſio modis ſuprà relatis,
& per inſtrumentum publicum, in quo continet
partem eſſe inductam in poſſeſſionem factam,
Cardinalis Puteus *in deciſ.* 7. *lib.* 3. quam conferunt Doctores ſuprà relati ad textum *in d l.* 21.
per inſtrumenta, ff. de acquirenda poſſeſſione; docet
Riccius *dicta collect.* 967. Gomezius *in dicta l* 45.
*Tauri, n.*201. & conducunt quæ ex multis tradidit Guttierrez *dicto conſ.*6. *a n.*4. vbi dicit quod
per inſpectionem inſtrumenti dicitur conſtare
notoriè de non iure agentis: & ibi *n.*6 *&* 7. quod
ex libro cenſuali antiquo alicuius Eccleſiæ creditur in præjudicium ſoluentis, dummodo reperiatur & conſeruetur in loco non ſoſpecto:
Et quod per libros poſitos in Archiuio publico
ciuitatis probantur cenſus & redditus ipſius,

14 Ad ſecundam difficultatis partem, an quilibet
poſſidentium teneatur oſtendere titulum ſuæ
poſſeſſionis, vt diſſoluam, aduertes ad ea quæ dixi ſuprà de reſtitutione ſpoliatorum *in cap. cùm
ad ſedem*, vbi quod poſſidere præſumitur qui aliquando poſſidet, non ſolùm de præterito, ſed &
de præſenti. ibi, *q* 1. *à n.*4. vbi limitatur *à n.*6. &
declaratur *n.*17 *& in c. olim* 16. *eod.* vbi dixi quòd
poſſeſſor de præſenti, non præſumitur de præterito, quando conſtat quod alius poſſidet; ſecùs
in dubio, & quid reſpectu particularis ſeu vniuerſalis, ibi, *q* 3. *à n.*1. Et quod poſſeſſor nouus
cum titulo, non ideò ſuccumbit, quòd poſſeſſio
antiquior probetur, *in cap. ſæpè eodem, q* 3. *n.*14.

15 Eſt ergo breuiter dicendum, quòd nemo tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, nec ad
id cogendus, *l cogi Cod. de petit. hæreditatis cum ſimilibus, l.* 1. *tit.*10. *p.*3. & ibi Gregor. Hæc tamen
aſſertio quæ communis eſt inter Doctores, limitatur in beneficialibus, in quibus Epiſcopus poteſt per Edictum cogere Beneficiatos vt titulum
ſuorum beneficiorum oſtendant, ſub priuationis pœna. vt notant omnes *in cap. Ordinary de
officio Ordinarij* Felinus *in cap. licet.* Hely *de ſimonia*; latè per Bernardum *in regula* 236. & ibi addit Panormit. *in cap. delicto n* 8 *&* 13. *de Præb. &
in cap. cùm in noſtris, n. fin. de conceſſ. præbenda.* Baldus *in dicta l. cogi*, & *in l. ciuilem, Cod de furtis* 1.
oppoſitione, *& in l* 2. verſ. *porrò, Cod. quomodo &
quando Iudex*, Angelus *in l. qui aliena, §. ſed ſi adierit, ff. de acquirenda hæreditate*, & ibi Iaſon *n* 8. Afflictis *in cap.* 1. *notab.* 6. *de controuerſ. inueſtitura*,
Idem Iaſon *in § actionum, n.*225. *Inſtit. de actionib.*
vbi tradit, quòd ſi vocatus à Rege, vt oſtendat
iura, ſeu titulum ſuæ poſſeſſionis, poſſit ad id ne
compelli ſub priuationis pœna; de quo idem Felinus *in dicto cap. licet*, Hely *n.* 7. & refert plures
Gratianus *reg* 466. *n.*2. † Et Matthæus de Afflictis *in deciſ.* 265. *n* 87. probat vaſſallum teneri 16
oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, Domino requirente. † Et Molina *de Hiſpan. primogenijs,* 17
*lib.*2 *cap.*6. *n* 86. tradit quod habens titulum illegitimum ex quo præſcriptio excluditur, tenetur
in foro conſcientiæ, vel liti & cedere, aut illum
oſtendere, & Cujacius *tom.*1. *controuerſ.*10. *à n.*1.
ait, quòd tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, allegans & ponens fundamentum in eo,
& Patianus *de prob. tit.* 1. *cap* 6 *à num.*16. dicit,
quòd ad id tenetur in caſibus 14 quos leges Doctores ad ſaturitatem.

Ad tertiam quæſtionis partem, an commodum ſit poſſidere, vt late agas, applicabis mul- 18
ta quæ adduxi ſuprà *ad Rubricam & titulum de
cauſa poſſeſſionis, & ad titulum de reſtitutione ſpoliatorum.* Quare nunc breuiter dico, quòd poſſidere commodum eſt; vt agnoſcunt Doctores
per textum ibi, *in l. is qui, ff. de rei vindicatione.*
Et ſic fit vt ex poſſeſſione proueniant aliqua
commoda, & effectus. Primò, quia dominium
probatur ex poſſeſſione & fructuum perceptione, ſi incidenter tantùm, non etiam principaliter de dominio quæratur, Antonius Faber *in
deciſ.*18 *Cod. de rei vindicatione.* † Secundò, quia 19
poſſeſſor poteſt conueniri rei vindicatione. Idem
Antonius Faber *in deciſ* 9. *eodem tit.* quam notat
Riccius *collect. deciſ* 603. *ad textum in l. officium, ff.
eodem.* † Tertiò, quia inter duos emptores eiuſ- 20
dem rei potior eſt qui prius realem poſſeſſionem
apprehendit, Maynardus *in deciſ.*62. *lib* 2 quam
notat Riccius *ad textum in l. quoties, Cod de rei
vindicatione*, vbi Doctores, & facit doctrina
textùs noſtri. † Quartò, quia beneficiatus ad 21
effectum, vt effugiat forum ſæculare, non ſufficit probare titulum beneficij, niſi etiam illius
probet poſſeſſionem, Ferrer. Rota Catalon. *in
deciſ.*115 & ita cenſuit ſacra Congregatio ſuper
Concilio Trident *can* 6. *ſeſſ.*24. vt refert Maſtrillus *in deciſ.*114. *p.*1. & faciunt quæ adduxi ſuprà
*in cap.*2. *de foro competenti, q.*7. † Quinto, quia 22
poſſeſſio operatur fructuum acquiſitionem, Guido Pap. *in deciſ.* 8. † Sextò, quia nonniſi poſ- 23
ſeſſori interdictum, vnde vi datur Ann. *allegatione* 113. de quo interdicto videbis quæ adduxi
ſuprà *de reſtitutione ſpol. in cap item cum quis* 6 *&
in cap cum ad ſedem* 15. † Septimò, quia poſ- 24
ſeſſio efficit, vt cum beneficium ab Ordinario eſt
collatum, præſumatur collationem illam fuiſſe
priorem; notant Doctores *in cap. ſi a ſide de præbendis, lib* 6. Puteus *in deciſ* 294. *lib.*2. † Octauò, 25
quia vt beneficium legis *fin. Cod. de edicto Diui
Adriani tollendo*, concedatur, neceſſe in primis
probare defunctum poſſediſſe illa bona tempore
mortis, vt agnoſcunt Doctores ibi, & tenet
Ann. *allegatione* 20. † Nono, nam habens poſ- 26
ſeſſionem in aliquo territorio, contribuere debet pro munitione loci, Guido Pap. *in deciſione* 7. quòd intelliges fieri ſecundùm quæ ex
multis tradit Flores de Mena *variarum quæſtionum, lib.*2. *quæſtione* 21. *à num.* 55. 56. 57. † De- 27
cimo, quia Baro habens tantùm poſſeſſionem
feudi, poteſt interuenire, & vocem dare in
Parlamento, licèt inueſtituram non haberet, pulchrè Maſtrillus *in deciſione Rot. Sicil.*
18. *p* 1. † Vndecimò, nam licèt clauſula, 18
ſaluo aſcenſu Domini, in alienatione emphiteuſis excuſet à caducitate; ſecùs tamen
quando

qoando tradidit poſſeſſionem, Gaſpard. Theſaurus Rot. Taurin. *in deciſ.53. p.1.* & alios poſſeſſionis effectus congerit Guido Pap. *in deciſ.356.* Et videbis quæ tradit Cagnolus *in l. in pars 172. ff. de regulis iuris, n.2.* vbi plures refert aſſerentes commodum eſſe poſſidere, & ibi, *n.10.* tradit, quandoque non eſſe commodum, vt pulchrè per Anrbarranum *conſ.174.*

29 Vnde infero quod ſi duo vindicant eandem rem ab eodem poſſeſſore primo vincenti traditur præſtita cautione, Doctores *in l is à quo, ff de Rei vindicatione* Riccius *collect. 619.* qui id limitat primo in intruſo, lite pendente, vel quando ex voo, eodemque iure plures veniunt contra

30 tertium. † Et limitat etiam io caſu quando quis comparet ad infringendum iora romperitorum, quia tunc ſuperſedebitur ad inſtãtiam primò venientis, donec integrè determinetur. Etenim ait quòd diſpoſitio illius legis, ſibi locum vindicat quando ſunt plures competitores agentes contra poſſeſſorem, & vnus priuſquàm alius victoriam habuit. Mayoard. *in deciſ.29. lib.3.*

Qvæstio III.

Si plures prætendant eſſe Domini, & Poſſeſſores alicuius equi, vel animalis, & vterque petit, & vindicatâ tertio detentatore, & probat Dominium & poſſeſſionem, quid Iudex faciet: Et an quando duo, vel plures reperiuntur inſtituti ab eodem Teſtatore in diuerſis Teſtamentis, eiuſdem diei, vel hora, quis eorum ſuccedat: Et an ſi duo, vel plures dicant ſe eſſe Succeſſores maioratûs inſolidum, & habere poſſeſſionem naturalem & ciuilem, qualiter Iudex ſe habeat: Et an qualis præſumatur mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis?

Svmmarivm.

1 *Poſſeſſio equi, ſeu alterius animalis, cui adiudicetur, ex duobus æqualiter eam probantibus.*

2 *Teſtamenta duo eiuſdem diei, & hora condita, vter eorum executioni mandetur.*

3 *Poſſeſſio, quæ vocatur ſummariſſima, vtri ex litigantibus maioratum adiudicetur, n.4.*

5 *Mutatio cauſæ circa poſſeſſiones cenſetur ex nouo titulo, n.6. 7. 8.*

7 L. Item quæritur, §. qui impleto, ff. locati.

1 AD primam quæſtionis partem, quam dirit Paris de Puteo *tractatu de ſyndicatu* in verbo, *probatio,* in principio, à nemine tactam, & ſic, vt reſpondeat, tenet quòd ex aliquibus conjecturis vna probatio præfertur alteri, puta ſi ſit equus, vel animal quod liberè dimittatur, & accedat ad dumum vnius, & non alterius: argumento *l. tertia. §. eiuſdem, ff. de Teſtibus, & in §. panonum, Inſtit. de rerum diuiſione, & in §. illud quæſitum, cum aliis eodem tit.* Cúmque hæc oon videatur cooclude os probatio, alij exiſtimarunt, quòd ſi fortè oon vertitur lis ſuper animalia, ſed ſuper alia re, vel poſſit dirimi iudicio ſortis: argum. *l tertia, §.1. Cod. comm. de legat.* & ex his quæ dicta ſunt ſuprà *quæſt. 1,* in verſic. *alij autem dixerunt.* Tamen cùm hoc noo habeat lorom, niſi in caſibus à iure expreſſis, Gomexius *in leg. 45. Tauri. num.176. circa finem:* tunc ſententiam ferendam eſſe pro vtroque, ita vt inter eos diuidatur; ad quod reſpicit dictum *in dicta quæſt. 1.* in dicto verſic. *alij autem,* & in verſic. *alij inquam.*

Ad ſecundam quæſtionis partem poſſuot plura moueri pro exacta declaratione, præcipuè ſi attendas ad deciſiooem textûs *in cap. ſane 2. de ff. de officio delegati,* vbi cùm duo reſcripta ſint impetrata, ſub eadem data & contraria forma: tuoc cùm de prioritate conſtare non poſſit, & deinde incertitudo ſuccedat, reddâtque dubiam Pontificis voluntatem, meritò vtriuſque executioni ſuperſedendum eſſe, donec conſulatur Papa, reſpondet ibi Alexaoder III. ne propter eam incertitudinem fiois litia impediatur: ita Cardinalis & Doctores ibi, *& in cap. cæterum de reſcriptis:* ergo videtur vt in præſeoti dicamus illa teſtamenta, in quibus duo vel plures inſtituti reperiuntur eiuſdem diei vel horæ, nullo pacto eſſe executioni mandaoda propter inrertitudinem. Et applicabis dicta *in cap. imputari 13. infra de fide inſtrument & ibi q.2.* 2

Ad tertiam quæſtionis partem, videlicet, an ſi duo vel plures aſſerunt ſe eſſe ſucceſſores maioratûs inſolidum, aut alterius cuiuſlibet rei, & habere poſſeſſionem ciuilem & naturalem, modò prædictæ res ſint in ſequeſtro, penes tertium Iudicis mandato propter timorem rixæ, modò non ſint io ſequeſtro, quia detineotur ab aliquo eorum, vel ab aliquo tertio, modò res ſint vacantes reſpectu detentationis, & vtraque pars prætendit ſe habere poſſeſſionem, & intentat eoram Iudice remedium poſſeſſorium, & ſic interdictum vti poſſidetis, in quo dicit ſe poſſeſſorem, & petit in ea defendi, & in conſequentiam petit detentionem earundem rerum, & fortè Iudicium poſſeſſorium habet moram & longam detenrationem; an interim lite ſuper poſſeſſorio peodente poſſit Iudex ex officio, vel ad partis petitionem, ſine præiudicio iuris ipſarum partium ſummariè, breuiter & ſimpliciter recipere probationem ſuper prædicta poſſeſſione, vt ille, qui meliùs probat, ſtatim declaretur & mittatur in actualem poſſeſſiooem & detentationem rerum, & in ea defendatur, donec definitiuè lis ſuper remedio poſſeſſorio plenariè decidatur. 3

Cúmque articulus iſte pendeat ab his quæ dico *quæſt. ſequenti de remedio poſſeſſorio,* quod vocatur *del interim,* per quod oullum præjudiciom generatur poſſeſſorio plenario, de quo agebatur in rextu ooſtro; ideò quatenus practicetur in materia maioratûs, remittens ad ea quæ dixi *in cap. fin de Iudiciis, q.1. in fine, & in c fin de lib oblat. q.4. §.13.* Et quatenus practicetur in aliis, & an de iure ſubſiſtat, videbis dicta *quæſt ſequenti,* 4

Ad quartam quæſtionis partem dico breuiter, quòd licèt nemo præſumatur mutare cauſam ſeu titulum ſuæ poſſeſſionis, eò quòd in dubio ſemper præſumitur quis poſſidere, eo iure & titulo, quod eſt ſibi vtilius, vt tradit Rota *in deciſ.4. de probationib. in nouis,* & Riccius *collect. 1408* & DD. per textum *in l. cùm nemo, C. de acquir. poſſeſſ.* 5

Tamen ſupradicta generalis concluſio fallit ſi ſuperuenit nouus titulus, quoniam ex illius ſuperuenientia, intelligitur mutata cauſa poſſeſſionis, abſque alia animi derlaratiooe, vt ſæpiſſimè fuit reſolutum in Rota, apud Achiles de Graſſis *in deciſ.104 aliàs 4. de cauſa poſſeſſionis,* vbi 6

dicit hanc opinionem eſſe ſeruatam, tanquam magis conſonam, dicit Cardinalis Puteus *in deciſ.452.* vbi docet ſemper præſumi poſſeſſionem mutatam ex ſuperuenientia noui tituli ſiue con-
7 tractûs † Tum etiam nam licet in dubio præſumatur quia poſſidere iure familiaritatis, vt tenent Vibius *in deciſ.* 160. Ioſeph Ludouicus *in deciſ. Peruſ. 3. per textum in l. iure familiaritatis, ff. de acquirenda poſſeſſione.* Tamen hoc non procedit ex ſuperuenientia noui contractûs, ſiue ti-
8 tuli. † Quo pacto intelligit Curia Archiepiſc. Neap. *in deciſ. 333. quod textus in l. item quaritur, §. qui impleto ff. locati*, locum non habet ob ſuperuenientiam noui tituli: docet Riccius *vbi*
9 *ſupra.* † Et infert, qood ſi alicui poſt mortem filiæ ſuperuenerit titulus hæreditarius, & iure proprio poterit poſſidere, ceſſat illa familiaritatis præſumptio, quæ locum habet, quando nomine proprio citra delictum non poterit poſſidere.

QVÆSTIO IV.

An quando duo, vel plures contendunt ſe Poſſeſſores, poſſit eorum quilibet priùs intentare remedium, quod vocant de el interim, *antequam deueniant ad Iudicium plenarium poſſeſſionis: Et an poſſeſſio in interdicto, vti poſſidetis queat probari per vnum Teſtẽ: Et quæ praxis vera ſit in formando Articulos in probatione poſſeſſionis?*

SVMMARIVM.

1 *Interdictum poſſeſſorium* de el interim *fauet ei qui melius probat poſſidere quod momentaneum dicitur, & quale ſit, num.2.*

Poſſeſſorium plenarium, & ſummarium, in quo differant. n. 3. & ſub n 34.

3 *Poſſeſſio ſummaria ex præfato interdicto pluribus ſignificatur vocibus, & de eius praxi, n 4 & ſequentibus.*

4 L. libertis, § ſi quis ex ſeruitute, ff. de liberali cauſa, & num 5.

5 L. Ordinarij, Cod. de Rei vindicatione, l. incerti iuris, Cod. de interdictis, l.3. Cod. finium regund.

L. exitus, ff. de acquirenda poſſeſſione, l. inter litigantes, ff. de Iudiciis, §. retinendæ inſt. de interd.

7 *Poſſidens rem, Iuriſdictionem, cenſum, ſeu quodlibet aliud ius in eis defenditur, etiam officio Iudicis num.8.*

9 *Poſſeſſorium ſummariſſimum intentans, caueat non articulare ſe, & quod debeat citari pars in Informationibus ſumendis, ſpoliatum vel poſſeſſionem eſſe apud alium, quibus Teſtibus probatur, & qualiter de eo Iudex pronunciet, num.36.*

10 *Manutenito poteſt ex dicto vnius Teſtis dari, nec admittit exceptionem proprietatis, nec aliam reſpicientem ad petitorium.*

11 *Manutentio dependens à validitate tituli, datur diſcuſſo titulo.*

13 *Manutentio conceditur in eo ſtatu, quo quis poſſidebat ante Litem motam.*

14 *Manutenibilis quando dicetur poſſeſſio inſtrumentalis.*

17 *Manutentio non datur habenti ſe pro expoliato, ſecus ſi petat ſe reintegrari.*

18 *Manutentio competit reſignatario, & datur in gradu reſtitutionis in integrum, nec ex eo, quod denegetur, parti alteri cenſetur data.*

Manutentionis mandatum vnico conceſſum reuocatur detecta poſſeſſione alterius.

Manutentio, quando competat in quaſi poſſeſſione exigendi, & qualiter probetur à n 23.

24 *Manutentio poteſt peti, etiam poſt latam ſententiam in poſſeſſorio plenario.*

26 *Manutenibilis non eſt poſſeſſio, quæ habet Iuris reſiſtentiam.*

27 *Manutentio in iuriſdictione, datur ex ſola aſſiſtentia iuris.*

28 *Manutentio non datur in facultatiuis.*

29 *Manutentio ex præſentatione, quando detur, num. 30.*

31 *Manutentio, quæ pendet à negotio principali non datur, niſi eo prius diſcuſſo, n. ſeqq.*

34 *Manutentionis decretum requirit citationem.*

35 *Poſſeſſio in plenario non vnico Teſte probatur, ſicut in ſummario Iudicio, n. 36. 37. 38.*

38 *Poſſeſſor communiter* Beâtus *dicitur*

39 *Poſſeſſionis potiſſa articuli, qualiter formentur.*

40 *Poſſeſſio generalis de iure vniuerſali, quando tantum detur, & quando particularis ad percipiendos fructus.*

IGitur remedium, quod vocatur *de el interim*, 1
quod practicator admodum in maioratibus, ſeu In aliis rebus litigioſis; ideò inuentum eſt, vt ille tueatur in poſſeſſione, qui melius eam probat interim, dum Lis ſuper plenario poſſeſſionis vertitur: Et quia talis poſſeſſio momeoti ſit, quia patum durare ſolet, vt communiter DD. aduertunt, ideò videbis quæ copioſè adduxit *de manutentione*, & Alexander Ludouiſius diuerſis in partibus ſuarum deciſionum, & ego aliqua iam alibi dixi, Itaque dicendum eſt contra Franciſcum ſarmicotum, *lib.2. ſelectarum, capit.13.* negantem dati duplex interdictum retinendæ poſſeſſionis, alterum ordinarium quod & plenarium dicitur, de quo noſter textus loquitur, & loquutus ſui latè *in cap.4. & cap. cum ad ſedem de reſtitutione ſpoliatorum*, quod eſt quando plena cauſæ cognitio adhibetur, Iudiciorum ſolemnia obſeruantur, plenèque diſcutitur, ac examioatur, vtrum Actor poſſideat rem, de qua agitur, non ſi non clam, non precario ab aduerſario ſuo, vt colligitur *ex l.1 ff. vti poſſidetis*, vbi Vlpianus ſcribit, *ſed ſi inter ipſos contendatur, vter poſſideat, qui alteruter ſe magis poſſidere affirmat: tunc ſi res ſoli ſit de cuius poſſeſſione contenditur ad hoc interdictum remittentur*; ob idque Faquioetus *lib.8. cont. cap.15.* dixit verum eſſe, quod Sarmicotua ſcribit ſi verba tantùm edicti ſpectentur; oempe vt diſtinctio inter duplex poſſeſſorium plenarium, & ſummarium à DD. conficta ſit & inuenta, ſed ſi rem intueamur eam magnopere, iuris diſpoſitioni conuenire, & eius ratione tradit: Nam ſi periculum ſit inter litigantes, donec cognoſcitur, vter poſſideat, ne rixæ tumultus, cædeſque oriantur; vtique rectè faciet Iudex ſummatim cognita confeſtim, alterum ex Litigatoribus poſſeſſorem declarare iterum donec pleniùs res cognoſcatur, *Cur enim*, inquit Iulianus, *ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua componere, l. ſi vſuſfructus, § ſed ſi inter duos alias incipit, l. æquiſſimum, ff. de vſuſfructu.*

Quare

Google

2 Quare rectè factum eſt, vt detur aliud interdum retinendæ, quod vocatur ſummarium, vel ſummariſſimum, in quo ſummatim Iudex cognoſcat, vter Litigatoribus poſſideat tempore Litis Motæ, ad eum finem, vt ille tanquam Poſſeſſor conſtituatur, & alter ſit Petitor; ita vt alteri ius ſuum ſaluum ſit tam circa petitorium, quàm circa plenarium poſſeſſorium, & huic ſummariſſimo: tunc locus ſoleat eſſe, cum vtraque ex litigatoribus, ita contendit ſe poſſidere, vt nec libellum offerre velit, & periculum ſit, ne veniatur ad arma; quia tunc re ſummatim cognita ſine præiudicio Partium, declarat interim alterum ex Litigatoribus poſſeſſorem eſſe, donec plenè de poſſeſſione cognoſcatur, de quo, & eius praxi; videbis quæ tradunt Couarruuias *pract. cap.17.* Menochius *de retinenda poſſeſſione, remedio vlt.* Gailium *lib.1. obſeru.7.* Gomezium *in l.45. Tauri, à num.*200. & plures adducti à Balboa hîc *n.33.* & alios, Otero de Paſcuis *c.33.*

3 Ex his euenit, vt dicam, quod iſtum ſummariſſimum remedium inter nos Hiſpanos vocatur, *de el interim, o entre tanto*, vt ex variis obſeruat Menochius *d. remedio vlt. ex n.4.* Couarruuias, *vbi ſuprà*, & apud alios vocatur, *præparatorium Iudicij Poſſeſſorij principalis*, & alij vocant, *ſummariſſimum poſſeſſorium*, Galli *verò recedentiam, vel caſum nouitiatus*, & veteres *vindiciarum* appellent, vt ex Cicerone, Aſcanio, Pediano, obſeruant, Budeus *in l.2. ff. de origine iuris*, Alexander ab Alexandro *lib.2. genialium, cap.10.* Alciatus *lib.1.* Parergon *cap.9. & lib.6. cap.24.* Othomanus *in §. appellamus, Inſt. de interdictis*, Rebardus *ad l.12. Tabularum, cap 12.* plures refert, & ſequitur Menoch *de recuperanda in præludijs, n.51. & de retin. remedio 3. num.8. & remedio vlt. n.10.* ex quibus intelligit Gomezius *in d l.45. Tauri.* text. *in l 1. §.cum placuiſſet. ff de origine iuris*, ibi *vindicias filiæ ſuæ à ſe abdicaſſet*; alios congerit ſupra Balboa, vbi dicit, quod hoc apud antiquos vocabatur, *Iudicium vindiciarum*, quod Iudicium, apud Italos dicitur *noua prouiſio*, Menochius *de retin. dicto remedio 3. num 9.*

4 Quo ſuppoſito exiſtimo præter dicta praxim huius ſummariſſimo poſſeſſorij, quæ iam hodie ita eſt vſitata, iam antiquo iure fuiſſe ſtabilitam, licet non ita clarè, & pro ea facit text. *in l. libertis, §. ſi quis ex ſeruitute, ff. de liberali cauſa*, vbi diſponitur quod quando Lis, vel quæſtio vertitur inter Dominum & ſeruum, quia ſeruus proclamat ad libertatem, Dominus verò dicit eum ſeruum, & dubitatur quis eorum debeat probare intentionem ſuam in proprietate. Iudex ſummariè, & ſine libello poteſt, & debet cognoſcere quis eorum fuerit in poſſeſſione, quaſi ſeruus fuerit in quaſi poſſeſſione libertatis Dominus debet agere, & probare ſeruitutem eius; ſi verò Dominus fuerit in poſſeſſione ſeruitutis, ſeruus ipſe debet agere, & probare ſe liberum, quem textum in ſuo caſu commendat Bartol *ibi*, Albericus, & Raynut. & eius deciſionem extendit Gomezius *in d. l.45. Tauri, d. num.*200. aliàs 126. vt habeat locum in qualibet alia cauſa. Nam ſi duo, vel plures aſſerunt ſe Dominos alicuius rei, & vterque dicat ſe poſſidere, & nolit aſſumere onus probandi, Iudex cognoſcit ſummatim de poſſeſſione, & Poſſeſſorem defender in ſua poſſeſſione, & iubet alterum agere, vel probare de proprietate, prout eſt de mente omnium Doctorum ibi. Et licet textus, *in d § ex ſeruitute*, noſtram non probat praxim, nec ad id inuenta fuerit eius ſpecies: tamen in expreſſo per illũ ita defendunt ſpeculator practicæ Magiſter, *in tit. de libellorum conceptione. §. nunc dicendum eſt col.4.* verſ.22. *ibi notabil.* Ioannes Andreas *in addit.* idem tenet ſpeculator, *in tit. de poſſeſſorio & petitorio, §.1. col. fin. in medio n.2.* & Innocentius *in cap. cum veniſſent de inſtitut. col 1 n.1.* verſic. *vel dic, quod ambæ partes*: tenet ſingulatiter Baldus *in l. Ordinarij, Cod. de rei vindicatione, col 4.* verſic. *Sed hic quæro duo aſſerunt*, & reputat eſſe multùm notabile; tenet ibi Paulus de Caſtro *1. col. num 2.* dicens, quod iſtum caſum pluries habuit de facto, & iſta eſt intentio Baldi omnino videndi, *in l. fin. Cod. de edicto Diui Adriani tollendo col.2. n.4.* verſic. *eſt notandum*, idem Baldus *in l. quiſquis, Cod. quorum appellat. non recip.* & magis in expreſſo ponit hanc practicam Franciſcus de Aretino *in cap. in præſentia hoc tit. col 5. n.14.* vbi dicit, quod ſi Iudex cognoſcit de poſſeſſione incidenter, & ſimpliciter quod effectum, vt Pars, quæ poſſidet, vtatur, & fruatur poſſeſſione, & altera Pars non accedat ad fundum, nec eam moleſtet, tunc talem declarationem, & Iudicis præceptum, non facere plenum præiudicium in poſſeſſione; quia fuit Iudicium ſummarium intentatum ad alium finem: argumento textus, *in leg. fin. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris*, vbi probationes factæ in Iudicio ſummario, non plenè probant in plenario, *cap. veniens & l.2. de Teſtibus*; quod ſi Iudex cognouerit principaliter de poſſeſſione, ad hunc finem, vt determinaret, quis poſſideret remedio proprio poſſeſſorio: tunc ſententia erit definitiua, & plenum faciet præiudicium: argumento text. *in d. l. Ordinarij*, iuxta textum noſtrum. & in hoc ſenſu reputat ipſe intelligendum eſſe textum, *in d. §. ſi quis ex ſeruitute.*

Vnde ſi dicas, quod eius deciſio, ſic intel- 5
lecta, nullam vtilitatem, vel nouitatem adducat, cum de hoc ſint plura iura, idem dicentia, vt *in d. l. Ordinarij. Cod. de rei vindicatione, l. incerti iuris, Cod. de interdictis, l.3. Cod finium regund. l. exitus, ff. de acquirenda poſſeſſione, l. inter litigantes, ff. de Iudicijs, §. retinendæ Inſtit. & interdictis.* Tamen reſpondeo, quod textus, *in d. l. libertis, § ſi quis ex ſeruitute, ff. de liberali cauſa*, hoc adducit ſingulare de nouo, quod
quando quis ſimpliciter conqueritur Iudici de 6
ſua poſſeſſione turbata, & petit ſimpliciter & ſummariè in ea defendi, Aduerſarius petit idem, vel quando Iudex ex officio viſâ diſcordiâ, vult cognoſcere quis ſit in actuali poſſeſſione, quia nullus eorum vult eſſe Actor: tunc Iudex in vtroque caſu, poteſt breuiter, & ſummariè, & ſine libello de poſſeſſione cognoſcere, & interim Poſſeſſorem tueri, & defendere in poſſeſſione, & prohibere alterum, ne ad rem, vel fundum accedat, & attendes quod hoc in caſu nullum ſit præiudicium alteri parti in proprietate, nec in poſſeſſione, cum non ſit definitiua ſententia in aliquo lata, & ſic altera pars, vel quælibet earum, poterit plenariè, & iuridicè agere, vel petitorio proprietatis, vel poſſeſſorio remedio *vti poſſidetis*, libellum offerendo, & Iudicio plenario procedendo, & ſententia definitiua ferri, quæ plenum præjudicium afferat in prædicta poſſeſſione, quo pacto, & ad noſtram difficultatem intelligit text, *in d. §. ſi quis ex ſeruitute,*

Digitized by Google

tute, Gomezius *in d. l.45. Tauri*, *d. num.200. vel 126. in medio*, vbi dicit quo iura nunc ſuprà relata loquuntur, & procedunt, quando vterque, vel aliquis eorum agit de Iudicio plenario poſſeſſorio *vti poſſidetis*, & interim durante lite, nulla eſt controuerſia inter Partes, & addit quod iſta praxis.& doctrina poteſt habere locum, & verificari, modo Lis orta ſit ſuper remedio poſſeſſorio plenario, *vti poſſidetis*, modo adhuc non ſit orta, quia quolibet caſu poterit Iudex ad poſitionem partis, vel ex officio cognoſcere breuiter, & ſummariè de poſſeſſione, & illum in ea defendere *interim*; hoc eſt durãte Lite mota, vel mouenda, & ſic *n. præcedenti*, relati hanc praxim *de el interim*, probant per textum, *in d. §. ſi quis ex ſeruitute*, licet ille textus id non probet, nec eius intentio fuiſſet diſponendi caſum particularem, ſed tantùm concordare cum iuribus hoc *num. relatis*, & videbis quæ tradit Pariſ. de Puteo *de Syndicatu in parte Iudex, fol. 176.*

6 † Et confirmatur dicta praxis ex text. *in l. penult. ff. de aqua quotidiana. & æſtiua*, vbi dicitur quòd quando Lis vertitur ſuper ſeruitute, ille, qui eſt in quaſi poſſeſſione eius debet defendi, & ſibi caueri de non impediendo durante Lite, donec finiatur: nòtat ibi Gloſſa, & Bartolus, Albericus, Ravner. Angel. & Doctores, & per illum textum ita tenet Gloſſa, *in l.1. §. hoc interdicto, in gloſſ.1. magna in medio*, verſic. *tamen, ff. de itinere, actuque priu.* vbi Bartol. *col 2. n.2.* Angel. *n.2.* Paulus *in l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruitus vindicetur, col.2. n.9.* Zepola *de ſeruitut. in cap. de ſeruit. itiner. col.11. n.35.*

7 Et probatur hæc etiam praxis de iure noſtro Canonico *in cap.1. & 2. vt lite pendente*, & *in cap. cum Eccleſia Sutrina*, verſic *Clericos de cauſa poſſeſſ. & prop.* & *in cap. cum perſonæ, §. quod ſi tales de priuilegijs. lib.6* vbi probatur quod quando quis eſt in poſſeſſione rei, iuriſdictionis, cenſus, vel alterius iuris, debet in ea defendi, & nullo modo inquietari, durante lite ſuper proprietate, vbi tenent, & notant Doctores. & ego dixi aliqua *in d. cap. cum Eccleſia*, & notat Innocentius *in cap. perueniſt de cenſ.* & alij ibi communiter, & ſic concludit Gomezius *ſuprà*, vt ſimili modo contingat, quando vterque Litigator ageret remedio poſſeſſorio, quod durante lite defendatur in ea ille qui interim melius
8 probauerit † Et facit doctrina text. *in cap. cum veniſſem, de inſtitutionibus*, ſecundùm ſecundam lecturam Innocentij, quam ibi ponit, *in 1. col. in medio*, ſecundùm quam ibi probatur, quod licet ſit actum tantùm petitorio, nihilominus ſi in proceſſu negotij conſtat Iudici Reum eſſe in poſſeſſionem poteſt Iudex ex officio ſuo pronunciare illum in ea eſſe tuendum vſque ad finem cauſæ ex eo, quia omnia, quæ emergunt, & accidunt poſt Litem conteſtatam pertinent ad officium Iudicis, & ad hoc illum textum ſummè notat, & commendat Abbas ibi, in verſ. *ſecunda lectura*, & huius praxis fuit author Iacobus de Butrio *in l. incerti, Cod. de interdict.* refert plures Couarr. omnino videndus *pract. d. cap.27.* vbi benè de hac praxi agit.

9 Igitur qui hoc ſummatiſſimum interdictum intentat, debet cauere, ne aſſerat ſe ſpoliatum, vel penes aduerſarium eſſe poſſeſſionem, quia tunc non poterit obtinere, cum ad obtinendum debeat probare poſſeſſionem, vel illam habuiſſe tempore Litis Motæ, & allegare eius durationem. & tunc Iudex præcipit examinare quinque Teſtes ab Actore, & quinque à Reo & quinque ex officio breuiter, & ſummariè, cum partium citatione, vt aduertit Couarruuias *pract. d. cap.17. n.4.* ſequitur Balboa hîc cum aliis ab eo relatis *n.37.* vbi docet, quod tunc Iudex pronunciat poſſidentem defendendum eſſe in ſua poſſeſſione lite pendente ſine præiudicio iuris vtriuſque partis in proprietate, & poſſeſſione: nam in hoc interdicto datur Parti poſſeſſio cuſtodiæ causâ; nam Iudicium *interim* non facit quem pacificum Poſſeſſorem, quia ſicut ex primo decreto non conſequitur quis veram poſſeſſionem in realibus; ſed cuſtodiam, vt *in cap. paſtoralis, § præterea de officio Ordinarij, cap.1. & 2. de eo, qui mittitur in poſſeſſionem causâ rei ſeruandæ*, vbi dixi, & latè *in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, vt lite non conteſtata*; ſic etiam, nec ex hoc interdicto aliquid plus conſequitur: ſequitur Rebuffus *de pacificis Poſſeſſoribus, num.198.* Gloſſa *in cap. commiſſa de elect. lib.6.* & ſic non habere in eo locum regulam de triennali, nec reg. textus, *in Clementina vnica, de ſequeſtratione poſſeſſ. & fructuum*, de quo dixi, *in Rubric. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, & alibi. Et de natura huius interdicti videbis quæ tradit Cagnolus *in l. in pari 172. ff. de reg. iuris, num.6.* & Poſthius *de manutentione.* Et Cyriacus *tom.2. cont.245.* explicat ad quid inuentum ſit Poſſeſſorium ſummariſſimum, & quibus caſibus concedatur quibus non, & quod eſt remedium extraordinarium, & ſubſidiarium quod competit tantùm mediante imploratione Iudicis, & quod in ſumendis informationibus ſuper eo debet citari pars: ita cum Menoch. de quo alibi.

Itaque reſolutiuè ſecundùm hanc praxim infero quòd Iudicium hoc ſummariſſimum manutentionis contentatur leuioribus probationibus, imò in eo ſufficit vnus Teſtis, quia in eo attenditur nudum factum, abſque ſcientia, & patientia aduerſarij, nec in eo admittitur exceptio proprietatis, nec illa, quæ reſpicit petitorium, prout exceptio reſpectu ætatis, nec exceptio vſuræ, quandiu pro validitate contractûs diſcutiatur, nec exceptio nullitatis tranſlationis, vti requirens altiorem indaginem, nec in eo Iudicio manutentionis requiritur aliquis titulus, ſed ſufficit ſola poſſeſſio, etiam in beneficialibus, in quibus datur manutentio, abſque productione 10
tituli, & abſque eius iuſtificatione. † Quod 11
fallit in manutentione, quæ pendet à validitate tituli, quæ non datur, niſi prius diſcuſſo titulo.
† Tamen data paritate poſſeſſio titulata præ- 12
fertur non titulatæ ad effectum manutentionis. Vnum tamen notabis, quod in hoc Iudicio obſtat exceptio excommunicationis, & exceptio periurij.

Etenim manutentio concedi debet in eo ſtatu, 13
& eo modo, quo quis poſſidebat ante litem motam, nec concedi poteſt, niſi ad limites poſſeſſionis, & ſic datur exiſtenti in poſſeſſione, & ei de cuius poſſeſſione conſtat, & ei, qui erat in ea tempore Litis Motæ, maximè ſi fuerit capta, Iudicis authoritate, & danda eſt ei, qui docet de ſua poſſeſſione capta in vim mandati executoris Apoſtolici; imò & eſt manutenibilis poſſeſſio, quomodocumque capta ſit, ſiue cum mandato Iudicis, ſiue ſine eo, & eſt manutenibilis poſſeſſio proueniens à Iudice nulliter procedente.

Verùm non eſt manutenibilis poſſeſſio inſtru- 14

mentalis

mentalis alio exiſtente in poſſeſſione; quæ ta-
men erit manutenibilis, quoties non conſtat de
poſſeſſione alterius; ſecus ſi de ea conſtaret, &
ſufficit ſola detentatio tertij Sine titulo ad
excludendam poſſeſſionem inſtrumentalem, &
Cyriacus *tom.2. cont.366. à n.1.* cum multis dicit
quod poſſeſſio inſtrumentalis, quæ non erat va-
cans ſi poſſeſſor vel colonus non fuit expulſus
non eſt manutenibilis; & quod nec parit priui-
legium poſſeſſoris ſummariſſimi etiamſi fuerint
percepti aliqui fructus, dummodo Poſſeſſor vel
coloni, non fuerint eiecti; ita cum multis decis.
Rotæ collectis à Farin. nouiſſimè 63. 269. 115.
& 111. 147. 205. 269. *p.2.*

15 Nec etiam eſt manutenibilis, quando nulla
eſt certitudo, nec in vniuerſum, nec in parti-
culari, quia non dicitur ad id ſufficienter pro-
bata Poſthius *de manutentione obſeruat.49.& n.11.*
Tondutus *lib.2. cap.64. n.9.* vbi *num.16.* addit,
quod ex eo quod quis petit dilationes ad ſol-
uendum non ſequitur creditorem manutenen-
dum eſſe ad finem exigendi; ſic cum Poſthio
obſeruat.35. à n.10. ſicuti nec ſufficeret, quod
quis per ſcripturam fateretur ſe eſſe debitorem
16 ibi *num.15.* † Et poſſeſſio ad effectum manu-
tentionis probatur ex aſſertione partis aduerſæ
enunciantis aliquem detentorem & occupato-
rem; item danda eſt Poſſeſſori anteriori, etiam
in concurſu poſterioris, etiam ſi anterior poſ-
ſeſſio eſſet ſolùm mere inſtrumentalis, & poſte-
rior cum perceptione fructuum, & ampliatur
etiam ſi poſterior eſſet titulata, & anterior ca-
reret titulo, quod procedit etiam in materia
beneficiali.

17 Item debet dari manutentio ſecundùm dicta
ſupra ei, qui non habet ſe pro ſpoliato, etiam
non obſtante alterius poſſeſſione, nec etiam
intruſus, lite pendente poteſt impedire manu-
tentionem non habenti ſe pro ſpoliato; quod
ſecus eſt, quando quis ſe habet pro ſpoliato: ta-
men Eccleſia poſſidens poteſt petere manuten-
tionem nomine Eccleſiæ, quamuis prælatus ha-
beat ſe pro ſpoliato; imò petens reintegrari, non
cenſetur habere ſe pro ſpoliato reſpectu ciuilis
poſſeſſionis; ſed intelligitur petita reintegratio
ſolùm reſpectu poſſeſſionis naturalis, niſi ali-
quis dicat ſe ſimpliciter ſpoliatum, quia tunc ea
interpretatio non admittitur reſpectu poſſeſſio-
nis naturalis tantum; ſic vero reſpectu ciuilis,
niſi ex circumſtantiis facti appareat, quod intel-
lexerit deturbationibus, & moleſtationibus de
facto. Vnde cum hæc materia pendeat ab animo
poſſidentis, an habuerit ſe pro ſpoliato, cum re-
tentio poſſeſſionis pendeat ab animo; id totum
erit terminandum iuxta circumſtantias concur-
rentes deductas ex factis, & verbis præcedenti-
bus, & etiam ex poſtgeſtis, & ſic factum eſt,
vt cum quis in commiſſione dixiſſet ſe fuiſſe de
facto ſpoliatum, & ſtatim addidit ſe velle in ſua
poſſeſſione manuteneri, Rota aliquando ſtatuit
non habuiſſe ſe pro ſpoliato, & ſic manutenen-
dum, ſed quando qui narrauit actum poſitiuum
ſpoliationis, & adiuit Iudicem pro recupera-
tione, & reintegratione eo ipſo cenſeatur ha-
bere ſe pro ſpoliato; refert Beltram. *in deciſioni-
bus*, Alexander Ludouiſ. *deciſ.555. n.11.*

18 Manutentio autem dari non poteſt, ſeu man-
datum de manutenendo, vbi nullum adeſt ſi-
gnum ſepulturæ, ſed competit reſignatario, non
obſtante nullitate reſignationis, & exceptione
non implementi conditionum, & datur etiam
in gradu reſtitutionis in integrum, non obſtante
re iudicatâ; maximè quando illa redditur tur-
bida, & licet manutentio denegata fuerit vni
parti, non ſequitur quod ſit danda alteri, cum
vtrique poſſit denegari; ſed mandatum de ma-
nutenendo, iam vni datum adlibitum, Rota
renocat de recta poſſeſſione alterius, & è con-
tra ſemel denegatum iterum concedit, vbi con-
ſtat de poſſeſſione.

In quaſi poſſeſſione exigendi competit ma- 19
nutentio, etiam poſt ſententiam, quæ fuit ſuſ-
penſa per appellationem, & tantò magis, quan-
do conſtat de ſolutionibus factis poſt dictam
ſententiam, & regulariter non impeditur poſt
ſententiam latam, quando fuit ſuſpenſa per ap-
pellationem. † Itaque in quaſi poſſeſſione exi- 20
gendi annuâ penſione danda eſt manutentio do-
centi. de quaſi poſſeſſione exigendi. † Et eſt 21
concedenda Laicis in quaſi poſſeſſione exigendi
decimas; etiam ſi non doceant de titulo, quia
poteſt eſſe, quod non ſint ſpirituales, ſed potiùs
reſponſiones temporales. Et pro manutentione,
alio non poſſidente, ſufficit quaſi poſſeſſio gene-
ralis exigendi decimas. † Sed in materia deci- 22
marum Rota non dat manutentionem propter
aſſiſtentiam iuris, niſi probata poſſeſſione, Se-
raphinus *deciſ.144. num.3.* Mareſcotus *var. lib.1.
cap.11. num.15.*
Exigendi quaſi poſſeſſio ad effectum manuten- 23
tionis probatur ex confeſſione aduerſarij, ema-
nata in Monitorio, in quo petit reſtitutionem
pecuniarum ſolutarum. Et peti poteſt manu-
tentio à ſucceſſore in beneficio, & ei competit
ex ſola poſſeſſione anteceſſoris, & ad effectum
eam obtinendi contra hæredes, & ſucceſſores
ſuffragatur poſſeſſio, quaſi contra illorum au-
thorem.

Sed poſſeſſio exigendi, non acquiritur per ſo- 24
lutionem factam à tertio, de cuius mandato non
conſtat, nec minus de ſcientia principalis, Ca-
puteq. *deciſ.165. p.1.* Alexander Ludouiſ. *de-
ciſ.312. num.3.* Et addit Tondutus *lib.2 cap.64.
n.18.* quod etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio
debeat probari contra ſucceſſorem, quod ſit ta-
lis; ſic cum Poſthio *obſeruat* 87.

Peti poteſt manutentio in ſummariſſimo etiam 25
poſt latam ſententiam in poſſeſſorio plenario
retinendæ, ſed pati non poteſt ab eo, qui petit
immiſſionem, quia dum petit immitti fatetur ſe
non poſſidere. Tamen manutentio qualificata,
non poteſt obtineri niſi probata poſſeſſione
qualitatis. † Nec manutenibilis eſt poſſeſſio, 26
quæ habet iuris reſiſtentiam, niſi coloretur ali-
quo titulo. Tamen ſi habeat ſolam iuris præ-
ſumptionem contrariam, erit manutenibilis,
abſque titulo; ſed aſſiſtentia iuris communis,
quæ offuſcatur, & redditur turbida non ſuffra-
gatur pro obtinenda manutentione, niſi qui pe-
tit manutentionem, habeat fundatam manuten-
tionem de iure communi, quando ſcilicet con-
currerent aliqui actus poſſeſſorij, & offuſcatio ob-
ſtat manutentioni, quando ſolùm fieret vis in
aſſiſtentia iuris communis. † In materia verò 27
Iuriſdictionali ſola aſſiſtentia ſufficit pro manu-
tentione, ſed ea aſſiſtentia non ſuffragatur quan-
do alius eſt in poſſeſſione, quia manutentio eſt
danda exiſtenti in poſſeſſione; non verò ha-
benti iuris aſſiſtentiam, ſi poſſeſſio eſt temporis
conſiderabilis.

In

Digitized by Google

28 In actionibus verò facultatiuis, non datur poſſeſſio manutenibilis non obſtante quocumque lapſu temporis, etiam immemoriali, quod procedit, quando conſtat claré materiam eſſe facultatiuam; nam aliàs ſub prætexiu materiæ facultatiuæ, non eſt ita de facili manutentio denegande, niſi præſumptio ſit valde vehemens, Seraphinus *deciſ*.323. *n*.3. Alexander Ludouiſ. *deciſ*.162. & ibi Beltram. *n*.16.

29 Præſentandi autem in beneficiis, quaſi poſ-
ſeſſio ſufficit ad ſuſtinendam præſentationem, &
ſufficit ea, quæ deducta eſt ex vltima præſenta-
30 tione effectuata, & probara. † Sed præſenta-
tio, quæ dedit cauſam liti, non conſtituit in
quaſi poſſeſſione præſentandi, nec facta Lite
pendente, & poſt iohibitionem conſtituit in
quaſi poſſeſſione manutenibili, ſed non habet
locum, vbi conſtat de proprietate.

31 Notabis quod quando manutentio pendet à
negotio principali prius debet diſcuti negotium
principale, quàm concedatur manutentio, Se-
raphinus *deciſ*.1278 *n*.1. Rota *deciſ*.423. *n*.7 *p*.2.
in recent. Lancellottus *de attent*. *p*.3. *cap*.24. *q*.19.
32 *n* 4. † Et ideo ſi petatur manutentio reſpectu
aſſiſtentiæ iuris communis, eo quia locus con-
trouerſus eſt intra fines Diœceſis, ſeu Parrochiæ
interim, donec cognoſcatur an locus ſit intra
fines non poteſt concedi manutentio.

33 Et in ſimili ſi opponatur poſſeſſionem non eſſe manutenibilem eo, quia ſit injecta propter Decretum irritans, prius cognoſci debet, an locus ſit diſpoſitioni, quæ habet Decretum irritans, quod in effectu eſt cognoſcere negotium principale antequam ex iſto capite poſſit concedi, vel denegari manutentio. Garcia *de beneficiis*. *p*.5. *cap*.1. *à n*.430. alios adducit Beltram. *in addit* ad Alex. Ludouiſ. *deciſ*.183. *n*.8.

34 Iterum notabis quod Decretum manutentionis requirit citationem; idem Alexand. Ludouiſ. *deciſ*.457. *n*.3. qui ait, *deciſ*.175. *n*.14 quod in Iudicio manutentionis præſeruantur iura, non ſolùm in petitorio, ſed etiam in ordinatorio poſſeſſorio, & *in deciſ*.313. *n* 6. dicit quod articuli concernentes petitorium, non ſunt omnino irreleuantes in manutentionis Iudicio, & *in deciſ* 412. *n*.3. ait quod nec impertinentes ſunt articuli ſuper proprietate; ſed vt plenè intelligas reſolutiuè dicta in materia manutentionis, & poſſeſſorij ſummariſſimi *ſuprà*, ex verſic. *itaque reſolutiuè*, leges plures deciſiones, quas adducit idem Alexand. Ludouiſ. & quas colliges ex eius indice in verbo *manutentio*, verbo *ſpoliatus*, *præſentatus aſſiſtentia*, quibus locum facies ad alia, quæ longè de manutentione tradit poſt omnes Poſthius in ſuo copioſiſſimo tractatu. Sed Matiencos *in ſtylo Cancellariæ tit*.3. *cap*.1. §.27. *gloſſa* 4. tradit vndecim differentias, quæ adſunt inter hoc remedium ſummariſſimum poſſeſſionis, & aliud plenarium poſſeſſorium, *vel poſſidetis*, vbi videbis, quibus ſatis eſt, vt cognoſcatur manutentionis, ſeu interdicti ſummariſſimi materia. quam ſi deſideras ad plenum videre, recurres ad prællegatos.

35 Ad ſecundam quæſtionis partem, breuiter reſpondeo contra traditos per Bartolum *in l*.1. *Cod*. *quorum bonorum*, aſſerentes poſſe probari poſſeſſionem vnico tantùm Teſte, quia modici præiudicij eſt, ſed quia iam ſuprà *quæſt præcedenti*, dixerim poſſidere commodum eſſe, & magnum, vt ex eius effectibus ibi probaui, & probatur, *in* §. *commodum inſtituta de interdictis*, & facit doctrina noſtri text. qui agit de pluribus Teſtibus probantibus poſſeſſionem; tenent in terminis Maſcard. alios citans *de probationib*. *vol* 3. *concluſ*.1198. Gailius *lib*.1. *obſeruat*.7. Afflictis *deciſ*.364 *n*.5. Faquinetus *lib*.8 *cont cap*.16. adducens illam generalem iuris doctrinam, nempe vnius teſtimonio credendum, non eſſe, etiam ſi præclarè Curiæ honore præfulgeat, vt canetur, *in l*.8. *Cod*. *de Teſtibus*, & *in cap*. *licet de Teſtibus*. de qua agam ibi, & *in cap*.4. *eodem*. Ideo nonniſi pluribus probari contendendum eſt adhibita diſtinctione poſſeſſorij ſummariſſimi, & plenarij vt *n*. *ſeq*.

Vnde licet Bartolus *in l admonendi n*.55. *ff*. *de* 36
Iureiurando; ideo poſſeſſionem momentaneam
appellet, quia modici præiudicij eſt; idque com-
muniter ſentire videantur DD. *in l*.1. *C*. *ſi de*
moment poſſeſſ. *&* *in l*. *momentanea*, *Cod qui legi-*
timam perſonam: tamen eius doctrinam veram
crediderim, tantùm quoties agitur de poſſeſſio-
ne per remedium ſummariſſimom, *de el interim*,
& manutentionis, ad quam probandam vnicum
tantùm ſufficere Teſtem, iam ſupra dixerim in
verſic *Itaque reſolutiuè*, & probat Menochius
de retinendo remedio vlt. *n*.34. Paleotus *deciſ*.22.
Alexander Ludouiſ. cum aliis *deciſ*.438 *n*.2. *&* 3.
Gratianus *diſcept*. *forenſ*. *cap* 425. *n*.56. & Rota
deciſ.325 *ſub n* 2 *inter impreſſ*. *penes*, Farin. *poſt*.2.
lib conſ. dicit ſufficere vnicum Teſtem, etiam
minus idoneum, aliàs deciſiones adducit Bel-
tramin. ad Alexand. Ludouiſ. *dicta deciſ* 438.
n 4. nam iſtud facilè renocatur. † Et facit quod 37
tradit benè Cagnolus *in l*. *in pari cauſa* 172. *ff*. *de*
regul. *iur*. *n*.6. *&* 7. vbi diſtinguens doctè inter
poſſeſſorium ſummarium & plenarium, docet
illud eſſe parui præiudicij, quod non requirit
plenam probationem, ſed ſufficere ſummariam,
in quo cenſura iuris eſt modici præiudicij, ſecus
in poſſeſſorio plenario, quod eſt maximi mo-
menti.

Sed in poſſeſſorio plenario, de quo in noſtro 38
textu aliter crediderim, in qua plures Teſtes eſſe neceſſarios exiſtimo; tum ex noſtro textu; tum etiam quia hoc poſſeſſorium, eſt maximi præiudicij, vt videre eſt, *in toto tit*. *de cauſa poſſeſſionis*, *&* *prop*. & *in tit*. *de reſtit*. *ſpol*. & in hoc poſſeſſorio nemo negare poteſt, vt poſſeſſio ſit magni momenti, vt *in l*. *is qui deſtinauit*, *ff*. *de rei vindicatione*, *l*.1. § *huius autem*, *ff vti poſſ*. *detis*, *cap*. *in pari de regul iur*. *lib* 6. *l*.28. *tit*.2. *p* 3. ideo communiter dicitur beatum eſſe Poſſeſſorem; tum etiam quia vt rectè notat Parladorius *lib*.1. *rerum quotidianarum*, ex Cicerone, Quintiliano, & aliis bonis Anthoribus *momentum*, ſæpè tem magni momenti ſignificat, ob idque in iure noſtro poſſumus dicere, quod poſſidere magni momenti ſit, vt ſentit Parladorius, & Ioannes Garcia *de nobilitate*. *gloſſa* 1. §.2. *à num*.2 & hoc etiam ſi celeri ſcientia, & momento temporis veniat aliquando reformanda, remota omni exceptione, compenſatione, & appellatione, iuxta ea, quæ tradit Balboa *in cap*.1. *de cauſa poſſeſſionis*, *&* *prop à n* 7. Legendus *num*.15. vbi ait de iure Canonico poſſe appellari à quacumque ſententia in poſſeſſorio lata, vt probat Gloſſa, ibi, & relati à Couarruuias *lib*. *practicarum*, *cap*.13. Antonius Gomez *in l*.45. *Tauri*. *n*. *fin*. Guttierez *in Canonicis cap*.34. Zeuallos *in pract*. *q*.15. ex doctrina text. *in cap*. *fin*. *de Iudiciis*, *cap*. *ex con-*

quæſtione

queſtione de reſtit. ſpoliat. cap. cum ad ſedem eodem, Clement. vnica de reſtit. ſpoliat. Clement. vnic. de ſequeſtratione poſſeſſ. cap. 1. cap. omnis oppreſſus, cap. ad Romanam 2. *quaſt.* 6. & hoc quoad vtrumque effectum diuolutiuum, & ſuſpenſiuum, de quo alibi dico infra *in Rubr. & in cap. tit. de appellat.* vide quos refero *in cap. cum à nobis* 28. *de Teſtib. q.* 3. verſic. *ad ſecundam.*

39 Ad tertiam quæſtionis partem breuiter ex iam ſupradictis reſpondeo, quod praxis informando articulos poſſeſſionis petit, vt quis articulet, ſe habere, tenere, & poſſidere talem fuodum, vel rem eum arando, ſeminando, fructus colligendo, mercedes percipiendo, vel alia denique faciendo, & re illa vtendo, tanquam Dominus Poſſeſſor, quam practicam & doctrinam ponit Angelus Paulus de Caſtro, & communiter DD. *in l. Titia, ff. de ſolut.* Gomezius *in d. l.* 45. *Tauri n.* 193. *in fine.*

40 Et notabis quod quando agitur de aliquo iure vniuerſali ad poſſeſſionem, duo caſus ſunt diſtinguendi. Primus quando ius vniuerſale eſt certum, ſed corpora ſunt incerta, vtpotè quod non fuerint probata cum ſuis confinibus, quantitate, & qualitate, & tunc quando ius, ſeu titulus vniuerſalis continet certitudinem in genere; licet bona non ſint probata, & certificata in ſpecie cum ſuis confinibus, datur poſſeſſio generalis, ſed non ad effectum perceptionis fructuum. In ſecundo caſu, quando ius vniuerſale eſt incertum, tam reſpectu, iuris vniuerſalis quàm particularis; cum nec probetur identitas prædiorum: tunc ad nullum effectum dari manutentionem, vt pluribus docet Tondutus *lib.* 2. *cap.* 64. *à n.* 19 *&* 20.

Qvæstio V.

An duo inſolidum, vno, & eodem tempore, poſſint rem aliquam poſſidere: Et an in poſſeſſoriis ſufficiat ſemiplena probatio?

SVMMARIVM.

1 *Poſſidere duo in ſolidum non poſſe, quibus exemplis monſtretur, vſque ad n.* 11. *& qualiter vterque ſimul dicatur poſſidere, n.* 12. *&* 13.
2 L. 3 ff. vti poſſidetis num. ſeq.
13 L. 6. ff. de Præcatio.
14 *Semiplena probatio, ſufficit ad poſſeſſorium ſummarium, ſecus ad plenarium, n.* 16. 17.

1 PRima difficultas ſatis diſſolui videtur ex dictis *ſuprà q.* 1. de qua legitimè agitur occaſione illorum verborum, ibi, *cum duo inſimul eandem rem, & eodem modo inſolidum poſſidere non poſſunt.* Quibus verbis Pontifex abſolutè ait poſſeſſionem duorum eodem tempore admitti non poſſe, & ſic antiquiori poſſeſſori datam fuiſſe poſſeſſionem, de qua ibi agebatur, quod lucem accipit ex iam dictis, *in d. quaſt* 1. & ego ſic expendo, quia ſi dum alius fundum poſſidet, liceret mihi eiuſdem fundi poſſeſſionem nanciſci, fieret vt eodem tempore ego, & ille poſſideamus, quod ius non patitur non magis quàm vt tu ſtare videaris in eo loco, in quo ego ſto, vel in quo ego, ſed eo tu ſedere videaris. Vnde vt ex eo iure poſſidere incipiat, prius eſt, vt ille poſſidere deſinat, vtrumque complexus Vlpianus *in l. Clam* 6. *§. fin. ff de acquirenda poſſeſſione*, & finge quem peregrè profectum nemine domi relicto, dum autem ille abeſt, exter ille, qui ſe Dominus ædium diceret, & mihi eas vendidiſſe, & me eius voluntate, bona fide ædes ingreſſu meo ſanè animo, vt poſſiderem eo modo, quo cæterarum rerum poſſeſſio acquiri ſolet, non tamen poſſidebo, nec vſucapiam, quia Poſſeſſor abſens, animo retinet poſſeſſionem, quod ſi eum reuertentem non admiſero, aut is dum vim maiorem veretur fundum non ingreditur, protinus amittit poſſeſſionem, vt ex Neratio, Paulus ſcribit *in l. & ſi nolit.* 7. *ff. de acquirenda poſſeſſione*; tradit Principio, *tit. Inſtit. de interdictu, art.* 2. *à n* 45.

Hæc tamen aſſertio videtur ſubuerti ex Vlpiano *in l.* 3. *ff. vti poſſidetis*, ibi, *ſi duo poſſideant inſolidum, videamus quid ſit dicendum, &c.* Verùm Iacobus Cujacius *lib.* 9. *obſeruat. cap.* 32. exiſtimat Vlpianum dixiſſe id, non ex ſua, ſed Sabini, & Trebatij ſententia, qui exiſtimabant duos inſolidũ poſſidere poſſe, quoſque refert, ac refellit Paulus *in l* 3. *§. ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſione*, & ad hoc confirmandum perpendit verba illa Vlpiani *in d. l.* 3. *ff. vti poſſidetis*, ibi *ſi quis proponeret poſſeſſionem iuſtam, & iniuſtam, &c.* in ea lege; inquit Cujacius *hac verba magnopere expendi velim, ſi quis proponeret: Et Sabini, & Trebatij ſententia, ſcilicet, quibus nec Proculiani, nec nos credimus.* 2

Cum ergo Vlpiani ſententia *in d. l* 3. *ff. vti poſſidetis*, ea nempe ſit, ſi duo poſſideant, alter ex iuſta cauſa, alter ex iniuſta, neutrum fore ſuperiorem, ac victorem, niſi alter ab altero vi, aut clam poſſideat; indicant verba ibi, *ſi quis proponeret poſſeſſionem iuſtam, & iniuſtam, ego poſſideo ex iuſta cauſa, tu vi, aut clam, ſi à me poſſides, ſuperior ſum interdicto; ſi verò non à me neuter noſtrum vincet.* Et ſic exiſtimo nihil ad difficultatem priorem reſpondere Cujacium; nam ſi proponatur fieri poſſe, vt duo inſolidum poſſideant, vel poſſeſſionem probent, rectè dicit Vlpianus neutrum vincere poſſe, licet alter iuſtam; alter verò iniuſtam poſſeſſionem probaret, niſi ab altero vi, aut clam poſſideret; quoniam in ſumma poſſeſſionis non multum interſit iuſtè quis, an iniuſtè poſſideat, vt inquit Paulus *in leg.* 3. *§. ex contrario, ff. de acquirenda poſſeſſ.* 3

Quare Faquinetus *lib.* 8. *cont. cap.* 16. à verſic. 4
maior, ait *in d. l.* 3 *ff. vti poſſidetis*, idem caueri,
nempe quod alij Iuriſconſulti penſitarunt in aliis
legibus, vt duo inſolidum poſſidere non poſſint,
de quo ibi, & *in d. l.* 3. *§. ex contrario*, & *in l ſi
vt certo, §. ſi duo, ff. commodati, leg. duo inſolidum* 19. *ff. de precario*, & ſic dubium in ea *l. fuit*
quid à Iudice faciendum in Iudicio poſſeſſorio,
vbi vtriuſque ex Litigatoribus probationes circa poſſeſſionem, æquales eſſent per omnia, &
docet quod alij dixerunt pronunciandum à Iudice *vti poſſidetis, ita poſſideatis.* † Alij diuiſione 5
facta in æquales partes controuerſiam ditimendam ad exemplum, *leg. & hoc Tib. Cæſar, ff. de
hæredibus inſtituendis.* † Alij poſſeſſionem apud 6
ſequeſtrum collocandam, ne partes veniant ad
arma. † Alij ſorte rem dirimendam: *argum.* 7
legis fin. Cod. comm. de legatis. † Alij pronun- 8
ciandum à Iudice de cauſa non liquere: *argum.
l. idem Pomponius* 14. *§. vlt. ff. de recep arb.* † Alij 9
Reum

Digitized by Google

Reom abſoluendum, *l fauorabiliores de regulis iuris*, alij Iudicem gratificare poſſe.

10 Alij deniqoe conſulendum eſſe Principem explicat diligenter omnia, Menochius *de retin. poſſeſſione, remedio* 3. *quaſt.* 87. de quo videbis quæ dixi ſuprà *quaſt.* 1.

11 Itaque perſequens Faquin. ait *in dicto cap.* 16. fruſtra iam acriter concertatum fuiſſe. Primò, quia accidere non poteſt, vt duo inſolidum poſſideant vnam & eandem rem, & conſequenter vt probationes vtriuſque ſint per omnia æquales: nam ſi res eſſe non poteſt, nec certè probari poterit, quia non entis nullæ ſunt qualitates. Secundò, quia poſito caſu claram habemus Vlpiani deciſionem, neutrum videlicet vincere poſſe, vt *in dicta l* 3. *ff. vti poſſidetis*, quod intelliges ſecundùm ƿictas diſtinctiones, de quibus di-
12 xi *in dicta quaſt.* 1. † Sed vt iam ibi dixi, poteſt contingere, vt vnus ciuiliter poſſideat, alter naturaliter; veluti ſi quis Precario rogauit vt poſſideret, vt patet ex textu *in l. & habet*, §. 1. *ff. de Precario*, ibi, *Placet enim penes vtrumque eſſe eum hominem, qui Precario datus eſſet, penes eum qui rogaſſet, quia poſſideret corpore penes Dominum, quia*
13 *non diſceſſerit animo à poſſeſſione.* † Cui dicto non obſtat *l.* 6 *ff. eodem*, vbi ſolùm dicitur poſſidere eum qui rogauit, *vt Precario in fundo moretur*, quia aliud eſt rogare, vt Precario quis poſſideat, ſicut loquitur *ff l.* 15. aliud, *vt in fundo moretur*, ſicut aliud rogare vt in poſſeſſione quis maneat, *l* 10 *ff. de acquirenda poſſeſſione.* ibi, *Precario autem rogauit, non vt poſſideret, ſed vt in poſſeſſione eſſet.* &c.

14 Ad ſecundam difficultatis partem molti dixerunt in cauſis poſſeſſoriis, ſufficere ſemiplenam prubationem, vt Bart. *in l* 1. *Cod. quorum bonorum:* dixit communem Curtius ſenior *in l. admonendi, col* 87 *ff de iureiurando*, & pro hac ſententia facit ea ratio; nempe, quia Teſtes ſingulares, qui aliàs non faciunt probationem, probant: ita Gloſſa *in l. ob carm n ff de Teſtibus*, cuius opinio eſt communis ſecundùm Fulgoſium & ſecundùm Cornenm *conſ.* 266. *vol.* 2. *littera B.* Minchaca *de ſucceſſionum creatione*, §. 21. *n* 12. Sarmientus *de redditibus*, 1. *p. cap* 4. Idem *de ſucceſſionum creatione*, § 4 *n* 45. Gutierrez *pract. lib.* 3. *q.* 12 *n.* 10. Dueñas *Reg* 299. *n.* 30. Iulius Clarus, qui refert duas communes opiniones contrarias
15 *in pract crimin* § *fin. q.* 3. *n.* 10. † Alij verò dicunt non ſufficere ſemiplenam probationem, ſed requiri plenam. Anchatanus *in cl. ſape, de verborum ſignificatione*, Alexander *conſ* 187. *in fine, lib* 6 & dixit magis communem, *conſ.* 139. *n.* 14. *vol* 6. vbi Carol. Molin *in addit.* tradit plures remiſſiones, Rolandus à Valle *conſ* 50 *n.* 16. *vol* 2 Menochius *de recuperanda, remedio* 15. *n.* 408. vbi dicit communem, & diſputat pro vtraque parte Contardus, qui pluros allegat *in l. vnica, Cod. de moment. poſſeſſ.* in ratione decidendi, *n* 8 *fol.* 50 vbi refert circa iſtam quæſtionem quatuor opiniones, quæ omnia valdè neceſſaria dixit Zeuallos *comm. contr. q.* 177. quando Actor intendit mitti in poſſeſſionem ex remedio; *l fin Cod. de edicto Diui Adriani tollendo*, & ex *l ſoria*, quæ ex *l.* 3 *tit* 13. *lib* 4. *recop.*

16 Ego autem exiſtimo procedendum eſſe in hac quæſtione, facta poſſeſſione inter poſſeſſorium plenarium & ſummarium, iuxta dicta ſuprà *quaſtione precedenti*, in verſ *ad ſecundam.* Nam cum Iudicium poſſeſſorium ſummarium exigat, vt ſummariè procedatur, cognoſcatur, & ordinetur, quod ſolùm affert præjudicium lite pendente, & donec plenius fuerit cognitum, vel aliter ordinatum, ſitque tanquam præparatorium ad finem alterius ſtatutum, & momentaneum aptitudine; ideò non requirit plenam probationem, ſed ſummaria ſufficit, nec exigitur libellus, vel litis conteſtatio, nec ſententia definitiua, ſed interlocutoria tantùm, vt per Baldum & Paulum de Caſtro *in l. Ordinarij, Cod. de rei vindicatione.*
† In poſſeſſorio autem plenario integram probationem, nec ſemiplenam ſufficere ſatis proba- 17
tur ex traditis *quaſtione precedenti*, quia magni & conſiderabilis præjudicij eſt, & magnum damnum eſt eam perdere: quare quoties de ea ſic agitur, requiritur plena probatio, & admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, Felinus *in cap. veniens, el.* 2 *de Teſtibus*, Bart. *in extrauaganti ad reprimendam*, verbo, *ſummariè*; docet Cagnolus *in l. in pari cauſa* 172 *ff de regulis Iuris, n.* 6 & 7. vbi ait hoc non procedere in edicto Diui Adriani tollendo, de quo *in l fin. Cod illius tituli*, vbi non admittuntur exceptiooes requirentes altiorem indaginem, *l.* 2 *dicti tituli*, fauore vltimarum voluntatum, & quia quæſtio pendet ex liquido, ſecundùm Baldum & alios *in dicta l.* 1. & *fin.* & ſecundùm hanc diſtinctionem intelligo prædictas duas contrarias opiniones.

QVÆSTIO VI.

An poſſeſſio alicuius ſtatûs, aut alicuius qualitatis, transferat onus probandi aduerſarium: Et quid in ſeruitutibus?

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio alicuius ſtatûs ſeu qualitatis, vt transferat, vel non onus probandi in Aduerſarium dignoſcitur regulis quatuor, num ſeqq.*

3 *Quaſi poſſeſſio ſeruitutum, quando transferat onus probandi in Aduerſarium, num ſequentib.*

CVm magna equidem vtilitas oriatur ex perfecta cognitione huius quæſtionis, vt dilucidius intelligatur, conſtituo quatuor differentias 1
ſeu regulas. Prima nempe eſt, quòd poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio transferat onus probandi in Aduerſarium, quando ſtatus aut qualitas, in cuius quaſi poſſeſſione ſumus ineſt, vel eſt apta ineſſe ab origine rei; textus eſt *in l. liberis*, §. *ſi quis ex ſeruitute, ff. de liberali cauſa*, & *in l filius, l. circa eum, ff de probat.* & *l ad probationem, la* 2. *Cod de probat* latè Tiraquellus *de iure primog. q.* 17. *in* 11. *opin. n.* 20. verſic. *ſuntque & alij*; Baldus *conſ.* 351. *in bonis feudal. n.* 2. *vol* 1. † Et eſt ratio quia cùm 2
illa iura exemplum ponant in ſeruitute, vel libertate hominis, cùm poſſit homo naſci, vel ſeruus, vel liber, vt traditur *in* § *ſerui, Inſtituta de Iure perſonarum*, & apertè conſtat, quòd libertas hominis, vel ſeruitus, ſit qualitas quæ ineſt, vel eſt apta ineſſe ab origine rei, conſequenter euenit vt qui eſt in quaſi poſſeſſione huiuſmodi qualitatis, liberetur ab onere probandi, & illud transferat in Aduerſarium ſuum: ita format Bart. *in l ſi prius, n.* 19. verſic. *igitur ff de opere nou. nunciat* & *in l. inducia, n* 4 verſic. *tertio principaliter, ff. de rei vindicatione*, Iaſon *in dicta l. ſi prius, n.* 44. verſic. *regula affirmatiua.* † Quod 3
tamen declarat ex multis Parianus *de probat p.* 2. *cap.* 1.

cap.1. n.4. non procedere in eo qui eſt in quaſipoſſeſſione eum mala fide; quoniam tunc ipſe non releuatur à grauamine probandi, *l. eam quã, Cod. de liberali cauſa, dicta l. liberis in fine ff. eodem, l. vis eius, l. fine poſſidetis, Cod. de probat.* notat *in dicta l. liberis*, vbi qui doloſam habet poſſeſſionem, perinde eſt ac ſi non haberet; quoniam talis poſſeſſio vitioſa non releuat poſſeſſionem ab onere probandi. Sic Bartolus *in dicta l. liberis*, & Baldus *in dicta l. eam quã*, vbi dicit quod in bonis incorporalibus, quaſipoſſeſſio bona fide habita, releuat ab onere probandi; ſecus ſi mala fide, quia qui doloſè poſſidet libertatem videtur in-
4 eſſe in poſſeſſione ſeruitutis. † Et hoc habere locum etiam in iuribus relatis, dixit Bartolus *in l. naturaliter, § nihil commune n. 17. ff. de acquirenda poſſeſſione*, cuius contrarium tenuit Baldus *in dicta l. vis eius, n. 1.* verſ. *quæro*, Iaſon *in dicta l. naturaliter, n. 120.* verſic. *tamen*, ibi latè Bolognetus *n. 302.* verſic. *ſecundo colligitur, & num. 323.* verſic. *ſecundo præſupponit.*

5 Secunda regula principalis eſt, nempe quando præſens ſtatus contradicit origini, ſed non progreſſui naturali; imò ei conſectaneus eſt, & tunc præſumitur quis talis in quali ſtatu reperitur ad onus probandi transferendum, cuius exemplum poni poteſt in ſtatu hominum, quoniam licèt quilibet naſcatur minor, tamẽ quia in progreſſu efficitur maior, idcirco ex aſpectu præſenti ſuper ætate iudicatur, *l. maior 25. annis, ff. de minoribus*, de quo latè docet Parianus *de probat.*
6 *p. 2 cap. 23.* qui *in cap. 20. n. 23.* † Aliud exemplum ponit in paſſionibus animæ, nam quamuis ſtatus præſentis malitiæ repugnet primitiuæ origini, quia naſcitur quis in ſumma puritate & abſque propria malitia: tamen talis ſtatus non repugnat progreſſui naturali, in quo quis effici poteſt tam bonus quàm malus, & hinc quod ille qui eſt in poſſeſſione bonitatis præſumatur bonus, vt ait Cinus *in l. ſi ſolemnibus, col. 2. Cod. de fide inſtrum.* & ſic qui eſt in poſſeſſione malitiæ præſumitur malus, *cap. ſemel de regulis iuris, lib. 6.* alia deducit ibi Parianus *n. 24. & 25.* quibus hoc expendic.

7 Tertia verò regula eſt quando præſens ſtatus, quem inducit poſſeſſio, eſt præter naturam, vnde non contradicit, nec conſentit origini, vt euenit in omnibus accidentibus præter naturam, qualia ſunt Clericatus, Iuriſdictio, Pedagium, Doctoratus, Notarius, & ſimilia, & tunc quaſi poſſeſſio talium accidentium, niſi doceatur de titulo, non prodeſt ad cauſam poſſidentis, ita Angelus *in l. ſi prius ff. de non. oper. nunciat.* & facit doctrina Ci-
8 ni *in d. l. ſi ſolemnibus*, verſ. *& ideo.* † Vbi dicit quod quaſipoſſeſſio, quæ procedit per viam iuris communis prodeſt, & transfert onus probandi in Aduerſarium; ſed illa quæ tantùm procedit ex priuilegio, vel iure ſpeciali, minimè prodeſt, & ſic quamuis, quis ſit in ſtatu, vel quaſipoſſeſſione illorum iurium ſpecialium, non tamen præſumitur quod ſit talis, imò debet probare ſe talem eſſe, & talia priuilegia habere, tenuit Baldus *in l. circa eum in 2. lectura, ff. de probationibus*: tradit eum aliis Parianus, *vbi ſuprà,*
9 *à n. 26.* † Qui hoc limitat ibi *d. cap 20. à n. 53.* vt non procedat in lõga poſſeſſione, quæ ſufficit ad trãsferendum onus probandi in Aduerſarium, ſi talis poſſeſſio ſit immemorialis, & Poſſeſſor ſit
10 ille, cui ius non reſiſtit. † Item limitat in præambulis, vel in Iudiciorũ præparatoriis, vbi agitur de modico præiudicio, & *num. 59. & 60.* alias duas limitationes refert ex aliis ab eo citatis, vbi videbis.

Quarta tamen regula per quam deuenio ad ſecundam difficultatis partem, ea nempe eſt, quando præſens ſtatus, aut præſens qualitas rei cõtradicit neceſſario origini & progreſſui naturali, & tunc quaſipoſſeſſio Poſſeſſorem illius ſtatus ab onere probandi non releuat, Et ponit exemplum Parian. *d. lib 2. de probationib. c. 20. à n. 6* in quaſipoſſeſſione ſeruitutum realium; quoniã cùm naturaliter ab origine prima, & poſtea in progreſſu omne prædium liberũ ſit, *l. altius, C. de ſeruit.* notat Gloſſa *in l circa*, verbo, *ingenuitatis ff de probat.* ideò quicumque dicit prædium eſſe ſeruum, contradicit naturali origini & progreſſui, & propterea ei competit onus probandi, licèt ſit in quaſipoſſeſſione ſeruitutis; docent Angel. *in d. l. ſi prius*, verſic *in dic, col. fin. ff de non oper nunciat.* Anton. de Padilla *in l. ſi ædibus, n. 2. Cod. de ſeruit. & aqua.* 11

Et multa ponderans Gratian. *vbi ſuprà*, contra Alciat. dixit *à n. 18.* eius dictum limitari vt non procedat in ſeruitutibus aquæ pluuiæ arcendæ, in quibus aliquando ratione loci inferioris, qui ſuperiori ſeruire debet, dicitur *ex l. natura prædium eſſe ſeruum*, vt habetur *in l. 1. § fin. cum l. ſequenti ff. de aqua, pluuia arcenda.* † Secundò, vt non procedat in ſeruitutibus areæ debitis ob ventum idoneum, ac ſufficientem ad triturandum fructus, vt habetur *in l. fin. § fin. Cod de ſeruit & aqua.* 12 13
† Tertiò, vt regula prædicta procedat in quaſipoſſeſſione ſola & ſimplici, abſque alio adjuncto; quoniam tunc verum eſt, quod quaſipoſſeſſio, non releuat ab onere probandi; ſecus tamen vbi in tali poſſeſſione concurreret contumacia, ſecundùm intellectum Iaſonis *in dicta l. ſi prius, ſub n. 37.* verſic. *vnde vltra.* † Quartò, quando ſumus in longa poſſeſſione ſecundùm opinionem Alciati *in præſumpt. 1. reg. 1.* Gloſſa *in l ſeruitutes, l. 4. ff. de ſeruitutib.* latiſſimè Bald *in 2. p. § partis principalis, q. 1. f. 56 de præſcriptionib.* † Quintò, vt non habeat locum quando ſtatus præſens, licet cõtradicat origini primæ; non tamen illa origo concordat neceſſariò cum intentione eius qui cõtra præſentem ſtatum dicit, ponit Parian exemplum in libertinitate, cuius poſſeſſio licèt contradicat primitiuæ origini, cùm nemo libertus naſcatur, *l libertini, ff. de ſtatu hominum.* Tamen intẽtio mea, qua me dico eſſe ingenuum, non conuenit de neceſſitate primitiuo ſtatui, in quo potui, tam ſeruus naſci, quam ſeruus, vt ſubtiliter ait Bartol. *in d. l. ſi prius, ſub n. 18.* verſic. *ex hoc apparet* & ibi Iaſon, *n. 47.* verſic. *limita*, alia videbis apud Parian. *d. c. 23. à n. 7.* & videbis quæ tradit Faquinet. *lib. 11. controuerſ. c. 56.* & Alciat. *in d. l. ſi prius à n 19.* 14 15 16

Sed prædictæ quartæ regulæ abſolutè obſtant, Alciatus *in d. regula 2. præſumpt. 1.* Maſcardus *de probationib. vol. 3. concl. 1299 n. 4.* Menochius *lib. 3. præſumpt. 89. n. 8.* Duarenus *in tit. de probat. cap. 13.* verſic. *vnde quæritur.* Primò, *ex d. l. ſi prius*, vbi in pœnam contumaciæ transfertur onus probandi ſeruitutem eſſe conſtitutam in poſſeſſorem: ergo ceſſante contumacia redibitur ad probandũ ille qui dicit. Secundò, quia ſeruitus imponi poteſt futuro ædificio, *l ſi ſeruitus, § futuro, ff de ſeruit. vrb. præd.* Tertiò, *ex l ſicuti, § ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruitus vend.* vbi textus apertè dicit eum, qui eſt in poſſeſſione ſeruitutis ſuſtinere partes poſſeſſoris, aduerſarium verò eius ſuſtinere partes actoris; ergo debet probare rem ſuam eſſe liberam, quia hoc eſt onus actoris *probare*; non autem poſſeſſoris, 17

Digitized by Google

§.*commodum, Inſtituta de interdictis*, vbi benè declarat Cumanus *in dicta l. ſi prius, de noui operis nunciatione*, n 23. quidquid dicat Gloſſa *in dicto §. ſed ſi quæratur*, quæ dicit huic poſſeſſori incumbere onus probandi ſeruitutem eſſe conſtitutam, ſed refragatur Faquinetos *vbi ſuprà*, dicens, huic vltimo fundamento neminem reſpondere, nec poſſe abſque manifeſta violentia ipſius teatus, cuius verba ſunt, *ſed ſi quæratur quis poſſeſſoris, quis petitoris partis ſuſtineat, ſciendum eſt poſſeſſoris partis ſuſtinere, ſiquidem ſigna immiſſa ſint eum qui ſeruitutem ſibi deberi ait; ſi verò immiſſa non ſint eum qui negat*. Et hæc ſententia quam ipſe tuetur vrget admodum.

Qvæstio VII.

An poßit Iudex terminum alicui aßignare, intra quem Ius ſuum deducat & probet in Iudicio, ita vt alias non audiatur?

Svmmarivm.

1 *Terminum poteſt Iudex alicui aſſignare, intra quem Ius ſuum deducat in Iudicio, aliàs non audiatur*. *Quid in ſyndicatu*, vulgò reſidentia, *num* 3. & 4.

1 PEr textus noſtri verba, ibi, *Intra menſem recipere & examinare curarent*, diſputat hîc Bald. *col.* 5. pro negatiua ſententia faciunt dicta ſupra *in cap.* 1. *de dilat q.* 6. vbi latè diai ſufficere, vt teſtes ante finitum terminum dilationis præſententur & iurent, & quod poſtea examinentur, de quo latè videndus Gutierrez *lib.* 1. *pract. cap* 54. Quo ſuppoſito iam nunc breuiſſimè huic difficultati reſpondendum eſt poſſe Iudicem ea iuſta & legitima cauſa aſſignare terminum prætendenti aliquod ius, vt illud deducat & proponat in Iudicio, aliàs poſtea non audiatur, ſed ſilentium ſibi imponatur, vt probat textus *in l. diffamari*, *Cod de ingenuis & manumiſſis*, quæ licèt loquatur in diffamante ſtatum libertatis; tamen etiam habet locum in quolibet alio iure & mandato, & in qualibet alia cauſa Ciuili & Criminali, ſecundùm Doctores ibi tenet Bart. *in Auth. ad hec, Cod. de vſuris, col.* 1 *& in l. Titia, ff. de accuſat.* Imola *l. quamdiu, la.* 3. *ff. de acquirenda hereditate, col. fin.* Innocentius *in cap. conquerente de offic Ordinarij, col.* 1. Abbas etiam & Doctores *in cap. licet de accuſat.* & ante omnes Gloſſa ordinaria *in l. ſed etſi per Prætorem, ff. ex quibus cauſis maiores*, & ibi Bald & alij, Alberic Bald *in l. Papinianus § ſi quis poſt, ff de inofficioſo teſtamento*, Imola *in l. de pupillo, §. ſi is cui, ff de nou. oper. nunc.*

2 Confirmatur ex text. *in l. ſi eo tempore, Cod. de remiſſ pign.* vbi habetur quod creditor, vel ille qui ex cauſa vendidit rem aliquam, poteſt petere à Iudice aſſignari tempus aliis ſua intereſſe putantibus, infra quod compareant & doceant de ſuo iure, aliàs poſtea non audiantur. Et ad hoc notant & commendant ibi Cynus, Iacob. Bart. Bald. Salic. & Doctores communiter. Et facit etiam textus *in l. mancipiorum, ff de optione legata*, vbi diſponitur, quòd ſi electio ſerui, vel alterius rei relinquitur legatario, poteſt Iudex ad inſtantiam hæredis ſibi terminum aſſignare, infra quem debeat eligere. Et ad hoc notat & commendat ibi Bart, & Alberic. probat etiam Gloſſa ſingularis & ordinaria, *in l. vnica Cod. vt nemo inuitus agere*, vbi tenet, quòd ſi debitor eſt receſſurus, & ſperat vt conueniatur ab aliquo creditore tempore ſui receſſus, poteſt Iudex ad inſtantiam eius præfigere tempus in quo creditor agat & doceat de iure ſuo. Et ad hoc ſummè notat & commendat ibi Baldus, Paulus, Salic. & reputat Baldus hîc *vbi ſuprà*.

Ex qua regula & doctrina generica infero, 3
quòd poſt finitum officium Iudicis, vel alterius Officialis, poteſt ſtatui & aſſignari tempus ratione ſyndicatus, vt volentes, vel prætendentes aliquid petere, contra eos agant, & petant infra illum; poſtea verò non audiantur, & in terminis probat textus *in l. vnica Cod. vt omnes Iudices, tam ciuiles quàm militares*, textus *in l. conſiliarios, Cod. de aſſeſſor.* Cardinalis *in cap penult. de Iudiciis*, vbi Abbas & alij Doctores, & docet Gomez. *lib.* 3. *var. cap* 1. *n.* 23. vbi n. 24. & 25. latè expendit dicens, non requiri quod bis moneatur, ſed ſufficere vnam tantùm monitionem; ita vt tranſacto termino, amplius non audiatur, ſi Iudex protulit ſententiam interlocutoriam, in qua pronunciauit eum de cætero non audiendum: ſin autem talis ſententia nondum eſt prolata adhuc tem dici integram, & ſic actorem vel accuſatorem eſſe audiendum, vt agat, & accuſet, docet textus *in l. Titia, ff. de accuſat* vbi Doctores. Innocentius *in cap cum in tua qui matrim. accuſare poſſunt*, vbi Card. Ancharranus & Abbas. Et idem eſſe ait Gomezius *dicto n.* 25. quando tempore aſſignationis primi termini, Iudex interloquendo dicat, quod eo elapſo, vel accuſator amplius non audiatur, quia tunc non requiritur alia ſententia interlocutoria, Angelus *in d l. Titia*, Idem *in l. quamdiu la.* 3 *ff. de acquirenda hereditate*. Et addit Gomezius, quod prædictis non ſeruatis pars contra quem impoſitum fuit ſilentium poteſt appellare, quia cenſetur ſententia interlocutoria, habens vim definitiuæ, cùm poſtea alio remedio non poſſit reparari, vt probat textus *in d. l. Titia, ff. de accuſat* & ibi Bart. & communiter Doctores.

Et licèt replices dicendo, propoſitum nihil facere cum propoſito *in d cap.* 1. *de dilat. q.* 6. vbi de 4
termino teſtibus aſſignato iuxta formam noſtri textus. Tamen adhuc ex verbis noſtri textus idem dicendum eſſe exiſtimo, quoties terminus datus ad probandum, fit cum ea limitatione de qua loquitur *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 4 *comp.* ibi, *Para probar y auer probado, y para preſentar la probança*, quia tunc cùm terminus ſit legalis, manifeſtiſſimum eſt, atque ſine vllo dubio teſtes minimè poſſe examinari poſt dictum terminum, & probatur ex verbis textus noſtri tam ſuprà relatis in terminis, Ioannes Gutierrez cum multis *d q* 54. *lib* 1. *pract.* vbi in verſic. *verum*, ait contrariam partem procedere in dilatione arbitraria data à Iudice, quia tunc teſtes iurati in termino, poſſunt poſt terminum examinari, etiam ſi pars non fecerit diligentiam circa ipſorum examinationem in tempore aſſignato; ſecùs tamen in termino legali, veluti ſi datus eſſet terminus ad probandum & probatum habendum, maximè ſi hoc caſu adhiberetur per omne genus probationis, quia in his caſibus teſtes poſt terminum datum, non poſſunt examinari, quamuis in termino iurauerint, vt communiter colligunt Doctores hîc, præcipuè Felinus *n.* 20. Decius *n.* 15. ad quod repetes quæ diai *in d. cap.* 1. *de dilat. d. quæſt.* 6.

AD TEXTVM
IN CAPITE X. Per tuas.
De Probationibus.

PRÆMISSVM.

TExtvs agit de probanda filiatione, in quo tota eius tractatio conſiſtit. I. Sed quia in verſic. *habuerit concubinam*, & ibi. *filium quem reuerſa in domum ipſius peperit ex eo ſe adſeruit ſuſcepiſſe*, poterant agere de concubinis, & accedentibus ad eas; ideo leges quæ dico infrà *ad titulum de cohabitatione Clericorum, & mulierum.*

II. Et ibi, *vnde*, & ibi, *non poteſt habere aliquatenus in vxorem*; De impedimento conſanguinitatis ad matrimonium dico *in tit. de conſanguinitate, & affinitate.* III. Et an quis ſit filius legitimus, necne, ſpectat ad cognitionem Iudicis Eccleſiaſtici, de quo videbis quæ dixi *in cap. tuam de ordine cognit.* IV. De teſtibus variis, aut contrariis reducendis ad concordiam dico infrà *in cap. cum in 16. de Teſtibus*, quæ applicabis ad ea, quæ dico infrà *à q.5.*

QVÆSTIO I.

Filiatio quare ſatis probetur ex eo quod aliqui aliquem filium nominant, & non creditur poſtea alter contrarium iuranti, cùm ſola filij nominatio, ſatis filiationem non probet.

SVMMARIVM.

5 *Filiatio, etſi ex iſta nominatione parentum, communiter non probetur fallit, num ſeqq.*

2 *Filiationis dominatio ad quos effectus poſſit, num. ſequentib.*

7 *Filiatio qualiter per famam probatur.*

11 *Filiationis Confeſſio extraiudicialis transfert in aduerſarium onus probandi*

13 *Filiationis coniectura, reſultat extractione fratrum & conſanguineorum.*

15 *Filius præſumitur ex nominatione per Confeſſionē patris factā in iudicio principaliter, ſecus ſi incidēter niſi filio conueniat, n.17. Vide n 18.*

16 *Filij nominatio, vt probet, debet eſſe ab vtroque.*

18 *Filiationis Confeſſio geminata probat, & in antiquis, n. 20. vbi de quodam grauiſſimo caſu hic Matriti oblato circa duas filias habitas vt legitimas, & tempore matrimonij vnius ſic à patre confeſſum, qui poſtea in teſtamento aliud declarans, adiurat eius vxor qui adhuc viuit.*

21 *Filij nominatio probat reſpectu legitimorum & naturalium, ſecus in ſpuriis.*

1 DVbitationem mouet noſter textus: nam licèt Gloſſa *in cap. Michael de filiis presbyt.* voluiſſet, vt ſufficiat ſola nominatio filij ad probandam filiationem, cum iuribus ibi relatis; tamen Gloſſa & noſter textus hîc docent filiationem non probari per ſolam nominationem, niſi aliis etiam adminiculis, veluti quod nominatus filius ſit, & communiter reputatus, vt patet ex noſtro textu ibi, *& filius eius nominatus communiter fuit, & habitus ab ambobus*, ſic tenent communiter Doctores, & Decius *col 3.* Couarruuias *de ſponſ. p.2. cap.8 §.3. n.7.* vbi dicit hanc eſſe receptam opinionem, quam notat Gloſſa ibi recepta *in l. non epiſtolis, Cod. de probat.* & addit, quod iura, quæ probare videntur, quod ſola nominatio hac in quæſtione ſufficiat, intelligenda ſint, modo adſint aliquot indicia, quæ ipſam coadiuuent nominationem, quo pacto interpretatur Gloſſam *dicti cap. Michael*, vel intelligi, quando contingeret hæc nominatio in actu, qui ſolùm conuenit vero filio, vt emancipatio, melioratio, & ſimilia, quia tunc ſufficiens eſt filio poſſidenti, ad transferendum onus probandi in aduerſarium, Bart. *in l.1. §. idem per contrarium. ff. de lib agnoſcendis.*

Vnde licèt filius cenſeatur conſtitutus in quaſi poſſeſſione filiationis ex ſola nominatione in prædictis caſibus, & idem eſſe, ſi actus ille eſſet conueniens magis filio quàm extraneo, vt datio alimentorum, traditio alicuius rei ad alimenta, vt notat Bart. *vbi ſuprà*, quem ſequuntur hic Aretinus & Decius, Tiraquellus *lib. 1. de retract. §.1. gloſſa 16 n.7.* vbi plures adducit. † Et ſic, quod ſola nominatio filiationem probet dicat Riccius *col. 1741.* ad noſtrum textum, & Iafredo *in dec. 59.* † Et quod nominatio patris, quòd talis & tales ſint filij ſui probat fraternitatem, inter eos Maynard. *deciſ. 91. lib. 2.* † Et quod per nominationem patris probetur filiatio, dicat Rota diuerſ. *deciſ. 218. p. 1.* Puteos *in deciſ. 6. de confeſſis.* † Tamen ipſe Riccius ex noſtro textu tradit, quòd ſi quis nominat aliquem filium, & ita communiter reputatur, non creditur poſtea alteri eorum contrarium iuranti, & ſic videtur intelligere noſtrum textum; nempe vt ſola nominatio filij ſufficiat vt pro filio habeatur; ſed ſi contrarium poſtea dicatur, iam tunc non præſumi filium, niſi ſimul cum nominatione communiter habeatur pro filio, quia tunc non eſt credendum contrarium aſſerenti, etiam cum iuramento. 2 3 4 5 6

His tamen omnibus & pro doctrina textûs obſtat, quia forma ſola abſque aliis adminiculis, non facit vt aliquis præſumatur filius, quia fama non probat planè, ſed ſemiplenè, iuxta communem ſententiam Doctorum *in cap. 1. de appellationib. & in cap. veniens in 1. de teſtib.* etiam in his quæ ſunt difficillimæ probationis, *cap. præterea de teſtibus*; eſt enim debilis probatio per famam, quia teſtes examinati debent declarare eos à quibus fama orta eſt, etiam ſi non fuerint interrogati, Thomas Grammat. *voto 34. n.14 & 15.* Alexander *conſ. 35. n.6 lib. 1.* Chachertanus *deciſ. 66. n.3.* Patianus *de probat. lib 1. cap. 49. n.18.* † Et non probat ſi non nominauerint, Chacherran *dec. 79.* Patian, *ſuprà*, Tuſchus *concluſ. 64. n. 26 in 3. tomo*, cum multis aliis Zeuallos *de cognitione per viam violentia p.2. q.4 n.75 & 76.* ergo videtur dicendum non ſolam nominationem ſufficere ad probandam filiationem contra textum noſtrum. 7 8

Quare Aretinus *hic col.7.* & Felinus *n.15.* expreſſim aſſerunt ex fama, nec conſtitui quem in quaſi poſſeſſione Filiationis, vbi plenè exigitur probatio, & in caſibus, quibus filiatio plenè probanda eſt agnoſcunt Salicetus *in l 3. n.9. ff. de Teſtib.* ſequitur eum Decius *conſ. 321. col.5.* optimè Alexand. *conſ. 24 col.3. vol.4* Couarr. *in 4.* 9

cap 8. *d.* §. 3. *n* 9. *p.* 2. quid probat, & reſpondet Antonio *in cap. tranſmiſſa, qui filij ſint legitimi*, & Alexandro ſibi contrario *conſ.* 51. *n.* 1. & Decio dubitanti hîc *col. fin.* & Fulgoſio *conſ.* 138 *col.* 5. contrarium dicentibus; nam in caſu ſuper quo illi loquuntur, & conſiluit Fulgoſius, non adetat ſola fama, ſed coadiuuata aliis adminiculis, & præſumptionibus, quod fallit in antiquis dubitationibus, in quibus fama probat, ſaltem præſumptione quadam ipſam filiationem, ſicut, & inſtrumenta publica, in quibus quis enunciatur etiam obiter filius alicuius, vt optimè notat Antonius *in cap. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſtato*, *n.* 30 Iaſon *conſ.* 34. *n* 7. Alexand. *conſil.* 71. *col.* 2. *volum* 4.

10 Igitur poteſt, & aliter ſola nominatio ſufficere, vt ſi principaliter eſſet facta propter Filiationem in Iudicio, non propter aliud, *l.* 1. §. *Iulianus*, *ff. de liberis agnoſcendis*, modo fiat præſente filio, *l. certum*, § *ſi quis abſentem*, *ff. de*
11 *confeſſ.* † Et idem erit dicendum de confeſſione extraiudiciali præſente filio facta principaliter ad id, ſaltim vt filio poſſidente in aduerſarium transmittatur onus probandi, *l. penult. juncta gl.* ibi, *ff. de Probat.* Imola *in l. ex hac ſcriptura*, *ff. de donat.* Abbas hîc *col.* 2. Decius *col.* 3. Couarr *ſuprà*, cum aliis, *n.* 7. vbi dicit ex his conuenire nominationem factam in aliquo actu ad hoc vt actus ille valeat ſufficientem probationem eſſe inter eos, qui actum egerunt, *l. optimam*, *Cod. de cont. & comm ſtipul.* Decius *hîc col. penult.*

12 Itaque fit vt etſi ex ſententia noſtri text. ſola nominatio filij, abſque aliis adminiculis non ſufficeret, vt voluit, Couarr. tamen ſunt plures caſus, in quibus ea ſola ſufficit ad effectus, de quibus ſupra ex quibus poterat alia conſtitui regula taliter, quod textus noſter nihil obſtet, cum ibi adjiciatur adminiculum communis exiſtimationis de filiatione, ſimul cum nominatione parentum ad effectum, nempe, vt non credatur contrarium aſſerenti, etiam cum iuramento, cum nimia indignum ſit (*iuxta legitimas ſanctiones, vt quod quiſque ſua voce dilucidè proteſtatus valeat proprio teſtimonio infirmare in eundem caſum*, vt his verbis Pontifex hîc alloquitur, quod non ita certum eſt in filiatione, quæ probatur per famam, quæ nimis debilior eſt, vt iam dixi.
13 † Et de intellectu adjunges quæ notat Barboſa hîc, qui in additionibus, *tom.* 6. hîc ait Filiationis conjecturam reſultare, ex tractatione fratrum, & conſanguineorum concludens ibi *n.* 3. ſolùm tractatum, & nominationem conſanguineorum eſſe leue adminiculum conſanguinitatis.

14 Ergo ex prædictis infero, quod ſi maritus & vxor confiteantur, & aſſerant, quod filius natus in eorum domo, & ex illa vxore non ſit mariti filius, ſed adulterij filius, non ob id nocere eam confeſſionem filio, quominus credatur procreatus à marito, quia non eſt in facultate mariti, & vxoris tollere præſumptionem, quam lex ad filij fauorem introduxit. Baldus *in leg. filium in* 1. *lectura n.* 11. *ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*. Anchartanus *conſ.* 255. *n.* 6. cum aliis Menochius *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 53. *n.* 13. vbi ait hoc minus dubitandum, quin mariti filius præſumatur ille natus, ex vxore ſi mater, vel maritus, vel ambo ſimul, non conſtanter, & aſſertiuè, ſed dubitatiuè dixerunt filium illum non eſſe à marito illo progenito, ſed ſi cum aſſertione matris concurrunt aliæ conjecturæ, videtur dicendum filio nocere, vt tradit Pontianus *in tractatu de alimentis cap.* 3. *n.*.. Craneta *conſ.* 868. *libro* 3. Alciatus *in reſponſo* 510. *in fine*. Et ita ſunt intelligendi D. Ioan. de Scobar *in tract. de vtroque foro*, cum multis, *art.* 1. §. 6. *caſu* 6. *num.* 4. Patian. *conſ.* 1. *num.* 10. & 12. Silquenus *num.* 21. *in l. non nudis*, *num.* 8. *Cod. de Probat.* Vldericus Hunnius 1. *tom. diſputat.* 2. *de iure perſonar. q.* 17. D. Ioann. del Caſtillo *cap.* 125. *num* 15. Merlin *tom.* 2. *Controuerſ. cap* 86. *num.* 7. Oſuel. *lib.* 25. *Comment. lib.* 25. *cap.* 8.

Infero ſecundò, quod quia præſumitur filius ex 15
nominatione, & confeſſione patris nominantis, & confitentis aliquem eſſe filium, vt quando in Iudicio principaliter, & propter ſe quis nominauit, confeſſuſque eſt, aliquem eſſe filium; ſecus ſi incidenter, & propter aliud, nominauit, videndus Abbas *hic n.* 8. Baldus *in l. non Epiſtolis*, *col.* 2. *Cod. de Probationibus*, cum multis probat Menochius *d. præſumptione* 53. *à num.* 3. † Natta 16
verò *in conſ* 473. *n.* 24. *volum.* 2. vult quod debeat interuenire vtriuſque parentis; ita vt vnius nominatio non ſufficiat, niſi in præiudicium nominantis, refert Patianus *lib.* 2. *de Probationibus*, *cap.* 6. *littera D. in addit.*

Infero tertiò, quod filiatio probatur ex con- 17
feſſione, & nominatione facta, etiam incidenter, & etiam extraiudicium, ſi fuit facta in actu, qui filio conuenit, & non extraneo. † Et idem 18
quando confeſſio eſt geminata, & repetita principaliter, propter aliud. † Et quando fuit facta 19
incidēter ſerio tamen, & non perfunctoriè, præſente ipſo nominato. † Et idem in antiquis, vt 20
patet ex iam dictis, & ex multis tradit Menonochius *d præſumptione* 53. *lib.* 6. *à n.* 39. Itaque ex his, & infrà relatis, *q.* 2. & 3. abundè exornantur, quæ in quodam grauiſſimo caſu ſcripſit D. D. Chriſtophorus Moſcoſo anno 1657. hîc Matriti, de quibuſdam nobilibus parentibus, negantibus quaſdam filias eſſe eis legitimas, cum in contrarium exiſtimaretur, imò aſſertiuè in teſtamento declarantibus non eſſe filias eorum, & ſi pater antea tempore quo vnam cuidam equiti dediſſet in matrimonium, dixiſſet eam eſſe filiam eius legitimam, & condens Dom Moſcoſo de tali caſu, plura adducens in fauorem filiæ; quæ priuatur à maioratu ſibi obueniente, & ne excitarentur rixæ cum ſuo marito, adhuc concludit ſtandum eſſe concluſioni vltimæ factæ in teſtamento, cum aliis teſtium probationibus, & declarationi matris adhuc ſuperſtitis, & affirmantis illam habitam eſſe ex adulterio.

Id tamen, quod dixi filiorum nominationem 21
prodeſſe in hac quæſtione, intelligendum eſt in filiis legitimis, & naturalibus tantùm; non tamen in ſpuriis, inter quos nominatio nihil prodeſt; ita Angelus *conſ.* 191. *col.* 1. quem Iaſon retulit, & ſequitur *conſ.* 101. *in* 4. vbi & Hieron. Gratus *conſ.* 158. *col.* 1. *in* 5. *vol.* Couarr. *de ſponſ. p.* 2. *d. cap* 8. §. 3. *n.* 9. *in fine*. † Et quod quaſi 22
poſſeſſio filiationis ſufficiat in Iudiciis ſummariis, ſed non in deciſoriis, niſi alia adminicula concurrant, tradit cum aliis Patianus *libro* 2. *de Probat. cap.* 6. *à n.* 14.

Qvæstio II.

An filiatio probetur ex ſolo tractatu à parentibus, abſque ſpeciali nominatione: Et an ex, eo quod quis ex vxore legitima, natus ſit, etiam adultera: Et quibus aliis modis probetur?

SVMMARIVM.

1 *Filiatio quando, & ad quid ex ſolo tractatu à parentibus probetur, item & eorum educatione, n.2.3.4.5. & 6. vbi diſtinguitur.*
6 *Filius defenditur in poſſeſſione interim quo ſuper filiatione probanda diſcutitur.*
7 *Filius tractatus, vt talis defenditur contra actorem, etiamſi agat ad alimenta, n.8. & 9.*
10 *Filiatio non ſatis ex tractatu probatur, cum agitur petitorio.*
11 L. non nudis Cod. de probationibus, l. quidam Cod. eodem.
14 L.1. §. ad quæſtionem, ff. de quæſt. l. circa Cod. de Probationib.
15 *Filiatio probatur ex ipſo, quo quis ex vxore legitima etiam adultera naſcatur, ſeu ex concubina, n.17. 18. & 22. fallit, n.19.23.24. vſque ad 29.*
20 L. filium, ff. de his, qui ſunt ſui.
30 *Filius præſumitur verus natus à ſterili, quæ poſt regreſſum mariti abſentis ſtatim genuit; idem ſi ea habitaret extra domum, ad quam vir ſolebat accedere, n.32.*
31 *Filius quando primi, ſeu ſecundi mariti præſumatur.*
33 *Filius non ideo, quod naſcitur claudus, præſumitur adulterinus, nec ex eo, quod aſſimiletur adultero.*
34 *Filiatio probatur Teſtibus, item ex opinione vulgi, ex inſtitutione filij.*
38 *Filiatio, quando per librum Baptiſmi probetur, ſeu alijs modis à n.39.*
45 *Filiationis probatio, cui incumbat, & n.54.*
46 *Filiatio probetur probato matrimonio inter tales, & de alijs. n.47. & 48.*
49 *Confeſſio patris contra matrem, ſeu parentum, quando filio proſit.*
55 *Filiationis probandi modus fictus ſeu verus.*

1 AD primam quæſtionis partem, affirmatiuè
reſpondent Iacobus *in l. circa*, & *in l. quidam*,
ff. de Probationibus, & eſt communis opinio, ſe-
cundùm Dec. *conſ.54.col.3.* Felin. poſt alios pro-
bat *hic n.13.* Menochius *de Arbitrarijs caſu 89.*
n.70. Alciatus *de præſumptione 28. reg.3. num.8.*
Ioannes Bota *conſ.102. n.30.* idem Menochius
de præſumpt. præſumptione 53. lib.5. à num 21. vbi
ait, quod filius inducitur, in quaſi poſſeſſione
Filiationis ex tractatu, & educatione, etiamſi
ageretur Iudicio petitorio & etiam quando Pa-
ter eſt vitâ functus, & ab aliis hîc, vt filius ipſius
2 tractatus eſt. † Vbi *à n.26.* ait ex multis filium
acquirere quaſi poſſeſſionem ex tractatu, etiamſi
eius pater illum reſpueret poſt tractatum; nam
ius filio quæſitum, ſine eius facto, & conſenſu à
patre tolli nõ poteſt, & videtur colligi ex verbis
3 noſtri text. & ex eius ſpecie. † Item docet ibi
à n.28. quod illam poſſeſſionem acquirit filius ex
tractatu etiamſi tantùm adeſſet vnicus actus tra-

ctationis, modò aliqualis nominatio concurrat.
Et etiam ſi pater ipſe poſtquam tractauit fi- 4
lium, vt filium eum non eſſe, filium ſuum aſ-
ſeruiſſet.
Alij autem dixerunt non plenè probari ex 5
tractatu, & educatione filiationem, vt Albe-
ricus, Baldus, Angelus, & Salicetus *in leg.*
non ignorant, Cod. qui accuſare non poſſunt, Sua-
rex *allegatione 5.* Dueñas *Regul 344* & eſt tex-
tus *in l.9. tit.14. part.3.* vbi Gregor. Gloſſa *ſiendo*
caſa dos., & *l.7. tit.2. p.4.* & ad vtramque partem,
latiſſimè tractat, Maſcardus *de Probat. volum.2.*
concluſ.786.
Ego vtramque ſententiam veram eſſe exiſtimo, 6
primam nempe quando agitur de probanda poſ-
ſeſſione filiationis, ad effectum, vt is, de quo
quæritur, an filius ſit in poſſeſſione, iſta defenda-
tur, quod filius ſit illius, quando à parentibus
quis, vt filius tractabatur, etiamſi parentes, hoc
poſt modum negauerint, vt probat Couarruuias
in 4. p.2. cap.8. §.3. n.6. per textum hîc, & per
gloſſam *in cap. tranſmiſſa, qui filij ſint legitimi*, vbi
Abbas, & Præpoſitus, quo in ſenſu accipiendi
ſunt plures, quos refert Faquinetus *lib.1. Con-*
trouerſiarum cap.73. quatenus dixerunt ex tra-
ctatu, & educatione ſatis filiationem probari
ex eo quod ex tali educatione, & tractatione fi-
lius quis præſumatur, etiam ad obtinendam hæ-
reditatem, ita vt aduerſæ parti id neganti onus
incumbat probandi contrarium iuxta textum *in*
l. circa, ff. de probat. Et quod ea præſumptio
oriatur ex educatione, & tractatione probatur,
ex l.1. §. ad quæſtionem, ff. de quæſtionibus, ibi
nec facilè credendum ſubiectam eam, quam ambo
parentes dicuntur charam filiam habuiſſe, reſcripto
Diuorum Fratrum ad Lucium Tyberianum emiſſo
declaratur.
Vnde ſi filius hic reus ſit, eo quod tanquam 7
filius à parẽtibus tractabatur defendẽdus eſt, do-
nec Actor eum filium tractantis non eſſe proba-
uerit, *d. l. circa, ff. de Probationib.* Couarruuias
vbi ſuprà d. n.6. † vbi ait idem dicendum, ſi fi- 8
lius agat ad alimenta, nam obtinebit, ſi tracta-
tum probet, cum agatur ſummariè, ſine ſtrepi-
tu iudiciali. Gloſſa, & ibi Doctores *in cap.1. qui*
filij ſint legitimi, Gloſſa *in l. non ignoret, Cod qui*
accuſare non poſſunt, Bartolus *in l. ſi neget, ff. de*
alend. liber. quia ad hæc alimenta præſtanda ſuf-
ficit vnius teſtis probatio, vt ſentit Bartol. *in*
Extrauag. ad reprimendam, verſic. *Summariè*, vel
iuramentum ipſius alimenta petentis, vel fama
Regia *lex fin. tit.9. p.4.* † Nec alimenta hoc Iudi- 9
cio ex hac probatione præſtita repeti poterunt,
quamuis poſtea conſtet petentem non eſſe filium
illius, quem ipſe patrem eius dicebat, Gloſſa ab
omnibus comprobata *in l. fin. C. de Carbon. edicto.*
Si vero agat quis petitorio Iudicio, videlicet 10
hæreditatem petens, tunc ex eo quod Sempronij
filius ſit, non eſt ſatis ſufficiens tractatus, niſi
& alia concurrant, *dicta l. cum circa. ff. de Pro-*
bationibus, Albericus, Baldus, Angelus, & Sa-
licetus *in dicta l. non ignoret.* Baldus hic Couar-
ruuias *vbi ſuprà d. n.6.* vbi referens Felinum hîc
& alios contrariam ſententiam tenentes, ait eos
eſſe intelligẽdos, quando cum tractatu concurrũt
aliquot, alia adminicula, ex quibus probatio fiat
apertior. † Qualiter intelligi poterit text. *in leg.* 11
non nudis, Cod. de Probationib. & *in leg. quidam,*
ff. eodem, & text. noſter, & alia vt ſentit Couar. &
probatur hæc ſententiâ, *ex l. filium. ff. de his qui*

ſunt ſui vel alieni iuris, vbi conſultus filium defi-
nit, qui ex viro & vxore eius naſcitur: ergo id
probare debebit qui ſe filium aſſerit; ita cum
multis Faquinetus *vbi ſupra*, *dicto cap.* 73. *lib.*1.
vbi plures refert, & plures alios; Zeuallos *in pra-
cticis, cap.*80. idem videndus ad alia plura de co-
gnitione per viam violentiæ, *quaſt.*4. *à n.*7. vbi *à
n.*30. expendit textum noſtrum.

12 Nec obſtat ſi dicas ſatis probari filiationem
ex præſumptione, quæ oritur ex eo quod habi-
tus & educatus fuerit tanquam filius, quia in Iu-
diciis petitoriis non ſufficit Actori ſuæ inten-
tionis fundamentum probare ex præſumptione
13 & conjectura. † Et patet: nam ex poſſeſſione
dominium præſumitur, ſecundùm Bart. *in l.
quidam in fine*, *ff. de cond. inſtit.* & tamen hæc præ-
ſumptio non ſufficit in rei vindicatione, ſed
probanda ſunt titulus, traditio, pretij numera-
tio, & diuturna poſſeſſio, vt declarat Meno-
chius *de arbitrariis*, *caſu* 44. ita & hac in ſpecie
14 reſoluit ſuprà Faquinetus *dicto cap.* 73. † Qui
ex hoc ſatisfacit *dicta l.* 1. §. *ad quaſtionem*, *ff. de
quaſtionibus*, *& dicta l. circa*, *Cod de probationi-
bus*, quæ loquuntur de præſumptione quæ non
ſufficit in petitoriis, ſed requiruntur probatio-
nes, non enim conjectura loco probationis ha-
betur, *l. tutor petitus*, *Cod. de periculo tut.* & decla-
rat Iaſon, *in l licèt*, *n.*13. *ff. de legatis* 1. Et pro re-
lato dubio de filiatione probanda ex tractatu pa-
rentum, aut ex aſſertione patris aut matris ad
explicationem *l.* 11. *Tauri*, cum infinitis diſſerit
& longè D. Ioannes de Caſtillo Sotomaior *lib.*5.
*de coniectur. cap.*125. *per totum*, vbi ad ſaturitatem
videbis ante *cap.* 104. legendos cum infinitis.

15 Ad ſecundam quæſtionis partem dico, quòd
probatur filiatio ex eo quod quis ex vxore legi-
tima, etiam adultera natus ſit, quia ex hoc fi-
lius cenſetur mariti, etiamſi vterque negauerit,
l. miles, §. *defuncto*, *ff. de adult.* quem dicunt ſin-
gularem eſſe Bald. Abbas, & alij hîc Doctores
in cap. tranſmiſſa, *qui filij ſint legitimi*: latè Hyp-
politus *in l.* 1. §. *ad quaſtionem*, *num* 349. *ff. de qua-
ſtionibus*, *l.*9. *tit.*14. *part.*2. aliis adductis, Couarr.
16 *in* 4. *part.* 2. *cap.*8. §. 3. *num.*8. † Vbi ait nihil re-
ferre ſi fuerit vxor publica meretrix, vel receſ-
ſerit à viro; id enim tantùm poterit hanc præ-
ſumptionem elidere, ſi probetur maritum ad
vxorem non acceſſiſſe illo tempore quo ille fi-
lius concipi potuit, ſnſſtagatur Conſultus *in l.
17 filium*. *ff. de his qui ſunt ſui*. † Et idémque eſſe in
filio nato ex Concubina domi retenta, iuxta tex-
tum noſtrum, & probat Gloſſa *in cap. Michael
de filiis presb.* quem dicit ſingulariter Abbas *in
dicto cap. ex tranſmiſſa*, & hîc Felinus & Decius,
Boërius *deciſ.* 299. Et ad alios caſus extendit Me-
nochius *de præſumptionib. lib.*6. *præſumptione* 53. *à
num.*1. *ad* 14.

18 Quod ſi natus ſit ex vxore in domo mariti,
cum ea cohabitantis filius mariti, præſumitur,
l. filium definimus, *ff. de his qui ſunt ſui*, *l. ſi vici-
nus*, *Cod. de nuptiis*, & ampliant Doctores relati
à Barboſa *hîc n.* 3. quamuis legitimè probetur
vxorem adulteram eſſe, & eo tempore quo con-
cepit habuiſſe conſuetudinem cum adultero, ſic
colligentes ex *dicta l. miles*, §. *defuncto*, & etiam
ſi filius natus aſſimiletur adultero in facie, &
non marito: alia tradit videnda Barboſa *dicto
n.*3. *in fine*, *& à n.*4.

19 Verùm quod dixi videtur fallere aliquibus
modis; primò, quando vxor habitauit cum
alio, etiam ſi marito pateret additus coëundi
cum vxore: nam ſi mulier diu fuit ſterilis cum
marito: tunc non ita facilè præſumitur filius
mariti, ſed requiritur nominatio, vel tractatus
mariti, Felinus *hîc col.* 1. & Aretinus Secundò,
quando maritus rarò accedebat ad vxorem habi-
tantem in domo adulterij; nam tunc præſumi-
tur procreatus ab adultero; ita Maſcardus *de
probationibus*, *concluſ.*788. *n.*11. & multis addu-
ctis, Menochius *de præſumptionibus*, *lib.*6. *præſum-
ptione* 53. *n.*19. verſic. *declaratur quarto*.

Quo modo intelligunt & declarant Pariſius 20
*in conſ.*10. *n.*34. & Aleiatus *de præſumpt. reg.*3. *præ-
ſumptione* 37. *n.*5. *& in reſponſo* 389. *num.*1. verſic.
quinto, *& in reſponſo* 510, *textum in dicta l. filium*,
de his qui ſunt ſui, *& dicta l. miles*, §. *defuncto*, *ff. de
adulteriis*.

Tertiò, quando mulier continuò habitauit in 21
domo adulterij, & in ea peperit, Ancharanus
in conſ. 225. *n.*5. verſic. *ſuper alio dubio*, Abbas *in
dicto cap. tranſmiſſa*, *num.*9. *in fine*, Alexand *conſ.* 88.
*num.*14. verſic *præterea ſecundo*, *lib* 7. & Corneus
*conſ.*2. *num.*22. *lib* 3. qui ambo de hac ſpecie fue-
runt interrogati. † Neuie nus *in conſ.* 34. *n.*39. 22
qui etiam dixit filium præſumi procreatum ab
eo, qui ad libitum ſuum, mulierem tenebat, &
quietatiori animo eâ fruebatur, tradit ſuprà
Menochius *dicto num.* 19. † Qnl in verſic. *de- 23
claratur* 6. tenet cum Abbate *hîc num.* 1. & aliis
idem eſſe quando non conſtat, quod maritus
tempore conceptionis illius partus accederet ad
vxorem extra domom habentem, ſicuti hunc
acceſſum probare debet qui aſſerit natum illum
eſſe mariti filium, vt tradit Salicetus *in l. vltima
in fine*, *ff. de probationibus*. Caſtrenſis *in conſ.*115.
ſuper 1. *n.*3. verſic *breuiter*, *lib.*5.

Quòd ſi maritus à domo diu abfuit, putà per 24
decennium, & domum reuerſus inuenit filium
eius ætatis qui ab ipſo viro per naturam dici
non poteſt generatus, vt anniculum; tunc mariti
filius non præſumitur, vt probat *dicta l. filium*, *ff.
de his qui ſunt ſui vel alieni iuris*, *& l.* 1. §. *idem Iu-
lianus ff. de liberis agnoſcendis*. Menochius *de arbi-
trariis*, *caſu* 89. *n.*32 *& à n.*34. Decianus *in conſ.*1.
*lib.*3. *n.*97. † Et ſic quando conſtaret, quod vir 25
vel mulier aliqua de cauſa, vel impedimento,
non potuiſſet generare, veluti morbo & ægritu-
dine corporis ita laborat, vt Iudicio Medicorum
generare minimè potuerit, tunc filium non præ-
ſumi marlti, *dicta l filium*, *& l. ſi pater*, §. *in arroga-
tionibus*. *ff. de adoptionibus*, *& l. ſi quis poſthumos in
principio*, *ff. de liberis & poſthumis*, Abbas & Feli-
nus *hîc*. † Et ſimiliter ſi vxor vel mulier adeò 26
ſint confecti ſenio, vt non poſſint generare; ita
cum multis Menochius *de arbitrar. caſu.*89. *n.*35.
videndus *caſu* 85. *n.*53. † Vbi dixit virum gene- 27
rare poſſe vſque ad 60 annos, mulierem vſque ad
50 *l. ſi maior*, *ff. de legitimis hered.*

Itē etiā ſi filius fuit educatus, tractatus, & no- 28
minatus, tāquam filius adulterij, & concurrit etiā
publica vox, & fama hoc ſanè caſu præſumetur
filius adulterij, & hoc magis procedit, quando fi-
lius fateretur ſe adulterij filium; ita cum multis
Menoch. *d. caſu* 89. *n* 65. † Et idem *d. præſumptio- 29
ne* 53 *lib.*6 *n.*20. vbi etiam idem procedere docet
quando vtilius & fauorabilius eſſet filio, quod
eſſet ſpurius & illegitimus, quàm legitimus, ali-
ter Rolandus *conſ.*11. *n.*19. *lib.*14.

Verùm ſi mulier diu ſterilis diuertit à viro, & 30
aliquot poſt dies reuerſa filium genuit; & domi
peperit,

peperit, præſumitor mariti filius, quia vſu veni-
re ſolet, vt vir vel mulier, qui aliquo tempore
non potuerunt generare, deinde generandi vim
accipiant Menoch. *de arbitrariis lib. 2. dicto ca-*
ſu 89. *num.*31. probat Plinius *lib.*1. *naturalis Hi-*
*ſtoriæ cap.*13. Ariſtoteles *lib.*7. *de Hiſtoria anima-*
31 *lium,c.*6.† Idemqoe eſſe ſi mulier habitabat ex-
tra domum: nam ſi vir ad eam accedere ſolebat
præſumitur legitimus filius, cum multis idem
Menochius *dicto lib.6. præſumptione* 53. *num* 4. vbi
*num.*5. *&* 6. id locum habere ait. etiam in filiis
naturalibus, & etiam ſi mater affirmaret filium
illum non eſſe generatum ex proprio Marito:
cum matris aſſertio filio non noceat, vt iam dixi.
32 † At ſi mulier primo viro mortuo ſtatim nup-
ſit, ſecundo deinde peperit intra nouem menſes;
ita quod partus poteſt eſſe ex primo & ſecundo
viro, tunc præſumetur filius illius in cuius domo
natus eſt, dixit Baldus *in l. ſi matre, Cod de ſuis*
& legitimus. Tamen Petra *in tractatu de fideicom-*
*miſſis q.*11. *à num* 401. adductus authoritate Ab-
batis *in cap. officij de pœnitem. num.*2. aliter ſentit.
33 † Item etiam, etſi Barbatia dixerit quod ſi fi-
lius ex adultera natus ſit claudus, vel cæcus, præ-
ſumator ex adulterio, vt dicit *in cap. in præſentia*
*hoc tit. num.*97. tamen eum Couarruuias impro-
bat *dicto cap.* 8. *num.* 8. verſ. *hinc*: Videbis quæ
congerit Riccius *collect. deciſ.* 742. *ad textum in*
dicta leg. miles. §. defuncto. ff. de adulteriis, vbi
dicit quod ſi filius aſſimilatur adulteræ eius præ-
ſomitur, negat Zeuallios *de cognit. per viam vio-*
*lent. p.*2. *q.*4. *num.*78. cum Deciano *conſ.*1.*n.*117.
*lib.*3. Menochio 6. Maſcardo ex eo, quia fallax eſt
experientia rerum magiſtra, & docet quod in re
graui, vbi agitur, vel de ſucceſſione bonorum,
vel de honore mulieris, non eſt admittenda, nec
ex ea animus Iudicis eſt mouendus, vt tradit
idem Zeuallos *in pract. lib.*3. *q. fin.*
34 Ad tertiam quæſtionis partem breuiter dico
filiationem etiam multis modis probari præter
relatos: Nam probatur duobus Teſtibus, vt te-
nent Caſtrenſis *in leg. errore, Cod. de Teſtamen-*
tis, Decius *conſ.* 272. Couarruuias *in* 4.*p.*2.*cap.*8.
§.3. *num.*5. *per textum in cap. per tuas qui filij ſint*
legitimi; vbi probatio duorom Teſtium hac in
re, de ipſa veritate deponentiom præfertur fa-
35 mæ atque tractatui.† Item per ſcripturam priua-
tam, & multò fortius per publicam Zeuallos vbi
36 *ſupra cap.*4. *num.*37. cum aliis † Item filiationis
quaſi poſſeſſio nata ea communi opinione vulgi
ſufficit ſi communiter ab omnibus communi
voce, & fama pro tali habebatur. Maſcardos cum
multis *concluſ.* 791. vbi diſcordantius opiniones
conciliat; ſequitur parianus *lib.*1. *de probat. cap.*6.
37 *num* 41. † Item inſtitutio facta filio in teſtamen-
to cum nominatione filij, probat filiationem.
38 Treuiſanus *in deciſ.*30.*p.*1. † Item probator filia-
tio per librum Baptiſmi, in quo enunciator pa-
ter & mater pueri baptizati Cæſar, Barr *deciſ.* 9.
tenet Riccius *collect.* 356. *ad textum in dicta leg.*
filium, ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris: Sed
Zeuallus *de cognitione per viam violentiæ*, *q.*4. *p.*2.
*num.*81, cum Decio *conſ.*120. *n.*1. Marta *de iuriſ-*
dictione 2.*p. cap.*8. *num.* 23. contrarium docet,
quia liber probat Baptiſmum, non tamen qua-
litatem filiationis, nec naturaliom, quod mihi
multum arridet, niſi adſint alia adminicula, vt
quotidie videbam in ſancto Tribunali Inquiſi-
39 tionis Valliſoletanæ.† Item etiam affectio vehe-
mens eſt magna præſumptio ad probandam fi-
liationem, Rota *diuerſ. in deciſ.*2. *part.*1. *& in de-*
ciſ. 3. *part.* 1.
Item probatur probando actus erga filios 40
fieri ſolitos Rota *deciſ.*1. *p.*1. † Et probator per 41
verba enunciatiua in antiquis Faber *deciſ.* 18. *de*
probationibus, & nonnulla in materia probandi
filiationem, ponit eadem Rota *deciſ.* 138.*p.*2 de
quo infra, † Et non filiatio adulterina probetur 42
ea ſene, & infirmo, decidit ſordus *in deciſ.* 83.
ſed diſſolues ex dictis ſupra verſ *ad ſecundam*, &
Alexander de Neuo per ſeptem caſus filiationis,
probationem declarauit *in cap. tranſmiſſa, num.* 22.
qui filij ſint legitimi, ibi videndus. † Sed an pro- 43
betur per inſtrumenta filiatio, ac deſcendentia,
videndus eſt Nata *conſ.* 235. *ſuperioribus*, *num.*1.
vol. 2. Aretinus *in conſ.* 35. *col.* 2. Albanus *in*
*conſ.*6. *col. fin.* † Et quibus coniecturis probetur 44
filiatio: latè Maſcard. *de probationibus concluſ.* 789.
Et quando per ſimilitudinem 792 & quando ex
inſtitutione 793. & quando per educationem fi-
liorum 795. ibi videndus, cum caſus occurrat,
quia latiſſimè tractat: videbis Ioannem Garciam
de Hiſpanorum nobilitate Gloſſa 20. *num.* 6. Alios
adducit Pichardus *in §. præiudiciales. Inſtituta de*
actionibus n. 7. videbis Menochium *dicto lib* 6.
præſumptione 53. quem videbis, & *de arbitrariis*
*lib.*2 *caſu* 89. vbi ad alia plura.
Et cui tamen incumbat onus probandi filia 45
tionem latiſſimè ſcripſit Parianus *de probationi-*
*bus dicto cap.*6. & in quibus caſibus, vbi dicit
alleganti filiationem incumbere probationem,
vbi *n.*23 dicit quod proponens probare filiatio-
nis proprietatem, ſi probauit poſſeſſionem tan-
tùm: tunc poſſe per Iudicem ex officio iniungere
onus probandi aduerſario qui ſi nihil probauit, &
ego ea quaſi poſſeſſione obtinebo; itaque pote-
rit Iudex, quando ego propoſui probare filiatio-
nis proprietatem, transferre onus probandi in
aduerſarium, & eo non probante, proferre ſen-
tentiam in fauorem mei probantis, quaſi poſ-
ſeſſionem, vt notat Albericus *in l.*1. *num.*6. verſ.
item quæris, ff. de probat. videbis Menochium *de*
arbitrariis dicto caſu 89. *n.* 7. *lib.*2. *cent.*1.
Itemque aduertes, quod filiationis proprietas 46
probator quando probatur Matrimonium fuiſſe
contractum inter tales, & ex illis viuentibus in
figura Matrimonij fuiſſe notom Titium, vicinis
ſcientibus; tenet Florianus *in l. quidam quaſi n.*2.
verſ. *qualiter, ff. de probationibus*, vbi ait hanc eſſe
probationem veræ filiationis probabilem, non
autem neceſſariam, quæ debet admitti cum ne-
ceſſaria non poſſit haberi, Albericus *in dicta leg.*1.
*num.*4. *ff. de probationibus.*
Vnde infert, quod qoamuis dicatur filiatio- 47
nis probationem eſſe impoſſibilem reſpectu pa-
tris, hoc debet intelligi, quoad probationem
neceſſariam, ſecus quo ad probationem præ- 48
ſumptiuam, ſiue probabilem. † Qua diſtin-
ctione intelligenda ſunt quæ tradit Zeuallos *de*
*cognitione per viam violentiæ dict. q.*4. *p* 2. *n.*63 vbi
n. 62 14. & 17 ait quod probatio filiationis ex
parte patris fit per indicia, vbi *n.*7. ait quod fi-
liatio non præſumitur ad euitandum delictum. 49
† Et *n.*82. ait quod confeſſio patris non prodeſt
filio contra matrem negantem, quia alias pater
plebeius poſſet eligere mulierem, quam ipſe vel-
let, & dicere quod ſit mater filij ſui, idemque
eſſet inconueniens, ſi eſſent paris qualitatis; ita 50
ex multis reſoluit *n.* 73. † vbi addit quod con-
feſſio parentum, ſolùm nocet confitenti, & non

tertiò ; itavt præſumptionem noo faciat io præ-
ludicium tertij, ſic cum Meoocbio *conſ.*89.*n.*72.
51 & Maſcardo *concluſ.*386 *n.*1. † Et ipſe Zeuallos
à n 57. cum multis tradit qualiter probetur fi-
liatio ex parte matris contra eios voluntatem, &
52 *n.*57. † Dicit quod hæc probatio debet eſſe con-
53 cludens ; itavt non ſufficiant coniecturæ. † Et
n. 61. ait quod filiatio ex parte matris eſt caoſa
54 grauiſſima ipſa negante. † Er Patianus *de probat.*
*lib.*2. *dicto cap.* 6. *à num* 4. ait quod mulieri aſſe-
reoti eſſe matrem Titij incumbit onus probandi,
& qood dicens ſe filiom , vel naturalem, aut ſpu-
rium debet id probare, niſi filius exiſtat in poſ-
ſeſſione filiarionis , & quod filiatio eſt proban-
da , tam ab Actore , quam à Reo excipiente
ſe ad rem pertinere, tanquam Filiom , ibi cum
55 multis. † Diceſque eſſe probandi filiationem
modo fictè, & verè dicit cum aliis Zeuallos *dicto*
cap. 4. *à num.* 55. verus modus eſt reſpectu ma-
tris quæ ſemper eſt certa , præſumptus reſpectu
patris, quia eius probatio oon poteſt fieri per
modos concludentes, *leg* 9. *Tauri* , *quæ eſt leg.* 7.
tit 8. *lib.*5. *recopilationis*, & *num.*56. explicat *l* 11.
*tit.*13. *part.* 6.

QVÆSTIO III.

An filio incumbat onus probandi ſe legitimum : Et an dicendi quem eſſe filium naturalem , aut ſpurium incumbat onus probandi : Et an in dubio præſumendus ſit naturalis, hoc eſt natus ex Concubina , an ſpurius , hoc eſt natus ex coitu damnabili , & punibili : Et an pendente Lite inter duos parentes , ſi vterque moriatur, cui filius ſuccedet : Et præiudicialis actio , quâ quæritur , vtrum quis ſit filius necne , cui, & contra quem competat : Et quâ praxi vtantur Aduocati ad probandam filiationem?

SVMMARIVM.

1 *Filius qui ſe legitimum dicit , tenetur id probare & n.* 3. *ad hæreditatem , ad beneficia, ſeu honores adipiſcendos, n.*4. *ſed cum diſtinctionibus , de quibus à n.*6.

2 L merito , ff. pro ſucio, & n.4 & 5.

10 *Filius in dubio potius naturalis , quam ſpurius præſumitur , & potius ex concubitu quàm ex damnabili coitu, à n.*12.

13 *Filius non præſumitur ex Sacerdotio , licet educetur à Sacerdote.*

16 *Filius Lite pendente inter duos parentes ſuper filiatione ei ſuccedit , cuius ſe filium probauerit , quid quando nequit ſciri, n.*17.

18 *Filiationis probatio parit duas præiudiciales actiones.*

19 *Filiatio vt probetur in Iudicio, quos articulos formet Aduocatus.*

1 AD primam quæſtionis partem reſpondeo,
quod qui ſe legitimum filium dicit, tenetur
id probare, tum quia dicenti, ſeu adducenti ali-
quam qualitatem incombit onus probaodi ad
fundamentum ſuæ intentionis *leg. ei qui*, *ff. de*
probationibus. Tam quia Matrimonium ex quo
præſumitur naturalis legitimatio, non præſumi-
tur niſi probetur ; videbis quæ tradis Maſcar-
dus *de probationibus concluſ.*786. in verbo *filium.*
num. 7. Baldus *in l. in libera in* 2. *lectura* , verſ.
aly , *ff. de ritu nuptiarum* , & plurimis adductis
Patianus *lib.*2. *de probationibus* , *cap.* 16. *n.* 1. qui
n. 2. refert alios infinitos contrarium aſſerentes,
ſcilicet vt filius præſumatur de iure ciuili legiti-
mus ; & ſic *n.* 3. infert quòd non ſolùm debet
intelligi probata legitimatione. quando à Teſti-
bus fuit quis ſimpliciter probatus filius, ſed etiam
quem feciſſe poſitiones de legitimitate , quando
eas fecit de ſimplici filiatione , & ex confeſſione
vnius inferri ad confeſſionem alterius: nam cum
quis oon poſſit naſci illegitimus , niſi ex concu-
bitu illicito ; ideò capienda eſt in caſu dubio
illa interpretatio quæ delictum excludet, *l. meri-*
to , *ff. pro ſocio.* † Et ſic præſumitur legitimus, 2
qui natus eſt ex duobus ſimul cohabitantibus ;
licet quoad ipſus fornicatio præſumatur ; quia
in caſu dubio eſt facienda interpretatio pro fi-
lius Felinus *hic num.* 7 Et eodem modo præſumi
legitimum filium ex adultera natum , vt delicti
præſumptio excludatur : argumento textus *in l.*
miles , §. *defuncto*, *ff. de adulteriis.*

Prima tamen ſententia verior eſt & ſequen- 3
da : nam legitimitas non probatur , niſi ex pro-
batiooe Matrimonij , vel quaſi poſſeſſionis eius,
non enim quis poteſt eſſe legitimos , niſi fuerit
natus ex Matrimonio ; tradit Bartolus *in l. Titia*
*n.*2. *ff. ſoluto Matrimonio*, Bald. *in l. filium n.*18. verſ.
item nota, *ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris*. cum-
que Matrimonium ſit quid facti , non præſumi-
tur niſi probetur , & per conſequens filius legi-
timus præſumi non poterit. † Er ſic videmus, 4
quod quaodo qois vult ad hæreditatem , vel be-
neficium , aut ad honores admitti vt legitimus,
debet hanc qualitatem probare, quæ ſuæ inten-
tionis fundamentum eſt , quia qoalitas proban-
da eſt ab eo qui ſe fundat in ea, ſiue affirmatiuam
ſiue negatiuam contineat , vt latè dixit Patianos
*de probationibus lib.*1. *cap.*51. & *num* 28. † Qui 5
etiam *dicto lib.*2. *cap.*16. *à num.*16. ſatisfacit fun-
damento coorrariæ ſeotentiæ , videlicet vt de-
lictum oon præſumatur , ne Reus poniatur, ſed
non valere eam allegarionem in fauorem Rei,
quando io ea vult ſe fundare ad aliqoid obti-
nendum : & tunc delictum excuſator quando
capi poteſt interpretatio excluſiua delicti , &
probatur cauſa præcedens , quæ potuit facere
actum licitum vt parer ex *dicta leg. merito* , *ff. pro*
ſocio vbi præcedebat ſocietas, de qua in eius ſpe-
cie, at vbi cauſa quæ poteſt actum licitum face-
re non eſt clara , nec dubiè probata , vt in noſtro
caſu contingit, in quo Matrimonium, nec verè,
nec præſumptiuè fuit probatum : tunc actus ſo-
nans in delictum , qualis eſt copula carnalis,
præſumitur in ſe continere delictum , licet ali-
quando poſſit eſſe licitus , & ſine delicto ; Ita
docet Alexander *in l. non ſolùm* , § *ſciendum* verſ.
nec obſtat , *ff de noui operis nunciatione* , Pariſius
in cap. in præſentia hoc tit. num. 31. verſ. *circa illud*
col 15. Alciatus *reg.* 3. *præſumptione* 1. *num.* 11.
verſ. *tertio limitatur*

Verum quia noſter caſus ſæpè ſoleat variari, 6
ideò vt intelligatur , triplicem conſtitoo caſum.
Primus erit , vt quando conſtat de vero Matri-
monio duorum , & tunc ſine controuerſia filius
notus in Matrimonio , præſumitur legitimus,
quia vera legitimitas probatur ex Matrimonio,

Bart,

Batt. *in dicta leg. titia , ff. ſoluto Matrimonio*, Bal-
dus *in dicta l. filium , ff. de his , qui ſunt ſui n.* 18.
quæ præſumptio adeo vers eſt, vt non admittat
probaticnem in contrarium, niſi pet abſentiam
viri, vel propter impotentiam cocundi iuxta es
quæ dixi iam *quaſt.* 2. verſ. *ad ſecundam* , & ali-
qua *quaſt.* 1. Iſtè Patianus *dicta* 2. *p. de probatio-
nibus cap.* 16. *à n.* 25.
7 Secundos caſus eſt , quando non conſtat de
veto Mattimonio, ſed de quaſi poſſeſſione Ma-
trimonij, & tunc filius natus ex eis, qui inuicem
ſe tenebant, & tractabant pro coniugibus,& ab
aliis renebantur , & reputabantur , præſumitur
in dubio filius legitimus : tradit Salicetus *in l. ſi
vicinus num.* 3. verſ. *ſed quia , Cod. de nuptiis , &
in l. ſiquidem num* 2. *ff. de probationibus* ; latè cum
eo , & aliis Patianus *dicto lib,* 2. *cap.* 16. *à n.* 44.
qui air hoc eſſe verum , ſiue inſpicias ius ciuile
per textum *in dicta l. in libera , ff. de ritu nuptia-
rum* , ſiue ius Canonicum , quo iure ſimiliter fi-
lij nati ex duobus ſimul cohabitantibus in figu-
ra Matrimonij , præſumuntur legitimi , licet
quoad ipſos cohabitantes præſumatur fornica-
tio : Notat ſic cum Abbate videndo *in cap. Lator
n.* 6. *extra qui filij ſint legitimi* , Innocentio *in cap.
ex parte col. penult.* verſ. *item oportet de reſtitutio-
ne ſpol.* quod verum eſt, niſi Matrimonium inter
cohabitantes contrahi non poſſet ob aliquod
impedimentum.
8 Tertius caſus eſt , quando non conſtat nec de
Mattimonio vero , vel putatiuo , nec de quaſi
poſſeſſione , ſed ſolúm dicitur talem eſſe,vel eſſe
filium talis , & licet in hoc quatuor reperiantur
opiniones , vna affirmantium,altera negantium,
vt iam *ſupra in princ.* tertia diſtinguentium , vt
cum agitur ad hæreditatem de Iure ciuili, aut ad
beneficium de iure Canonico , vt in primo caſu
opponenti defectum , incumbat onus probandi
illegitimitatem. In ſecundo aſſerenti ſe legiti-
mum, incumberet probatio , ſic Albericus *in di-
cta l. ſi vicinis, num.* 4. *Cod. de nuptiis.* Quarta fuit
opinio Ioannis Andreæ *in cap. veniens de presb.
non bapt.* vbi dicit, quod aut quis diffamatus eſt
de illegitimitate , & non probatur aliud , quàm
ſimplex diffamatio , & tunc purgare ſe debere
Canonica purgatione , *cap accedens extra de pur-
gatione Canon.* aut non eſt diffamatus , ſed ſem-
per vixit & habitus fuit pro legitimo , & tunc
ſuæ conſcientiæ relinqui : refert Patianus *dicto
lib.* 2. *de probationibus cap.* 16. *à num.* 53. qui ta-
men *à num.* 56. ſequitur primam opinionem ex
9 iam dictis ſupra. † Vbi *n.* 60. docet quod proba-
tur filius legitimus, ſiue ex probatione veri, aut
putatiui Matrimonij , vel quaſi ex poſſeſſione, &
longè agit ibi & numeris ſequentibus de quæ-
ſtione, an ad probandam legitimationem , ſuffi-
ciat Actori probare ſolam communem opinio-
nem viciniæ,quod parentes ipſius habeantur pro
marito & vxore, & de aliis.
10 Ad ſecundam quæſtionis partem dico eius re-
ſolutionem pendere admodum ex doctrina iam
relatæ quæſtiunculæ , & ex dicendis in quæ-
ſtiuncula ſequenti. Quare quia longè Patianus
cum multis ab eo relatis agit *dicto lib.* 2. *de pro-
bationibus tota q.* 17. Ideò apud eum videbis : ego
tamen breuiter dico , vt licet Menatus doceat
quod de iure ciuili præſumitur quis , quoad ſuc-
ceſſiones filius ſpurius , non autem naturalis, li-
cet de iure Canonico poſſit dici contrarium,vel
attento vſu communi loquendi quo generaliter
ſolemus omnes filios illegitimos naturales ap-
pellare , vt latè examinauit ex profeſſo Alciatus
de præſumptionibus regula 1. *præſumptione* 3. *n.* 3.
verſ. *ſed circa* : Tamen contrarium dicendum eſt
vt præſumatur naturalis , & non ſpurius,& con-
ſequenter ſit capax,vbi legitimi non adſunt;quia
ſemper capienda eſt interpretatio, propter quam
non præſumatur delictum in dubio ; alias ratio-
nes adducit Patianus ſupra *à n* 8. omnino vi-
dendus cum multis ab eo relatis. Et quatenus
ad ſucceſſiones tam naturales , quam ſpurij ; vi-
debis quæ poſt alios longè tradit Picbardus *In-
ſtitut. de hæredit. quæ abinteſt. deferuntur poſt prin-
cipium* , §. 6.7. 8. & §. 9. *de ſpuriis filiis Clerico-
rum , & eorum ſucceſſione* , vbi videbis , & qui ta-
les filij dicantur
Quare ad difficultatem , cui incumbat onus 11
probandi , dici videtur eam regulari debere ex
hiis quæ dixi quæſtiuncula præcedenti *à n.* 1. Et
videbis quæ tradit Patianus ſupra *à numer.* 34.
& antea,
Ad tertiam quæſtionis partem iterum reſpon- 12
deo ex dictis ſupra in verſ. *ad ſecundam* : Nam
licet multi, quos refert Faquinetus dicant in du-
bio præſumendum eſſe quem filium ſpurium
inter quos Menochius *de præſumptionibus , lib.* 6.
præſumpt. 54. *num.* 1. & *conſ.* 60. *lib.* 1. *num.* 12. ex
eo quia vt iuſtus ſit concubinatus multa requi-
runtur. Primò vt mulier non ſit vilis conditio-
nis , deinde vt in ſchemate concubina retinea-
tur. Tertiò , vt ſit ſola , nec cum alio rem ha-
buerit. Quartò , vt proteſtatio præceſſerit , vt
explicat Grammaticus diligenter *voto* 4. Itavt
qui , nec ex legitimo Matrimonio naſcatur , nec
ex tali coitu appelletur ſpurius , vt declarat
Bart. *in l. vltima ff. quibus vt indignis*, & hæc om-
nia probanda ſint , non præſumenda ; Ideò fi-
lium præſumendum ſpurium : Tamen contraria
ſententia , quam tuetur ipſe Faquinetus *lib.* 3.
cont. cap 43. cum Alciato, Couarr. Bald. Crauet.
& aliis probabilior eſt,quia benignior,& æquior,
& quia minus malum eſt præſumendum,& quod
leuiorem infamiæ maculam aſpergit : argumen-
to *l. ſi Præſes, ff. de pœnis* , & quia Rota Romana
nouiſſimè hanc ſententiam ſequuta eſt , vt paret
in deciſ. 808. *in p.* 1. † Et confirmatur *ex cap.* 2 *de* 13
filiis presbyt. & ex cap. veniens de accuſationibus,
quibus in locis dicitur non præſumi quemquam
genitum eſſe ex ſacerdotio . licet Sacerdotis fi-
lius exiſtat ; idem habetur *in cap. inter cæteros eo-
dem tit. de filiis presbyt.* † Et quia iure Canonico 14
ſufficit ad hoc, vt quis ſit filius naturalis , quod
natus ſit ex his , inter quos Matrimonium con-
trahi poterat. Sarmientus *ſelect. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 2.
Couarruuias *de ſponſalibus* 2. *p. cap.* 8. §. 4. *in
principio* : alia dicit Faquinetus ſupra , & videbis
eundem Patianum *dicto cap* 17. *per totum* † Vbi 15
3 *n.* 43. dixit quod *Chriſtus Dominus noſter* voluit
naſci ex incertis Aſcendentium ſuorum coniun-
ctionibus , vt exemplo tali nos doceret iniqui-
tates parentum , nihil obeſſe filiis , & ibi *n.* 46.
quod Sponſus Euangelicus . voluit naſci de bo-
nis & malis, & vocauit bonos & malos ad nup-
tias , vt oſtenderet ſe eſſe communem parentem
omnium , & *n.* 45. quod multi ex ancillis nati
inter Patriarchas & tribuum Principes fuerunt
nominati , &c.
Ad quartam quæſtionis partem breuiter dico, 16
quod Lite pendente inter duos parentes ſi vter-
que parens moriatur , non poterit filius ſucce-
dere,

Google

dere, niſi ei, cuius ſe filium probauerit, licet enim quæſtio filiationis extincta ſit quoad perſonas propter mortem: Tamen adhuc remanet viua quoad bona, vt notat Baldus *in cap. afferte num. 1.* verſ. *nota quod dixi* de præſumptionibus, quod ipſum pariter notauit Angelus *in leg. liberorum, num. 2 ff de his qui notantur infamia*.

17 † Vbi ait quod quando non poteſt ſciri, an ex primo, an ex ſecundo Marito puer ſit natus non inuitatur ad hæreditatem alicuius, ſequitur ibi Caſtrenſis *n. 2.* verſ. *breuiter* & Albericus, qui loquitur in alia quæſtione *in l. ſi vicinu in fine Cod. de nuptiis* tradit Parianus *dicto lib. de probationibus quaſt. 6. num 9.*

18 Ad quintam quæſtionis partem, etiam breuiter dico, vt cum de iure filij diſceptatur, an ſit filius, necne dico huius actionis præiudicialis, duas eſſe ſpecies. Prima de partu agnoſcendo, quæ datur mulieri, ſoluto Matrimonio contra Maritum negantem ex ſe prægnantem eſſe; Itaque mulier ſoluto Matrimonio per diuortium intra 30. dies Marito debet nunciare ſe ex illo prægnantem eſſe, vt partum agnoſcere & alere teneatur, qui ſi negauerit ex ſe prægnantem eſſe, huic actioni locus erit *l. 1. ff de liberis agnoſcendis* Donellus, quem ſequitur Pichardus *in §. praiudiciales 13. Inſtitutu de actionibus*, & ambo dicunt ſecundum ſpeciem eſſe, cum inter Patrem & Filium agitur, quam vtrique dari fatetur in vtramque partem affirmanti competit contra Filium non exhibentem pietatem & reuerantiam parentibus iure naturæ debitam, intenditque pater declarari per Iudicem eum eſſe verum, legitimumque parentem *l. 1. §. 1. ff. de Rei vindicatione*, & econtra competit filio patrem nolentem eum agnoſcere & alere.

19 Ad vltimam partem quæſtionis dico Aduocatos in probanda filiatione debere articulare tria, ex quibus Teſtes interrogentur. Primum ſcilicet an ſciant Sempronium eſſe filium Titij ex Matrimonio legitimo ab eius vxore conceptum. Secundum ſciant ne Titij dictum Sempronium eſſe filium, eumque agnouiſſe, atque vt talem eum tractaſſe, eundemque ſemptonium in poſſeſſione filiationis penès Titium extitiſſe. Tertium an creditum atque exiſtimatum fuerit communi viciniæ fama præfatum Sempronium filium eſſe legitimum dicti Titij hanc praxim docet Bart. *in l. 1. §. idem per contrarium, ff. de liberis agnoſcendis, & in leg non nudis, Cod. de probationibus, & in l. filium, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, vbi ait filiationem primo probari, quando probatur inter Titium, & ſe iam eſſe contractum Matrimonium legitimum, eoſque fuiſſe habiles ad Matrimonium contrahendum, & ſe tanquam verum, & vxorem tractaſſe, & ſimul habitaſſe, & ex illis talem filium fuiſſe natum; quæ probatio cum reſpiciat veritatem Matrimonij reſpicit etiam proprietatem filiationis, quæ præualet ipſi quaſi poſſeſſioni, vt inquit Alex. *conſ. 51.* verſ. *non obſtat. volum. 1.* Decius *hîc num. 17.* verſ. *illa præſumptio col. 3.* cum aliis Parianus *de probationibus, lib. 2. cap 6. à num. 25.* & Couarruuias *de ſponſ. c. 8. p. 2. §. 3. num. fin.* vbi ait illa tria à Teſtibus cautè eſſe interroganda, non quod omnia probari ſit neceſſarium, quod ex præmiſſis conſtat, ſed vt teſtis, qui vnum ex bis ignorat aliud fortaſſe aſſerat ſecundum Alexand. *dict. conſ 51.* Iaſon *conſ. 34 & in conſ. 114. in 2. vol.* Et alia circa hanc materiam filiationis videbis apud præcitatos in quæſtionibus præcedentibus, & hîc.

QVÆSTIO IV.

An adultera teneatur filium detegere?

De hac quæſtione agunt nonnulli per textum noſtrum, & tractant multi ex iam ſupra citatis; ſed de ea proprius ago *in cap. officij de pœnis, & remiſſion.* vbi etiam ago de caſu relato *ſup. q. 1. ſub n. 20.* hic matsiti oblato anno 1657. qui rarus eſt & inauditus.

QVÆSTIO V.

An Teſti contraria dicenti, ſeu varianti credatur?

SVMMARIVM.

1 *Filiatio per confeſſionem matris probatur, licet cum Iuramento, poſtea contrarium aſſerat numeris ſequentibus.*

2 L. Eos qui, ff. de falſis, & n. 12.

4 *Teſtis varij & contrarij differentia.*

5 *Teſtis ſibi varius & contrarius, quando credatur, aut non, quando eius primo dicto, ſiue ſecundo ſtetur, quid ſi incontinentè, aut interuallo ſe corrigit num 7. 8. 9. & 10 & 20. & quaſt. 6. à num. 1.*

13 *Teſtis dicto vario ſeu contrario, cui credatur, quando vnum dixit extraiudicialiter, aliud iudicialiter & numeris ſequentibus.*

Doctores ſolent agere de prima, & de aliis difficultatibus, de Teſte contraria dicente, vel ſe corrigente in continente, vel ex interuallo *in cap. preterea 7. infra de Teſtibus cogendis*; ſed quia commodè per noſtrum textum valet diſceptari de Teſte contraria dicente: nam cum mulier, de qua hic primo confeſſa eſſet filium, & poſtea iuramento præſtito contrarium dixerit; Ideò Pontifex dixit eius ſecundo dicto, etiam cum iuramento ſtandum non eſſe. Etenim Abbas & Decius hic de hac quæſtione tractarunt, & Faquinetus benè *lib. 9 cont. cap. 84* 1

Facit ergo primo difficilem noſtri textûs aſſertionem: nam quoties Teſtis ſibi contrarius eſt neutri eius dicto fides eſt adhibenda, vt probari videtur *in l. eos, ff de falſis*, vbi Conſultus dixit eum qui diuerſa Teſtimonia præbuerit falſi criminis Reum eſſe; item & eum, qui contra ſignum ſuum Teſtimonium dixerit: ergo malè hîc Pontifex ſtat pro primo dicto mulieris aſſeuerantis filium ſuum ſecundùm quæ dixi ſupra quæſtionibus præcedentibus. 2

Secundò; nam cum hîc poſt primum dictum mulier iuramento præſtito contrarium aſſeruit, potius debuit credi ſuæ diſpoſitioni iuratæ, etiam ſi ſecundo præſtita ſit propter Religionem iuramenti, & propter Iudicis authoritatem, ſiquidem hîc conſtare videtur hanc ſecundam diſpoſitionem iuratam à muliere fuiſſe factam in Iudicio, vt patet ex illis verbis ibi *idem Titius prafata mulieris, pracipue denictus inſtantia*, & probat *in cap. ſicut nobis de Teſtibus cap. 1. in principio quid ſit inueſtitura*; itavt non puniatur pœna 3

falſi

falſi vt probat *Gloſſa vlt. in cap. cum cauſam de Teſtibus*, ibi communiter recepta, quem dicit ordinariam, Bald. *in l. nullus col.* 1. *Cod. de Teſtibus*, Felious *in cap. cum intra, col. vlt. de Teſtibus*, idem *in cap. inquiſitionis*, §. *tertia de accuſationibus, col. fin.* Alexander *conſ.* 222. *lib.* 2. *num.* 13. Aymun. *conſ.* 6. *col.* 2. Hypolitus *in dicta leg. eos, num.* 11 & 22. *& in ſingulari* 212. dicens hanc opinionem eſſe communem.

4 Sed vt hanc difficultatem comprehendas nonnullam conſtitues differentiam inter Teſtem varium, & ſibi contrarium: nam varius dicitur qui indirectè deponit contrarium eius, quod antea depoſuerat, contrarius qui directè ſic contrarium dixit. Ita Baldus *in dicto cap. prætereà de Teſtibus cogend.* ſed Bartolus *in dicta leg. eos, ff. de falſis*, verſ. *varia* dixit varia Teſtimonia eſſe, quando Teſtis vnum dicit in vno articulo, in alio autem articulo aliud dicit directo contrarium. Verùm communiter Doctores dicunt illum dici Teſtem varium, qui nullâ causâ, aut ratione aſſignata dicit contrarium eius, quod primo dixerat ſecundùm Innocentium *in dicto cap. prætereà, num.* 4. ibi Andreas *num.* 11. Hoſtienſis *num.* 4. Imola 9. Butrius 14. in verſ. *vltimo dubitatur*, & Teſtem contrarium qui deponit duo, quæ ſimul eſſe non poſſunt; ita relati Doctores: Tamen Farinacius omninò videndus *de Teſtibus*, *q.* 66. *à. num.* 6. ait quod in effectu Teſtis varius & contrarius idem ſunt, ſaluo, quod varius dicitur, qui per ſe, & ſuo proprio motu variat dictum ſuum; vt *ſi primo dixit Titium emiſſe domum Sempronÿ, & deinde dicit Titium emiſſe domum Sempronÿ vna cum vxore ſua*, & contrarius qui varia diſponit interceptus per interrogationes ſibi factas, diciturque ille qui contraria tenaciter aſſerit, vt per Nouellam *in tractatu de Teſtibus n.* 16. verſ. *qua autem* Baldus *in dicto cap. prætereà num.* 6. & 107.

5 Eſt ergo conſtituenda regula, quod Teſtis ſibiipſi varius aut contrarius nihil probat, *cap licet cauſam de probationibus*, ibi *cum alÿ ſibimetipſi in ſerie ſui Teſtimonÿ contradicant*, iterum ibi *quia ſibiipſi euidentiſſimè contradicunt*; & ibi Gloſſa verbo *contradicunt* vbi adducit alia iura ibi Aretinus *n.* 15. Decius 58. Beroius 37. & pluribus adductis Farinac. *à num.* 13. vbi hoc dicit procedere, non ſolùm in Teſte ſibi vario & contrario; ſed etiam in vacillanti timendo & dubitando varie depoſuit, ſecus ſi tantummodo titubando deponat non varia aut diuerſa, quia tunc non in totum tollitur eius dictum, ſed diminuitur, aut ſi vacillat circa ſubſtantialia, cui tunc
6 non creditur, ſecus ſi circa circumſtantias. † Et taliter varius aut contrarius repellitur, vt etiam ſi id contingat in aliqua parte tantum, & procedere etiam quando Teſtis eſt ſibi varius & contrarius in loco & tempore actus, de cuius probatione agitur, & in tantùm procedit, vt Teſtis ſibi varius aut contrarius non faciat fidem ad acquirendum, Alciatus *de præſumpt. regula* 2. *præſumptione* 10. Grammaticus *conſ.* 35. Bart. *conſ.* 559. *lib.* 2. *num.* 8. Alia quamplura proſequitur Farinacius ibi omninò videndus *dicta quæſt.* 66. *à numer.* 12. vbi dicit hoc fallere quando Teſtis non vacillat, aut ſibi contrarius eſt in ſubſtantialibus, ſed in qualitatibus circumſtantiis acceſſoriis, & accidentalibus, vel in Teſte, qui varia, aut contraria depoſuit per errorem, aut quando Teſtis in ſecundo examine plus, aut minus dixit, quam in primo, quia tunc non dicitur varius.

Hæc autem omnia licet vera ſint, adhuc tamen non minuunt difficultatem, vnde ſecundùm 7
materiam noſtri textûs, quæ contradicit iam dictis: conſtitues etiam, nempe Regulam, vt quando Teſtis in vno examine dicit contrarium eius quod dixerat in alio; tunc non ſecundum, ſed primum dictum attenditur, Albaricus *in leg. qui falſo num.* 6. *ff. de Teſtibus*, & ibi Baldus *Gloſſa in dicto cap. cum intra* Zanatella *in dicto cap. præterea de Teſtibus leges* cum pluribus Farin. *dicta quæſt.* 76. *de Teſtibus part* 4. *à num.* 124. & hoc multò magis procedet, quando ſecundùm dictum Teſtis narrantis emanauit poſt publicationem proceſſus, quia tunc Teſtis varians à primo examine, videtur apertè ſubornatus, idemque procedet quando Teſtis in ſecundo caſu non debeat examinari, & primum dictum attendendum eſt, etiam ſi ſimus in diuerſis cauſis, inſtantiis, & perſonis, & inter eaſdem perſonas, vel in eadem inſtantia & inter eaſdem perſonas, dummodò examina ſint diuerſa, & ſic ex interuallo dicat contrarium, vel quando primum dictum fuerit geminatum. Et ſecundum hoc intelliguntur Barboſa, & ab eo relati *num.* 1. verſ. *poſtea verò* ex noſtro textu *in cap. ſicut.* 9. *de Teſtibus*, eoquod per Teſtimonium priori loco datum dicitur ius quæſitum Litiganti ex Regula textus *in l. illicitas*, §. *veritas, ff. de off. Præſidis*, quod quidem ius ſicut ſine ipſius conſenſu nequit auferri, vt explicat Minchaca *illuſtrium cap.* 5. *& cap.* 12. *à numer.* 29. ex Regula *textus in l. id quod noſtrum de regulis iuris*; ita quoque tale Teſtimonium in detrimentum eiuſdem mutari non poſſit iuxta *textum in leg. nemo poteſt, ff. de regulis iuris*. † Et am- 8
pliat procedere quando vtrumque Teſtimonium repugnans in diuerſis Iudiciis præſtitum fuit Gloſſa verbo *purgauit*, *in cap. litteras* 14. *de præſumptionibus*, & ipſe Barboſa *in dicta cap ſicut in addit. part.* 6. docens ex multis non eſſe credendum Teſtibus contrarium deponentibus illius quod antea depoſuerint, applicabis quæ cõgerit de Teſte vario aut ſibi contrario, Carena *de officio inquiſit p.* 3. *tit.* 6. §. 2. ibi cum Caulſen. *in arbore crimin. cap.* 6. & cum aliis.

Quam tamen Regulam limitabis quando ſe- 9
cundum dictum emanaſſet animo corrigendi primum, quia tunc ſecundum attenditur ſi fiat incontinenti correctio, vel ſi primum dictum emanaſſet calore iracundiæ, & ſedato animo, aliud Teſtis dixiſſet, ſed Aretinus *in cap. cum intra de Teſtibus*, dixit hoc in caſu neutrum dictum valere, & dictum ſecundum valet quando Iudici conſtaret de falſitate primi, vel quando primum eſſet redditum ſine redditione rationis, vel ſi cum ratione, non tamen concludente & ſufficiente, ſecundum tamen cum ea, vel quando ſecundum eſſet magis veriſimile, quàm primum, vel aliis præſumptionibus & coniecturis adminiculatum, vel quando Teſtis in Iudicio plenario dixit contrarium eius quod dixit in ſummario, eo quod acta in ſummario, fidem non faciunt in plenario, quod verum eſt licet aliqui teneant contrarium; ſed Farinacius *num.* 154. ait ſtandum eſſe primo dicto quoad certum quid; ſed quoad plenum præiudicium, & quoad ſententiam ferendam, nec primo, nec ſecundò dicto ſtandum ait. Et tunc etiam attenditur ſecunda depoſitio, quando Teſtis in Iudicio depoſuit contrarium eius,

eius, quod prius dixerat in Iudicio inualido, vel quando Teſtis dicit contrarium eius quod dixerat coram Arbitrio, vel Arbitratore: Et attenditur ſecũdum quando primum dictum eſt dubitatiuum vt hîc in noſtro textu: Et licet regulariter attendatur primum dictum vt iam dixi, & non ſecundum, niſi in præcitatis caſibus, & aliis. Tamen negari non poteſt quin ex ſecondo dicto debilitetur primum in tantum vt ex eo non poterit deferri Iuramentum in ſupplementum, vt voluerunt Abbas *in dicto cap. cum in tua de Teſtibus*, *num* 9. Fel. 2. Abbas, & Aretinus 13. cum aliis Farinacius *num.* 164. qui latè *à num.* 165. *part.* 5. agit de quæſtione, an & in quibus caſibus attendatur primum vel ſecundum dictum Teſtis, qui in tortura eſt ſibi verius, & contrarius ab eo, quod extra Torturam dixit, vbi videbis latè.

10 Verùm quia ſupra in ſecundo argumento *numer.* 3. dixerim credendum eſſe potius ſecundo dicto cum Iuramento, quam primo & hoc etiam referat Farinacius *dicta queſt.* 66. *num.* 148. *ex Nouella in tractatu de Teſtibus*, *num.* 198. verſ. *ſecus ſi altera*, & hoc ſit contra diſpoſitum in noſtro textu, ſed reſpondeo cum diſtinctione: nam aut affirmans in ſecundo dicto contrarium fuit ex interuallo, aut incontinenti, ſi ex interuallo ſtandum eſt primo dicto, etiam, ſi ſecundum iuratum ſit, quod probatur ex *dicto cap. ſicut nobis de Teſtib.* ubi tenent Panormitanus, Normitanus, & Felinus *in dicto cap. cum in tua n.* 4. Aretinus *in dicto cap. ſicut nobis*, expendit cum aliis Couarruuias omninò videndus *dicto lib.* 2. *var. cap.* 13.

11 *num.* 8. verſ. *cæterum* vbi plura dicit. † Etiam ait quod licet Bart. *in dicta l. eos* dicat ſtandum eſſe vltimo Teſtimonio, quod Teſtis protulerit contrarius priori, ſi ad ſecundum & vltimum tormenta præceſſerint, *l. ſi poſtulauerit*, § *ſed ſi negauerit*, *ff. de adult.* Verum eſſe, cum quis non de ſeipſo ſed de altero tantum Teſtificatus reſponderit, ſecus vbi de ſe ſimul, & aliis aut propriâ, & aliorum cauſâ quis teſtificatur, quia tunc priori Teſtimonio ſtandum eſt, etiamſi poſtmodum ex interuallo contrarium à Iudice tortus dixerit, Bartolus *in l* 1. §. *quæſtioni*, *ff. de quæſtionibus*, & addit quod ſententia Bartoli *in dicta l. eos*, falſa eſt quoties de præiudicio alterius agitur & prima reſponſio exhibita fuerit cum Iuramento ex his, quæ paulo ante tradit *in dicto* verſ. *cæterum*, Couarr. nam licet Periurium & infamia Teſtis tollantur per tormenta *leg. ob carmen*, §. *penult. l. ff.* 2. *de Teſt. Auth. de Teſtibus*. §. *ſi verò* id obtinere ait in ciuilibus controuerſiis, non in criminalibus, in quibus aliud eſt dicendum & ſeruandum, vt notat Bartolus ipſe *in l* 1. *Cod. de ſumma Trinitate*: *num.* 12. & leges quæ latè tradit Couarr ipſe *in dicto cap.* 13. *lib.* 2. *var.* in verſ. *hactenus à num.* 6.

12 Nec obſtat argumentum primum *num.* 2. cui ex iam dictis reſpondetur: nam textus *in dicta l. eos qui*, *ff. de falſis*, loquitur de eo qui ſolemniter, & in Iudicio contraria teſtificatus eſt, cuius fides vacillat, & ipſe falſi Reus condemnabitur: tradit Couart. *in dicto cap.* 13. *lib.* 2. *variar.* dicto *n.* 2. vbi ait poſſe planè ſententiam Bartol. *in dicta leg. eos*, vbi ex ſecundo Teſtimonio apparet Teſtis periurium, quia prius iuratus contrarium reſpondiſſet, ſicut conſtat ex ratione textus *in dicto cap. ſicut de Teſtibus*, quod in ſpecie aſſerunt Abbas & Decius hic, & alia tradit in verſ. *eſt & aliud* dicens Bartoli opinionem poſſe intelligi, ſi ex veriſimilibus coniecturis probabile ſit poſterius Teſtimonium non eſſe; ita veriſimile vt prius, tunc enim non eſſe ſtandum Teſtis Iudiciali reſponſioni nec extraiudiciali ex textu optimo *in cap. litteras de præſumptionibus*, ſecundum Baldum, & Abbatem ibi, & notat Decius *hic col. fin.* & aliud notat Panormitanus *col. vltima*: alia Couarruuias ibi in dicto verſ. tradit, & reprobat dictum ſpeculat in verſ. *ex quo dicto n.* 7. dicentis *in tit. de Teſte*, § 1. *num.* 72. ſtandum eſſe eiuſdem Teſtis poſteriori Teſtimonio, ſi prius reſpondiſſet apud Iudicem incompetentem, vel in Iudicio, nullo etiam & ſi omnino contraria reſponderit, vt tenet Gloſſa *in dicto cap. cum cauſam de Teſtibus*.

Ex his ergo infero quid dicendum quando Teſtis Iudicialiter & cum iuramento examinatus depoſuit contrarium eius, quod primo extraiudicialiter, & ſine Iuramento dixerat: nam tunc attenditur ſecundum dictum, non autem primum extraiudiciale, ſic Farinacius omninò videndus *de Teſtibus dicta q.* 66. *part.* 6. *à num.* 193. cum multis contra Bartolum, & Abbatem. Et hoc etiam ſi primum dictum emanauerit parte præſente, præſertim ſi erat perſona potens, quod non procedit quando primum extraiudiciale dictum eſſet Iuratum; quia tunc neutri attenditur ſecundum veriorem: Nec procedit quando primum dictum eſſet adminiculatum coniecturis, vel niſi emanaret tempore actûs geſti, & in Scriptura confirmatum; idem Farinacius alia tradit, vbi *n.* 226. ait, quod etiamſi attendatur ſecundum dictum tamen eius fides admodum vacillat. 13

Quid ſi econtra Teſtis extraiudicialiter dicat contrarium eius, quod primo Iudicialiter depoſuerat: tunc eſt attendendum primum Iudiciale dictum, non autem ſecundum extraiudiciale. Bart. *in dicta l. eos num* 3. *&* 4 *ff. ad legem Corneliam de falſis*, & ibi Marſilius *n.* 8. Abbas *in dicto cap. cum in tua n.* 9. Farinacius *ſupra numer.* 200. *dicta quæſt.* 66. *de Teſtibus*. † Quod ait procedere etiam in Teſte, qui expreſsè extraiudicium dicat, & profiteatur ſe in Iudicio falſum dixiſſe Albericus *in cap.* 1. *q.* 16. *à n.* 72. *de hæred. lib.* 6. † Et etiam ſi ſecundum extraiudiciale dictum emanauerit in articulo mortis, Felinus *in dicto cap. cum in tua n.* 6. & ibi Aretinus *num.* 2. *&* 5. † Vbi ampliat etiam quod dictum extraiudiciale emanauerit in actu confeſſionis, & Couarruuias *dicto lib.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 7. *in fine.* Declarat Farinac in hoc caſu de Articulo mortis, non procedere quando cum ſecundo dicto extraiudiciali tria concurrerent; videlicet veriſimilitudo depoſitionis, cauſa reuocationis primi dicti, & quod in Articulo mortis ita depoſuiſſet Simanchas *de Hæreticis*, *R de Teſtibus tit.* 64. *num.* 58. 59. † Et idem Farinacius *num.* 206. ait huius Corollarij doctrinam etiam procedere, quando iam lata eſt ſententia, & etiamſi ferenda eſſet; ita vt per ſecundum dictum non tollatur primum, ſic cum Felino, & Imola *in dicto cap. cum in tua num.* 6. † Et addit Farinac. *à num* 208. quod in his caſibus primum dictum Iudiciale debilitatur per ſecundum extraiudiciale, quod Iudicis arbitrio remiſſum eſſe docet Couarruuias, vbi ſupra *dicto lib.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 7. poſt verſiculum *eſt & aliud* ibi *ſicuti & idem erit*, & in verſ. *his tandem*, *poſt num.* 8. vbi poſtquam 14 15 16 17 18 19

dixit

Digitized by Google

dixit ex communi Doctores in textu noſtro primum dictum Iudiciale non infringi ſeu tolli per ſecundum contrarium ab eodem Teſte prolatum extra Iudicium ex Bartolo *in dicta l. eos,* Alexandro, Angelo, Corneo, & alij, docet quod viſis actis, & inſpectis, negotij perſonarum, loci & temporis qualitatibus Iudex arbitrabitur quantum ſit detrahendum huius fidei Teſtis, & Teſtimonio, & ſic exiſtimabit, ſit ne ſufficiens probatio ad ſententiam ferendam, quod Antonius, & alij ſentiunt *in dicto cap. cum in tua de Teſtibus:* licet Imola, Aretinus, & Felinus ibi diſcedant ab Antonio: Et vt apertius hæc omnia intelligas vide Ioann. Gutt. *conſ.* 36. *à n* 1. *& à n.* 10. vbi benè diſtinguit cum multis ab eo relatis, & leges Grañam *in cap. ſicut* 9. *de Teſtibus* vbi expendit nonnulla iura ibi videnda, & quæ tradit Faq. *controverſ. lib.* 9. *cap.* 84. *&* 85. vbi benè expendit: videbis quæ tradit Trulench *in opere morali, lib.* 8. *p.* 3. *dubio* 7. Et de Teſte periuro Couarr. *lib* 2. *var. cap* 13. in verſic. *cæterum n.* 8. *&* 9. Et videbis quæ tradit Faquinet *cont. d. cap.* 85. vbi dicit hoc totum à Iudicis arbitrio pendere.

20 His tamen obſtare, ſeu implicare videtur textus, *in cap. accuſatus,* §. *licet de hæret. lib.* 6. quò Pontifex dicit ſtandum eſſe poſteriori reſponſioni in Iudicio ex interuallo exhibitæ, etiamſi prior fuerit cum iuramento; de quo videbis in quæſtione ſequenti, ex prædictis iam ſatis videre poteris, quo in ſenſu doctrina noſtri textûs locum habere queat. Ad alia videbis Ciriacum *tom.* 2. *controu.* vbi *n.* 17. cum Farin. *de Teſt. q.* 66. *n.* 200. *&* 204. 206. *&* 207. ait quod Teſtis primum dictum in Iudicio iuratum non tollitur, nec debilitatur per ſecundum extraiudiciale, quamuis hoc emanaſſet in articulo mortis, & an hoc extraiudiciale detrahat primo Iudiciali iurato. Et ait, vt quod ſecundùm aliquos ſit arbitrarium; & de Teſtibus ſibi contrariis, Fragoſus, *de Rep. Chr. p.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 10. §. 3. *à n* 95. cum multis ab eo adductis, & quod Teſtis contraria dicens repellitur neque vol. ſub allegatione 26.

Qvæstio VI.

An quando Teſtis, ſeu aliquis corrigit incontinenti, vel ex interuallo ſuum dictum ſtetur primæ vel ſecundæ depoſitioni: Et quid in cauſa hæreſis: Et an & quibus caſibus attendatur primum vel ſecundum dictum Teſtis, qui in Tortura eſt ſibi varius, & contrarius ab eo, quod extra Torturam depoſuit: Et an Teſtes vacillantes, ſeu ſibi contrarij torqueri poſſint?

Svmmarivm.

1 *Correctio Teſtis quando dicitur incontinenti, quando ex interuallo num. ſequentibus pendet ex arbitrio Iudicis, n.* 19.

7 *Teſtis iurans ſe non loquutum cum parte credendus eſt, & quando cum ea præſumatur loquutus, numero* 8.

9 *Teſtis incontinenti poteſt ſe corrigere, & quando contraria dicendo, n.* 10. 11.

12 *Teſtis poſt interuallū poteſt ſe corrigere ex obliuione veriſimili; ſecus econtra, n.* 13. *quam debet probare num.* 14.

15 *Teſtis nobilis poteſt ſe ex interuallo corrigere, ſi agatur inter viles, & de cauſa medica, & à num.* 17.

16 *Teſtis vt ſolum addat, an ex interuallo admittatur.*

20 *Teſtis contraria dicentis in hæreſis cauſa, cui dicto credatur, num.* 21. *& quare n.* 22.

Cap. accuſatus. §. licet, de hæret. lib 6.

23 *Teſtis dictum in tortura, etiamſi ſecundum ſit, regulariter attenditur, etiamſi in ea pars non ſit citata, n.* 25. *& etiam ſi ſit poſt publicationem n.* 26. *fallit, à n.* 31.

27 *Teſtis ſæpius torti ſtatur vltimo eius dicto, ſi legitima ſit tortura n.* 29.

L. ſi poſtulauerit, §. ſed ſi negauerit, ff. de Adulteriis.

31 *Teſtis primum dictum præualet ſecundo in aliquibus caſibus, n.* 32. 33. 34. 35. 36.

38 *Torqueri quando poſſit Teſtis ex ſua varietate, numero* 39.

Cap. Presbyteri eſt, 1. 6. q. fin.

40 *Torqueri ſæpius poteſt Teſtis ſæpius varians fallit, à n.* 43.

41 *Torqueri poteſt Teſtis, varians etiam extraiudiciali variatione.*

45 *Corrigere poteſt Teſtis dictum ſuum ante publicationem.*

46 *Torqueri nequit Teſtis allegans rationabilem cauſam ſuæ variationis.*

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeam, aduerto tunc dici incontinenti Teſtem ſuum dictum corrigere poſſe, iuxta deciſionem textûs, *in cap. præterea, de Teſtibus, cogend. & l.* 70. *tit.* 16. *p.* 3. primò antequam Teſtis obloquatur partem, vt exiſtimat ibi *in dicto cap. præterea,* Innocent. poſt Gloſſam ibi Felinus *num.* 11. Couarruuias *lib.* 3. *variarum, cap.* 13. *n.* 8. verſic. *cæterum* ibi *idem erit* Gregorius Lop. *in dict. l.* 30. Gloſſa *ſi hablaſſe con alguna de las partes,* Menochius *de arbitrariis caſu* 208. *num.* 5. Ioannes Guttierrez *cons.* 40. *num.* 5. 1

Secundò etiam dicetur facta incontinenti ante perfectam examen, & antequam Teſtis diſcedat à iudicis conſpectu, Ant. de Butr. *in d. c. præterea, n.* 13. Abbas *n.* 12. & Zabarel *n.* 13. cum aliis Farin. *de Teſt. q.* 66. *p.* 7. *n.* 229. *& n. ſeq.* dixit id etiam dici non ſolùm antequàm Notarius ſcribat ipſius Teſtis reſponſionem, ſed etiam antequàm Teſtis ſe examini ſubſcribat dicta reſponſione ſcripta: ita cum Menoch. *dict. caſu* 108. *n.* 5 *lib.* 2. *de arbit.* & Butr. & Abbas dicunt id procedere etiam poſt perfectum examen, antequam ſit loquutus cum parte; ſecus ſi cum ea fuerit loquutus. 2

Tertiò etiam dicitur incontinenti, antequàm publicatæ ſint atteſtationes, dummodò probetur eum non fuiſſe loquutum cum partibus, & ſic tollatur iſta præſumptio ſubordinationis ſecundùm Alciat. *præſumpt.* 29. *Reg.* 2. ita Sylu. *conſ.* 87. *à n.* 2. & Alciat. *ſuprà, n.* 3. hoc intelligit procedere quando Teſtis allegaret aliquam cauſam coloratam erroris, ſeu correctionis, teſtatur communem Anton. de Padilla *in l. error. n* 8. *Cod. de iuris, & facti ignorantia,* vbi refert alias duas opiniones Gutt. *dicto conſ.* 40. *n.* 6. † Et addit Farinacius *dicta quæſtione* 66. *num* 234. cum Hoſtienſe *in dicto cap. præterea, n.* 3. poſt medium in verſo *incontinenti,* & Innocentio *numer.* 2. Baldo 4. quod vt dicatur facta incontinenti in hoc 3 4

caſu, ne dum videtur requiri,quod Teſtis non ſit
alloquutos partem, verumetiam quod nec ſit al-
loquutus aliam, à qua pars potuerit certior fieri
de illius depoſitione.

5 Et ſic infert, *n* 233. *ex Gloſſa in auth. qui ſemel*
verſic. *item quid ſi per ſe redierit, Cod. de probatio-*
nibus. & per Gloſſam in §. illud tamen in verbo *non*
habebit verſic. *item quid ſi ſpontè*, & ibi Angelus
*in §. quia verò, n.*23. in principio, *auth. de Teſti-*
6 *bus.* † Quod ſi Teſtis venit ad ſe corrigendum
ſpontè abſque eo, quod fuerit partem alloqu-
tus admittetur talis correctio; ſecus autem ſi ve-
niat ad poſtulationem partis.

7 Sed dubium eſt an credatur Teſti aſſerenti ſe
non eſſe alloquutum partem, in qoo licet, Felinus
*in d. cap. preterea de Teſt. cogend. ſub n.*10. verſic.
ex quo crederem, dicat minime credendum eſſe illi
Teſti, & ob id talem negatiuam eſſe taliter pro-
bandam, & econtra Aret. teneat ibi, *n* 4 verſic.
iurabit Gabriel *lib.*7. *concl.* 28. *n.*28. dicant Teſti
8 iuranti credendum. † Tamen pro concordia dico
cum Balbo *in d.c. preterea*, credendum eſſe Teſti
medio iuramento aſſerenti ſe non eſſe loquutum
cum parte, ſi is fuerit notæ fidei & authoritatis,
aliàs non item vt declarat Aleiatus *de præſumptio-*
nibus Regula. 2. *præſumptione* 28. *n.* 2. verſic. *idem*
etiam. & aliàs: Imò & Farinacius aduertit *ſupra*
n. 238. quod ſi Teſtis veniat ad ſe corrigendum
poſt triduum à die depoſitionis præſumitur lo-
quutus cum parte, & ab ea ſubornatus, Rota, *de*
Teſtibus in nouis deciſ. 19. & in nouiſſimis inter
diuerſ. *n.*3 *p.*1. *deciſ.* 346.

9 Itaque ex prædictis conſtituo Regulam, nem-
pe quod Teſtis poteſt ſe incontinenti corrigere,
Albericus *in l. qui falſo n.*1. verſic. *& intellige, ff.*
de Teſt Bart. *in l. eos*, verſic. *item oppono, ff. de falſis,*
Gloſſa, in cap. in noſtra, in verbo *aduerſa de Teſti-*
bus & ibi Butrius *num.* 4 Abb. 2. Fel *in d.c prete-*
*rea, de Teſt.cog.n.*4 But. *n.*13. Imola 4. Ann. 1. &
multis adductis Farinacius *dicta quæſt.* 66. *de Te-*
ſtibus, part. 7. *n.* 227. Menochius *de arbitrariis,*
dicto caſu 108. *num.* 4. Couarr. *lib.* 2. *practicarum*
cap. 13. *num* 8. verſic. *ceterum*, & probat opti-
mus textus *in dicto cap. preterea de Teſtibus co-*
gend., vbi Doctores, & aliter poteſt Teſtis ſe cor-
rigere incontinenti, quod procedit etiam non
docto de errore, docent Couarruuias ſupra, &
Menochius *num.* 6. *in fine*, vbi reprobat Bartolum
contrarium dicentem: Tamen in hoc caſu te-
nebitur ſaltim Teſtis adducere cauſam erroris,
licet eam non probat, vt Iudici iuſta videatur,
& appareat aliter correctio non admittetur, Bart.
*in dicta leg. eos, n.*3. verſic. *reſpondeo, Cod. ad leg.*
Cornel. de falſ. Innocentius *in dicto cap. preterea,*
n. 2. Hoſtienſis 3. Zabarell. *à numer.* 4. Ioannes
Andreas 9. Couarruuias 4. Felinus 10. Âretinus
in cap. cum in tua de Teſtibus, vbi ait quod in iſto
10 caſu, nec primo, nec ſecundo ſtátur dicto. † Idem
in cap. per tuas, eodem n. 8. vbi etiam hanc con-
cluſionem declarat procedere, quando Teſtis ſe
corrigendo dicit contraria; ſecus ſi aliquid ad-
dat primo dicto, quia tunc ſufficit allegare obli-
uionem abſque cauſa obliuionis: plures tradit
Farinacius *ſupra n.* 14. & Boſius, *de publicatione*
*proceſſus à n.*30. *tit. de Tortura Teſtium*, *n.* 33. &
124. verſic. *credo*; idem tenet & reſpondet con-
11 trariis. † Et amplius addit quod iſto caſu Teſtis
ſe corrigendo, nec allegans iuſtam correctionis
cauſam; poteſt tanquam ſuſpectus de ſuborna-
tione torqueri; ſequitur cum aliis, Farin, *n.* 244.

Et ego addo circa hunc vltimum caſum poſſe 12
Teſtem ex cauſa obliuionis, etiam ex interuallo
ſe corrigere, dummodo obliuio ſit veriſimilis;
ſecus ſi in veriſimilis Menochius *de Arbitrariis*
lib. 2. *dicto caſu* 108. *numer.* 8. vbi iſto caſu an
obliuio ſit veriſimilis, necne Iudicis arbitrio
remittitur, & Aretinus *hic numer.* 8. verſic *ſe-*
cundo vero caſu diſtinguendo ait, quod ſi Teſtis
ſe corrigendo dicit contraria, debet tunc cau-
ſam obliuionis adducere; ſi verò contraria non
dicit, & tantùm addit, & tunc non eſt neceſſe
quod cauſam obliuionis adducat tali caſu; Fa-
rinacius dixit *ſupra dicta quæſtione* 66. *de Teſti-*
bus, part. 7. *numer.* 268 Et in *eadem quæſtione, nu-*
mer. 34. *part.* 2. ait Teſtem ſic per obliuionem
varia dicentem non puniri.

Ex his iam poteſt videri qualiter ex interual- 13
lo Teſtis queat ſe corrigere, vel non: Nam li-
cet communiter talis correctio non admittatur,
vt tenent Doctores per textum, *in dicta capit.*
preterea de Teſtibus cogendis, vbi Butrius *num* 12.
Felinus 4. & 10. verſicul *ſi autem Teſtis*, Imo-
la 4. & 8. & patet ex verbis Pontificis ibi, *ſecus*
autē erit ſi correctioni ſuæ interpoſuerint interuallum,
Tyodarus *in tractatu de Teſtibus lib.* 1. *cap.* 4. *nu-*
mer. 2. verſicul. *ex interuallo vero, & numer* 3.
vſque ad verſiculum: *item etiam*, vbi reſpondet
contrariæ rationi, plures adducit Farinacius *dict.*
quæſt 66 *num.* 228.

Hæc tamen concluſio habet etiam locum, 14
quando cauſam correctionis & erroris, non ſo-
lùm allegat, prout iam dictum eſt, ſed etiam
probat; Nam docto de errore, quandocumque
ſuſtinetur correctio Teſtis, docent Menochius
dicto caſu 108 *de arbitrio*, *lib.* 2. *numer.* 7. Co-
uarruuias *lib* 2. *variarum cap.* 13. *numer.* 8. poſt
verſiculum *ceterum ibi*, *ſed & ſi Teſtis oſtenderit*
ſe erraſſe, & ſic non eſt admittendus Boſſius qui
in *tit. de publicat. proceſſ. numer.* 29. *ad finem*, &
numer 31. verſicul. *ſed vbi receſſiſſet*, videtur
admittere contrarium; nempe vt ex interuallo
ſufficiat erroris allegatio, quod verum eſt, ſi fie-
ret incontinenti, vt iam dixi: non ex interuallo,
quia tunc eſt neceſſaria probatio erroris, vt ad-
mittatur correctio; ita ſentit Farinacius *dicta*
quæſtione 66, *n* 245.

Ampliatur etiam: Nam Teſtis nobilis poteſt 15
ſe ex interuallo corrigere, quando agitur inter
viles, & de modica cauſa. Abbas *in dicto capit.*
preterea de Teſtibus cogend. numer. 41. Felinus
numer. 1. *in fine* verſicul. *& adde* ſecundùm Bal-
dum; Et in Teſte notæ fidei, & authoritatis,
quod poſſit ſe corrigere ante publicationem, &
non poſt etiam ex interuallo, videbis ex iam
ſupra dictis, & colligitur ex Gloſſa *in dicto cap.*
preterea in verſicul. *incontinenti*; alios congerit
Farinacius *ſupra à numer* 247. vbi *num.* 250. ait
quod licet correctio facta ex interuallo, non tol-
lat primum dictum; illud tamen debilitat; ſic cum
Innocentio *in dict. c. preterea n.*2. Ioano. Andrea
*n.*9 Hoſtienſ. *n.*3. poſt medium, Abbat. *n.* 12. verſ.
primo caſu Felin *n.* 10. verſicul. *pro quo*, & Boſio *in*
*tit. de publicatione proceſſ n.*36. vbi dixit non defer-
ri iuramentum in ſupplementum ex prima depo-
ſitione, ſic ex interuallo correcta.

Multi etiam dixerunt Teſtem ad effectum non 16
ſe corrigendi, ſed aliquid addendi primæ depo-
ſitioni, poſſe non ſolùm incontinenti; ſed etiam
ex interuallo, quod ſanè verum eſt, ſi non ad in-
ſtantiam partis, ſed ſponte, vel aliàs Iudicis officio
examinatus

Google

examinatus aliquid addat primæ depoſitioni, &
tunc ſtari ei,ſed non tantam adbiberi fidem, ſi ex
interuallo id faciat, quo pacto intelligendi ve-
niunt,innoc. *in dict.c. præterea,n.3.* ibi Ioann An-
dreas *n.10.* Hoſtienſ *n.3.* ad finem, Abbas *n. 12.*
17 verſ. *ſi verò* Felinus ad finem lecturæ. † Quod ſi
vellet ſe corrigere ad inſtantiam partis, non vti-
que id poſſet,& ſic intelligendi, Ater. *hic, n.6. in
princ.* iuncto verſ. *ſi verò*, Gab. *concl.27. n. 15. &
concl.28.n.2.* ita concordat Farinac. *d.q. 66. n.253.*
18 † Qui *n.254.* ait quod publicatis atteſtationibus
Teſtis non poteſt ſe corrigere, quia tunc corre-
ctio dicitur ex interuallo, & præſumitur Teſtis,
loquutus cum parte vt probat Teſtis *in c. per tuas,
de Teſt.* vbi Ino. *n.2.* Fel. *n.2. littera A* in verſ. *apertis.*
19 Vnum tamen notabis multùm à Iudicis arbi-
trio pendere, an Teſtis dicatur ſe incontinenti,
vel ex interuallo corrigere; ita Hoſtienſis *in di-
cto cap. præterea de Teſtibus cogend. num 4.* ad fi-
nem, quem ibi ſequuti ſunt Ioannes Andreas
n. 16. & alij, quos adducit Farinacius *dicta q.66.
n. 239.* vbi ait poſſe tunc iudicem arbitrari cor-
rectionem factam incontinenti, quando Teſtis
ad extraneos actus non diuertit, vt dixit Abbas
poſt Gloſſam *in dicto cap. præterea, num.12. verſ.
tertia remittitur.*
20 Ad ſecundam difficultatis partem communi-
ter docent DD. quod in cauſa Hæreſis, ſi Teſtis
in ſecundo examine dicat contrarium eius, quod
dixerit in primo, non primum, ſed ſecundum di-
ctum eſſe attendendum per *text. in cap. accuſatus,
§. licet de Hæreth. lib. 6.* Felin. *in cap. cum in tua,
de Teſtibus, n. 6.* Couarr. qui optimè expendit,
dicto lib. 2. var. cap. 13. n.9. cum aliis Farinac. vbi
ſupra *dicta q.66. p.4. à n.157.* vbi hanc doctrinam
ampliat, non ſolùm quando quis ſimpliciter, vt
Teſtis in alios interrogatur, verùm & ſi interro-
getur vt principalis, quoad ſe, & Teſtis quoad
alios, quod ſpeciale eſſet in crimine Hæreſis: no-
tat cum aliis Couarr. *dict. n. 9.* vbi aduertit de-
ciſionem dicti, *§. licet*, locum habere, cum ex
manifeſtis indiciis apparuerit talis, non animi
leuitate, aut odij fomite, ſeu corruptione pecu-
niæ, ſed ſolo fidei ortodoxæ dictum ſuum velle
corrigere, ac modò, quæ priùs tacuerat reuelare,
vt ipſe textus probat: *Et videbis quæ noto ſupra in
cap. fin. de confeſſis q. 5.* verſ. *ad vltimam, n. 18.* vbi de
reuocante confeſſionem in cauſa Hæreſis, expli-
cat Barboſa text. *in dicto cap. accuſatus, in cap. ſi-
cut 9. de Teſt. tomo 6. in addit.* in verſ. *Nec etiam
obſtat:* & præfatam Couarr. doctrinam amplecti-
tur Graña *in cap. ſicut 9. de Teſt. n.5.* in fine, poſt-
quam repulit alium communem intellectum ex
Gloſſa admittentem id procedere in Hæreſis fa-
uorem.
21 Et quãuis DD. ſanciant, & expreſſim directo-
rium, repertoriũ, Arelat. velint idem eſſe, ſiue quis
de ſeipſo, & aliis ſimul ſiue de aliis tantũ teſtifice-
tur; tamen Couarr. ſupra opinatur non temerè R.
Pontificem commemoraſſe Teſtimoniũ, ibi exhi-
beri à teſtificante contra ſeipſum, & criminis ſo-
cium cum maxima ſit veritatis præſumptio pro-
priæ culpæ cognitio, & eius apud Iudicem pro-
feſſio, quod viri diſcreti arbitrio committendum
eſſe cenſet Couarr. vbi ait quod ſi prima Teſtifi-
catio eſſet in Agnationem & reuelationem Hæ-
reſis, ac demum ſecunda eſt contraria, quæ crimen
& culpam negaret: tunc omninò priori ſtandum
vt tradit *Gloſſa in dicta §. licet*, Felin. *in dict. cap.
cum in tua, de Teſtibus*, & ſpecialitatem illius Te-
ſtis, docent DD. admitti in hoc delicto, nam oc-
cultum ſemper eſt, & ſerpit in perniciem Chri-
ſtianæ Religionis, vt expreſſim id adnotauit Re-
portorium inquiſit. † Et videbis quæ cum aliis 22
tradit & expendit Diana *p.4. tract.7. Reſ.22. ſed
quia*, vbi & in verſ. *ſed difficultas*, vbi dicit, quod
&ſi Simancas *de Hæreſ. tit.64. à n.5* & Deirrius
diſquiſition. Magicar. lib.5. lect. 5. dicant in Iudi-
cio ſeruandam eſſe æqualitatem, nec in tam gra-
ui delicto grauior debeat eſſe detectio Hæreſis,
quam liberatio innocentis, dummodò conſtet
reuocationem primi dicti non factam eſſe leuita-
te, odio, aut pretio, ſed zelo Catholicæ fidei ad-
ducta, etiam probabili cauſa reuocationis; tamen
contrariam docet cum Couarr & aliis iam rela-
tis per textum *in dict. cap. accuſatus, §. caueant*,
cum ſancto zelo *de Hæreſi, cap. 38. dubio vnico,
n.12.* Barboſa *intellect. tomo 3. lib. 5. tit. 2. cap. 8.
n.17.* & ſic Treuiſanus *lib.1. deciſ. 50. n. 13.* aſſe-
ruit quod in cauſis fidei ſancitum eſt, vt inter
duo dicta iurata ſtetur dicto quod facit pro fide
Farinac. *de Hæreſi, q.188. à n.87.* & nouiſſimè Ca-
rena *de officio ſanctæ Inquiſitionis, p. 3 à n.58.60 &
61.* Bordonus *de inquiſitione, c.33. n.36.* qui benè
expendunt *dict. c. accuſatus, § licet.*
Ad tertiam quæſtionis partem, in quibus caſi- 23
bus attendatur primum vel ſecundum dictum,
qui in tortura eſt ſibi contrarius ab eo quod di-
xit extra Torturam, breuiter dico regulariter at-
tendendum eſſe dictum in Tortura, Bart. *in l. eos,
n.2. & 4.* verſic. *& tunc*, & ibi Marſil *n 8. ff. ad leg.
Cornel. de falſis*, Felin. *in c. cum in tua, n.3.* verſic. *fal-
lit, de Teſt.* & ibi Abbas *n.9* Rom. *conſ.505. n. 3. ad
medium*, verſic. *& tunc, aut dictum ſecundum.* † Vbi 24
ampliat, ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo ſe-
cundùm dictum in Tortura emanauerit, Tynd. *in
tract. de Teſt. lib.1. p 2 n.2.* verſic *fallit tamen* & La-
rius *in c. 3. a n 1.* vbi adducit iura, & reſpondet
contrariis. † Et hoc etiam procedere ait Farinac. 25
cum multis ab eo relatis *de Teſt. q.66. p. 5. à n.165.*
etiamſi in ea non fuerit citata pars, de cuius in-
tereſſe agitur: nam in tali partẽ non citari, de con-
ſuetudine reſtatur Boſ. *de oppoſit. contra Teſt. n.2. ad
medium*, verſic. *dic.* Clar. *in pract § fin. q.63.* verſic.
quartus caſus; licet contrariũ dixerit Socin. quem
allegat Boſ. † Et procedere etiam, ſi ſecundum di- 26
ctum in tortura emanauerit poſt publicationem
primi dicti, & ſic ex interuallo, & poſtquã Teſtis
eſt loquutus cum parte, ſed contrariũ voluit Ang.
in l. de tormentis, ff. de q. cum aliis Farinac. *à n. 170.*
† Vbi *n.172.* ait hoc etiam procedere, ſi Teſtis ſæ- 27
pius torqueatur, quia ſemper eius vltimo dicto
ſtandum eſt ſecundùm diſtinctionem, de qua ibi
n.174. ſcilicet ſi vltima Tortura fuit grauior pri-
ma aliter ſecus, vt benè conſulendo probauit
Decian. videndus *in conſ 62. n.46. ad finem. & ſeq.
lib.2.* † Imo & prædicta Regula vera eſt, non tan- 28
tum ſi ambo dicta ſint Iudicialia, verùm & mul-
tòmagis quãdo primum ſit extraiudiciale. † Quæ 29
omnia vera ſunt, ſi tortura Teſti vario illata legi-
tima ſit, aliàs ſecus, Menoch. *de arb. lib. 2. caſ. 108.
n.14.* cum aliis ab eo relatis, Farin. *n. 177. & 179.*
vbi quod attenditur ſecundum dictum in tortu-
ra, quando Teſtis eſt vilis, ſeruus, infamis, crimi-
noſus aut varius. † Et de hoc caſu eſt intelligen- 30
dus textus *in leg. ſi poſtulauerit, §. ſed ſi negaue-
rit ff. de adult.* dum probat poſteriori Teſtimonio
ſtandum eſſe non primo, ſic Bartolus *in c. ſicut 9.
de Teſtib. p.6. in addit.* verſicul. *non obſtat.*
Quare prædicta Regula fallit aliquibus in ca-

Digitized by Google

ſibus. Primò quando primom dictum ſine Tor-
tura Iudici ex aliqua rationabili cauſa, magis ve-
riſimile appareret, quàm ſecundum in Tortura:
Nam tunc attanditur primum,& non ſecundum,
Decius *conſ* 189. *num.* 10. cum aliis Farinacius
32 *dicta quaſt.* 66. *de Veſtibus*, *num.*178. † Vbi *nu-
mer.* 180 ait quod homo liber, qui infamis non
eſt, non vilis ſi primum dictum depoſuit,ei ſtan-
dum eſt, etiamſi contrarium dixerit in Tortura,
33 † Et *à num.*18*, ait ſecundum dictum in Tortu-
ra non tollere primum, quando emanauit in ar-
ticulo mortis, cum mors dicatur Tortnra ſpiri-
tualis, & quia præſumitur, quod eo tempore
nemo præſumitur velle animam ſuam damnare
mentiendo, Aymon *conſ.* 6. *n.* 55. verſic. *quinto
34 reſpondeo*. Gabriel, *lib.*7. *concluſ* 26. *n.*11. † Qui
etiam dicunt non attendi ſecundùm dictum in
Tortura, quando Teſtis vltra veritatem eſt aliàs
inhabilis, alioſque patiatur defectus; ſequitur
35 Farinacius ſupra. † Qui *à num.* 189. refert Re-
gulam non procedere quando ex ſecunda depo-
ſitione facta in Tortura, Teſtis efficitur periurus;
ita Decianus *conſ* 189. *num.* 10. in fine Menoch.
de arbitrariis, dicto lib. 2. *caſu* 108. *num.* 6. ſed Fa-
rinacius *n.* 90. dubitat de hac limitatione,quam
cogitandam relinquit ex eo,quia deſtruit Regu-
lam eam ſemper ex varietate & contrarietate Te-
ſtis efficiatur periurus: Alia refert, *à n* 191.
36 Quid tamen erit quando Teſtis torquetur vti
principalis quoad ſe, & Teſtis quoad alios;quia
tunc non attenditur eius ſecundum dictum, ſe-
cundum aliquos, quos refert Farinacius *dicta
quaſt.* 66. *à n.* 181.& alios contrarium tenentes,
n. 182. quos tamen concordat *n.* 183. dicens
ſtandum ſecundo dicto in hoc caſu, quando ha-
beret pro ſe aliquas coniectutas,præſumptiones,
vel adminicula, alias ſecus ipſum Farinacium
37 videbis ibi. *& lib.* 2. *dicta q.* 45. *à n.*41. † Et
omnino eum videbis *dicta q.* 66. *de Teſtibus*, vbi
ſcribit de pœnis, quibus Teſtis varius vacillans,
aut contrarius punitur, nempe pœna falſi ex *l.
qui falſo*, & ibi Gloſſa & Doctores de Teſtibus.
38 Ad quartam quæſtionis partem, quando Te-
ſtis varius ex ſua varietate & contrarietate poſſit
torqueri breuiter dico quod Teſtis varius vacil-
lans, aut contrarius regulariter torqueri poteſt
ad videndum in quo dicto perſiſtat; ita Baldus
in tractatu de Teſtibus, *p.*2. *n.* 2. & in *leg. presby-
teri, num.* 2. *Cod. de Epiſcopis & Clericis*. Anto-
nius Gomez *var. reſol. tomo* 3. *de Tortura Reo-
rum, num.*29. vbi ait quod regulariter non debet
torqueri, niſi in duobus caſibus. Primus quan-
do vacillat in Teſtimonio. Secundus aſt quando
probatur interfuiſſe facto, & ipſe negat, quia
tunc etiam poteſt torqueri, vt probat textus *in
l. ex libero, ff. de quaſt.* vbi Gloſſa Bartolus,& alij,
39 *l. penult. tit.* 36. *p.*7. † Et ampliat Farinacius, vt
Teſtis poſſit torqueri propter varietatem, etiam
non præcedentibus aliis iodiciis aut adminicu-
lis, & non ſolùm ſi ſit laicus, ſed etiam Cleri-
cus; ita Boſius *in tit. de Tortura Teſtium, num.*4.
vbi ait vt diſpoſitio textûs, *in c. presbyteri el.* 1. 6.
quaſt. vlt. volentis Clericos non poſſe torqueri,
non ſeruetur in Clericis vacillantibus prout
voluit Gloſſa ibi, & licet, Bartolus *in dicta l. ex
libero, ff. de quaſt.* ſenſerit quod presbyter va-
cillans non ſit de iure Canonico torquendus per
textum, *in l. presbyteri Cod. de Epiſcop. & Cleri-
cis*: Nam Clericus recuſans dicere veritatem
magis peccat quam laicus, & addit Farinacius
dicta quaſt. 66. *n.* 101. id procedere etiamſi con-
tra Clericum aliqua fama non præcedat, quando
vt Teſtis vacillans torquetur, ſecus ſi vt Reus:
& hoc fieri debet per Iudicem Eccleſiaſticum.
† Et etiam Teſtis ſæpius varians, ſæpius torque- 40
ri poteſt, & ſic ſi Teſtis ob variationem tortus
firmat vnum dictum poſteà repetitus, vel in ra-
tificatione recedat ab illo dicto formato in Tor-
tura, & aliud dicat, poterit torqueri,iterum ita
cum multis Farinacius ſupra *n.* 104 qui *n.* 105. de-
clarat non in infinitum procedere repetitionem
Torturæ, ſed tantummodò vſque ad tertiam vi-
cem, & cui dicto ſtetur dixi iam ſupra.
Et hanc Regulam ampliabis etiam, vt Teſtis 41
torqueri poſſit, non ſolùm ob varietatem Iudi-
cialem, ſed etiam ob extraiudicialem, & ideò ſi
in Iudicio dixit contrarium eius, quod dixerat
extraiudicium probato dicto extraiudiciali, va-
rio adiecto iudiciali torquebitur vſque Teſtis
iſte, Alexander *conſ* 63 plura expendit, refert ex
multis, Farinacius *ſupra à n.*106. vbi ait præci-
pue procedere, quando dictum extraiudiciale eſt
in ſcriptura.& ita tenendum,licet faciant in con-
trarium quæ tradit Tyndarus *de Teſt. in cap.* 7. *à
n.* 1. † Imo & ſi Teſtis econtra dicat vltimo loco 42
extraiudicialiter contrarium eius quod dixit
prius in Iudicio, non ſolùm poterit ex hoc pro-
cedi contra eum ad inquirendum verum, & fa-
ciet indicium ad Torturam, Butrius & Abbas *in
cap. cum in tua de Teſtibus*, *n.* 9. 10. Felinus *n.* 6.
Aretinus 14. Alex. *conſ.*63. *n.*2. Farinacius *n.*512.
dicta quaſtione 63.
Hæc autem Regula nonnullas patitur excep- 43
tiones: nam non procedit in Teſte ſibi vario, &
contrario in non ſubſtantialibus; nam tunc va-
riatio non ſufficit ad torquendum dictum Te-
ſtem, niſi ſit aliàs ſuſpectus, vt per Boſium *in tit.
de Tort. Teſt. n* 29. *in fine, & n.* 30. Aymon *conſ* 178.
*n.*4. † Item & in Teſtibus conſtitutis in dignita- 44
te, qui ob varietatem non torquentur, præter
quam in criminalibus exceptis,& aliis relatis, &
reprobatis contrariis teſtatur de communi; Cla-
rus *in pract.* § *fin. q.* 25. verſic. *ſcias*, *& q.* 64.
verſic. *item quaro* ſequitur Farinacius *ſupra n.*122.
& 123. vbi adducit pro hac limitatione quæ in
ſimili de torquendo Reo in dignitate conſtituto
dixit, *lib.*2. *q.*41. *à n.* 70. *& in q.* 79. generaliter
plura *de Tortura*, *à n.*60. vbi latè ſcribit, in qui-
bus caſibus Teſtes non admittantur ſine Tortu-
ra, apud quem videbis, & quæ tradit Villalobos
in ſumma part. 2. *tract.* 17. *difficult.* 4. vbi in fine
tradit quod vt integrè credatur Teſtis varians,
eſt ratificandus in Tortura.
Vnum tamen notabis, quod Teſtis poteſt cor- 45
rigere dictum ſuum metu tormentorum ante pu-
blicationem, & tunc non eſſe puniendum ait
Ioannes Guttierrez *conſ.*40. *n.* 7. cum aliis ab eo
relatis, quod verum ait, ſi metu tormentorum
correxit ante publicationem,& ſit probatum, quod
cum parte non ſit loquutus: nam tunc non puni-
ri ait quamuis ratificauerit poſtea dictum ſuum,
quandoquidem cauſam coloratam allegat ſuæ
correctionis ſecundũ Tynd. *in tract. de Teſt. lib.* 1.
*c.*3. *vol.*5. *f.* 224. † Nec etiam torquetur Teſtis al-
legans aliquam rationabilem cauſam ſuæ varia- 46
tionis, Farinac. *de tort. Teſt. q.*79 *n* 11.& torquebi-
tur, ſi vltra vacillationem facto interfuerit ſe-
cundùm eum ibi, *n.* 12 & contra, *n.* 13. ad alia cum
ibi videbis plura exempla quibus Teſtes contra-
rij ſaluentur, tradit Ciriacus *tom.*3. *ſub. cont.* 407.

Digitized by Google

Qvæstio VII.

An in ſancto officio inquiſitionis Teſtis varius vacillans, aut ſibi contrarius torqueri poſſit in cauſa Hareſis: Et an variatio, mendacium, & vacillatio Rei prabeant Inquiſitoribus indicium ad torquendum: Et an generaliter: Et in criminalibus Teſtes varij torqueri valeant; ſic etiam in ciuilibus cauſis: Et quid ſi Teſtes negant facto interfuiſſe.

Svmmarivm.

1 *Torqueri quando poſſit Teſtis vacillans, ſeu varius in ſancto officio, &* cui *dicto ſtetur. n.* 2.
3 *Torqueri non debet Teſtis ex illa vacillatione, & trepidatione, & minus in cauſa Hareſis, num.* 5.
6 *Variatio circa circumſtantias, & qualitates, non facit indicium ad Torturam: Quid de mendacio, num.* 7.
8 *Vultûs ſola titubatio, non facit indicium ad Torturam.*
9 *Teſtis vacillans in ciuilibus, quando torqueri poſſit, & à quo Iudice, à n.* 12.
15 *Torqueri poteſt Teſtis, qui veriſimiliter informatus de facto recuſat dicere* o, ſequent.
21 *Teſtem facto interfuiſſe, qualiter probetur.*
23 *Teſtis, qui interrogatus in cauſa Hareſis, negauit, & poſtea veritatem dixit, punitur vt falſus.*
24 *Variatio Teſtis in loco, & tempore, non vitiat ſententiam ſi hac non ſint de ſubſtantiâ.*

1 AD primam difficultatis partem vt reſpondeam; dico praxim aſſe receptam, vt ſi poſteriora dicta Teſtium, non congruant; tunc legenda ſiot eis priora, & interrogandos eſſe, cur tam varia dicant, & monendos, vt io veritate maneant, ſcribeodumque eſſe quidquid reſponderint, & ſi vacillent mittendos eſſe in carcerem, & ſi cauſa id poſtulat torquendos & puniendos eſſe; ita cum Simancas *tit.* 24. *num.* 4. & cum Diaoa *p.* 4. *tractatu* 8. *reſ.* 14. eius Compilator Auſooius *docet p.* 2. verſic. *Inquiſitorum praxis circa Teſtes, num.* 121. quod iu locis præcitaria Simancæ & Dianæ non inueni, & adiunges quæ nouiſſimè adducit Careoa *de officio Inquiſitorum, p.* 3. *tit.* 7. §. 7. vbi agit de Tortura Taſtium.

2 Sed praxis prædicta videtur ſubſiſtere ax dictis ſupra, & ex dicendis ſtatim in hac quæſtiooa. Quare ad primam aius partem doceot Farinacius *de Hareſ. q.* 188. §. 5. *num.* 99. Franciſcua Pegna *in additionibus ad commercium in direct. inquiſit. p.* 3. *q.* 65. *comment.* 114. verſic. *ſin autem* Mootemaran *in practica Archiepiſc. cap* 84. *n.* 11. quod licet Teſti periuro eiuſque ſacundo dicto ſtetur in crimine, non tameo ſit admittenda eios probatio, oiſi in tormeotis ad videndum io quo dicto perſiſtat, & ſic io periuro maiorem vrgere rationem torquendi illum, quam in aliis iohabilibus Teſtibus.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, etiam ex iam dictis quæſtionibus præcedentibus, videtue reſpondendum, ſed quid Doctores ſentiant breuiter referam; etenim Guiurba *in conſiliis criminalibus, conſ.* 87. *n.* 27. refert cum aliis mendacium ſuper facto principali per ſe ſolum indiciũ eſſe ad Torturam, & da hoc dicto DD. ad ſaturitatem affert *ex n.* 16. & docuit quod quando plura adſunt iodicia, vnum ab altero admioiculatur.

Cootrarium tamen dicit Cantera noſter Diui Emiliani collega apud Salmanticeoſes *in q. crim. c.* 2. *de probationibus per Teſt. q.* 1. *n.* 10. vbi aſſerit Iudices non benè facere, qui captum aliquem propter delictum ſine aliquo iodicio propter vacillatiooem, vel trepidatiooem pônunt ad Torturam, & ſe vidiſſe refert ax hoc ſolùm quendam Iudicem condemnari & puniri io Caocellariâ Granatenſi, & addie in cauſa Hæreſis ex ſolà vacillatione, nuuquam Reum poni ad Torturam, niſi eſſent alia indicia de delicto. 4

Et ſic communiter Doctores dicunt quod vt variatio Rei faciat contra ipſum indicium ad Torturam, debet eſſe adminiculata aliqua alia coniectura indicio, ſeu præſumptione, ſecus auteio ſi ſit nuda & non admioiculata, Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. cap.* 29. *dubio* 17. *n.* 164. Becau. *in* 2. 2. *D. Thoma de Iuſtitia, q.* 67. *de Iuſt. Iudiciis, q.* 10. *n.* 13. Souſa *in Aphoriſmo inquiſit. lib.* 2. *c.* 39. *n.* 80. cum aliis, Diana *p.* 4. *tract.* 6. *de Tort. in ſancto officio reſ.* 15. † Et ait Petrus Caballus *reſol. crim. cent.* 2. *caſu* 200. *n.* 136. quod variatio circa circumſtantias & qualitates delicti oullo modo facit indictum ad Torturam, nec etiam ſi ſit circa ipſum delictum, oiſi aliis iunctis indiciis, ſecundùm communem Doctorum opinionem. 5 6

Idemque dicendum aſſa de meodacio; & de vacillatione docuit Miranda *in ordine Iudic. tomo* 2. *q.* 26. *art.* 12 *concluſ.* 1. nam ſine alio indicio coniectura, aut præſumptione, non faciuot indicium ad Torturam: Quod etiam probari videtur ex his, quæ dixi ſupra de Teſte vario vacillaote, aut ſibi contrario. 7

Notabis autem quod ſola titubatio, vultûſque mutatio Rei non facit contra illum indicium ad Torturam, niſi eum ea titubatione & trepidatione concurraut aliqua adminicola: ita Souſa *in Aphoriſmo inquiſit lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 81. Carretius *in praxi crim. leg. obſeruare, n.* 120. Marſilius *in practica crim.* §. *diligenter, n.* 74. Menochius *de praſumpt. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 71. 8

Ad tertiam quæſtionis partem, an Teſtes vacillantes, & varij in ciuilibus torqueantur. ſicut in criminalibus, vidao Doctores inter ſe diſcordes, & quod poſſint etiam torqueri; docet Gloſſa 1. *in l. ex libero in fine, ff. de quaſtionibus per textum in l. Diuus in primo reſp. ff. eodem*, & cum iſta Gloſſa videtur pertranſire, Bartolus ibi in prioepio verſic. *quaro* & Albericus *in leg.* 1. §. *ſeruum, ff. de quaſtionibus*; Sed vt Farinacius docet *de Teſtibus, q.* 79 *num.* 68. Albericus loquitur non de Tortura Teſtis, ſed Rei priocipalis de qua ipſe loquitur *in quaſtione* 41. *à n.* 26. vbi videndus, & ego dixi, *quaſtiuncula pracedenti*, videbis Bartolum *in l. nullum in* 2. *lectura, Cod. de Teſtibus in ſummario poſt, num.* 4. *& num.* 6. vbi per illum textum ootat quod Iudex ordinarius poteſt punire Teſtes vacillantas coram ipſo. 9

Et licet Marſilius *in leg. eos, num* 1. verſic. *quod eſt, ff. ad legem Cornel. de falſ.* Boſius *in tit. de Tortura Teſtium, num* 14. Gomezius *part.* 3 *variarum reſol.. n.* 29. in fine ob ſolam dicant variationem Teſtes non torqueri, Cyrillus *in ſumma crim. R.* 29. *tit. de quaſt.* §. 5. *n.* 4. vbi amplius, quod nec in criminalibus torquentur, oiſi in capitalibus, & atrocioribus, Matheſil *ſing.* 188 verſic. 10

quia in cauſa, & Gomezius *ſupra*, vbi ait quod
in ciuili non habet locum Tortura, niſi haberet
crimen annexum, & facit ea ratio, quia ſi prin-
cipalis torqueri non poteſt in cauſa pecuniaria &
ciuili ſecundum communem, de qua latè Farina-
cius *de indiciis, & Tortura q. 42. à num. 86.* mul-
tòminus poterunt Teſtes torqueri; alia congerit
idem Farinacius *de Teſtibus dicta quaeſtione 79.
à num. 63.*

11 Sed idem Farinac. *dict. q. 66. à n. 119.* ſequutus
Marcilium & Gomezium, vbi ſupra, Imolam, &
Antonium *in cap. grauis de depoſito*; ait tunc poſſe
torqueri in cauſa ciuili Teſtis varius, vel vacil-
lans aut contrarius, quando cauſa ciuilis haberet
crimen annexum, & dixit ipſe in ſimili de Reo
torquendo in cauſa ciuili *q. 42. de indiciis & Tor-
tura à num. 33.* vbi videbis, & exemplificat Go-
mezius *ſupra dicto num. 29.* in fine, veluti ſi aga-
tur de actione depoſiti, & negetur per debito-
rem; ita cum dicto Antonio, & Imola, & cum
aliis DD. *in dicto cap. grauis*, & cum Iaſone *in l.
Imperium, ff. de Iuriſd. omn. Iud. col. 13.*

12 Vnde concordans Farinacius *dicta quaeſt. 66.
num. 120.* per dictas opiniones ait, vt Teſtis ſibi
varius, & contrarius non poſſit in cauſa ciuili
torqueri, intelligendum ſcilicet ab eodem Iudi-
ce ciuili, ſed benè poſſe torqueri à Iudice crimi-
nali, coram quo ſi porrigatur quærela, & tranſ-
portentur depoſitiones factæ in cauſa ciuili, ex
quibus deprehenditur varietas & contrarietas
Teſtis: Idem Iudex criminalis contradictum Te-
ſtem inquirit, carceret, examinet & etiam tor-
quet, ſi ſibiipſi videbitur etiam quod depoſitio
emanauerit in mera cauſa ciuili, & hoc idem re-
13 petit *dicta q. 79. de Teſtibus num. 69.* † Vbi ait,
quod quid ſit in hac diuerſitate opinionum de
iure: Tamen reſoluit in illa Prouincia obſeruari
quod Teſtes examinari in cauſis ciuilibus, nun-
quam torquentur, nec per Iudicem cauſæ, nec
per alium ad ſupplendum maculas, ſeu defectus
perſonæ; puta infamiæ, vel etiam ad habendam
ab ipſis veritatem, tanquam veriſimiliter infor-
14 matis. † Sed ſi ſint infames, criminoſi, aut veri-
ſimilia non deponentes, ſatis eſt quod non pro-
bent, nec aliud ab eis quæritur. Si vero Teſtes
vacillent aut ſint inter ſe contrarij, vel etiam de
falſo ſuſpecti: tunc ad partis quærelam contra
eos proceditur, etiam ad Torturam, non à Iudi-
ce cauſæ ciuilis; ſed à Iudice criminali coram
quo quærela porrigitur, ita ille.

15 Ad quartam quæſtionis partem de Teſtibus,
qui negant ſe facto interfuiſſe dicendum eſt,
quod Teſtis qui veriſimiliter informatus eſt de
aliquo facto, & examinatus recuſat dicere illius
facti veritatem, torqueri poterit. Baldus *in leg.
non ſolùm col. 1. in Gloſſa manutenendo ſ. g. ff. ad
legem Iuliam de Adulteriis, & in l. in milites, n. 5.
in fine* verſ. *vel quod, Cod. de quaeſtionibus*, cum
aliis Farinacius *dicta quaeſtione 79. de Tortura Te-
ſtium à num. 16.* vbi *n. 17.* ait idem eſſe quando
Teſtes facto interfuerunt, & tamen dicunt ſe
nihil vidiſſe, aut audiuiſſe: Nam tunc poſſe tor-
queri; probat textus *in l. vnius, §. Teſtes*, ibi *niſi
cum facto interueniſſe dicuntur* Gloſſa in verbo *cum
facto, ff. de quaeſt.* quia confitens ſe interfuiſſe fa-
cto, præſumitur ſcire veritatem; & illam velle
occultare; ideoque torquetur.

16 Et cum aliis addit quod qui fuit præſens, præ-
ſumitur quod viderit & audierit; Et ideò dicens
ſe nihil vidiſſe, poſſe torqueri, ait Clarus *in pract.*
§. t. quaeſt. 24. verſ. *torquetur etiam Teſtis.* † Et 17
Bartolus *conſ. 153. num. 1. littera A* ait quod qui
maleficio interuenit præſumitur ſcire veritatem,
& ſi eam neget poterit pluries, ac pluries exa-
minari in verbis capi, & inuolui, & ſine alia
dilatione, ne in ſua malitia inſtruatur pro ea ha-
benda etiam torqueri ſi ſit vilis & ſuſpecta per-
ſona † Et Farinacius *ſupra num 18.* hoc ampliat 18
dicens in iſto caſu, nec eſſe neceſſariam vacilla-
tionem, ſed ſufficere ſolam aſſiſtentiam Teſtis in
facto, de quo interrogatur; ſed pro contraria
opinione refert, quod antea *n. 12.* dixit ex ſola
vacillatione, niſi ſimul quod Teſtis interfuerit,
non veniat torquendus *ex dicta leg. vnius, §. in
ea cauſa in fine, ff. de quaeſt.* quatenus conſultus
ait quod Teſtes torquendi non ſunt conuiuen-
di mendacij aut veritatis gratiâ niſi cum facto
interueniſſe dicuntur, vt notat Gloſſa in verbo
cum facto Boſius *tit. de Tortura, num. 3.* vbi benè
comprobat & declarat, & ita videtur de mente
Bertacoli ſupra *littera R.* Farinac *dicta quaeſt. 66.
num. 103.* † Quod ſi Teſtes negant ſe facto in- 19
terfuiſſe, & quod facto interfuerint conuincun-
tur de mendacio; tunc enim, quia præſumun-
tur, vel occultare veritatem, ideo torquendi ve-
niunt pro ea habenda, Bart. *in l. ex libero in prin-
cipio col 1.* verſ *ſecundus, ff. de quaeſtionibus*; ita
cum multis Farinacius *dicta quaeſt. 79. num. 20.* &
Boſius *in tit. de Tortura Teſt. n. 10.* † Vbi addit 20
quod hæc doctrina ſæpè contingit in his quæ
committuntur à viris manu promptis; quia etiam
quod committantur in platea ad præſentiam po-
puli; tamen cum maxima difficultate poteſt ha-
beri veritas, non audientibus hominibus verita-
tem deponere ob metum illorum, & ideò Iudex
vbi videt, & ſcit talem Teſtem interfuiſſe,
qui tamen negat aliquid vidiſſe poterit eum
torquere.

Quod ſi dubites qualiter probetur, quod Te- 21
ſtis facto interfuit, dico ſufficere quod iſte Te-
ſtis negans ſe facto interfuiſſe, conuincatur de
mendacio ab vno alio Teſte, dummodò eo ſit
dignior: Ita Bartolus *in dicta leg. vnius, §. Index
in principio ff de quaeſt.* & ibi Marſilius *in §. Teſtes
ante num. 1* Boſius *in tit. de Tortura Teſtium, n. 10.*
verſ. *& ſufficit & in tit. de indiciis & conſiderat.
ante Torturam num 37.* vbi ait quod ſi ſint pares
in dignitate, Teſtis ſuſpectus & Teſtis examina-
tus confunditur vtrumque dictum Bertacoli
conſ. 180. num. 3 Burſatus *conſ. 216. à num. 108.*
† Et Farinacius *dicta quaeſtione 79. num. 22.* vbi 22
ait cum Tollerio ſufficere, quod conuincantur
Teſtes negantes ſe interfuiſſe facto per alios de-
ponentes ſua extraiudiciali confeſſione; nam hac
extraiudiciali confeſſione præſumuntur ſcire ve-
ritatem, & velle eam occultare; & ob id tor-
quentur pro ea habenda; Videbis Zepolam
conſ. 60. num. 9. & à n. 13 Et videbis ipſum Fa-
rinacium *dicta quaeſt. 79. à num. 23.* vbi plura ad-
dit de Teſtibus criminoſis, ſeu infamibus, qui
non admittuntur ad Teſtificandum, niſi per Tor-
turam, ibi eum videbis.

Pro complemento notabis quod quando Te- 23
ſtis primo contra aliquem interrogatus negauit
nolens illius hæreſim detegere, ſi poſtea verita-
tem fateatur, & ſtetur illius ſecundo dicto, &
non primo, non per hoc credi eum impunitum
admittendum ſi Hæreticum, contra quem exa-
minabatur, occultare volebat quia punitur tan-
quam falſus Teſtis; ita Farinac. *de Hæreſi, q. 188.*

§. 5.

Digitized by Google

§.5.n.10 & Repottorium Iuquiſitorum iu verbo *ſententia*, verſic. *ſequitur*, ſcribit de forma ſententiæ fetendæ, contra talem teſtem, & in verbo *teſtes*, Fraociſc. Pegna *in additionib. ad commendar. in director. inquis, p.3. quaſt.65. Commentar.114.* verſic. *Illud fol.655. col.2* Leſſius Zecus *in Summa p.1. tit. de fide R. de hæreſi, cap.11. n.14.* verſic. *& generaliter*, Zanquinus *in tract. de hæret. c.14. n.15. in fine*, verſic. *nec propterea tollitur*, alia expeudit videndus ſupra Farinacius *dicto §.5. per totum.*

24 Iterum ad materiam ootabis quæſtionem noo contemneudam, au variatio teſtium de loco, & tempore vitiet ipſam ſententiam, virtute ipſarum depoſitionum latam, cui dubio reſpondebis, quod ſi tempus uon eſt de ſubſtantia, variatio teſtium in tempore non vitiat Ita Bellamera *decif.541.* qood ſi Teſtes deponunt de actu, non reiterabili, vt homicidium, non valere eorum depoſitionem, dixit Theſaurus *in decif.11.* ſecus ſi de actu reiterabili, vt adulterium, ſequitur Riccios *collect.150x. in fine.*

Qvæstio VIII.

An ſtetur iuramento hoſpitis contra ſtabularium, quando reperitur vaſilia aperta, vel deſigillata?

SVMMARIVM.

1 *Hoſpes contra ſtabularium, quando vt teſtis poſſit deponere, n.2. 3. 4. & 5.*

1 Occaſione textûs noſtri, quatenos loquitur de teſte, vel parte in proprio facto iurante libuit hanc quæſtionem ponere, de qua Hipolytus *in R. de Probationibus*, & alij; igitur multi exiſtimant non poſſe recipi in teſtem hoſpitem contra illum ſtabularium, dicentem etiam cum iuramento aliqua bona eſſe ſibi furto ſublata, quia durom, & iniquum eſſet, quod teſtimonio propriæ partis, credatur in facto proprio, vt ſunt iura vulgaria, & tradit Bartolus *in l.1. §. fin. n.5. ff. ſi familia furtum, feci dicatur.* Et faciunt quæ dixi ſuprà *in cap.12. de Iudicijs, q.6.* cum aliis.

2 Hæc tamen ſententia non admittitur à Iaſone *in l. in actionibus, n.4. ff. de in litem iurando*, Pariſ. *conſ.74. lib.1. n.11.* Aotonius Gomez. *lib.2. variarum, cap.7. n.2.* circa medium, Iulius Clarus *lib.5. receptarum ſentent. §. furtum, n.17.* vbi dicit, quod magis communis eſt, vt ſtetur, & credator iuramento deponentis; ita Rolandus *conſil.87. n.10.* ex eo quod oporteat ſtabularium vitia reprimere, cuiuſmodi genus hominum, ſit feraciſſimum; ſequitur Azeuedus *in l.4. tit.2. à n.19. lib.4. recop.* & facit lex illa, ibi, *& al iura como eſta*, vbi dicit Azeuedus, quod hoc iuramentum eſt veritatis, & uon affectionis, vt probat *l.9. in fine, tit.30. p 7.* Et videbis Zeuallos, poſt multos ab eo relatos *in pract. q.685.* vbi hoc intelligit, quando hoſpes eſſet perſona grauis, houeſta, bonæ opinionis, & probatæ vitæ, & ecootra ſtabularius vilis, & ſiniſtræ opinionis, ſuſpicionis, quæ omnia Iudex arbitrabitur, in-
3 ſpectis aliis adminiculis & circumſtãtiis. † Quod verum mihi videtur, quando hoſpes conſignauit, & tradidit ſtabulario Vaſiliam clauſam, & recepit clauem cubiculi, & poſtea reperitur apertum, de quo eſt titulos, *ff. vt Nautæ, Caupones, & Stabularij recepta reſtituant*, & eſt *l.7. tit.14. p.7.* vbi Gregorius verbo *per hoſtalaje*, vbi poſuit quæſtionem de hoſpite particulari, qui dum Rex veniſſet in ciuitate compulſus fuit, hoſpites ex domo Regis recipere, an teneatur de rebus ſibi ablatis, & eſt optimè, *lex 26. tit.8. p.5.* vbi Gregorius, verbo *guardar las bien*, idem Gregorius *in l.2. tit.3. p.5. gloſſa fin.* Et in cauſa vero depoſiti videndus eſt textos *in l.1. §. ſic iſta 41. depoſiti, l.15. tit.1. p.5.* vbi Gregor. verbo *maleta, o vaſo cerrado*, & ſic applicabis quæ dico infrà *ad titulum de depoſito*, qualiter teneatur depoſitarius, quie multum faciunt.

Et ſi caſus de facto contingat, videndus eſt 4
Menochius *de Arbitrarijs, lib.2. cent.2. caſu 108. à num.26. vbi vſque ad 35.* poſuit ſex notabiles declarationes & limitationes & Gratian *reg.225.* vbi ait, quod io his, quæ clauſis, ſeu ſigillatis deponuntur vſus depoſitarij prohibetur, vt tradit Azor *in Summa Cod. depoſiti*, Bald. *conſ.219.* verſic. *permittendum, volum.1.* Gregorius *in dicta l.2. tit.3. p.5. gloſſa fin.* Imò vbicumque dolus arguitur ſtatur partis iuramento, quoad intereſſe, Gloſſa *in § fin. Inſtit. de verb. oblig.* & ibi latè Ioannes Faber, & Bernardus Diez de Luco regulam, de qua in hac difficultate poſcit cum tribus limitationibus & Iaſon, & Salcedo eius *additio n.15.* modis limitans, & tribus amplians *in regula 186.* vbi videbis, & videndus Maſcardus *de Probat. concluſ.854. n.10.* & pro ſententie relata conſuluit Ioannes Botta *conſ.30 n.8. & 15.* vbi refert practicam procedendi contra hoſpites.

AD TEXTVM
IN CAPITE XI.
Hoc Titulo de Probationibus, Quoniam contra falſam.

PRÆMISSVM.

Textvs iſte diuerſas comprehendit materias, & continet praxim, perſonas, ſeu facta, quæ in quolibet bcuè ordinando Iudicio inueniri debent, de quibus ſupra dixi, & agitur in ſequentibus huius libri titulis.

I. Ibi, *quoniam contra falſam aſſertionem Iudicis iniqui innocens litigator.* Et ibi, *Iudex autem, qui conſtitutionem neglexerit ipſam, obſeruare, ſi per negligentiam eius, quid difficultatis emerſerit per ſuperiorem Iudicem animaduerſione caſtigetur.* De authoritate Iudici præſtanda, *in cap. in praſ. de renunciatione*, & qualiter Iudex teneatur ad æqualitatem partibus reddere iuſtitiam; latè *in tit. de Officio Iudicis Ordinary, & de Officio Iudicis*, teneatur leges, & coostitutiones, obſeruare; videbis *ad titulum de conſtit.* dixi aliqua, *in cap.8. de Iud. & in cap.9. de foro competenti, & in cap.2. de re iudic.* Quod ſi io exequendo, aut faciendo iuſtitiam negligens eſſet à ſuperiore eius Iudice condigna animaduerſione caſtigabatur, iuxta latè *d. in cap. qualiter de Iudicijs*, & alibi.

II. Et ibi, *ſtatuimus, vt tam in ordinario quàm*

extraordinarie Iudicio Iudex ſemper adhibeat, aut publicam, ſi poteſt habere perſonam, aut duos viros idoneos, qui vniuerſa acta conſcribant. De neceſſitate Tabellionum, ſeu Notariorum, aut aliorum perſooarum, apud quas acta Iudicij conſcribi queant; videbis quæ dico *in cap. P. Tabellio de fide inſtrument.* & alibi iu eo tit. Et verbum *ſtatuimus*, ius nouum inducit: videbis *d. in cap. 2. de Iudicijs.* III. Ibi, *citationes* quid ſit citatio, & de eius neceſſitate videbis quæ dixi, *in cap. 1. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. & in cap. 2. de Teſtib.* IV. *Dilationes* de dilationibus dixi, *in R. & tit. de dilationibus.* V. *Recuſationes* de secuſationibos; videbis quæ dixi ſuprà *in cap. 4 de foro compet.* VI. *Exceptiones* aliqua dixi *in cap. 1. a. & 3. de ordine cognit.* & dico infra *ad titulum de exceptionib.* VII. *Petitiones* videbis ad titulum *de libelli oblat.* & ibi, *q. 1. à n. 23. & q. 4. num. 1.* VIII. *Reſponſiones* videbis *ad Rubricam de Litis conteſtatione.* IV. *Interrogationes* videbis quæ dico *in cap. 1. de Litis conteſtatione.* X. *Confeſſiones* videbis quæ dixi *in cap. at ſi Clerici 4. de Iudiciis*, & ſuprà *in tit. de Confeſſis teſtium depoſitiones.* Videbis quæ dico *in hoc tit.* & *in cap. præcedenti*, & *in tit. infra de teſtib.*

XI. *Inſtrumentorum productiones*; de inſtrumentis, & eorum fide in Iudicio: latè dico infra *ad Rubricam, & titulum de fide inſtrumentorum*, & qoεodo, ſeu vſque ad quod tempus poſſint io Iodicio psoduci; dico *in cap. cum dilectus*, iofra de fide inſtrumentotum.

XII. *Inter locutiones*, de ſententiis Iudicum interlocutoriis. Aliqua dixi *in cap. fin. de libelli oblatione ſub* § 1. *q. 4.* & videbis quæ dico iuſta *ad Rubricam de ſententia, & re iudicata.*

XIII *Appellationes* de appellationiboa, & à quibos interpouatur videbis *ad titul. de appellat.*

XIV. *Renunciationes* de eo, qui termino, ſeu ptobationi teuunciat, & in cauſa concludit: videbis aliqoa iofrà *q. 1.* in verſic. 13.

XV. Ibi, *& cætera, quæ occurrerint competenti ordine conſcribenda, loca deſignando, & tempora & perſonas*, vt omnia acta Iudicij ſemper ſint ſcribenda à Tabellione, qualitérque deſignat tempora loca & perſonas, videbis quæ adduxi ſuptà *in cap. 1. de libelli oblat. q. 1. n. 23. 24. & 26.* & ibi *q. 4. n. 1.*

XVI. Ibi, *& omnia ſic conſcripta, partibus tribuantur; ita quod originalia pœnas ſcriptores remaneant, vt ſi ſuper proceſſu Iudicis fuerit ſuborta contentio per hoc, poſſit veritas declarari, quatenus hoc adhibito moderamine, ſic honeſtis, & diſcretis, deferatur Iudicibus, quod per improbos, & iniquos, iuſtitia non lædatur.* Ex his verbis plura excitari poſſunt, & qood partibus litigantibus, tantùm ſint danda, ttanſſumpta proceſsûs non otiginalia, quando ad ſuperiotes appellaoerint; de quo videbis *in tit. de fide inſtrumentorum, cap. 1. & cap. fin.*

XVII. Et ibi, *nec pro ipſius, præſumatur proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis documentis conſtiterit*, nunquam aſſertioni Iudicis credendum, ſed tantùm proceſsûs actis publicè, & coram Tabellione factis, ſeu aliis publicis perſonis competentibus & babilibus, applicabis aliqua dicta ſuptà *in d. cap. 4. de Iudiciis*, & ſub *cap. 28. de teſtib.*

QVÆSTIO I.

Quare Iudex debeat habere Notarium, vel duos Teſtes idoneos, qui ſcribant acta Iudicij; ita vt ei ſuper proceſſu, non credatur, niſi inquantum per acta, aut legitima documenta, conſtiterit, cum Iudex publica perſona ſit, & magis de eo, quàm de Tabellione ius confidat, & ei credat?

SVMMARIVM.

1 Cap. in præſentia de renunciatiooe, cap. cum inter de re iud. cap. ſicut eodem, & num. 35.

3 Cap. poſt ceſſiooem tit. n. 37.

4 *Iudices debent habere Notarium, ſeu duos teſtes idoneos, qui ſcribant acta Iudicij, & quare numeris ſequentibus, etiam in cauſis de legatis, num. 6. limitatur in cauſis voluntaria Iuriſdictionis, n. 7. & quam fidem faciant illi viri idonei, n. 32.*

8 *Acta Iudicij, quæ à Notario ſcribi debent, quæ ſint num. ſeqq. ad n. 26. quid in inſtrumentis Iudicialibus, ſeu extraiudicialibus, à n. 27. Quid de iuramento calumniæ, n. 31.*

27 Auct. de hæredib. & ſacid. §. tu oobis, *verſic.* ſi vero col. 9. Authent. de inſtrument. caot ex fide, §. ſed & ſi col. 6 l. 59. & 114. tit 18. p. 3. l. 13. tit. 25. lib 4. recop. & num. 28.

32 Aurb. de Tabelliooib. collat. 4.

33 L. 1. §. fin. ff. quemadmodum teſtamenta aperiautur.

34 *Verbum* ſtatuimus, *quando ius nouum decernat*,

35 *Index in quo credatur.*

36 Cap. fin. de Probationib. boc tit.

DVbitationem mouet text. *in cap. in præſentia de renunciatione*, & *in cap. cum inter*, & *in cap. ſicut de re iudicata*, quibus ptobatur Iudici credendum eſſe, quia pro eo præſumitur. Secundò, quia ſi in cauſa propria Iudex eſſe poteſt, ſecundùm ea, quæ dixi ſuprà *in cap. cum veniſſent 12. de Iudicijs*, ſatios videtur eſſe, vt & potius, quàm teſtibus credatur iu Iudicio. 1 † Tertiò ex doctrina text. & quæ ibi dixi, *in cap poſt ceſſionem 7. hoc tit.* vbi probatus litteris ordinarij ſtandom eſſe, quid mirum ergo, vt ſuper proceſſu ei etedatur. 3

Sed adhuc recedendum noo eſt à concluſione noſtri text. cuios ea nempe ratio eſt cum litigatores per falſam Iudicis aſſertionem, ſoleant grauari, & negatiua ſit in probabiles de ſui natura (ſecundom ea, quæ latè dico infrà *à q. 2.*) ideo fit vt ſcribantur acta Iudicij à publica perſona, vel à duobus viris honeſtis, quia quando ſoli Iudici credebatur, multoties falſitas veritati, & iniquitas veritati præualebat, & ſic merito nō ſolum debet ſeruati forma præſcripta hic in Iudicio ordinario, & in extraordinario; declarat Gloſſa 2. *hic.* † Et vocatur extraordinarium Iudicium, quoties Iudex procedit, non ſeruato iuris ordine, aut ſine figura Iudicij ſecundum ea quæ dixi latè *in c. dilectis 6. de Iudicijs q. 15. & 16.* vel ſi procedat per viam Inquiſitionis, vel 4 5

deouucia

denunciationis, Panotmitanus hîc *n.7.* & communis teſte Decio *in Rubrica de Iudiciis, num.6.* Ripa ibi *n.59.* quod vetum eſt, vt docet *Rubrica*
6 *de Officio Ordinary, num.14.* † Et Boërius *in deciſ.258.* ait procedete, tam in cauſis Ordinariis quàm delegatis, & tam in cognoſcendo, quàm in exequendo, ita Riccius *deciſ.1017.* cum Farinacio Marco *in deciſ.623.* Et ad hoc reſpicit Valeuzuela *conſ.100. p.1. n.56.*

7 Et confirmarut ex textu *in l.2. Cod de edendo, l. à Proconſulibus 19. l. pracipimus, §. quaſi, Cod. de appellat. l.2. C. vt lite pendente l. geſta 6. Cod. de re iudicata, l. acta 45. & 46. ff. eodem, cap. à nobis 28. de teſtib l. vlt.* verſic. *ſub autem, Cod. eodem*, vbi & Iuriſconſultorum reſponſis, Cæſarum teſcriptis, & Pontificum dectetis, vniuerſa acta Iudicij ſctibenda veniunt à Notatio, aliàs non valeut, vt notat Riccius *in collect.117. ad noſtrum textum*, vbi amplificat etiam, ſi illa reperirentur ſcripta de partium conſenſu, quia partes nou poſſunt tenunciare publicis ſolemnitatibus. Et ampliat etiam ſi Iudex eſſet Notarius, quia non poteſt ſcribere acta penes ſe, Quod limitat in cauſis voluntatiæ iuriſdictionis, iu quibus poterit eſſe Iudex, & Notarius, & iu cauſis leuibus. Et iuxta noſtrum textum ſit, quod ſi Iudex non teneat magiſtrum actorum, poſſit debitâ puniri pœnâ Vibius *deciſ.48. in ſecundo dubio*, Riccius ſuprà.

8 Et ſic Notarius, aut illi duo viri honeſti, qui Iudici aſſociantur, debent ſcribere citationes, quæ ideo ſcribendæ ſunt, vt couſtet de tempore citationis ad accuſandam contumaciam adverſarij, vt *in l. contumacia 33. ff. de ſent. & re iudicata*, & *in l.1. ff. ſi quis ius dicenti*, vt accuſata contumaciâ procedatur, vel mulctando partem contumacem, vel ad admiſſionem in poſſeſſionem, vel ad ſequeſtrationem poſſeſſionam, & fructuum, vel ad ſententiam excommunicationis, vel ad ferendam ſententiam definitiuam, ſecundùm ea quæ latè dixi, *in cap. tua*, & *in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, vt lite non conteſt. in cap. prout, & in toto tit. de dolo, & contumacia*, & *in titulis de eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſâ rei ſeruanda, & de ſequeſtratione poſſeſſ. & fruct.* & ſic gloſſa *hic* verbo *citationes*; docet citationem eſſe neceſſariam, ſcribendámque eſſe in actis ad perpetuandam Iuriſdictionem, ſecundùm ea quæ dixi, *in cap. penult. de foro competenti*; & *multa de citatione in cap. 1. de cauſa poſſeſſ. & prop.*

9 † Et ſic licet citationes, quæ fiuns regulatiter in abſentia Iudicis, non poſſint per Notarium ſcribi; hoc tamen intelligitur de his, quæ fiunt à Nuncio, de quibus Tabellio, ſeu Notarius facit relationem in actis, quas nequit ſcribere, cum ipſe tunc non valeat facere fidem de eis, ſed taliuquuntur fidei Nuntij miſſi ad citandum de quo dixi, *in cap.1. de cauſa poſſeſſionis. q.7. à n.2.* Et citatio peremptoria, quomodo intelligatur ad Gloſſam, hic Pax *in praxi. tom.2. p.1. à n.23.* De quo dixi *in dicto cap. 1. de cauſa poſſeſſionis*; & alibi.

10 Secundò, debent ſcribi dilationes, vt conſtet, à quo tempore incipiant currere, & quæ iſtæ aliut agunt Doctores hic; ſed videbis quæ dixi ſuprà *in tit. & Rubrica de dilat.*

11 Tertiò, debent ſcribi recuſationes, vt conſtet quo tempore propoſitæ ſint: nam licet iure Regio ſufficiat recuſationem proponere quocunque tempore, vt reſoluit Couatr. *in pract. cap 26. n.3.* Paz *in praxi sup. tom.1. temp.10 n.19.* per text *in l.4. tit.10. lib.2. recop.* tamen de iure Ciuili & canonico, proponi debent, ante litem conteſtatam, vt *in l. apertiſſimi, Cod. de Iudicijs*, & *in cap. cum ſpeciali de appellationibus*, Gloſſa *in cap paſtoralis de except.* Couarruuias *ſup. num.1.* & Paz *n.8.* iuxta ea, quæ latè dixi, *in cap.4. de foro competenti.* Tum etiam quaſi Iudex procedat, non obſtante recuſatione, debent acta reuocari, vt acta, vt docet Gloſſa hîc verbo *recuſationem*, Baldus, & communis *num.20.* teſte Peruſio *in cap. cum ſpeciali n.42. de appellat.* Decius *conſ.176.* licet iure Ciuili, ipſo iure ſint nulla.

Quartò debent ſcribi exceptiones, quia regulariter dilatoriæ debent oppoui, ante litem conteſtatam, vt probatur *in leg. Filiusfamilias, §. Veterani*, & *in l. qui procuratorem, ff. de procurat.* & *in l. ita demum, Cod. eodem*, & *in cap. inter Monaſterium de re iud.* & *in cap. paſtoralis de except.* & vt conſtet, an legitimo tempore oppoſitæ ſint videbis aliqua, quæ notaui ſuprà *in cap.1. & 2. de ordine cognit.* & *in Rubrica de Litis conteſtatione*, vbi etiam nonnulla dixi, *de exceptionib. anomalis, & peremptoriis.* & quo tempore poſſint opponi. Sequitur Siculus hîc *n.35.* & quamuis Lamfrancus exiſtimet exceptiones neceſſario opponendas eſſe in ſcriptis, ſed verius eſt vt ſufficiat eas verbo opponere, dummodo redigantur per Tabellionem in actis proceſsûs; facit textus, & quæ ibi notantur, *in l. ſcire oportet, §. oportet el 2. ff. de excuſatione tutorum*, Bart. & alij, *in l.1. ff. de except.* Pariſius cum communi ibi *n.53. & 54.* qui alios refert, Rebuffus *tract. de except. n.3.* quomodo intelligitur Gloſſa hîc verbo *exceptiones*. 12

Quintò debent ſcribi petitiones, vt couſtet quid Actor petat: nam cum ſententia debeat eſſe libello conformis, vt *in l. vt fundus, ff. communi diuidundo*, & *in cap. licet, Heli de Simonia*; ideo in ſcriptis debet conſtare de tenore petitionis, & libelli oblati in proceſſu, quod intelligas ſecundùm quæ dixi latè *in cap. 1. de libelli oblatione quæſt. 1.* 13

Sextò debent ſcribi reſponſiones datæ ad petitionem, & libellum præſentatum, quia per reſponſionem rei conteſtatur Lis, vt probant iura allegata à Gloſſa noſtra hîc, quod intelliges ſecundùm ea, quæ dixi, *in d. cap.1. de libelli oblatione*, & latè *in d. Rubrica de Litis conteſtatione.* 14

† Eſt ergo commune DD. placitum Litis conteſtatione radicari Iudicium, *cap. forus de verb. ſig. l.2. Cod. de iuramento calumniæ fic*, quia ſi non conſtaret de Litis conteſtatione non poſſet procedi ad teſtium receptionem, nec ad ſententiam definitiuam, vt *in toto titul. vt lite non conteſtata*, & conteſtatio ſit de actibus ſubſtantialibus Iudicij; adeò vt ſi omittatur in plenariis, proceſſus ſit nullus, vt *in cap.1. de Litis conteſt.* Gloſſa hîc verbo *reſponſiones*, ad finem Auendaños *reſponſo 1. n.4 & 14* Pinellus *in l.2. Cod. de reſcind. vendit. 3.p n.28* Gregorius Lopez *in l. fin. tit.10. p.3.* Paz *in praxi 1.p. tom.1. temp.6. à n.2.* Parea *in l.1. tit.3. lib.3. ordinamenti*, de quo etiam dixi, *in cap. dilecti 6 de Iudicijs, q.11.* & *in cap. penult. de foro comp.* ideo fit vt reſponſiones in actis proceſsûs ſcribantur; & quia per conteſtationem Litis præcluditur viâ exceptionibus dilatoriis, vt *in cap. inter Monaſterium de re iudicata*, & quia operatur plures effectus, de quibus per Pacem 15

in

Digitized by Google

in d. 6. temp. à n.9. & per me ſuprà *in d Rubrica de Litis conteſt.* Quod de iure Regio procedit, dummodo à parte petatur, vt habetur *in dicta l. fin. tit.* 10. *p.*3. verſic. *Otioſi*, *l.*10. *tit.*17. *lib.*4. *recop. ad finem.*

16 Septimò ſcribuntur interrogationes, ſi à Iudice fiant, vt conſtet de informatione animi ſui, & ſi fiant à parte, vt conſtet de confeſſione aduerſarij, per quam releuatur ponens ab onere probandi, vt *in Clementina ſæpe de verb.ſignif.* Gloſſa magna *in cap.*1. *de confeſſis*; & ego etiam latiſſimè dico *de iure poſitionum, & interrogationum*, vbi videbis, & Odofredum *in tract. poſitionum, n.*3. Paz *in praxi* 1.*p. tom.*1. *temp* 8. *n.*116. & ex aliis rationibus, quæ colliguntur ab eodem Paz *à n.*122. *hic n.*181. *ad finem.*

17 Interrogationes in iure ſumuntur propriè, & ſtrictè, aut largè, primo modo ſunt interrogationes, quæ fiunt à Iudice, ad preparandum Iudicium, vt *in l.*1. *& per totum, ff. de interrog. action.* & quæ fiunt ab eodem Iudice, quandocumque pro informatione animi ſui, vt in iuribus allegatis à Gloſſa hîc verbo *interrogationes in* 2.*p.* largè verò accipiuntur propoſitionibus, quæ fiunt aſſeruatiuè dicendo *Titius ponit*, &c. vt docent poſt Panurmitanum, & antiquiores, Beroius hîc *n.*189. & vtruque modo poteſt intelligi textus noſter, vt docet Gloſſa verbo *interrogationes.*

18 Octauò confeſſiones debent ſcribi, vt conſtet quid ad interrogationes Iudicis, vel ad poſitiones partis, aduerſarius reſpondet, vt inquit Gloſſa verbo *Confeſſiones*, & taliter procedit, quod taciturnitas partis, etiam ſit ſcribenda, quia talis taciturnitas habetur pro confeſſione, vt habetur, *in cap.*2 *de Confeſſis*, *lib.*6. & *in l.*1. *tit.*4. *lib.*3. *ordinamenti*, & *in l.*1. *&* 2. *tit.*7. *lib.*4. *recopilationis*, quod intelligendum eſt per ſententiam Iudicis, ſaltim declaratoriam, vt docet Aretinus *in l.*2. *§. quod ſi in principio, Cod. de iureiurando. propter calumn. dando*, Marianus *in cap. fin. n.*35. *de iuramento calumniæ*, qui docet communem, & quæ debeant concurrere, vt habeat locum illa pœna; declarat Auiles *in capitibus Prætor, gloſſa* 1. *num.*22. Paz *in praxi p.*1. *tom.*1. *temp.*8. *à n.*115. & de neceſſitate confeſſionis in Iudicio, & quam probationem faciat dixi latè ſuprà *ad titulum, & Rubricam de Confeſſis.*

19 Nonò depoſitiones teſtium debent ſcribi, quia Iudex tenetur ſententiam proferre ſecundùm allegata, & probata, vt *in l. illicitas*, *§. veritas, ff. de officio Præſidis*; cum latè traditis à Couarr. *lib.*1. *Variarum, cap. à n* 4 de quo dixi latè ſuprà *in cap. dilecti* 6. *de Iudiciis per aliquas quæſtiones.* Tum etiam, quia debet Iudex arbitrari quanta fides ſit Teſtibus adhibenda, vt *in l.*3. verſic. *tu magis, ff de Teſtibus* Et quia partes poſſunt opponere in teſtium dicta, poſt publicatas atteſtationes, vt *in cap. licet cauſam ſuprà hoc tit.* & *in cap. præſentium* 31. *de Teſtibus*, *& ex dictis cauſis*, & aliis ſimilibus, debent ſcribi teſtium depoſi-
20 tiones. † Sed ſi à Notario non ſcribantur, non valere ſententiam; dixit Baldus *in leg. prolatam n.*14. *Cod. de ſent. omnium iud. qui in l. cum ſententiam, n.*3. *&* 4. ait, quod Notarius, qui acta ſcribere incepit, debet ſcribere ſententiam, & Iudicem poſſe ſcribere ſuam ſententiam.

21 Decimò debent ſcribi inſtrumentorum productiones ex ratione, de qua Gloſſa *hîc* verbo *inſtrumentorum*, & licet regulariter non producantur inſtrumenta poſt concluſum; in cauſa tamen ſi inſtrumenta ſint de nouo reperta, vel cauſa ſit grauis, & ardua, & ex aliis iuſtis cauſis poterit Iudex reuocare concluſionem, & admittere illa inſtrumenta: docet communis, ſecundùm Felinum *hic n. fin.* & *in cap. cum dilectus de fide inſtrum. n.*16. de quo dico ibi. Et Ioann. Baptiſta *in l. admonendi, ff. de iureiurando.* Et procedit etiam ſi concluſio eſſet facta de conſenſu partium contra Ripam *in d. l. admonendi, n* 48. Et admittendo Iudex ex dictis iuſtis cauſis productionem inſtrumenti videtur reuocare concluſionem, Abbas *num.*17. Aretinus 34. hîc Iaſon *in dicta leg. admonendi, num.*60. Bellamera *deciſ* 35.

Vndecimò interloquutiones ſcribuntur, vt con- 22
ſtet ſcilicet quo tempore probatæ fuerint, quia licet hodie à mera interloquutoria non appelletur, vt probatur *in Trident. ſeſſ.*24. *cap.*20. *de reformatione*: tamen de iure Canonico ab ea appellabatur, cum cauſa, *cap. ſuper eo*, & *l.*2. *cap. vt debitus honor de appellat. cap. Romana, §. fin. eodem lib.*6. & quia appellatio debet interponi intra 10. Dies, vt probatur, *in cap. quoad conſultationem de re iudicata*, & *in cap. non ſolùm*, & *in cap. concertationi de appellat. lib.*6. & *in cap. anteriorum* 2. *q.*6. vbi *gloſſa* 2. *&* 3. de quo latè infrà *in tit. de appell.* & dixi, *in cap. fin. de libelli oblatione, q.*4. *§.*2. *nonnulla, in cap. exhibita* 19. *de Iudiciis.* Ob idque, vt conſtaret an legitimo tempore interpoſita eſſet appellatio, debebant ſcribi interloquutiones, & vt conſtet quid interloquendo pronuntiauerit Iudex, vt pars poſſit allegare contra interloquutoriam, quam poterit Iudex reuocare, vt *in l. quod iuſſit, ff. de re iudicata*, & ex aliis rationibus ſimilibus. † Et 23
Gloſſa *hîc* in verbo *interloquutiones*, ponit vnam differentiam inter, interloquutoriam, & definitiuam, quæ eſt communis, vt poſt antiquiores reſoluit Beroius *n.*206. & alias plures differentias congerunt Speculator *tit. de ſentent.* Rebuffus *in repetitione, l. quod iuſſit, ff. de re iudicata*, & Doctores relati à Perexio *in l.*1. *tit.*15. *lib. ordinamenti gloſſa*, in verbo *las Sentencias*, de quibus infrà *tit. de re iudicata, & in Rubric. de appellat.*

Duodecimò, appellationes debent ſcribi ex 24
ratione adducta à Gloſſa hîc verbo *appellationes*, quæ confirmatur ex dictis, *num. præcedenti*, & quando appellatio interponatur de iure Ciuili, Regio, vel Canonico, dico *in tit. de appellationibus*, & dixi *in dicto cap. fin. de libelli oblatione, quæſt.*4. *§* 2.

Decimotertiò, ſcribuntur etiam renunciatio- 25
nes ex ratione, de qua Gloſſa *hîc* verbo *renunciationes*, & pro vera intelligentia verbum *renunciationes*, de quo hîc propriè, & ſtrictè ſignificat renunciationem teſtium, quæ fit per publicationem atteſtationum, vt *in cap. fraternitatis* 17. & *in cap. cum veniſſent* 25. *de teſtibus*, latè autem accipitur pro renunciatione quæ importat idem, quod concluſio, per quem renuntiatur probationibus, & allegationibus, Gloſſa verbo *concluſerit in Authent. de Teſtib. § quia verò*, Gloſſa verbo *concluſum in cap. cum dilectus*, vbi *communis de fide inſtrument.* Iaſon *in d. l. admonendi, n.*52. *ff. de iureiurando*, Afflictis *lib.*3. *conſtitut. Rub.*39. *n.*6. & in hac renunciatione, in lata ſignificatione accipitur textus hîc, & differt hæc renunciatio

clatio à concluſione, quia concluſio illa dicitur, quæ fit à Iudice, & inuitis partibus, Gloſſa verbo *concluſionem in clem. ſæpe, de verborum ſignific.* Abbas *n.*8. Mantua 16. *in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſionis*, Iaſon vbi ſupra, & Felinus *in dicto c. cum dilectus. num.*17.

26 Decimo quarto item ſcribuntur concluſiones quia poſt concluſionem, ſtatim Iudex debet pronunciare ſententiam definitiuam, vt *in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſionis, & in clement. vnica eodem tit. & in clement. ſæpè de verb. ſignif.* Et quia ſine concluſione ſententia eſſet nulla, docet communis hîc, quam reſoluit Maranta *de ordine Iudic. p.*6. *cap. de concluſione*, Menochius latè *de arbitrariis, lib.* 1. *quæſt.* 35. *& lib.* 2. *cap.* 51. & quia vt ſupra dictum eſt circa inſtromentorum productione poſt concluſum in cauſa regulariter inſtrumentorum productiones non admittuntur.

27 Iam vides ex his acta, quæ per Notarium, aut duos viros idoneos debeant in proceſſibus Iudicialibus ſcribi, quaſi Pontifex videatur velle, vt nulli alij actus ſcribi neceſſum ſit, ſed tunc obſtant iura *in auth. de hæredibus, & falcid.* §. *tu nobis* verſic *ſi verò abſum collatione* 9. *& in auth. de inſtrument. cautela, & fide*, §. *ſed eſſi inſtrumenta collat.*6. *& in l.*59. *&* 114. *tit.* 18. *p.*3. *& in l.* 13. *tit.* 25. *lib.*4. *recop.* vbi probatur Tabellioni, aut Notario, ſiue perſonæ publicæ non eſſe credendum, abſque Teſtium ſubſcriptione, *numero* 18.

28 Sed reſpondeo iura hæc procedere inſtrumentis extraiudicialibus, in Iudicialibus autem non eſt neceſſaria Teſtium ſubſcriptio, nec vt ſcribantur à Tabellione, *l. in donation. Cod. de donat. Gloſſa* verbo *viros* hîc in fine, & ſequuntur Baldus *in Rota, Cod. de fide inſtrument.* Abbas *conſ.* 4. & *hic* Decius *n.* 19. Veroius *n.*75. & aliis tradit

29 etiam Graña *n.*10 † Quod tamen procedit præterquam, quod ſi de ſtylo aliud obſeruaretur, prout regulariter obſeruatur, non quod Teſtes ſubſcribantur in actibus Iudicialibus, ſed quod a Tabellione ſcribantur ibi.

30 Vnde ſi ea ſolemnitas emittatur, proceſſus redditur nullus, ex traditis per Typolitum, *ſingulari* 118. Et ratio quare in his actibus credatur ſoli Notario aut Tabellioni; ea nempe videtur, quia quæ fiunt in Iudicio, in præſentia Iudicis faciunt rem notariam, vt *in c. olim de verborũ ſignificatione*, docet Alciatus *R.* 3 *præſumpt.* 13. Decius *numero* 18. & aliam tradit Veroius vbi ſupra.

31 Item conſiderabis, quod inter acta Iudicij inuenitur vt partes, nempe debeant iurare de calumnia, vt *in cap.* 1. *&* 2. *de iuramento calumniæ, lib.*6. de quo dixi latè ſupra *in R. & in toto tit. eodem*; imo & Teſtes tenentur iurare, *cap. fraternitatis* 17. *in fine de Teſtibus*, ſed inter acta Iudicij, quæ hîc enumerantur, non fit mentio iuramenti de calumnia, nec iuramenti Teſtium: ergo videtur vt ſolus Iudex poſſit hæc iuramenta ſcribere: Verùm reſpondeo & ſimili modo hæc ſi præſtētur eſſe in actis ſcribēda, nec excluduntur à tenore noſtri textus, cum debeant contineri ſub clauſula generali, de qua ibi, *& cætera quæ occurrerint*, docent hîc Ioannes Andreas & Buteius *n.* 15. & alij.

32 Et pro expeditione verborum noſtri textûs, quatenus Iudex adhibere debeat publicam perſonam, aut duos viros idoneos, &c. videatur obſtare *textus in auth. de Tabellionibus collatione* 4. vbi Tabellionum creatio ſolùm ad Principem ſpectat, & ob id nec potuiſſe Iudicem hîc duos illos viros creare, vt apud eos acta Iudicialia celebrentur; quia reſpondeo illos viros fuiſſe à Iudice ſubrogatos hîc in defectum Tabellionis, non vt veri Tabellionis, ſed tanquam ſimplices ſcribæ qui fidelitatis curam præſtare debebant, qui poſſunt ab ordinario Iudice in defectum Tabellionum ſubrogari iuxta noſtri textus ſententiam, quod ſecus eſſet in proprietatem nominarentur, quia id ad ſolum Principem ſpectat, vt *in dicta auth. & Gloſſa hic* verbo *duos viros* Decius *num.* 25. *&* 37. Graña *num fin.* cui aſſimilatur communis illa praxis, quæ in oppidis carentibus Tabellione, ſeu Notario publico, facit vt nominetur aliqua perſona, apud quem acta conſilij vulgo *fechos de el conçeſo* ſcribantur, de quorum fide poſtea dico, *in tit. de fide inſtrumentorum*.

Et licet ex textu noſtro colligatur, vt Notarius, ſeu Tabellio æquiualeat duobus Teſtibus, & obſtat *textus in leg.* 1. §. *fin. ff. quemadmodum Teſtamenta aperiantur*, quo probatur, vt vbi numerus Teſtium requiritur, vnus Teſtis inſtrumentalis faciat vacillare inſtrumentum, quamuis ſit confectum manu Notarij, aut Tabellionis: Tamen deciſio *dicta leg.* 1. §. *fin.* loquitur quando Teſtis eſſet neceſſarius de ſolemnitate inſtrumenti; taliter quod vltra eum non remaneret inſtrumento numerus neceſſarius pro ſolemnitate, per quem probare inſtrumentum, vt docet Innocent. *in capit. cum Ioannes de fide inſtrument.* ibi Abbas *numero* 14. Felinus 10. qui adducunt alios caſus, & tenet etiam, Bartolus *in dicta leg.* 1. §. *fin. numero* 2. *&* 7. & ſentit Bald. hîc & in eo caſu inſtrumentum eſt ſuſpectum, taliter, quod non facit fidem. Cæterùm ſi vltra Teſtem deponentem contra inſtrumentum, vel negantem ſuum Sigillum, aut ſuam ſubſcriptionem, manat inſtrumenti numerus neceſſarius pro ſolemnitate, licet debilitetur fides inſtrumenti; non tamen ob id vitiatur in totum inſtrumentum; docent Innocentius *in dicto capite, cum Ioannes, numero* 5. Curtius Iunior *conſ.* 55. *n.* 1. Veroius *deciſ.* 118. *num.* 19. 33

Quibus ſuppoſitis iam non obſtat dicere diſpoſitionem textus noſtri nouam eſſe per verbum hîc *ſtatuimus*, quod ius noſtrum inducit iuxta textum, *in capit. ſtatuimus de officio delegati*, & iuxta ea, quæ dixi de verbo *decernimus, in capite* 2. *de Iudiciis, quæſtione* 5. quia reſpondeo ideò Pontificem vſum fuiſſe de hoc verbo, eò quod ius antiquum decernebat, vt apud acta Iudicij ſcriberentur nonnulla; de quibus iam dixi, iuxta iura adducta ſupra, *numero* 3. verſicul. *confirmatur.* Secundò quia Iudicibus aliter agentibus, pœna infligitur hîc, vt indicant verba in verſicul. *Iudex autem, &c.* quæ olim non erat. Tertiò quia generaliter omnia acta Iudicialia hîc inſcriptis debent reduci, quod olim non obſeruabatur. Quartò vt coram publica perſona inſcriptio fiat. Quintò vt præſente Iudice, & in loco publico acta ſcribantur. Quæ omnia olim non obſeruabantur, & ob id neceſſaria fuit noua noſtri textus deciſio, vt conſiderant hîc Veroius *num.* 35. Decius 8. Pariſius 16. 34

Vnde

Digitized by Google

35 Vnde iam reſpondeo ad difficultatem adductam ſuprà *n.10.* quia regula, de qua ibi; nempe vt præſumatur pro iudice, deducta ex *d. cap. in præſentia de renunciatione*, intelligitur in his, quæ ſpectant ad eius officium, vt docet hîc communis DD. *cum gloſſa fin.* hic, quatenus docet præſumendum eſſe pro Iudicis ſententia, quod verum eſt, quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, taliter quod ab ea non poſſit appellari. Et idem dicendum eſt ſi durat tempus ad appellandum, & nondum ab ea ſententia appellatum ſit; ſecus tamen erit quando appellatio eſt interpoſita, & adhuc pendet; quia tunc, cum per appellationem cenſeatur ſuſpenſa ſententia, vt *in cap. venientes de Iureiurando*, & *in l. 1. §. fin. ff. ad Turpil.* medio tempore non præſumitur pro ſententia; docent Abbas *hîc n. 19.* Pariſ. 103. Berolus 227. Graña *num 11.* Rolandus à Valle *conſ. 90 volum. 1.* Octauianus *deciſ. 13.* Pedmont. *n. 4.* Ioſephus Ludouicus *deciſ. 1.* Peruſina, quod verum eſt quidquid velint Dec *n. 33* Mantua 195. etenim textus noſter procedit in actis Iudicialibus ad iudicem non pertinentibus, in quibus ei non creditur, cum ad eius officium non ſpectent, cum ſola eorum fides ad Tabellionem pertineat.

36 Nec tunc obſtat textus *in cap. fin. hoc tit.* vbi Iudici credendum eſt, quoad acta iudicialia, & originalia, apud eum reperta; quia reſpondeo quod etſi regulariter acta iudicialia apud Tabellionem remanere debeant; tamen ſi de facto, cum iam ſemel à Tabellione fuerint ſcripta aliquando penes Iudicem remanſerint; non ex eo fidem amittent, & ſic procedit, *d. cap. fin.* vbi Barboſa *n. 3.* cum Abbate, Felino, & Decio, & probatur: argumento text. *in l. quadam, §. nil intereſt, ff. de edendo, l. qui tabulas 17. ff. de furtis.*

37 Nec obſtant ea, quæ dixi in argumento; nempe vt Iudex poſſit procedere in propria cauſa, & quod credatur litteris ordinarij, quia hæc debent intelligi, ſecundùm quæ latè adduxi *in d. cap. 12. de Iudicijs*, & *in dicto cap. poſt ceſſionem hoc tit.* vbi videbis, &c.

38 Pro complemento leges alia plura, quæ notat hîc ex multis Barboſa *à n. 6.* & *à n 9.* verſic *collige*, ad quod applicabis quæ adduco infrà *in cap. cum à nobis de Teſtibus.*

QVÆSTIO II.

An negantis factum, per rerum naturam ſit aliqua directa probatio, vel negatiua: an ſit tantùm indirectè probabilis, vel quæ, & quibus modis probetur: Vbi de multiplici ſpecie negationis, & de virtute, & efficacia negationis?

SVMMARIVM.

1 L. optimam Cod. de contrahends ſtip. cap. ex tenore, *verſic.* verum de Teſtib. cum aliis, & n. 5. & 7.

2 *Probatio nulla eſt per rerum naturam contra negantis factum expenditur, à num. 3. fallit, num. 8. & declaratur, à num 9. & ſic remouendo actum aſſenſu, non ſenſum, ab actu, n. 10. 11. 12.*

3 *Negatiua pura dicta, aliàs determinata, nequit probari, & ratio, n. 4. & 5.*

4 *Negatiua coarctata loco, & tempore ſaltim indirectè probatur.*

13 *Negatiua verius eſt, vt queat probari 12. modis.*

14 *Negatiua alia facti, alia iuris, alia qualitatis, & quæ ſint, n. 15. & 16.*

17 *Negatiua qualitatis, alia accidentalis, alia naturalis, & cui incumbat onus probandi, n. 18. & 19.*

21 *Negatiua, ſeu negationis effectus quadruplex.*

24 *Negatiuam non adimplementi non tenetur probare, Creditor ſed Debitor, & qualiter ſit ibi.*

AD Primam difficultatis partem, quæ abſoluiè negat ex verbis noſtri textus, nempe vt negantis factum per eorum naturam nulla ſit directa probatio, facit dubium: nam ſi negatiua coarctatur loco, aut tempore, probari poteſt, vt *in cap. ex tenore*, verſic. *verum de Teſtib.* & *in l. optimam in fine, Cod. de contrahenda, & commit. ſtipulat.* & *in cap. tertio loco ſuprà hoc tit. cap. 1. de Confeſſis, lib 6. cap fin. §. ſanè de iureiurando, cap. inter dilectos 11. §. præterea de exceſſibus prælat. cap. ſeries 26. cap. tam litteris 33. de teſtibus, l. inde Neratius*, cum ſequenti, *ff. ad legem Aquiliam*, vbi negatiua contra inſtrumentum publicum: poteſt probari per aliud publicum inſtrumentum. 1

Adhuc vero non eſt recedendum à communi conclusione noſtri text. quatenus docet, vt contra negantis factum nulla ſit probatio directa per rerum naturam per textum, *in l. Actor 23. Cod. de probat.* vbi Doctores, & per alia iura, quæ tradit hîc Graña *n. 1.* qui *n. 2.* reddit rationem; nam eam vel Teſtibus, vel inſtrumentis fieri debeat probatio; etiamſi mille teſtes dixerint non vidiſſe numerari pecuniam, vel aliquem non contraxiſſe; non inde ſequi pecuniam non fuiſſe numeratam, aut contractum celebratum non fuiſſe, cum fieri poſſit, vt alij viderint, quod ſimiliter de inſtrumentis dicit, cum fieri poſſet, vt ſine inſtrumentis fieret contractus; docent Donellus *in d. l. Actor, n. 9.* Oſualdus *lib. 15. Comment. cap. 2. littera A.* 2

Sed vt apertius intelligas, conſtituo duplicem regulam, vna nempe quod negatiua pura, quæ alias indeterminata dicitur, nullo modo probari poteſt, vt patet *in cap. ſuper his in fine, de renunciatione*, & *in cap. accuſator 6. q. 5.* & *in d. l. Actor*, & *in cap. bona memoriæ, el 2. §. contra vero de electione*, vbi Gloſſa ait in verbo *per rerum naturam*, verſic. *& hæc negatiua pura*, & *in d. cap. accuſator*, verſic. *negatiua facti*; adeò hanc puram negatiuam, improbabilem eſſe, vt neque directè, nec indirectè probari poſſit; docent Abbas *in d. cap. bona memoriæ, n. 13.* Ioann. Andreas *n. 45.* Antonius de Butrio *n. 51.* Alberic. *in d. l. Actor, col. fin.* verſic. *ſi vero*, vbi Butrigarius verſic. *quæro ergo quotuplex*, Cynus *ſub n. 4.* verſic. *quod ego*, Baldus *num. 11.* verſic. *circa*, & cum aliis Patianus *de Probat, p. 1. cap. 37.* ex eo quia probatio debet fieri per ſpecies, & differentias, ſed illud, quod negatur non eſt; illud autem, quod non eſt, non poteſt habere ſubſtantiam, nec ſpecies, nec differentias. Tum etiam quia probatio debet fieri per cauſam; ſed non entium, nullæ ſunt cauſæ, nullæque demonſtrationes. Ergo, 3

Et confirmatur, ex doctrina Baldi *in d. l. Actor, Cod.* 4

Cod. de probat. dicto n.11. verſic. *circa, col.*12. vbi tradit negatiuam non poſſe probari per rerum naturam ſenſitiuam: nam ſecundùm regulas Philoſophorum, illud quod impoſſibile eſt eſſe, in ſenſu impoſſibile eſt eſſe in intellectu maximè teſtis, in quo requiritur rei præſentia & ſenſus, quod ſequitur Florianus *in l.2.* verſic. *item poteſt aſſignari, Cod. de Probat. col.2.* Et accedit alia conſideratio Philoſophi *in 2. de anima*, dicentis quod ſenſatio fit patiendo, ſed non ens non cadit in ſenſum, nec agit in ipſum: ergo à non ente non fit ſenſatio, nec intellectus, & per conſequens teſtis non poterit teſtificari de his, de quibus, non habet ſenſum, nec intellectum, vt ait Baldus *in leg. cum mulier, num.*30. ſub verſic. *ſubſequenter quæritur, col.*12. *ff. ſoluto matrimo-*

5 *nio.* † Et ſic Socinus *in cap. ſuperbis, num.*39. verſic. *ideo autem, col.*12. *de accuſationibus*, & Innocentius *in cap. cum cauſam, n.*2. verſic. *de cauſis infrà de Teſtibus*, & Gloſſa *in l. quod meo, §. Venditorem, ff. de acquirenda poſſeſſione*. Romanus *in l. in illa ſtipulatione, ſub num.*27. verſic. *huius, ff. de Verborum obligat.* docent quod teſtis tenetur reddere cauſam ſui dicti per aliquem ex quinque corporis ſenſibus, ſed ſenſus corporis percipi dicunt ex aliquo obiecto, & inde ſequi, quod negatiua non poſſit probari, quia non ens, non ponit, nec producit aliquod obiectum. Quare Baldus ex mente ſpeculatoris, *in dicta l.2. in lectura antiqua n.*3. verſiculo *vltimo nota, Codic. de Probationibus*, & Alexander *in leg. inter ſtipulantem, ff. de Verborum obligat. column. num.* 3. verſiculo *& an ſicut*, dicunt non procedere, nec admitti capitulum negatiuum, ſuper quo debeant teſtes examinari.

6 Secunda nempe regula eſt, quod negatiua coarctata loco, & tempore, poteſt ſaltem indirectè probari, quia tunc releuat Afflictis *in deciſione* 324. Franciſcus Marcus *in deciſione* 265. Riccius *in collect.* 2057. ad textum, *in dicta l. Actor, Cod. de Probat.* cum multis Patianus *ſuprà dicto cap.* 37. *à num.*24. *& cap.*36. *à num.*14. *& in cap.*40. *per totum*, vbi latiſſimè exemplificat hanc negatiuam coarctatam ad locum, ad tempus, & ad perſonas, de quo dico infrà, & de hac loquuntur iura adducta, *num.*1, præcipuè text. *in dicto cap. ex tenore de Teſtibus*, & *in dicta leg. optimam, Cod. de contrahenda ſtipulatione*, expendit Gloſſa *in dicto cap. bonæ memoriæ, el* 1. in verſic. *per rerum naturam*, ibi, *ſi autem adijciatur tempus ſuprà de electione*, & *in dicto cap. accuſator* 6. *quæſt.*5. & *in dicta l.2. ff. de Probationibus*, & *in dicta leg. ſi Actor*, & in verbo *cum per rerum, Cod. eodem*, & *in leg. Pantonius, §. rei, ff. de acquirenda hæreditate*, in quibus docent Doctores antiqui, & idem Patianus *dicto cap.*37. *num.*27 & *cap.*40. *n num.*38. latè agit de quæſtione, an negatiua coarctata, quandóque poſſit probari directè, de quo nihil aliud dico, cum parum interſit an probetur directè, aut indirectè, quoad effectum, de quo inquiritur. Et ſub hac regula expendit hæc, & alia iura, Graña *hic n.*6. dicens hæc non procedere in ſimplici, & indeterminata probatione, quæ eſt improbabilis per rerum naturam, de qua hîc, ſed procedere in negatiua coarctata, & determinata, veluti quoties factum in certo loco, & tempore circumſcriptum, & coarctatum, quia tunc, qui factum negat aliis inſtrumentis, & Teſtibus illam coarctatam negationem probare poterit, ex eo; nam qui negat, ſi prius aliquid affirmet, & probet, poteſt probare quod negat, vbi id exemplificat: nam ſi me conueniat Kalendis Ianuarijs Salmanticæ tecum contraxiſſe, poſſum probare me Kalendis tecum non contraxiſſe, ſi prius probem me eo die fuiſſe Romæ.

Quare Romanus *in l. in illa ſtipulatione, n.*23. 7 *ff. de verb. oblig.* & Socinus *in cap. ſuper his n.*103. verſic. *ex prædictis, col.* 23. *de accuſationibus*, Patianus *de Probat.* 1. *parte, dicto cap.*36 *num.*5. docent hac de cauſa, & non ſine ratione fuiſſe à Legibus introductum, vt tempus, & locus celebrati contractûs ponerentur in inſtrumentis, vt ex inde facultas daretur aduerſario, ſe defendendi in detegenda falſitate inſtrumenti probando ſe alibi fuiſſe ea die, qua dicitur Inſtrumentum fuiſſe celebratum, & ſic in Rota concluſum fuiſſe non valere conſuetudinem permittentem, vt inſtrumenta poſſint confici, ſine adiectione temporis, & loci.

Sed adhuc his diſtinctionibus videtur obſtare 8 textus noſter, quatenus loquens in vera negatiua docere videtur, quandoque eam probari non poſſe, quaſi ſupponat; interdum etiam probari poſſe veram negatiuam, & quia vaga negatiua non admittit aliam probationem directam; nec indirectam. Et tamen textus noſter admittere videtur indirectam, cum dicat pro negante factum, nullam eſſe directam probationem, & ſic abſtrahendo me à diſtinctione relata de negatiua coarctata, conſidero etiam intra limites puræ negatiuæ, de qua hîc loquitur Pontifex dari caſus, in quibus ea ſaltim indirectè probatur, quos expendit Patianus *ſuprà dicto cap.* 37. *à num.* 7. vbi expendit iure, *in dicto cap.*1. *de Confeſſis, lib* 6. & *in cap. tertio loco hoc tit.* & *in dicto cap. fin. §. ſanè, de iureiurando*, quæ ſuprà adduxi *n.*1.

Quare Baldus hic *n.*3. Abbas *n.*2. & alij non- 9 nulli, docent verba illa noſtri text. *veram negatiuam*, interpretari pro negatiua illa, quæ non includit in ſe affirmationem aliquam, ſed ſi negatiua includat in ſe affirmatiuam, veluti ſi quis probet liberè, & ſpontè non renunciaſſe, quæ includit affirmatiuam illam, quod renunciauit per metum, & violentiam, &c. hanc docet Abbas *ſuprà*, poſſe probari directè. Hæc tamen doctrina videtur improbari, ex his, quæ docet Baldus poſt Innocentium ibi, *l. ſolam, n.*1. *Cod. de Teſtibus*; idem Abbas *in cap. cum cauſam, n.*8. *de Teſtib.* vbi ſcribentes, de quo dico fuiſſe Infra loquens de negatiua, quæ includit affirmatiuam, vel econtra.

Vnde mihi verior ea interpretatio ad noſtrum 10 textum, videtur; nempe quod loquatur, & procedat in negatiua, quæ continet veritatem, quam innocens litigator contra falſam aſſertionem Iudicis, quandoque probare non poteſt, & ob id acta ſcribenda ſint ad faciliorem negatiuæ probationem; ita notat Baldus *hic n* 4. & communis ſecundùm Patiſium *num.*10. & Franciſcum Herculan. *in tract. quibus modis probetur negatiua, n.*193. quamuis oppoſitum affirmet Dec. *hic n.*3.

Itaque cum hæc negatiuæ probatio, ſemper 11 indirectè facienda ſit, remouendo actum à ſenſu, non vero remouendo ſenſum ab actu, vt docent Paul. Caſtrenſ. *in l.*1. *n. fin. C. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabulas*, Ripa *in c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa*

poſſeſſ. & prop. à n.70. & 86. & alij cõmuniter, quia per rerum naturam, nulla probatio directa fieri poteſt per text. noſtrum, & ſimiles iam adductos.

12 Ob id autem Gloſſa *in d. cap. bonæ memoriæ de electione*, verbo *per rerum naturam*, docet hæc verba noſtri text. exponi debere, id eſt, per curſum naturalem cauſarum, ſeu naturalem probationem. Vel vt vult Bald. *hic, n.4.* verbo *per rerum naturam*, poſſunt exponi, id eſt, per ſenſum corporeum. Vnde teſtis deponens de negatiua non coarctata, videtur teſtificari de his, quæ ignorat, ex Bald. *in cap. licet cauſam de teſtib n.37.* Ripa *in d.c. cum Eccleſia de cauſa poſſeſſ. n.75. & 78.* Et quod negatioa, de qua hîc poſſit coarctari, cum acta iudicialia, ſint reſtricta ad locum, & tempus, docet Ioan. Andr. & Abb. *n.2.* & communis teſte Decio *n.3.* qoo in ſenſu poterit noſter text. interpretari, de negatiua coarctata ex iam dictis.

13 Ad ſecundam, ſiue tertiam quæſtionis partem, quibus modis probetur negatiua, reſpõdeo quod licet Butrigat. *in d. l. Actor, col.1. Cod. de Probat.* doceat tribus modis probari, & Albericus cum aliis alium addat modum, *in d. l. 2. ſub n.3.* verſic. *& dic quod poteſt, ff. eod.* & Ripa *in d. cap. cum Eccleſia Sutrina* 8. modis probari dicat, *n.79.* & Franciſcus Herculan. id porrigat *in tract. de negatiua probanda*, ad quinquaginta, & quatuor. Tamen verius eſt, vt duodecim modis probari queat: nempè confeſſione Partis aduerſæ, *cap.1. de confeſſ. lib.6.* Secundò iuramento, *l. ſed etſi poſſeſſori in principio, ff. de Iureiurando, & in l. ſi duo, §. item Iulianus, & §. fin. eodem, & in l. Marcellus, §. qui rerum, ff. de actione rerum amotarum.* Tertiò, per coarctatam negatiuam, vt iam dixi, & dico *quæſt. ſequenti.* Quartò per limitationem ſubiecti, propter quam ait Baldus *in d. l. Actor, num.6.* facillimè probari ea omnia, quæ conſiſtunt in numero, & menſura. Quintò per oppoſitam affirmatiuam: nam vbicumque duo ſunt contraria, ſi probatur quod vnum exiſtat, vt ait idem Butriagus *in d. l. Actor. col.1. in fine*, verſic. *probatur.* Sextò probatur per implicitam, vel incluſam affirmatiuam, vt ſi dico te non eſſe ſanæ mentis, & probo quod ſit furinſus, vel mente captus, Albericus *in d. l. 2. ff. de Probat.* Ripa *ſupra n.80.* Septimò probatur per inſpectionem Scripturæ, vel alterius ſubiecti, vel rei euidentiam, vel oculorum inſpectionem, expendit cum multis Patian *d. lib.1. de Probationib c.44.* Octauò probatur officio iudicis per explicationẽ factam à Nuntiis miſſis à Iudice, vel per publicum Proclama, latè idem Patian *cap 55.* Nonò probatur eo ipſo, quod contrarium non probatur, de quo *quæſtione ſequenti* Decimò probatur negatiua per Peritos in arte; idem latè *cap.47.* & de iſtis peritis egi ſuprà *in cap.4. huc tit* Vndecimò probatur per ipſos Authores ipſius negatiuæ deponentes de facto proprio, Baldus *in leg. nec is qui, ff. de acquirenda hereditate.* Duodecimò probatur per famam publicam: latè expendit Parian. *ſuprà ſub cap 49.* qui latè prædictos modos expendit *à cap 38.* ibi videndos.

14 Hinc infertur ad dubium de multiplici ſpecie negationis, de quo hîc inquiro; igitur generalis. Doctorũ diuiſio ea nẽpe eſt, vt negatiua tripartita diuidatur; ita vt alias ſit negatiua facti, alia iuris, alia qualitatis, Gl. *in d. cap. bonæ memor.* verbo *per rerum naturam de electione*, & *in d. cap. accuſator 6. q.5.* & *in l.2. ff. de Probat.* vbi Doctores, & addit Salicetus aliam negatiuam quantitatis, quæ conſtat in pondere, numero & menſura, *in d. l. Actor, col.2. n.23.* & latè expendens Patianus *de Probationibus, cap.36. lib.1. à n.4.* ait quod negatiua facti ea eſt, quæ negat aliquid eſſe factum, vt tradit Gloſſa *in d. cap. accuſator 6. q.5.* verſic. *negatiua*, quæ vel dicitur negatiua pura, vel negatiua determinata, ſecundùm ſpeciem, quam iam adduxi in hac quæſtione, vel dicitur negatiua facti prægnans, quæ ideo talis dicitur, quia implicitam habet affirmatiuam, & colligitur ex dictis, *n. præcedenti*, verſic. *quinto & ſexto.* latè expendit ipſe Patianus *à n.19.*

Secundum principale genus negationis eſt iuris, quæ fit quando negatur aliquid de iure poſſe fieri, vel quando negatur aliquid de iure fuiſſe factum, vtputa quando negatur iuris ſolemnitatem in actu interueniſſe, quæ negatiua debet ab eo, qoi eam ponit probari, cum regulariter omnia præſumantur licere niſi probentur prohibita, *l. ab ea parte*, & ibi Gloſſa, *ff. de Probat.* Gloſſa *in l. necnon, §. quod eis*, in verbo *prohibeant, ff. ex quibus cauſis maiores*, Gloſſa *in d. l.2. ff. de Probat.* verſic. *negatiua iuris*, vbi Cyn. *col.2.* Iſcohus de Arena, Buttig. Albericus, Salicet. & Lanfranc *hic in tertio notabili*, in verſic. *circa negatiuam iuris*; docent dicentes, quódque proponit Titium non poſſe eſſe procuratorem, vel non poſſe contrahere matrimonium, vel agere, aut teſtari, ſiue poſtulare, vel accuſare, aut emancipationem, vel teſtamentum, ſiue electionem non eſſe de iure factam, debet hanc negatiuam probare quod ſine difficultate procedit, quando negantur ea, quæ ſont de geoere permiſſorum; ſecus in his, quæ ſunt de genere prohibitorum, veluti ſi negatur tale collegium eſſe licitum, vel tale homicidium eſſe de iure permiſſum, quia tunc incumbit neganti id probare. 15

Tertium genus principale eſt, negatiua qualitatis, quæ fit quando negatur aliqua qualitas in ſubiecto, veluti cum dicitur, quod quis noo eſt idoneus, non eſt diligens, dignus, bonus, legitimus, Doctus, maioris ætatis, pauper, diues, beneficiatus, aut non eſt ordinatus, quæ omnia debet probare, qui negat, quando in eis fundauit intentionem ſuam, vt ait Gloſſa *in dicta l.2.* verſic. *negatiua qualitatis, ff. de probationib.* Gloſſa *in d. cap. bonæ memoriæ, & l.1. de elect.* verbo *per rerum naturam in fine*, & *in d. cap. accuſator 6. q.5.* Socinus *in cap ſuper his de accuſat. col.24.* verſic. *tertia, & vltima, n.108.* Romanus *in leg. in illa ſtipulatione, num.27.* verſic. *eſt vltimum, ff. de verb. obligat.* Patianus *de Probationibus, dicta 1. parte, cap.36. num.19.* qui *num.30.* diuidit hanc negatiuam, in qualitatem extrinſecam inhærentem ſubiecto, & in extrinſecam ſubiecto cohæ- 16
rentem. † Et quoad primam dicit quod alia eſt 17
accidentalis, alia naturalis, accidentalis eſt, quæ
per ſcientiam, vel per artem, aliove modo acquiritur, & ſic ſi negauerit quis te eſſe Doctorem, vel Medicum, tu verò vtrumque econtratiò affirmaueris, refert ſcire an tractetur de te promouendo, vel remouendo, quia in primo caſu tibi affirmanti incumbit onus probandi te eſſe Dorem, quia literatura, non præſumitur, niſi probetur Gloſſa *in cap. ſi fortè*, verbo *ſcientiæ de electione, lib 6.* Latè Patianus *in cap.40. de Docto-*
re, libro 2. de Probat. † Sed quando tractatur de 18
remouendo iam admiſſo; tunc probare debet is, qui negat eum eſſe talem qualis fuit admiſſus,

quia

quia negatiua huius qualitatis accidentalis, eſt fundamentum ipſius intentionis, & etiam quia reus eſt in quaſi poſſeſſione, & ſic ſufficiens præſumitur niſi de contrario doceatur, Lanfrancus *hic in 3. notab.* verſic. *circa tertiam negatiuam*, Iacobus de Arena *in d. l. ff. de Probationibus*, & Florianus ibi *n. 3.* verſic. *tu autem*, Cynus *in d. l. Actor, Cod. de Probat. col. 1.* Butrig. *col. 1.* Alber. *ſub n. 6.* Salicetus *n. 10.*

19 Quod ſi qualitas ſit naturalis, & intrinſeca; tunc qui talem qualitatem negat aſſeuerādo, quod Titius non eſt ſanæ mentis, vel non eſt pacificus ſibi incumbit onus probandi, quia negat naturalem qualitatem, quæ ſemper ineſſe præſumitur, niſi mutata probetur, vt ait Gloſſa *in dicto cap. ſi fortè*, in verbo *ſcientia de electione lib 6.* & tunc dicitur naturalis ea, ſcilicet, quæ naturaliter ineſt, veluti quod homo ſit caſtus, pacificus, ſobrius, bonus, & mentem ſanam ha-
20 beat, &c. ita exemplificat Parianus *ſup.* † Qui *n. 33* ait quod qualitas extrinſeca prout qualitas paupertatis, & diuitiarum, & tunc ſi quis petat ratione diuitiarum, aut paupertatis ſe ad aliquid admitti incumbere ſibi onus probandi, ſi intendat intentionem aduerſarij iam fundatam eneruare; ita cum iam allegatis DD & latè docet *d. lib. 1. de Probat. cap. 54. à n. 10.* & de paupertate probanda agit benè Couarr. *lib 2. Var. cap. 6. per totum*, Salicetus *in d. l. Actor, Cod. de Probat. n. 12.* Aliqua *ſub cap. 8. de Teſtib.*

21 Ad vltimam de virtute, & efficacia negationis breuiter dico; etenim in primis trāſfert onus probādi in aduerſarium, ſecundùm iam dicta, item vehementius negat; quam affirmat affirmatiua, Gl. *in cap. cum dilectus*, verbo *à ſuſpenſis de conſuetudine* & ibi verſic *alij dicunt*, Gl. *in l. hoc genus in fine, ff. ad exhib.* & *demonſtrat.* vbi Imola *n 3.* Caſtrenſis *n 3.* verſic. *ſed quando conditio*, egregiè à Decius *in cap. nam concupiſcentiam, in 3. notab. col. 1. extra de conſt.* & multis adductis Parianus *de probat. cap 35. à n. 1. p. 1.* vbi reddit rationem, quia negatio generis ſecum trahit, & includit omnes ſpecies per quas perueniri poſſet ad prohibitum, & illas remouet, quod non ſic infert affirmatio cum expoſitione generis non ſequatur poſitio ſpeciei, *l. ſi quid eorum, §. interemptum, ff. de leg. 3.* & *à n. 4.* exemplificat, & ſic fit, vt concurrentibus duabus regulis, vnā affirmatiua & altera negatiuā, ſemper attendenda ſit ea quæ prohibet, vel negat, vt tradit Baldus *in l. tutor, ff. de ſuſpectis tutoribus*, licèt ſecus ſit, vbi agitur de pœna incurrenda. Nam tunc lex affirmatiua loquens efficacius punit, vt ait Innocentius *in cap. extirpanda, col. fin.* verſic. *item hac de prabendis*; idem Parianus *d. cap. 35. à n. 14.*

22 Tertius effectus eſt quòd oratio indefinita ab homine probata præcedente: tamen negatione æquipollet vniuerſali, quādoquidem nullam reperitur eſſe differētiam inter hanc Orationē *non feci aliquid*, & illam *nihil feci*, quemadmodum, & hæc verba indefinitè probata, *non ſuccedat alicui eorum*, eiuſdem virtutis eſſe dicuntur, cuius eſt oratio hæc vniuerſalis, *nulli eorum ſuccedat*, *l. ſi is qui ducenta, §. proinde*, ſi quis ita interroget de rebus dubiis, *l. 1. §. fin. ff. de Verbor ſignificatione*, & *leg in illa ſtipulatione, la. 2. ff. eodem*, expendit, cum Bartolo, Marſilio, & aliis idem Parianus *a n 17.*

23 Quartus effectus eſt, quod negatiua præpoſita, verbo *poteſt*, inducit neceſſitatem præciſam, abnegátque omnem potentiam, vt ait Gloſſa *in cap. 1.* verbo *non poteſt de regulis iuris, in 6* Bartolus *in l. de his, n. 4. ff. de tranſact.* itaque defendit contra alios idem Parianus *à n. 28. dicto cap. 35.* de quo dico *in d. cap. 1. de regulis iuris*, & *à num. 35.* limitat aliquibus modis hoc dictum, nempe, vt quando reſultaret aliquis abſurdus intellectus, vel quando eſſet appoſita ab eo ſuper re, ſuper qua non haberet poteſtatem priuandi, & aliis etiam modis; idem Parianus alios ponit effectus negatiuæ *d. c. 35. à n. 52. 68. 70. 72. 73. 74.* vbi videbis.

Negatiuam non adimplementi, vt creditor 24
non teneatur probare, ſed debitor affirmatiuam ad euitandam pœnam docet. Cyriacus *tom. 1. cont. 139. n. 2.* & *cont. 5. n. 223.* dicens vt id procedat dummodo Actor priùs probet conditiones adimplendas dilucidis argumentis, *ex l. quinquaginta 12. ff. de Probat.* ex verbis ibi; *nam ſi creditum petam ille reſpondeat ſolutam eſſe pecuniam ipſe hoc probare cogendus eſt.* quæ verba expendens modo dicto ait aliàs non induci donationis reſolutionem per textum, *in ſpecie in Cod. de reuocandis donationibus.*

QVÆSTIO III.

An negatiua limitata ad tempus inducat poſt tempus affirmatiuam, vel econtra: Vbi multa exempla de negatiua coarctata: Et an ratio taxatiua ſit negatiua reſidui: Et quando duæ vel tres negatiuæ, negandi vel affirmandi habeant efficaciam: Et an negatiua probetur, eo ipſo quod contrarium non probatur: Et an qui ex duobus propoſitis vnum negat, cenſeatur alterum affirmare: Et an & quando poſitiones negatiuæ ſint admittendæ: Et an fundans ſe in negatiua, teneatur illam probare?

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua inducitur ex negatiua limitata ad tempus, & econtrà, n. 3. & hoc tranſacto tempore, n. 2.*

5 *Negatiua coarctata exempla varia, num. 6. 7. Quando locum & tempus, ſimul, ſeu vnum tantùm probare oporteat, n. 8. 9.*

10 *Negatiua probanda teſtes, qualiter debeant deponere, n. 11. 12.*

13 *Negatiua etiam coarctata ſolet dari quoad perſonas.*

14 *Oratio taxatiua eſt negatiua reſidui, & quandò excludat caſus ſimiles, n. 16.*

17 *Dictiones taxatiuæ quæ ſint, quid operetur taxatiua affirmatiuè poſita, n. 18.*

20 *Exceptiones taxatiuæ quæ ſint.*

22 *Negationes duæ affirmatiuam inducunt, n. 22; fallit, n. 25. 26. & 27.*

21 *Negationes tres negatiuam inducunt, n. 24*

28 *Negatiua probatur eo ipſo quod contrarium non probetur, ſi ſit determinata in reo & in actore, num. 29 & 30.*

31 *Probare negatiuam tenetur, qui ſe fundat in ea bend. n. 42. & 43.*

32 *Negans vnum ex duobus propoſitis; alterum quando affirmet, n. 33. 34 & 35.*

36 *Caſus omiſſus quādo remanet in diſpoſitione Iuris.*

37 *Tacens interrogatus, quando videatur con-*
teri, n.38.
39 *Negans vnam partem poſitionis, quando cen-*
ſeatur aliam fateri; ſeu integram negare,
num.40.
41 *Poſitiones negatiua admittuntur ex arbitrio iudi-*
cantis, & declaratur.
43 *Negatiua contra inſtrumentum publicum, pro-*
batur alio inſtrumento, vel teſtibus idoneis.

1 AD primam difficultatis partem reſpondeo,
quod inducitur negatiua, & affirmatiua li-
mitata ad tempus, Bald. *in l. edita in 2. lectura,*
n.59.C.de edendo, Cagnolus *in l.2.n.64.q.7.*verſic.
pro deciſione, Cod de pactis inter emptor, & vendit.
Iaſon *in l.eum qui ita,§.qui ita,& l.1.col.5.*verſic.
item quia, ff. de Verborum obligationib. & ita ha-
bent per textum, *in l. ſi vnus, §. ſi cum reo, ff de*
pactis, l. ſi ita quis, ff. de vulgari: Notat Oldra-
dus *in conſ.3. col.1.* vbi ait, quod ille, qui non
venit ad accuſandum intra tempus præfixum vi-
detur expreſsè negare ſe velle accuſare, & facit
text. *in l. ſtatu liberorum, §. Sticum, ff. de leg.2.*
vbi probatur quod conceſſum, vel permiſſum ad
tempus, videtur poſt tempus eſſe prohibitum,
& multa adducens, Parianus in comprobatio-
nem *toto cap.32. lib.1. de Probationibus, n.6.* ait
hanc concluſionem tam latè patere, vt regulari-
ter procedat in qualibet diſpoſitione, ſiue ſimus
in vltima voluntate, ſiue in contractibus inter
viuos, ſiue in ſtatutis, ſiue denique in Iudiciis,
prout de primis vltimis voluntatibus eſt egre-
gius text. *in d. l. ſi ita quis, ff. de vulgari, & in*
dicta l. ſi ſtatu liberum, §. Sticum, ff. de legatis 2.
& in l. Thais, §. intra certa tempora, ff. de fidei-
commiſſ. libert.
2 Hoc verò, quod dicitur hîc de permiſſo ad
tempus, intelligitur poſt tempus prohibitum, in-
telligatur de tempore ex arbitrio diſponentis
proueniente, ſed ſecus, vbi tempus à natura
prouenit: nam tunc cenſetur appoſitum cauſa
deſignandi; non autem arctandi diſpoſitionem:
ita Bald. *in l. Gallus, col 2.* verſic. *quaro 4. ff. de*
liberis, & poſthumis, ibi Imola *num.12.* verſic.
nota tamen, Alexander *in dicta l. ſi ita quis, in 2.*
notab. & ibi Iaſon *num. 5. ff. de vulgari.* Nec
procedit regula de æquitate; nam re integra poſt
tempus licitum, erit moram purgare; notat Ia-
ſon *in d. l. ſi ita quis, num.6.* & *in l. fin. num.28.*
ff. de feriis, Parianus *dicto cap.32 de Probat. à*
num.60. videndus *à num.39.* Qui *num.59.* ait
prædictam regulam, ſeu doctrinam non proce-
dere, etiam quando tempus eſt appoſitum iuſ-
ſioni, quia iuſſus ad tempus, non videtur poſt
tempus prohibitus; imò punitur de contemptu,
vt tradit Baldus *in l. obſeruare, §. proficiſci, num.6.*
col.2. ff. de Officio Proconſulis.
3 Item etiam à contrario ſenſu ex limitata ne-
gatiua ad tempus, inducitur poſt tempus affir-
matiua: nam quemadmodum permiſſum ad tem-
pus, cenſetur poſt tempus prohibitum, vt iam
dictum eſt, Paulus de Caſtro *in dicta l. ſtatu li-*
berum, §. Sticum, n.2. verſic. *vnde allegatur,* &
in l. Titia cum teſtamento, §. fin. in princ. de leg.2.
Baldus *in cap. ad honorem de authoritate, & vſu*
pallij, & in cap. quoniam frequenter, § ſi vero,
ſub num.2. verſic. ibi *vſque ad certum tempus;* ita
etiam prohibitum ad tempus, poſt tempus vide-
tur eſſe permiſſum, vt tradit Bartolus *in l. Pa-*
ter filium, §. fundum, ff. de leg.3. vbi ait, quod
alienatio prohibita ad tempus, videtur poſt
tempus eſſe permiſſa, & multis adductis docet
Parian. *d.c.41.lib.1.de Probat. à n.53.*vbi *n.56.*de-
clarat nō ſolùm procedere in tempore, ſed etiam
in loco, nam qua ratione permiſſio, vel prohibi-
tio temporalis extra tempus nihil operatur: ita
pari ratione quod prohibitum eſt in loco, poſt
locum intelligitur eſſe permiſſum, & econtrariò,
vt ait Alberic. *in leg. Imperator in princ. & in l. ex*
cauſa, ff. de poſtulando, Angel. *in d. l. Imperator.*
† Itaque Alberic. *in d. l. ex cauſa,* quod Cleri- 4
cus prohibitus in Diœceſi portare Capellum,
poterit illum portare extra Diœceſim, quia pro-
hibitio vnius loci non extenditur ad alium, &
ex eadem ratione, Angelus ibi ait, quod prohi-
bitus aduocare in ciuitate non erit prohibitus
aduocare extra ciuitatem, modo cauſa prohibi-
tionis, non deſcendat ex cauſa irrogante infa-
miam: nam tunc condemnatus ex infamia, eſſet
vbique infamis, nec filios habet in poteſtate,
vt ibi ſubiungit, Albericus, & nullibi poſſet,
facere teſtamentum, nec alios ciuiles actus
exercere.
Ad ſecundam quæſtionis partem, quæ pertinet 5
ad negatiuam coarctatam, ſuppoſitis quæ dixi ſu-
prà *quæſt. præcedenti,* pro declaratione noſtri text.
nunc verò vt benè intelligas efficaciam huius
negatiuæ, quæ ad praxim pertinet admodum;
dico, quod ſi ego arguar occidiſſe Titium, vel
contraxiſſe matrimonium, cum Berta tali die, &
loco, & vtrumque ego negauerim, potero hu-
iuſmodi negationem probare indirectè, proban-
do quod illo die, in alio eram loco, Ioan. An-
dreas *in cap. bona memoria, & l.1. de electione, ſub*
n.43. verſic. *& ibi indirectè, col.9.* & ibi Abbas
col.6. n.23. Roman. *in l. in illa ſtipulat. n.23. ff. de*
Verborum obligationibus, Baldus *in l. Pantonius,*
§. rei, ff de acquirenda hereditate.
Item etiam ſi Titius fuerit accuſatus, quod 6
vulnerauit Sempronium, aut dederit auxilium
Mæuio ad eum vulnerandum; ipſe vero Titius
hoc negauerit, poterit ad probandam huiuſmodi
negatiuam facere capitula negatiua hoc modo,
quod ſcilicet de tali anno, & tali menſe Mæuius
Sempronium percuſſit, & hoc fecit præſentibus
Teſtibus examinandis. Item quod dictus Titius
non vulnerauit, aut nullum præſtitit auxilium,
vel fauorem dicto tempore ſupradicto Mæuio.
Item quod dictus Titius nō potuiſſet vulnerare, 7
vel auxilium, vel fauorem dicto Mæuio præſtare,
quin teſtes examinandi hoc vidiſſent, qui cum
fuerint præſentes, poterunt ſine dubio hoc te-
ſtificari, & concludenter huiuſmodi negatiuam
probabunt: docent Baldus *in l. cum hi, §. nihil*
autem, num.2. col.1. ff. de tranſact. & Angelus
in § hinc nobis, num. 37. verſic. *ſuper gloſſa ea-*
dem, col. fin. Authent. de hered. & falcid. idem
optimè, *in l.1. §. hoc interdicto, n.4.* verſic. *ta-*
men gloſſa, col.1. ff. de itinere, actúque priuato, &
facit Gloſſa; ibi tradit cum aliis Parianus *lib.1.*
de Probat. cap 37. à n.25. & 26.
Illud autem aduertere oportet, quod in huiuſ- 8
modi negatiuæ probatione, non eſt de neceſſi-
tate locus ſemper, cum tempore coarctandus,
ſed, vel vtrumque, vel alterum tātùm requiritur,
ſecundùm varietatem caſuum, qui in facti con-
tingentia, eueniunt, & ſic diſtingui, ſolet inter
actum, non iterabilem, vt eſt homicidium, & in-
ter actum iterabilem, vt eſt adulterium, vulnus,
contractus, & cætera id genus: nam priori caſu
leuior

Digitized by Google

leuior eſt huius negatiuæ probatio, quia ad hanc probandam ſufficit in teſte mera negatio hoc pacto, videlicet ego depono Titium non occidiſſe Mæuium, quia eram præſens, vbi Sempronius eũ occidit, vt ait Alberic. *in l.2.n.40.* verſic. *hoc tamen caſu, col 2. ff. de Probat.* & ibi Florian. 9 *ſub num.2.* verſic. *quando.* † Poſteriori autem caſu tractatur de actu interabili; tunc ſtrictius agendum erit: nam talis negatiua, oportet probari per adiectionem loci, & temporis, vt ſi tu dicis, quod ego vulneraui Titium tali loco, & tali menſe probabo me fuiſſe alibi, putà Romæ, & Teſtes dicant, quod ſingulis diebus me Romæ viderunt, quæ diſtat tantùm à loco delicti, vt itinere vnius diei, non potuiſſem ad locum delicti venire. Cæterum ſi locus mei domicilij eſſet valde proximus loco delicti, oporteret magis coarctare tempus, & adjicere non ſolùm diem, ſed etiam horam. Et ſic in hoc vltimo caſu dicent teſtes, quod Titius fuit vulneratus tali die, & tali horâ, & tali loco, quódque illis horis fuerunt mecum in aliu loco, & quod eſt impoſſibile alibi exiſtens illum vulnerauerim in loco, in quo fuit vulneratus, vel quod non eſt verum, quod ego eum vulnerauerim, aut quod fuerim in eu loco, in quo fuit vulneratus, nec quod vulnerare potuiſſem, quin ipſi vidiſſent, vel quod viderunt quod alius putà Sempronius ipſum Titium vulnerauerit; ſic adnotauerunt Alberic. & Florian. *n. præcedent*, adducti, Patian. *in d. cap.37. n.26 de Probat. lib.1*, videndus *in cap.40. à n.5. & per totum caput*, vbi latè, Bald. *in l. Actor, n.9.* verſic. *& ideo, col.... Cod. de Probationib.* Abbas *in d. cap. bonæ memoriæ de electione, n.3.* verſic. *& pro clariori.*

10 Quod ſi dubites qualiter teſtes debeant deponere, dico taliter, vt concludenter probent, non ſolùm circa locum, & tempus; verum, & circa rationem dicti ſui reddendam. Et ſic quoad primum debent dicere, quod toto eo tempore, vel tota die, in qua homicidium perpetratum eſt fuit alibi, alias concludenter non probarent, *§. item verbor. in fin. Inſtit. de inutilib.* & Zabarella *in conſ.25. in cauſa, & quaſt. ſub n.4.* verſic. *ſicut, & alias, col.2.* ait, quod in probanda negatiua debẽt teſtes deponere, & docere de cõtinuatione temporis affirmando, quod eâ totâ die, quâ dicitur commiſſum maleficium, fuerunt continuè cum Reo, ita quod non potuiſſet delinquere, quin vidiſſent, notat Gloſſa *in cap. Cleric. deciſ.8.* egregiè Ioan. Andreas *in cap. ex tenore*, in verbo *ſemper*, & in verbo *commoratus, col.2. extra de Teſtib.* ibi Abb. *ſub n.4.* verſic *nota vnum*, & Bald. *col.2. in princ.* Et Ancharran. *n.6.* verbo *ſexto noto, col.1.* Felin. *in 2. notab.* Butr. *n.5.* verſic *inducitur*, & Patian. *d. cap.40.* qui *n.10.* dicit hanc concluſionem eſſe veram quando locus, in quo aſſeritur Reus fuiſſe, parùm diſtaret à delicto loco; itavt faciliter poſſit ire, & reuerti; at vbi tantùm diſtaret, vt poſſibile non eſſet, quòd eo tempore poſſet ad locum delicti accedere, niſi hoc miraculo fieret: tunc non eſſet opus prædictam temporis continuationem probare, vt notat Alberic. *in l. optimam, n.5.* verſic. *item allegatur, C. de committenda & contrahenda ſtipulatione*, egregiè Boſſius *in tit. de defenſione Reorum,* 11 *n.24.* † Sed in loco multùm diſtanti ſufficit dicere Titium tali die non commiſiſſe delictum Mutinæ quoniam eo tẽpore mecum erat Romæ; alia plura addit ex multis Patian. *vbi ſuprà*, qui *n.14.* ait circa rationem reddendam, debent teſtes eam ſufficienter præſtare remouẽdo ſcilicet actũ à ſenſu, non ſenſum ab actu, vt ſcilicet dicant, quod illud non fuit factum, vel dicunt, & hoc ipſi ſciunt, quia fuerunt præſentes in eo loco, & tempore, quibus aſſeritur illud fuiſſe factum, vel dictum. † Et amplius ſubiungere debent, quod 12 illud non potuiſſet dici, vel fieri, quin ipſi audiniſſent, vel vidiſſent, vt egregiè tradit Bald. *in l.1.n.7.* verſic. *quære extra quomodo, col. fin. C. de bon. poſſeſſ. ſecundùm tabulas*, Boſſius *vbi ſup. n.15.* expendit cum multis Patian. *d. cap.40. à n.15. & n.27.* vbi *à n.28.* agit de alia declaratione, quæ ex dictis ſatis conſtat. Videbis quæ tradit Maſcardus *de Probationib. concluſ.*

Cúmque iam ex dictis in hac quæſtiuncula, & 13 quæſtione præcedenti colligas dari negatiuã coarctatam, non ſolùm, quoad tempus, & locum, ſed etiam quoad perſonam, & de primis duabus ſatis liqueat exemplis negatiuæ probatio; nunc verò addas eam coarctatam quoad perſonam, vel ad aliquid factum determinatum, poſſe probari ſine loco, & tempore hoc modo: nam qui negat ſe occidiſſe Titium probando, quod ipſe Titius viuit, vel quod ab alio fuit occiſus optimè dicetur probare ſuam negatiuam, quæ cenſetur eſſe coarctatam ad perſonam Titij viuentis, vel ad factum determinatum, alterius qui occidit, Alberic. *in l. Actor, C. de Probationib. n.2. in fin.* Patian *ſup. d. cap.40. n.2.* idem *cap 37. n.19.*

Ad tertium, an oratio taxatiua, ſit negatiua re- 14 ſidui, vel excluſiua illius, & licet DD. multa circa quæſtionem hanc dixerint; ego tamen exiſtimo, quod dictio taxatiua eſt negatiua reſidui, & excludit non expreſſam, *ex cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. & propriet.* vbi habetur, quod qui dicit electionem ad ſe tantùm pertinere cenſetur negare quod ad alios pertineat, expendit ad hoc Abbas ibi *n.9.* verſic. *pondera quod dictio, col.2.* vbi tradit quod dictio taxatiua ponit reſpectu eorum, quibus annectitur, ſed reſpectu aliorum excludit, & tacitè negat, & ibi Imola *n.10. col.2.* vbi notat, quod per taxatiuam datur affirmatiua prægnans, quæ habet in ſe incluſam negatiuam, & Patian, latè expendens *à n.15.* & reſpondens contrariis *à n.25.* legendus *à n.1. de Probat. tota, cap 31. lib.1.* addit hoc importare dictiones (*ſolùm*, & *tantùm*) quæ ſicut implicant negatiuam; ita etiam notandæ ſint pro Teſtibus, qui dicunt ſuper articulo, ſe tantum ſcire, quod deponunt, quia pro hoc excluditur ſcientia aliorum. † Et ſic Bart. *in l. ſi cum dos, n.2.* verſic. *ſed* 15 *pone dico, ff. de act. rerum amotarum*, ait quod qui eſt creditor aureorum centum, ſi quinquaginta petat affirmans ea tantùm ſibi deberi, ſibi præiudicat, quia reſiduum cenſetur negare ſibi eſſe debitum, ſequitur Bald. *in l. ſiquidem in fine, C. de tranſact.* ibi Salicet. *in fine*, Caſtenſ. *in princ.* aliis exemplis exornat Patian, *d. cap 31. n.17.* † vbi à 16 *n.41.* explicat an, & quando taxatiua excludat caſus ſimiles dicens, *n.43.* quod extenditur ad caſus ſimiles ex diſpoſitione fauorabili, & pia, & quod geminata taxatiua non excludit caſus ſimiles, & quod extenditur ratione connexitatis, & in materia differenti, & ad caſus ſimiles, pro euitando abſurdo intellectu, nec excludere ea, quæ ſunt maiora expreſſis, nec æquipollens, nec hæredem in materia fauorabili, ſecus in odioſa: nam taxatiua in materia odioſa impedit fieri extenſionem, nec extendi reſpectu conſuetudinis illicitæ, licet non excludat ea, quæ de conſuetudine veniunt, &c.

17 Er ſi velis ſcire, quæ ſint dictiones taxatiuæ:
reſpondeo ſequentes; nempe *non vltra*, *non am-
plius*, *ſolummodo*, *dumtaxat*, *tantùm*, *tantummo-
do*, *ſolùm*, *ita*, *tamen*, & ſimiles; cum multis Pa-
tianus *d. cap.31. n.63.* vbi congerit Doctores,
qui de bis dictionibus agunt, & poſt eos Bar-
boſa de dictiooibus, Zenedo poſt *q. Canonicas*,
in eodem tractatu, & idem Patianus *d. cap.21. à
n.65.* inquirit an ſit differentia inter prædictas
dictiones taxatiuas, & dictiones exceptiuas, qua-
les ſunt *præter*, *niſi præterquam*, de quibus agunt
18 Barboſa, & Zenedus *ſuprà* † Et Bartolus *in l.
ſi eum*, *§. qui iniuriam: n.6.* verſic. *primo ſcien-
dum eſt*, *ff. ſi quis caut.* ait, quod dictio taxatiua
affirmatiuè poſita, vnam ſpeciem, ſiue vnum in-
diuiduum ponit, & totum aliud genus reuocat,
vt Petrus taotùm currit; id eſt, Petrus, & nul-
19 lus alius currit. † Sed dictiones exceptiuæ fa-
ciunt totum econtra, quia à genere remouent
vnam ſpeciem, vel vnum indiuiduum tantùm,
vt ſi dico nullus homo currit, niſi Petrus, illa
enim vniuerſalis, remanet vera in omnibus
20 niſi io Petro. † Et de aliis dictionibus agit
idem Patianus *n.66. in d. cap.31.* Ibi *n.67.* inqui-
rens an capitula taxatiua poſſint admitti, vide-
licet intendo probare, quod ego ſolus, & in
ſolidum, vel ſolus tantùm poſſedi talem fundum,
vel ſolus, & inſolidum vſus ſum iuriſdictione
in tali Caſtro, & reſpondet negando, quia talia
capitula ſunt negatiua, & per conſequens non
probabilia, ſed contra hoc loquitur Albericus
in d. l. Actor, *C. de Probat. n.4.* verſic. *item quæ-
ro nunquid tale capitulum*, *col.3.* vbi eleganter
hunc articulum examinat.

21 Ad quartam quæſtionis partem, quando duæ,
vel tres negatiuæ negandi, vel affirmandi, ha-
berent efficaciam, dices quod duæ negationes
affirmatiuam inducunt, prout docet in terminis
text. *in l. duobus negatiuis*, *ff. de Verborum ſigni-
ficatione*, vbi habetur, quod duobus verbis ne-
gatiuis lex promittit magis, quàm prohibuit,
vt ootat Gloſſa *in l.1.* verbo *& ideo in fine*, *Cod.
de Seruis fugitiuis*, & Bartolus *in l. fœmina*, *ff. de
Senator*, & *l.1. §. ſin autem*, *ff. de heredibus inſti-
tuendis*, idem *in l.1. ff. de cadaueribus punitoribus*,
& *in d. l. duobus*, Cardin. *in Clem.1. in princ. de
officio delegati*, & multis adductis, Patianus *de
22 Probationibus*, *lib.1. cap.33.* † Ex eo, quia na-
tura negationis eſt, vt quidquid inueniat, de-
ſtruat. Vnde cum ſecunda negatio repetiat præ-
cedentem ipſam deſtruit & eius appoſitum in-
fert: tradit Albericus *in l.1. §. ſi quis ita ſub n.7.
ff. de verb. obligat.* Alciatus *in d. l. duobus in princ.
ff. de verb. ſig.*

23 Verùm ſi tres negationes ſint: tunc dico non
affirmare, ſed potiùs negare, ſiue ad idem, ſiue
ad diuerſa referantur, modo nulla ſuperabun-
det, vt notat Cynus *in l.1. Cod. de Seruis fugiti-
uis*, *num.7. col.2.* Bartolus *in d. l. duobus*, *ff. de
verb. ſignif.* Abbas *in cap. & ſi Chriſtus de Iure-
iurando*, *ſub num.5.* verſic *ſed quid ſi apponatur*,
cum aliis Patianus *d. cap.33. num.7.* qui exem-
plificat boc modo, *tu nunquam*, *nec obfuiſti*, *nec
24 profuiſti.* † Vel illud *neſcis*, *nec in pace*, *nec in
bello viuere*, quæ tres negatiuæ proculdubio ha-
bent efficaciam negandi: vt tradit Bacca *in c.128.
lib.3. elegant*, & ex textus ſatis elegans, *in l.1.
Cod. de Seruis fugitiuis*, vbi in ſeruo fugitiuo
non habet locum nec Vſucapio, nec longi tem-
poris præſcriptio, & *in l.1. ff. de cadaueribus pu-
nitorum*, vbi per tres negationes dicitur, quod
cadauer condemnati, ob crimen læſæ Majeſta-
tis oonnunquam non permittitur ſepeliri, & fa-
cit textus, *in l. nonnunquam*, *Cod. decollat. bono-
rum*, vbi dicitur quod Prætor nonnunquam va-
rietatem non repellit, & conſilium mutantis,
non aſpernatur.

Tamen quod dictum eſt de duabus negatio- 25
nibus fallit quando abſurdus intellectus, vel
contrarius intentioni loquentis ſequeretur, Cy-
nus *in d. l.1. Cod. de Seruis fugitiuis*, *n.7. col.2.*
vbi dicit in tali caſu cenſeri negatiuam fuiſſe ge-
minatam ex plenitudine animi, & ex abundan-
tia cordis, vt magis exprimatur affectus negan-
tis, vt ſequitur Abbas *in dicto cap. & ſi Chriſtus
de Iureiurando*, *ſub num.5.* verſic. *item hoc*, com
aliis Patianus *n.4* † Vbi *n.5.* infert quod ſi quis 26
imperitus, vel in libello, vel in poſitione, vel
in teſtificatu dixerit iſtud *nullo modo non eſt ve-
rum*, vel *nego me tibi non debere*, cenſebitur ne-
gare, non obſtante duplici negatione, quia cau-
ſa negandi in reſpondente adhuc durat, & ge-
minata cenſetur negata, ad efficacius repellen-
dam intentionem aduerſarij; non autem ad eam
fundandam; tradit Baldus *in d. l.1. Cod de Seruis
fugitiuis*. *n.29.* verſic. *Vnde*; loquens in ruſtico,
& ibi Salicetus *num 22.* Roman. *in dicta l.1. §. ſi
quis*, ita *n.17.* verſic. *nam ſi eſt cauſa col.5. ff. de
verb. obligationibus*, Socinus *in conſ.116.* verſic.
n.21. verſic. *ſic etiam.*

Et fallit ſecundo regula, quando negationes 27
referuntur ad diuerſa, quia tunc duæ negationes
non affirmant, ſed diuerſa negant, vt notat Sa-
licetus *in d. l.1. num.12.* verſic. *ſi autem cauſa*,
Cod de Seruis fugitiuis, vbi dicit, quod quando
negationes referuntur ad diuerſa; tunc nulla
abundat. ſed diuerſa negant; ſi autem referan-
tur ad idem tunc ſi ſunt pares numero affir-
mant, quia vna deſtruit alteram, Abbas *in dicto
cap. & ſi Chriſtus*, *n.5.* Baldus *in d. l.1. n.29.* &
Patianus *ſuprà n.6.*

Ad quintam quæſtioois partem, licet defuiſſe 28
per Doctores agatur, quos congerit Patianus *de
Probat. lib.1. cap.46.* ibi videndus ad plura do-
ctrinalia; ego tamen breuiter dico negatiuam
probari eo ipſo, quod contrarium non probe-
tur, taliter tamen, & ad illum effectum; nempe
quoad abſoluendum negantem, niſi contraria
affirmatiua probetur; tum quia negatiua dici-
tur eſſe improbabilis; tum quia facta non præ-
ſumatur, niſi probentur, & ideo pro negante
præſumitur Baldus *in l.1. ſub n.41.* verſic. *ſi vero*,
col.21. C de Confeſſis Quod tamen Patianus cum
aliis ab eo relatis, declarat, vt procedat in ne-
gatiua determinata, quæ regulariter probari
non poteſt, & hoc ipſo ſatis dicitur probata,
quoad ſubleuandum negantem; ſecus autem in
negatiua coarctata, quæ omnino à negante de-
bet probari, & procedit in caſibus à iure ex-
preſſis; in aliis ſecus, de quo Patian. *in d. lib.1.
de Probat. cap.51. in 1. concluſ.*

Qui *in d. cap 46.* etiam concluſionem proce- 29
dere declarat, in reo conuento, cuius regula-
riter eſt negare, & abſoluitur eo, ipſo quod
Actor nihil probauit. † Et Marſilius *in R. Cod.* 30
de Probat. n.326. verſic. *ſed quomodo*, *col.55.* do-
cet idem iuris eſſe in Actore habente præſum-
ptionem iuris in fauorem: nam, & ipſe obtine-
ret iuſtitiam, eo ipſo, quod contrarium à Reo
non eſſet probatum. Ita Patian. *in d. cap.46. n.54.*
cum

cum Socino Iuniore *in conſ.26.quatenus, num.12. vol.2* verſic. *nec eſt nouum*, ait hunc modum probandi eſſe communem; tam affirmatiuè, quàm negatiuè; nam quilibet ſiue negans, ſiue affirmans, qui habet præſumptionem iuris, in fauorem dicitur probare ſuam intentionem, eo ipſo
31 quod contrarium non probatur. † Etenim qui ſe fundat in negatiua, tenetur eam probare, ſiue Actor ſit, ſiue Reus DD. *in l.hoc iure, & in l. in illa, ff. de verborum oblig.* Ripa *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſ.n.84.col.17.& in l. ſi conſtante,n.18. col.6.ff. ſoluto Matrimonio*, plenè Tiraquell.*de retractu* Linagier §.32. *Gloſſa 1.à n.94.* Florianus *in l. ei incumbit,col.fin.ff. de probat.*

32 Ad ſextam quæſtionis partem, an ex duobus propoſitis, qui vnum negat, videatur alterum confiteri, vel econtrario, reſpondeo quod ſic per textum, *in cap. nonne de præſumptionibus*, vbi habetur, quod quando duo ſimul proponuntur, ſeu interrogantur, & vnum quis negat alterum tacendo affirmare videtur, & ſic Butrius, Baldus, Abbas, Bellamera, Anania, Imola, & Felinus dicunt ibi, quod qui ex duobus illatis alterum negat reliquum affirmare præſumitur, quod idem notauit Bald. *in l. at ſi ſine, §. ſed quod* Papinian. *n.1. ff de minoribus*, vbi inquit, quod quando de duobus quæritur, & ad vnum quis affirmatiuè reſpondet, & ad alterum non reſpondet, cenſetur negaſſe illud, quod tacitè omiſit, & econtra quod pariter notauit Gloſſa, *in cap. poſtulaſti*, in verbo *prouentibus de reſcriptis*, Romanus *in l. quæ datis, n.56.* verſic. *an autem, col. penult. ff. ſoluto Matrimonio*, ibi Alexand.*n.36.* verſic.*facit etiam,col.10. Gloſſa, in cap qualis diſt 25.* ibi Dominic.& Præpoſitus vterque in fine, Bald. *in l. 1. notab. 1. Cod. de diuerſ. reſcriptis.*

33 Hæc tamen concluſio ſic poſita declaratur vt non procedat, quando vnum veniret principaliter in diſpoſitione, & aliud conſequutiuè, vel additiuè, quia tunc ſi ipſum principale negaretur, vel affirmaretur; intelligitur etiam negatum vel affirmatum, Felinus *in dicto cap. nonne, num.5.* verſic. *fallit ſecundò de præſumpt. & Dominic. in dicto cap. qualis in fine*, verſic. *fallit 2. diſtinctione 25.* ibi Præpoſitus, & Butrius *in cap. tranſacto in 4. notabili. col. 2. de conſt.* Ibi Imola *ſub n. 4. col. 1. & in cap. poſtulaſti, num. 12.* verſic. *quæro cum Gloſſa, col. fin. de reſcriptis*, & op-
34 timè *in cap 1. in 4. notab. de pactis* † Qui in prædictis iuribus docent etiam non procedere in connexis, ex quibus ſi vnum affirmatiuè exprimitur, & alterum quoque affirmatiuè cenſetur expreſſum.

Nec quando eſſet eadem ratio reſponſionis,
35 quia vtrumque videretur affirmatum, vel negatum, *Gloſſa in l. conſilio, §. quæſitum*, in verbo *rectè ſolui, ff. de curat. furioſ.* Bart. benè *in dict. l. Cod. de diuerſis reſcriptis*, cum aliis Patianus videndus, *de probationibus, lib. 1. cap. 34. per totum* qui alias declarationes adducit.

36 Quo ſuppoſito licet caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris communis iuxta textum, *in l. commodiſſimè, ff. de liberis, & poſth.* Tamen hoc Axioma non obeſt noſtræ concluſioni, quia procedit tantùm quando caſus omiſſus non fuit nominatus, nec propoſitus, ſecùs tamen ſi fuit nominatus, vt contingit in dubio, de quo inquiro, tradit Felinus *in dicto cap. nonne*, & ibi ante
37 ipſum Bellamera. † Et ſic cum aliis Patianus ſupra, *n. 3.* infert, quod qui de pluribus delictis arguitur, ſi tacuerit ex violenta præſumptione videtur confiteri, vt ait benè Bald. *in l. ſiue poſſidetis, ſub.n.13.* verſic *item pone col. 5. Cod de probat.* Abbas *in d. c. nonne*, Bellam.& Felin. qui *n.4.* verſ. *fallit 3.* ait quod quando interrogatio fit per verba poſitiua, veluti ſi dico, *quis iſtorum eſt bonus*, & reſpondeas *iſte*, tunc intelligitur, quod alij ſint mali, ſed ſecus eſſe quando interrogatio per verba comparatiua, veluti ſi dicerem, *quis iſtorum eſt melior*: nam ſi reſpondeas *iſte*; tunc non ſequitur quod alij ſint mali; videbis Geminian & Præ-
poſ. *in dicto cap. qualis diſt. 25.* † Quod ſi illud, 38
quod à reſpondente tacetur, vel à ſtatuente omittitur eſſet de genere prohibitorum: tunc negato vno, non cenſetur alterum tacitè conceſſum, vt tradit Bellamet *in d c. nonne, col. fin.* verſic *ſi quæris*; cum multis Patian. *ſupra, n. fin.*

Vnde infero, quod reſpondens poſitionibus, 39
ſi vnam partem negat, & aliam partem ſilentio omittit, quoad omiſſam pro confeſſo habeatur, & econtra tradit Ioannes de Ann. *in dicto cap. nonne, in principio*, Imola, Bald. & Butrius ibi *in*
principio. † Tamen ſi propriis duabus poſitioni- 40
bus vna habeat dependentiam ab alia; tunc qui reſpondet principali affirmando, videtur quoque reſpondere acceſſoriè; ſicut etiam quando quis in ſtipulatione interrogatur, an permittat dare centum ſub pœna mille aureorum, ſi reſpondeat ſe promittere ſub dicta pœna, vt notat Butr. *in dicto cap. 4. de pactis, in 4. notab.* Patianus *dicto cap.34. num.14.*

Ad ſeptimam quæſtionis partem an, & quan- 41
do poſitiones negatiuæ ſint admittendæ, infero ex his, quæ longè dixi, *in cap. 1. de Litis conteſtatione, & ex dictis ſupra* in verſic. *vnde infero* quibus ſuppoſitis breuiter nunc dico poſitiones negatiuas admitti ſecundùm arbitrium Iudicantis, æquitate apparente; tamen apparente, vt tradit Herculanus *de negatiua probanda n. 136.* verſic. *ſexto amplia, & n.209* verſic. *hic quæritur*, Iacobus Menoch, *de arbit. lib. 2. cent. 4.* egregiè declarat Ancharranus *in cap. 1. de confeſſis, lib. 6. col 6. not. 5.* Patianus *de probat. cap.38. lib. 1. à n.6.* qui aliquibus id declarat, nempe, vt poſitio negatiua facta ab eo, qui non debet probare negatiuam, non eſt admittenda, ſed ſemper erit admittenda, ſi continet factum proprium negatiuum reſpondentis; & hoc, ſiue ſit contractata, ſiue determinata, ſiue ſit probabilis per alia genera probationum; Ita Iacobus Butriga *in dicta leg. Actor* verſic. *item appono, Cod. de probat.* & idem Patianus *ſupra n. 11.* ait quod poſitio negatiua hæc continet factum alienum negatiuum admittitur ex cauſa arbitrio Iudicis, & quod in dubio poſitio negatiua debet admitti, Butrius *in cap. bonæ memoriæ de electione, num.53.* verſic. *numquid col.8.* ibi Bellamera *n 39.* verſic. *ſed quid debet, col.7.* Ancharranus *in dicto cap. 1. de confeſſis, lib.6. n.4.* verſic. *in dubio autem, col.3.*

Ad vltimam quæſtionis partem iam ex dictis 42
in tribus quæſtionibus præcedentibus poteris reſpondere, vbi multa dixi *de negatiua probanda, & cui incumbat hoc onus*, quare nunc reſumptiuè referam DD. inter ſe pugnantes; igitur Bart. *in l. illa, n.5. de verb.* Alexander ibi Bernardus Diez *Reg.448.* docent quod quando negatiua eſt fundamentum intentionis alicuius qui ſe fundat in ea, tenetur illam probare, quod tamen intelligit Zevallos cum multis ab eo relatis, *q.145.* in negatiua iuris per textum, *in l. ab ea parte, ff. de*

Digitized by Google

probat. cui conſonat *l.2.tit.14.p.3.* vbi latè Greg. &
videbis Gloſſam *in l.cum de lego* tu. verbo *heredis*
probatio.ff.de probationib. quam declarat Suarez *in*
tit. de las arras f.27.col.s. Couarr. *lib.2 var.cap.6.*
à n.2. & ſic Maſcard. cum aliis ab eo relatis *de pro-*
bat.concl.1092.n.1. oegatioam probandam eſſe per
illum qui ſe ſundat io illa, ſiue ageodo, ſiue ex-
cipiendo, ſiue ſit oegatiua Iuris, ſiue facti, ſiue
qualitatis, iuxta declarationem Gloſſæ *in l.2. C.*
de probat. Sed alij Doctores antiqui contrariam
opinionem tenent per Gloſſam *in l.2.C de errore*
aduocat. Bald. *conſ.79.lib.2.* Lanfranc. *hic.n.4.* Her-
cuian. *de negatiua in princ.* Aot. Gabriel *lib.1.tit.de*
probationibus, concluſ.6. Cagnolus refert doas opi-
niones contrarias *in l.ſi emancipati, n.68. Cod.de*
collat. Et quod negatiua probanda ſit ab eo qui in
eo ſe fundat cum multis D. Ioannes del Caſtillo
de tertiis, ſub cap.13.in fine.

34 Pro complemento ootabis, qoòd negatiua
contra inſtromentum publicum poteſt probari
per aliud publicum inſtrumeotum, vel per ido-
neos teſtes, vt patet ex *§.item verborum 13. Inſtit.*
de inutilibus, l.optimam, Cod.de commiſſ. & contra-
henda ſtipulatione, l.32. tit.11. p.5. per tres ſcilicet
aut quatuor teſtes omni exceptione maiores; vi-
debis *l.117.tit.18.p.3.* & Couarr. *pract.cap.20 n.6.*
& lib.2.variarum, cap.13.n.11. Pichard. *in dicto §.*
item, num.6.

QVÆSTIO IV.

An credatur Nuntio dicenti ſe citaſſe ali-
quem de commiſſione Iudicis: vel an ei
magis credatur quàm Parti neganti cita-
tionem: Et an res reddatur dubia per ne-
gationem: Et an probetur originale per
regiſtrationem factam in actis: Et an
multi ſint caſus vbi ſcriptura requiritur:
Vbi de Protocolis inſtrumentis: Et de No-
tario, ſiue Actuario, & eius efficio: Et an
ſolemnitas extrinſeca præſumatur, ſi No-
tarius, vel Tabellio dederit fidem de ea:
Et de ætate Tabellionis & Notarij?

SVMMARIVM.

1 *Nuntius citans de commiſſione Iudicis, plenè creditur, n.2. vſque ad 7. fallit n 8.*
Quid ſi ex aduerſo Pars neget n.9.10. quid Iure Regio, n.11. quid ſi dicat ſe verberatum à Parte, n.12.
13 *Dubia res per negationem redditur. fallit n.15.*
16 *Scriptura deſideratur ad probandos caſus nonnullos, vt hic, vſque ad n.13.*
24 *Loci mentio ſit in inſtrumentis publicis.*
25 *Teſtes inſtrumentarij debent eſſe præſentes.*
25 *Solemnitas extrinſeca inſtrumenti non præſumitur, niſi præſtet fidem de ea Tabellio, declaratur, n.28.29.30.*
31 *Ætas requiſita in Tabellione, ſeu publico Notario eſt 25. annorum expletorum.*

1 AD primam quæſtionis partem repetes quæ
dixi *ſuprà in cap.1. de cauſa poſſeſſionis, q.7. à*
n.2. de quo dixi ibi etiam quod Nuntius facta
executione facit relationem de his quæ debent in
2 acta referri, ibi *n.9.* † Sed circa noſtrum textum
video in hoc puncto referri duas contrarias opi-
niones: nam Felinus *hic col. 2.* docet non credi
Nuntio diceoti ſe aliquem citaſſe de commiſſio-
ne Iudicis, licèt ſit generaliter conſtitutos ad fa-
ciendas citationes, niſi appareat de ſpeciali com-
miſſione, qood etiam notat Bartolus *in l. fin. Cod.*
de exhibendis reis. Banius *de nullitatibus, in R. de*
nullitate ex defectu citationis n.41. Miochaca *lib.2.*
controuerſ. vſufreq. cap.24 n.2. † Et pro hac parte 3
facit, quia in criminalibus citatio debet fieri de
commiſſione Iudicis, aliàs eſt oulla, vt dixit Maſ-
card. Anton. *in tractatu de indiciis, n.334.* † Sed 4
Abbas, Ioannes Andreas, & Alciatos hic dixe-
runt, magis placere vt præſumatur facta citatio
præcedente Iudicis commiſſione, & ita commu-
niter ſeruari docet Maranta *de ordine Iudiciorum*
in antiquis, fol.166.n.52. Caſaneus *in conſuet. Bur-*
gundiæ, Rubrica 1.§.7.n.31. verſic. *& aduerte*, Bal-
dus *in l.ſi quando, q.12. Cod.de Teſtibus*, vbi dixit
ſic communiter de conſuetodine ſeruari Floren-
tiæ, Alciatus *in tractatu de præſumpt. Reg.3. præ-*
ſumpt.14. n.7. vbi dicit quod ita ſeruatur in Gal-
lio, Maſcardus *volum.3. de probat. concluſ.1206.n.4.*
& volum 2 concluſ.400. † Et ſi multom tempo- 5
ris tranſierit, citatio præſumitur eſſe facta, dixit
Socinus *conſ.87.n.9.* alios tradit Zeuallos *in pract.*
q.380. vbi com Azeoedo, Villalobos, & Didaco
Perez, dixit quod citatio præſumitur interueniſſe
ad ſeotentiam. † Et quod in Hiſpania hæc 6
quæſtio ſit nullius momeoti dixit Salcedo ad
Beroardum Diez *Reg. 81.* eo quod ſiot miniſtri
deputati ad citaodum, ſine alia Iudicis facultate,
& ita ſeruari de conſuetudioe, dixit Iacobus Bu-
trigarius *in dicta l.fin.Cod.de exhibendis reis.* † Et 7
cui incumbat oous probandi, quem fuiſſe cita-
tum, latè Parianus *de probat.p.2.cap.fin.* vbi vide-
bis. † Quòd ſi vberiùs velis materiam huius 8
difficultatis explanare, leges quæ tradit Meno-
chius *de arbitrariis, lib.2.cent.2.caſu 112.* vbi *à n.9.*
ait, Nuntio publico noo credi, cùm de graui præ-
judicio agitur, oec contra perſonam valdè ho-
oeſtam, ſi ipſe ſit vitæ illaudatæ. Nec credi-
tur de his, quæ extra officium ſuum, oec credi-
tur Nuntio referenti ſe ab aliquo impeditum
fuiſſe ſuum officium exequi, nec credi ſuper bo-
oorum executione, ſed ei credi io coonexis ſui
officij, item & Nuotio publico referenti dixiſſe
ſe oolle venire, credi.

Ad ſecundam difficultatis partem dicunt plo- 9
res, magis eſſe credendum Nuntio aſſerenti ſe
aliquem citaſſe, quàm Parti contrarium atteſtao-
ti, ita Decius *hic n.21* Felinus *n.13.* Idem Decius
in cap.cum parati de appellationibus, n.10. Alciatus
præſumptione 14.Reg.3.n.9. Maranta *de ordine Iu-*
diciorum fol 166.n.53. & quod ita procedit de Iure
Canonico & Ciuili, reſoluit Hypolitus *ſingula-*
ri 160. † Et pro hac parte facit quod io ſimili 10
dixit Inoocentius *in cap. cum Ioannes, n.2. de fide*
inſtrument. vbi tenet quod magis creditur ſcriptu-
ræ, quàm teſti dicenti ſe non ita dixiſſe, prout
apparet ſcriptum. Sed quod magis credatur parti
dicenti ſe noo eſſe citatum, dixit Ioannes Faber
in §.fin. Inſtit. de pœna temerè litigantium. Verùm
alij opinantur in hoc dubio ſtandum eſſe Iudicis
arbitrio, cui magis credeodum ſit Parti, an Nun-
tio; ita docet Menochius *de arbitrar. lib.2.cent.2.*
caſu 112. Villalobos *in ſuo errario communi litte-*
ra N, n.63. Azeuedus *in l.3.tit.2 n.10.lib.4.recop.*
Segura de Abiles *in l.ſi ex legati cauſa, n.58. ff.de*
verb. & ante eos dixit communem Abbas *in dicto*
cap.

cap. cum parati, *n.* 12. Marianus *in Rubrica de cita-*
11 *tione, art.* 16. *n. fin.* † At verò de Iure Regio per
textum, *in l.* 1. *tit.* 7. *p.* 3. requiruntur duo teſtes
quando nuntius eſt Iudicum inferiorum, quod
ſi ſit nuntius Regis vnus, ad hoc vt fides adhi-
beatur nuntio aſſerenti ſe aliquem citaſſe, vide-
bis Menochium *lib.* 2. *cont. vſufreq. cap.* 24. *n.* 1.
vbi docet hanc legem Regiam vbique practica-
ri, & docet Zeuallos *in practicis q.* 381. Montal-
bus *in l.* 6. *tit.* 3. *lib.* 3. *fori* verbo *ſi home*, Perez
in l. 1. *tomo* 9. *lib.* 2. *ordinamenti*, *& in l.* 1. *tit.* 2.
12 *lib.* 3. *Gloſſa* 1. *q.* 23. † Vide Menochium *de ar-
bitrariis ſupradicto cap.* 112. vbi *num.* 14. ait Iu-
dicis arbitrio relinqui, an credendum ſit Nun-
tio dicenti ſe à citato verberatum, nec credi
ei, ſi dicat à citato fuiſſe vulneribus affectum.

Ad tertiam quæſtionis partem breuiter dico,
13 quod res dubia redditur per negationem, *leg.* 3.
Cod. quibus ad libertatem proclamare non liceat,
Gloſſa in cap. 1. *de officio delegati*, *lib.* 6. *Gloſſa ma-
gna ad medium*, *in cap. aduenions de renunciatione*,
Panormitanus *in cap. coram, de officio delegati*, *nu-
mero* 9. vbi limitat quando præſumptio eſt con-
tra negantem, vt putà in mandato ſecundùm
Balb. qui communem eſſe teſtatur, *in decif.* 191.
& Felinus *in dicto cap.* 1. *de officio delegati*, *col.* 3.
limitat regulam quatuor modis, *& in cap. ſi Cle-
ricus de foro competenti*, *num.* 1. limitat quinque
modis, & ampliat duobus, & idem *in capite
ſuper eo de Teſtibus cogend.* limitat ſex modis, &
Ioannes Oroſcius *in leg. poſt rem Iudicatam*, *ff. de
tranſact. num.* 1. *&* 2. *col.* 986. limitat quatuor mo-
dis, & ampliat alio modo. Ex quibus omnibus
docet Gratianus, *Regula* 153. quod habes tres
14 ampliationes, & ſex limitationes. † Vbi cum Iaſo-
ne *in dicta l. poſt rem*, *num.* 1. & cum Socino *in
Reg.* 275. *negatio*, *fallentiâ* 2 & 3. ait regulam li-
mitari, quando negatio eſſet euidenter calum-
nioſa, vel quando fit poſt concluſionem in cau-
ſa, quia tunc negatio non facit rem dubiam.

15 Ad quartam quæſtionis partem dico *infra in
cap. fin. de fide Inſtrumentorum*, vbi ago an pro-
betur originale per regiſtrationem in actis: Sed
hic agunt de hac quæſtione, Innocentius *num.* 4.
& Felinus *num* 82.

16 Ad quintam de caſibus: vbi ſcriptura requi-
ritur videbis *Gloſſam in cap.* 1. §. *poſtquam de cen-
ſibus*, *lib* 6 quæ enumerat viginti octo caſus, ibi
videbis Doctores, quos congerit Barboſa, ſed
quia ex contextura noſtri textûs benè de hac
quæſtione inquiri poteſt, ideò accipies alios ſex
caſus, de quibus additio ad prædictam Gloſſam,
& ſic Riccius *collect. decif.* 240. ait eſſe 34. caſus,
in quibus ſcriptura requiritur, & cum non in
omnibus ſit de neceſſitate addes hos paucos de-
ciſos, primò quod requiritur ſcriptura, vt creda-
tur depoſitioni Agrimenſoris, Vib. *in decif.* 198.
17 † Et Clericatus debet probari per ſcripturam,
Antonius Faber *in decif.* 11. *de probationibus*, ſi-
cut & titulus beneficij Eccleſiaſtici; idem Faber
in decif. 50. *eodem.* Tamen quod per Teſtes poſſit
probari Clericatus, docet Parianus *de probat.*
18 *lib* 2. *& cap.* 34 vbi multa refert. † Sic & ab-
ſolutio ab excommunicatione, Vibius *in decif.* 90.
19 † Item & ſolutio debiti, vt *in l. Teſtium*, *Cod.
de Teſtibus* quod procedit ſecundùm Riccium ſu-
pra, quando contractus eſt in ſcriptis celebra-
tus, ſed hoc etiam per Teſtes poſſe probari con-
20 ſtat. † Item captura poſſeſſionis, Vibius *de-*
21 *cif.* 174. † Item melioramentorum probatio debet
fieri per ſcripturam, Puteus *in decif.* 474. *lib.* 2.
† Sic & probatio aſſenſus debet fieri per ſcriptu- 22
ram, & non Teſtibus Afflictis *in decif.* 398. Vi-
bius *in decif.* 240. † Et in tantùm procedit ſe- 23
cundùm Riccium ſupra, vt hodie non credatur,
etiam memoriali expedito per verbum fiat, quia
requiritur regiſtratio in Regia Cancellaria,
ſecundùm formam traditam à Regia prag-
matica.

Ad ſextam de Prothocolis, inſtrumentis, 24
& quod de Prothocolis & originalibus fiat
mentio hîc patet, & docent Panormitanus, &
alij, & Couarruuias *pract. cap.* 19. *n.* 2. 5. *de hac*
vbi docet per noſtrum textum, quod tenetur
Tabellio Prothocolum, ſeu regiſtrum, penes
ſeipſum ſeruare, & retinere. Tradit latiſſimè hîc
Felinus *notabili* 7. & idem Couarruuias *cap.* 20.
pract. cum Abbate Felino, & Decio probat per
noſtrum textum, quod debet fieri in inſtrumen-
tis publicis mentio loci, in quo fit contractus,
vel actus ipſe, qui in inſtrumento continetur.
† Item ibi *num.* 4. probat ex hoc textu requiri in 25
eis quod Teſtes ſint præſentes eidem actui, de
quo inſtrumentum conficitur, *leg. contractus Cod.
de fide Inſtrumentorum*, de quo latè ego *infra in
Rubrica*, *& titulo de fide inſtrumentorum*, vbi
videbis.

Ad ſeptimũ de Notario ſiue Actuario, & eius 26
officio, dico latè *in dicto tit. de fide inſtrument.* ſed
legitimè hic inquiri valebat per textum noſtrum,
interim videbis quæ tradit cum multis Trulen-
que *in opere morali lib.* 8. *cap.* 7. vbi *n.* 3. ait quod
Notarius debet eſſe fidelis, aliter tenetur ad re-
ſtitutionem, & pœna capitis punitur in noſtro
Regno; alia ex multis refert videnda ibi, & *in di-
cto tit. de fide inſtrument.*

Ad octauam quæſtionis partem, de qua agit, 27
Innocentius hic *col.* 2. *n.* 6. breuiter etiam reſ-
pondeo, quod licet ſolemnitas extrinſeca non
præſumatur, vt latè docet cum multis Gomez.
variarum cap. 11. *lib.* 2. *num.* 17. tamen idem ibi
in verſic. *item adde*, docet quod benè præſumi-
tur, quando Tabellio, vel Notarius dederit fi-
dem de ea, vt probat textus, *in leg.* 1. *Cod. de fide
inſtrument. & iure haſtæ fiſcal*, *lib.* 10. *& ibi Gloſſa
ordinaria in* verſic. *omni ordine*, vbi Bartolus,
Odofredus & Baldus; quod tamen intelliges,
quando Tabellio vel Notarius particulariter di-
xit in inſtrumento, quod ſolemnitas fuit adhi-
bita, putà quod tali die, loco, & tempore fuit
facta ſubhaſtatio, ſecùs ſi genericè, & enuncia-
tiuè quod interuenit ſolemnitas neceſſaria, vel
generaliter dixit, quod ſubhaſtatio interuenit,
notabiliter Bartolus *in dicta l.* 1. *Cod. de fid. in-
ſtit. & haſta fiſc.*

Et ſecundò declarabis procedere, quando ta- 28
lis ſolemnitas, etiam particularis, & ſpecifica,
de qua Tabellio, vel Notarius dederit fidem in-
ſtrumento, potuit interuenire tempore confecti
inſtrumenti, quia tunc benè creditur ei, ſecus
econtra. † Tertiò addit Gomezius ad alia ſu- 29
pra videndus cum multis, quod licet ſolemnitas
extrinſeca non præſumatur: tamen debet intelli-
gi, quando talis defectus apponitur à parte, ſe-
cùs aliàs, quia tunc præſumitur interueniſſe, nec
Iudex poteſt allegare ex officio, vel apponere.
† Item adde quod ex diuturnitate temporis be- 30
nè præſumitur, *leg. ſi Filiusfamilias*, *Cod. de pet.
heredit.* & ſic benè Ciriacus *cont.* 111. cum aliis
ait vt præſumatus ex diuturnitate annorum 30.

&

Digitized by Google

& magis ex tempore immemoriali, etiam quod non appareat adhibita in ipſo actu, quando potuit interuenire in actu ſeparato, & diuerſo tempore ibi 18. ſed *num.* 3. & 13. ait non præſumatur ex diuturnitate, vbi reperitur ſcriptura actus celebrati, in qua quæret illam non fuiſſe adhibitam.

31 Ad vltimam quæſtionis partem de ætate requiſita in Tabellione vel Notario, Narbona agit benè *anno 25. quæſt. 69. qui a. 8. ex l. 30. tit. 26. lib. 4. recap.* vbi Azeuedus obſeruat cum aliis certiorem ſententiam eſſe Notarium, aut Tabellionem neminem ordinari, aut effici poſſe, niſi ſit maior 25. annorum, quia Scribæ Tabellionis, ſeu Notarij munus eſt perſonale, *l. fin. § hi quoque, & §. maſthige fori, ff. de muneribus & honoribus*, & ad munera perſonalia nullus ante dictam maiorem ætatem admittebatur, *l. ad Rempublicam 8. ff. de mun. & honor, l. 2. ff. de vacatione mun. l. 1. & 2. Cod. qui ætate & profeſſione. lib.* 10. & Perez de Lara in *comp. vitæ, cap.* 10 *num.* 106. ait minorem creari Notarium non poſſe, vt poſt legitimam ætatem exerceat.

Qvæstio V.

An Iudex ferre poſſit Teſtimonium ſuper ſententia à ſe prolata?

HÆc difficultas quæ ſatis deduci valet ex verbis noſtri textûs in principio; *quoniam contra falſam aſſertionem iniqui Iudicis*, videbis quæ dico infra *in cap. cum à nobis, de Teſtibus*, interim Felinus ibi, Innocentius *in cap. 2. de arbitris*: Et applica quæ dico *in cap. ſicut 16. de ſententia, & re iudicata.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XII.
Ad noſtram, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

DIco ex littera textûs noſtri poſſunt principaliter inquiri. I. Primum ſcilicet ex verbis ibi *quòd Sacerdotes, Clerici datia legi Regni, &c.* An Sacerdotes, & Clerici teneantur obſeruare leges, ſeu conſuetudines laicorum, tam extra Iudicium, quam in ſtylo Iudiciario, applicabis quæ dixi latè *ſupra in cap Clerici 8. de Iudiciis, & in cap. quod Clerici 9. de foro competenti*, vbi videbis. *Et vaic. Eccleſ. S. Mariæ de conſec.* vbi latiſſimè & ante ſub *Rubrica.* Et applicabis quæ notat Barboſa hîc *à num.* 2. II. Secundum ex verbis ibi, *per quam negatiua probatur, &c.* De negatiua probanda per quos Teſtes, vel quando negatiua probatio locum non habeat, applicabis quæ latè iam dixi ſupra, *in cap. quoniam contra falſam 11. hoc tit*, ibi in verſic. *Teſtibus fide dignis*, qui præferantur Teſtes, dico *infra in cap. in noſtra 32. de Teſtibus.*

Qvæstio I.

Quare ſi probari poteſt Reum deliquiſſe eius probatio, quod non deliquerit: non ſit admittenda: Et an magis credatur Affirmantibus Teſtibus, quam negantibus?

SVMMARIVM.

1 *Negatiua licet non admittat probationem, admittit purgationem Canonicam, n. 3. 4. 5.*
4 Cap. propoſuiſti 4. hoc tit.
5 L. fallaciter in fine, Cod. de abolition.

DVbitationem faciunt quæ dixi ſupra per textum, *in dicto cap. quoniam contra falſam 11. hoc tit.* vbi latiſſimè dixi, ſtatim per rerum naturam indirectè negatiuam probari, & quod negatiua coarctata benè probet quem eſſe immunem à delicto, quod ei imputatur ſatis ibi dictum eſt, *q. 1. & q. 3.* † Et facit contra textum, quia cum ex integra huius textûs Clerici de ſe purgando ageret per Teſtes criminoſos ſui ſimiles, & purgatio Canonicam iure admittatur extra *in cap. 1. & per totum de purgatione Canonica*, & ferè per totam 2. *quæſt.* 5. ergo videtur dicendum contra textum noſtrum admittendam eſſe probationem negatiuæ aduerſus claram de delicto probato demonſtrationem. 1 2

3 Verùm quia pro perfecta ratione noſtri textus ſatis, ſuperque faciunt notata *ſupra in Paraphraſi*, & quæ dixi in locis ibi aſſignatis; Ideò breuiter ad dubium propoſitum contra concluſionem, reſpondeo, quod textus noſter hîc non improbat legem Regni Datiæ admittentem negatiuæ coarctatæ probationem, ſed tantum ibi improbari conſuetudinem, per quam Sacerdotes abutentes illa lege, quâ etiam negatiuam probare intendebant per purgationem Canonicam, quæ probatio tanquam iniqua hîc improbatur cum delicta remanerent impunita; Itaque Decius, & Felinus hîc perpendunt ſummæ huius textus addenda eſſe verba illa *per purgationem Canonicam*, hîc enim non improbatur purgatio Canonica, quæ legitimis requiſitis præcedentibus eſt à ſacris Canonibus recepta, veluti cum fama alicuius ob ſemiplenam probationem eſt grauata, ſed tantùm improbatur conſuetudo admittens probationem Canonicam poſt plenam, & legitimam probationem, cum tunc eſſet probatio contra meram negationem, quæ per rerum naturam improbabilis eſt, Abbas *hîc num.* 4. Felinus 5. Decius 16. Cuiacius *in poſthumis ad eundem textum*, Auguſtinus Barboſa *in collect. hîc, verſicul. in huiuſmodi probatione negatiua*, Graña *in dicto cap. quoniam contra falſam, hoc tit. num.* 8. Menochius *de arbitrariis caſu* 274.

4 Nec obſtat his textus *in cap. propoſuiſti 4. ſupra hoc tit.* vbi negatiua mulieris probatio tanquam firmior admittitur, quia de eius textus intellectu plura dixi ibi videnda.

5 Ex quibus venit interpretandus *textus in leg. fallaciter in fine, Cod. de arbitris*, ibi *Iudicem non minus accuſatorem ad probanda, quæ dicit, quam Reum ad probanda quæ negat.* Cum aliud ſit vigere Reum ad purgandum quod negat, vel vigere ad probandum quod negat: Nam probare, eſt oſtendere quod dicitur, quod in mera negatione fieri non poteſt; purgare verò eſt ſe excuſare, & rationem

Digitized by Google

rationem innocentiæ reddere, quæ purgatio-
nis indagatio admittitur, ſic Graña ſupra cum
Donello *in l. Actor 24. Cod. de probationibus, nu-
mero* 14. Oſualdus *lib. 25. comment. capite 2.
littera A.*

6 Et pro interpretatione *textus in l. vbi 21. Cod.
ad legem Cornel. de falſis*, qui probat eſſe diuiden-
dam probationem inter Accuſatorem & Reum;
videbis Donellum *in dicta l. Actor, Cod. de pro-
bat. numero* 13. Oſualdum *dicto lib. 25. comment.
cap. 2. dicta littera A, & infra in cap. fin. §. fin. de
Iureiurando ſub q 1.*

7 Ad ſecundam difficultatis partem quæ valet
excitari ex verbis textûs noſtri ibi, *quatenus in
huiuſmodi probatione negatiua neminem audiatis,
dum tamen poſſit affirmatiua ex aduerſo probari*: ſed
de hac difficultate videbis quæ dico infra *in cap.
in noſtra 32. de Teſtibus.*

QVÆSTIO II.

*Affirmatiua, an, & quando probari poſſit
per genus & ſpecies: Et an per differentias
probetur: An affirmans probet, quando
Reus aſſumpſit onus probandi, & aliis mo-
dis: Vbi de negatione, ſeu negatiua, &
cui incumbat onus probandi: Et an is cen-
ceatur negare, qui negauit narrata, prout
narrantur in libello: Et enumerantur pœ-
na negantium?*

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua quis probari per genus & ſpecies.*
2 *Honeſtas, ſeu inhoneſtas quibus probetur.*
*Legatum vſusfructus donec mulier honeſtè viuat
illud amittit turpiter conuerſando quod pro-
batur etiamſi Teſtes per diuerſas ſpecies de-
ponant.*
3 *Affirmatiua, quando per differentias probetur,
numero 4.*
4 *Merum imperium, quod eſt iuriſdictionis
ſpecies, probatur per actus illatiuos.*
5 *Actor releuatur ab onere probandi in aliquibus
caſibus.*
6 *Negatio, ſeu negatiua, alia entis, alia inten-
tionis.*
10 *Negatiua oratio ſignificat probationem, affir-
matiua poſitionem, & qualiter id cognoſca-
tur, numero 11.*

1 CVm in textu noſtro non ſolùm agatur de
negatiua probanda, de qua latè dixi *ſupra
in cap. præcedenti*; ſed etiam de probanda affir-
matiua, ideò non eſt incongrua diſquiſitio; igi-
tur quoad primam difficultatis partem, cum con-
tingat vt omnis res quæ ſub ſe plures ſpecies,
vel plures actus comprehendit, poſſit à Teſtibus
per diuerſas ſpecies deponentibus probari plenè.
2 † Et ſic eueniat vt impudicitia, & inhoneſtas,
quæ plures impudicos actus amplexatur com-
modiſſimè eodem modo probentur etiam, quoad
pœnam inducendam, Baldus *conſ.* 107. incipit
quia dicta Dominia paganoſſa volum. 4. vbi dicit
quod honeſtas & pudicitia eſt actus generalis, ſi-
cut econtrà inhoneſtas, & impudicitia, quia mul-
tis modis committitur: Ideò ſi mulieri v. g. le-
gatus ſit vſusfructus, donec pudicè & honeſtè
vixerit amittet vſumfructum turpiter conuer-
ſando, & talem impudicitiam probari à Teſti-
bus per diuerſas ſpecies deponentibus; dixit
Alexander *conſ. 13. col. fin. volum.* 7. Craueta *in
conſ. 73. num. 33. volum.* 7. alia adducit cum aliis
Patianus *de probationibus, lib. 1. cap. 14. à num.* 18.
videndus, *à num.* 1. vbi ait affirmatiuam proba-
ri per genus & ſpecies; ita dixit Irnerius Gloſſa-
tor *in l. Actor, Cod. de probat.* in verbo, *cum per
rerum*, quem ſequitur Baldus ibi *num.* 17. verſic,
hic ergo ſciendum eſt, col. 2. & Salicetus *n.* 2. ver-
ſic. *ſed dices col.* 1. & ex multis exemplificat idem
Patianus ibi, & *à num.* 3.

Ad ſecundam difficultatis partem reſpondet 3
Salicetus, quod affirmatiua poteſt probari per
differentias; ita *in dicta l. Actor, Cod. de probatio-
nibus, num* 6. verſic. *poſt iſtum modum*, vbi dicit
quod affirmatiua probatur per differentias, quan-
do volumus probare, non genus, ſed vnam eius
ſpeciem, & ponit exemplum Patianus *dicto lib. 1.
de probationibus, cap.* 15. in iuriſdictione, quæ
tanquam genus continet in ſe plures ſpecies,
veluti merum Imperium, mixtum Imperium, &
ſimilia. † Vnde ſi volo probare merum Impe- 4
rium, quod eſt ſpecies iuriſdictionis; tunc pro-
bari debet per actus illatiuos Imperij, qui actus
quoniam deferuntur in actibus illatiuis mixti Im-
perij; ideò per differentias probari dicat iuxtà
textum, *in cap. licet hoc. tit.* & ſic etiam ante Sa-
licetum tradidit Baldus *in dicta l. Actor, num* 18.
verſic. *probatio autem per differentias, col. penult.
in fine*, tradit Patianus vbi ſupra, *cap. 57. num.* 2.
vbi dicit quod probatio debet fieri per ſpecies
& differentias.

Ad tertiam quæſtionis partem dico etiam bre- 5
uiter, quod Actor releuatur ab onere proban-
di, etiam ſi affirmet, quando Reus aſſumpſit in ſe
onus probandi; ita *Gloſſa in cap. Accuſator, & in
cap.* 1. in verbo *Actore*, vt Eccleſiaſtica benefic.
ſine diminut. conferantur, Speculator *in §. pro-
bare, num.* 11. verſic. *Tertium eſt de probat.* alia
adducit in confirmationem, Patianus *dicto lib. 1.
de probat. cap. 7. num.* 42. idem *cap.* 13: † Qui 6
num. 2. ait etiam Actorem releuari ab onere pro-
bandi, quando Iudex tale onus transfert in Reum;
quoniam tunc Actor affirmationem ſuam pro-
bare non tenebitur, vt in caſu delationis iura-
menti, *l. manifeſtæ turpitudinis, ff. de Iureiurando*:
notat Speculator *in dicto § probare, num.* 12. ver-
ſic. *Quartum* latè Patianus *in dicto cap. 70. lib. 1.
de probationibus*, qui hoc etiam exemplificat, *di-
cto cap. 13. num. 3. & 4.* † Qui *num.* 4. hoc etiam 7
declarat quando intentio affirmantis eſt fundata
in communi contingentia facti, quoniam tunc
Reo imponenda eſt probatio non aliter, ac ſi
præſumptio iuris eſſet contra ipſum, quoniam
illud, quod frequenter & facilè contingit æqui-
paratur præſumptioni iuris, & dicitur graue in-
dicium, *Gloſſa in l. nec tales, Cod. de probationi-
bus*, Felinus *in cap. ex literis hoc tit.* Aretinus
conſ. 128. Gozadinus *conſ. 86. num.* 12. verſicul.
præterea, Baldus *in l. non hoc numero* 7. verſicul.
ſi autem, vbi Salicetus *num.* 2 *Cod. vnde legitimi.*
† Quæ etiam communis contingentia facti, non 8
ſolùm transfert probandi onus: Sed etiam ple-
nè probat in his, quæ verè & perfectè probari
non poſſunt, Salicetus *ſupra in dicta leg. non hoc
num.* 2. ibi & Alexander *num.* 3. & pluribus aliis
adductis, Patianus *dicto cap. 13. num.* 7. *qui n.* 12,
ait prædictam doctrinam procedere, etiam quan-
do

do Reus opponit exceptiones affirmatiuas, quæ fundant intentionem Actoris, veluti ſi decem petas, & Reus ſolutionem obiiciat; quoniam non tibi petenti; ſed Reo affirmatiuè excipienti incumbit onus probandi *l. 1. Cod. de probationibus*, latè idem Patianus *dicto lib. 1. de probat. cap. 21. & cap. 60. & in capito 68. de Reo excipiente*, vbi videbis.

9 Ad quartam quæſtionis partem de negatione, ſiue negatiua, dico negationem aliam eſſe entis; & iſtam eſſe propriè negationem, quia non ens non offert ſe ſenſui, & non entium nullæ ſunt cauſæ, Abbas *in cap. præcedenti*, Baldus *in dicta l. Actor, num. 7. Cod. de probationibus* verſic. *negatiua*, Patianus *de probationibus, lib. 1. cap. 15 numero 21. & in cap. 36. num. 16. & cap. 68. num. 59.* verſicul. *ſciendum eſt*, ait aliam eſſe negationem intentionis Aduerſarij, & iſta licet, quandoque ſit propriè negatio, quia negat ens, & quandoque ſit impropriè, quia implicat affirmationem ex eo tamen, quod intentionem negat aduerſarij poteſt in propoſito, de quo loquimur appellari quodammodò vera negatio, non inſpectis verbis, ſed ſenſu verborum.

10 Et ſic Bart, *in l. de ætate ſub. num. 15.* verſicul. *tu dicas, ff. de min. 25. annorum*, ait orationem negatiuam eſſe illam, quæ ſignificat priuationem; illam verò affirmatiuam eſſe, quæ ſignificat poſitionem, ſiue ſint verbis negatiuis, ſiue affirmatiuis conceptæ, & Baldus *in dicta leg. Actor Cod. de probat. num. 12.* verſic. *demum*, vbi dicit, quod ad cognoſcendam affirmatiuam & negatiuam, non ſunt attendenda verba, ſed ſolùm inſpiciendum eſt, an illud quod intendimus dicatur ad habitum, & iſtam eſſe affirmatiuam, vel indicatur ad priuationem originalem, & iſtam eſſe negatiuam, & an ad priuationem emergentem, & iſta haberi loco affirmatiuæ, alia dixit & notauit, idem Baldus *in leg. cum tu to, in*

11 *fine, Cod. de probat.* † Et ita expendens Patian. *de probat. cap. 16.* per totum & *à num. 13.* infert. *à numero 23.* quod hæc oratio, *dico dolum malum abeſſe*, eſt negatiua licet verbis affirmatiuis concipiatur, quia eſt priuatiua doli, & illa oratio *ſponte non renuntiaui*, licet verbis negatiuis ſit concepta; tamen non eſſe propriè negationem, cum habeat incluſam affirmatiuam, quæ metus poſitiua eſt iuxta ea, quæ dixi *in cap. 2. & 3. de reſt ſpol.* Nam qui aſſerit ſpontè non renuntiaſſe, ponit per metum renuntiaſſe, quæ res affirmatiua eſt, vt tradit Abbas *in dicto cap. quoniam contra falſam, hoc tit. in principio.*

12 Ad quintam quæſtionis partem de negante narrata, prout narretur in libello; videbis quæ longè cum multis tradit Patianus *de probat. toto cap. 17.* quæ applicabis ad ea quæ dixi *de libelli oblatione, & de litis conteſtatione.*

13 Ad vltimam partem quæſtionis de pœnis negantium, videbis etiam eundem Patianum *de probat. lib. 1. cap. 19.* per totum, vbi eum multis expendit, ad quem te remitto, vt ſatis, & abundè has duas poſtremas quæſtiunculas intelligas, quæ omnia non parùm faciunt ad doctrinam textus noſtri.

AD TEXTVM
IN CAPITE XIII.
Cum cauſam, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

IN textu hoc agitur de probatione neceſſaria in rebus antiquis, & an per Teſtes famam, ſeu per inſtrumenta, & libros antiquos ſatius probetur, de quibus ago infra. *Applica dicta de finibus, in cap. 3. hoc tit.* & quæ dico infra *in cap. quia indicante de præſcript.* & de tempore antiquo dico latè *in cap. ad audientiam de præſcriptionibus.*

QVÆSTIO I.

Quare fines Diæceſum probentur per libros antiquos, & aliis modis, vt hic cum Epiſcopatus habeant iam certam diuiſionem notiſſimam?

SVMMARIVM.

1 Cap. Paſtoralis de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, diſtinct. 80. capite 1. diſtinct. 99.

2 *Fines Diæceſum probantur per libros antiquos, & de ſententia eorum, n. 16. 17. 18.*

3 *Libri antiqui ſub cuſtodia publica reperti plenè creduntur fallit num. 6. 7.*

4 *Libri antiqui probant in materia finium inter Eccleſias.*

5 *Libris hiſtoriarum, & Chronicis. datur fides, quid de libris Monaſterij, & confraternitatis Theſauri Eccleſiæ. n. 10.*

13 *Libri priuati, reperti ſub cuſtodia, qualiter probent.*

14 *Librorum appellatione continentur volumina, ſiue ex membrana, ſiue ex proprio.*

15 *Probatio in antiquis fit per Teſtes, & famam.*

19 *Fines, confines, & termini differunt.*

20 *Confinium probatio dicitur difficilis, & fit, coniecturis, famà, argumentis, & enuntiatiue exactione, gabellarum punitione, numero 21.*

22 *Confinia Diæceſum ſolent diſtingui per flumina, riuos, & per Prabendas.*

25 *Fines duo probati, dicitur probata identitas, probantur etiam præſumptionibus coniecturalibus, numero 26.*

27 *Editur inſtrumentum circa confines faciens.*

28 *Contenta intra fines, præſumuntur eſſe eius, cuius ſunt fines.*

29 *Articuli ad probandas confines, qualiter fiant.*

40 *Diæceſis quæ propriè dicantur.*

31 *Diæceſis vna non diuiditur in duas, ſed facilius vniuntur duæ.*

32 *Fines Diæceſium, & Parrochiarum non præſcribuntur, & à quo Papa diuerſa.*

33 *Epiſcopus nequit authoritate propriâ minuere Diæceſim, aut diſmembrare, competit Pontifici, numero 34.*

35 *Probatio in antiquis ſufficit ex indiciis, & coniecturis,*

*iectluris , etiam in caſu quo lex exigeret ple-
nam num.* 36.

37 Cap. propoſuiſti , cap. cauſam Matrimonij
hoc tit cap. laudabilem , cap. fraternita-
tem de frig.& malef. cap. tertio loco hoc
tit cap. olim de cenſibus,cap. ſicut el. 1.
de ſimonia.

38 *Libri Parrochiæ probant ætatem, mortem , quid
de libris paternis n.* 39.40.43.44.

41 *Probationes difficiles , quæ communiter dicantur
& quæ exigunt plenam probationem,n.*42.

44 L etiam, ff. de probationibus.

45 *Marmoris ſcriptura, lapidis ſeu columnæ credi-
tur, & quando , n.* 46.

47 *Literas marmoreas , ſeu lapideas abradentes
puniuntur.*

48 *Confinium mutatio non eſt præſumenda,n.*49.50.
& de praxi ſuper eorũ mutatione,n 51.52.53.

50 *Confines præſumuntur hodie quales fuerunt.*

51 *Appellatio admittitur à ſententia mittẽdi confines.*

53 *Error finium non nocet.*

1 DVbitationem facit textus *in cap. paſtoralis
de his quæ fiunt à Prælato, ſine conſenſu Capi-
tuli, & in cap* 1 *diſtinctione* 80. *& in cap.*1.*diſtin-
ctione* 99 quibus conſtat Epiſcopatus habere cer-
tam diuiſionem, quæ de ſe nullam dubitationem
recipit, & ſic non indigere probatione aliquà,
vt notatiſſima.

2 Vnde antequam rationem decidendi noſtri
textus tradam, dico iuxta noſtrum textum quod
probantur fines Diœceſum per libros antiquos;
ita cum multis Barboſa hîc , Dueñas *Reg.* 157.
Maſcardus *concluſ.* 398. vbi docet quod proban-
tur confines per libros antiquos,ſic *Gloſſa in cap.
ad audientiam de exceptionibus , & Gloſſa hîc* , vbi
Doctores antiqui, & licet Felinus *hîc n.* 2. dicant
hanc doctrinam procedere tantùm circa confinia
Eccleſiaſtica , & non laicalia ; tamen verius eſt,
3 vt porrigatur deciſio noſtri textus. † Itaque
Ioannes Andreas hîc , & Hoſtienſis , tenent , &
& cum communi docent libris antiquis ple-
nam adhiberi fidem , dummodo ſub cuſtodia
publica reperti fuerint, nec in hoc caſu neceſſum
eſſe , vt tales libri ſint Authentici,Hieronymus
de Monte *cap* 62.*n.*3.*de finibus* Corneus *conſ.*171.
*n.*3 quod declarat Maſcardus procedere, etiamſi
agatur de magno præiudicio ſupra *n* 4. *& de fide
quæ præſtatur libris Parrochiarum , dico ſupra in ca-
pite* 2. *&* 4. *de Officio Archipresbyt. ſub q.* 2. item
& viſitatorum ac Syndicorum.

4 Quod ſi libri antiqui ſint, licet ab antiquo eis
fides adhibita non ſit ; tamen facient nihilo-
minus fidem in his quæ non ſunt præiudicialia,
vt in materia finium intra Eccleſias , Corneus
*dicto conſ.*171. *n.*3. verſic. *& ideò*, & ſancitum eſt
*in cap. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à Prælatis ſi-
5 ne conſenſu capituli.* † Et ſic fiet, vt Hiſtoriarum
libris & Chronicis, quibus à maioribus noſtris
fides fuit adhibita credatur , docet Hieronymus
de Monte *dicto cap.*62. *n* 6. & videbis *Gloſſam, in
cap. inter dilectos* in verbo *magis de fide inſtrument.
& in cap venerabilem* in verſicul *tranſiulis de elect.*
Bart. *in l.*1. *n.* 15. *ff. ſi certum petatur* alij relati à
Maſcard *d.concl* 398.*à n.*4.Scac. *de Iudic. cauſa ci-
uil.lib* 2.*c.*11.*n* 165. Verol. *deciſ.*160.*p.*2. Mace-
rat. *var. reſol.* 110. *vel lib. cap.* 46. Genua *lib.*5.*de
ſcriptura priuata de libris Chronic. aut. de credit.
p.*1.*cap* 3.*tit.*4.*n.*1002 & de libris Chronic deci-
sũ affirmat,Caputaq.*in dec* 160.Ricc *col* ad nota-
ta per DD.*in l. admonendi, ff de Iureiur. deciſ.* 72.
verſ.*& u.lib.* Gaito,*ſupra n.*997.cum Cranet.Maſc.
& aliis,videbis quæ adducit cũ aliis Barb *hîc n.*4.
*& in addit. tom.*6.*à n.*3.Et Minſ.*cent.*6. *obſeruat.*26.
& in obſeruatione præcedenti ponit qualiter
ſit pronuntiandum in controuerſiis finium.

Tamen ſi tales libri antiqui atteſtentur de au- 6
ditu alieno , tunc non probant etiam ſi ſimus
in antiquis, licet ſecus ſit de Teſte in antiquo,vt
ait Baldus *in l.* 1. *ff de officio quæſt.* Sed hæc li-
mitatio diſplicet Felino *hîc in principio.* † Qui 7
ait *hîc n.*4 quod libri antiqui *vt æſtimum*, etiamſi
reperti ſint in Archiuis publicis , in quibus con-
tinetur , quod res ſunt alicuius viri non probant
eſſe illius, ne præiudicium fiat ei , qui non con-
ſenſit, Bart. *in l. rura num.*2 *Cod. de omni agro de-
ſerto lib.* 11. Baldus & Angelus *in l. diem , ff. de
obligat.* Alexander *conſilio* 10. 11. 12. & quod li-
bris Chronicorum , & Annalibus Hiſpaniæ à
fide dignis ſcriptis detur fides, adiunges quæ la-
tè ſcribit d. Iuan del Caſtillo *de tertiis ſub capi-
te* 3. *& ſub capite* 89. *controuerſ.*

Ex quibus dixit Bartolus *in leg.*1. *in principio*, 8
ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundùm tabulas , litteras
inciſas in ære, vel lapide voluntate vnius , dum-
taxat non nocere alteri. † Et Felinus *hîc dicto* 9
numero 3. ait quod ſi appareant plures inueſtitu-
ræ de re Emphiteutica non probari per hoc
Eccleſiam eſſe Dominam rei emphiteuticæ.

At libris Monaſterij , & confraternitatis cre- 10
dendum eſſe deciſum affirmat Valaſcus *in de-
ciſ.* 10. † Tamen Ann. *in allegatione* 49. dixit 11
hoc procedere cum diſtinctione , & idem de li-
bris viſitationum , quoad pertinentia ad viſita-
tionem , dixit Caputaq *in deciſ.* 158.*p.*2. † Qui 12
etiam *in deciſ.*156 docuit id deciſum affirmatiuè
de libris Theſauri presbyt.Eccleſiæ collegiatæ.

Notabis verò quod libri priuatorum reperti 13
ſub cuſtodia, licet non probent ; tamen in anti-
quis datur eis ſemiplena fides , dummodò ſint
libri bonorum virorum, Bartolus *in dicta leg. ad-
monendi , ff. de Iureiurando ,* Socinus *conſilio* 7.
volum. 2. *numero* 16. Hieronymus de Monte *in
ſuo tractatu de finibus cap.* 62. *numero* 9. Capel-
la Tholoſana, *quæſt.* 397.& ibi latiſſimè additio.

Et multa de materia librorum ponit Mohe- 14
dano *in deciſ* 1. *in tit. de furtis* , vbi additio , Ric-
cius *dict. collect.* 57. & 38. † Et ſupra Hierony- 15
mus de Monte *numero* 2. Baldus *conſilio* 266, in-
cipit *Thema proponitur , volum.* 1. docent libro-
rum appellatione contineri omnia volumina ,
ſiue ex membranis,ſiue ex papyro ſint confecta.

Item ex noſtro textu fit probatio in antiquis 16
per Teſtes & famam , & aliis etiam modis , qui
inſinuantur in noſtro textu , quod contingit ,
non ſolùm Teſtibus & famâ , ſed etiam inſtru-
mentis, priuilegiis , præſumptionibus , & aliis
vtique modis, de quibus infra ago.

Et qualiter ſit pronuntiandum in controuer- 17
ſiis finium,docet Minſing *cent.* 6. *obſeruatione* 17.
† Et non appellatio admittatur à ſententia pro- 18
nuntiantis mittendos confines affirmat Gratia-
nus *in deciſ.* 92. & cuiuſnam ſit proprietas limi-
tis decidit , Marc. *deciſ.* 336. † Et non Vendi- 19
tor teneatur confines oſtendere affirmat deci-
ſum idem *in deciſ* 337.

Et quænam ſit differentia inter fines,confines 20
& terminos, decidit idem Marc. *in deciſ.*338 Ric-
cius *dicta collect.* 387. in fine : Cumque confi-
nes differant à re confinata, *leg. Æde ſacra* ,

§.1 *ff de contrahenda emptione* Baldus *in Rubrica, Cod. eodemque* 21. *l. fundi in principio, l. Titius, ff. de actionibus empti*, Burſatus *conſ.* 366. *num.* 7. *&* *conſ* 426. *num* 12. dicendum eſt quod valet deſignatio finium, licet ſit valdè diſtans, veluti dicendo à parte orientis verſus mare, & verſus meridiem; docet Valenzu. *conſ.* 100. *n.* 75. 76. qui *numero* 93. *&* 94 ait confines facere demonſtrationem rei deductæ, itemque confinium diuerſitatem, argnere Rei diuerſitatem.

21 Vnde cum ſit difficilis probationis confinium probatio, vt tradit Guido Pap. *quæſt.* 193. Maſcardus *de probat. concl.* 393. Imo & Valenzuela *dicto conſ.* 100. *p.* 1. *n* 34. dicat quod finium, & Dominij probatio, in antiquis reputetur difficilis, Baldus *in l. cum ſuper n* 3. *Cod. de Rei vindicatione* Iaſon *in l. Prætor*, §. *ait Prætor n.* 29. *ff. de edendo*, Alexander *in l. rem, qua nobis, n.* 11. *ff de acquirenda poſſeſ & conſ.* 187. *n.* 3. *&* 6. *volum.* 2. Antonius de Butrio *hic n* 4 ideò euenit, vt recipiantur probationes minus perfectæ in confinium & terminorum probatione, quæ aliàs non ſufficerent, Decius *hic n* 3. Felinus *n.* 12. verſic. *ext. Gloſſ.* vbi plenè diſtinguendo inter confines Diœceſis & rerum temporalium, ac tradendo nonnullos caſus dilucidat materiam.

22 Et ob id Menochius *de præſumptionibus lib.* 6. *præſumpt.* 43. *num.* 4. & Valenzuela cum aliis dicto *conſ* 100. *n.* 35. *&* 36. dicunt confines probari præſumptionibus & coniecturis, ad quod reſpicit Pontifex Honorius 3. *hic* verſic. *famam, & quæcumque alia adminicula* doctè refert Gloſſa *in cap. Papa de priuileg.* dum probat eſſe ſpeciale in finibus, quod in eis fiat probatio per argumenta, & ſic Valenzuela ſupra dixit *n.* 40. & 41. quod fama publica in materia probationis finium eſt maximi momenti, & quod in antiquis fama & dominatio probent fines, & in *num.* 46. ait quod enunciatiua verba in antiquis inſtrumentis probant Dominium, & quod enuntiationes plures probant fines antiquas, & quod fines & Territoria probantur enuntiatiuis verbis antiquis: Item ait *n* 58. & 60. quod fines probantur ex actione gabellatum, item & punitione delinquentium, & captura eorum, & erectione furcarum, ad quod applicabis quæ dixi *in cap. poſtulaſti* 14. *de foro competenti.* Et *n.* 68. ait confinia & Territoria probari exacta caſtatione bonorum ſiſtentium infra fines.

23 Itaque inferror vt confinia Diœceſum ſoleant diſtingui per flumina, per riuos aquarum, & per præbendas, vt fuit conſtitutum *in cap. ex litteris hoc tit. cap vigilante de præſcript.* & aſſeruit hîc Gofred. quem omnes ſequuntur; vbi ait quod ſi agatur de maiori præiudicio, quam quod caſtrum ſit vnius Diœceſis & non alterius; tunc ſiue agatur de maiori, ſiue de minori præiudicio ſufficere probationes relatas, dummodò ſimus in antiquis; ſequitur Maſcardus *de probat. dicta*
24 *concluſ.* 393. *n.* 6. *&* 7. † Vbi ait cum Deciu *hic n.* 5. nunquam in finibus de leui præiudicio *per text. in l.* 3. *Cod finium regund l. arbor in principio, ff. com-*
25 *muni diuidundo.* † itaque idem Decius hic voluit non eſſe verum quod fines Diœceſis probentur per verba enuntiatiua, ſed tunc demum quando ſumus in finibus antiquis, prout intelligit *Gloſſ. in cap. cum olim de cenſibus* Decius *hic n.* 11. *Gloſſ. in l. prædiis*, §. *Titio*. *ff. de leg.* 2. vbi Bartolus, quia in finibus antiquis leuiores probationes admittuntur.

Et cum latè ſupra *in cap. ex litteris* 5. *hoc titulo* dixerim quod in materia finium vtraque pars ſit Actor, & vtraque Reus, *leg. Iudicium, leg. communi diuidundo*, *ff. finium regundorum*, & idem eſſe de Iudicio communi diuidundo, & familiæ erciſcundæ; Ideò dico quod probatis duobus finibus dicitur probata identitas Rei, etiamſi aliæ demonſtrationes non conuenirent; ita Maſcardus *dicta concluſ.* 393. *n.* 13. *&* 14. Vbi 26
cum Bart. Socin. *conſ.* 89. 1. *&* 2. *vol.* 1. † Ait in 17
probandis finibus in antiquis ſufficere ſemiplenam probationem, *& n.* 12. ait ſufficere probationes veroſimiles, & coniecturales, quando non conſtat de iuſtitia poſſeſſionis illius, contra quem agitur; ſecus ſi conſtet, quia tunc Actor debet plenè probare; vt dixit Socinus *conſ.* 194. *volum* 2. *num.* 5.

Et ex his fluit vt in litibus, quæ ſic inter partes de finibus agitantur, teneatur vna pars alteri exhibere, ſeu edere inſtrumentum faciens pro limitatione Territorij vel prædij ſui, cum ſit commune inter eos; ita Speculator, *in tit. de inſtrumentis, editione*, §. *videndum reſtat.* verſic. *ex præmiſſis* teſtatur deciſum Guido Pap. *in q.* 193. *num.* 4. Hieronymus de Monte *in tractatu de finibus cap.* 82. *n.* 2. & faciunt ea quæ latè dixi *ſupra in cap.* 1. *hoc tit.* & Maſcardus *dicta concl.* 393. *n.* 17. ait cum Monte hoc maxime procedere in cauſis Fiſci, in quibus ſecundùm communem opinionem Reus tenetur edere inſtrumēta etiam ad eius intentionem fundandam, *de quo dixi in dicto cap.* 1 *hoc tit.* Et facit quod dixit Farinacius Marcus *deciſ.* 337. vt Venditor teneatur oſtendere emptori confines, vide Riccium *dicta collect.* 387. 28

Notandum verò eſt omnia contenta intra fines præſumi eſſe eius, cuius ſunt confines, ita Socinus *conſ.* 86. *in cauſa communitatis*, *col* 1. *&* 3. *in* 1. *volum.* vbi concludit paſcua eſſe eorum, de quibus agitur eo, quia intra fines reperiantur à parte decidit Baldus *in Rubrica, Cod. de contrahenda emptione num.* 25. *per l. ædes ſacra, ff. de contrahenda emptione*, & Paulus de Caſtro *in leg.* 1. *ff. de acquirenda poſſeſſione* dicit per illum textum loca, quæ ſunt intra confines præſumi eſſe illius cuius ſunt fines, plures alios tradit Maſcardus, vbi ſupra *n.* 15. vbi ex Socino *conſ.* 181. *viſis capitulis*, *col.* 2. verſic. *circa ſecundam dubitationem*, *volum.* 3. ait pluribus modis fundatam eſſe intentionem alicuius, quo ad res ſitas intra confines, vt dicantur eſſe illius cuius ſunt confines: latè videndus Bartolus *in l. rem quæ nob. in fine*, *ff. de acquirenda poſſeſſione.* 29

Ob idque ſi velis ſcire quo pacto formari debeant articuli in probatione confinium, leges Hieronymum de Monte *tractatu de finibus regend. cap.* 47. *per totum*, vbi *n.* 8. ait Aduocatos debere vti ea cautela, vt ſcilicet articulent confines probari poſſe per famam & per Teſtes, ſed ſi agitur interdicto, *vti poſſidetis*, videbis Bartolum *in l. ſi de eo* §. *fin. ff. de acquirenda poſſeſ.* & Alexandrum *conſ.* 88. *quoniam omne datum numero* 16. *volum.* 4. qui dat aliam cautelam, videbis etiam Afflictis *deciſ.* 14. per totam Monte *dicto cap.* 47. *n.* 4 ſemper videndus in omni genere probationum confinium. 30

Notabis iterum quod Diœceſis eſt Ciuitas & Territorium, vbi Epiſc. Iuriſdictionem habet in ſpiritualibus, *clementina vnica de ſupplenda negligentia Prælat.* & Diœceſis dicitur, vbi eſt Epiſ- 31

copus

copus, & Epiſcopatus, *capite cum pro vtilitate* 16. *quæſt.* 1. *Gloſſa* verbo *Presbyteri in clem.* 1. *de priuilegiis* dicta à verbo græco, latinè quaſi adminiſtratio, vel ſecundùm aliquos diuiſio, quia fines Epiſcopatuum diuiduntur, vt *in cap. vnic.* 10. *quæſtione* 3. *& in capite Prouincia*, & ibi *Gloſſa* 99. *diſt.*

32 Tertiò notabis quod vna Diœceſis non eſt in duas diuidenda, *cap. vnico, diſt. vltima, cap.* 1. *diſt.* 10. *cap. quoniam de officio Ordinarij*: Nam faciliùs duæ inuicem vniuntur, quam vna in duas diuidatur, quapropter quando hæc valliſoletana Diœceſis tempore Philip. 2. Hiſpan. Regis erigeretur propter nobilitatem loci, & Territorij aliæ Diœceſes reclamabant vicinæ, ad quas nonnulla Territorij pars ſpectabat, vt Palentina, & Salmantina.

33 Sed quomodo diuidantur Diœceſea inter Epiſcopum hæreticum conuerſum, & cum, qui ei fuerat ſubſtitutus dico *infra in cap.* 1. *de præſcript. per textum* ibi. Et quòd fines Diœceſum, vel Parrochiarum, de quibus conſtat præſcribi non poſſint, docet textus *in cap. licet* cum ſequentibus 12. *q.* 3. *cap. ſuper eo de Parroch. Gloſſa in cap.* 2. *de tranſactionibus*, quibus addo Myuſing. *cent.* 6. *obſeruat.* 28. & Riccium *collect.* 387. verſic. *non Confines*; quod notat ad ornatum *legis fin. Cod. eodem*. Tamen ſi Epiſcopus locum alterius Diœceſis conuertat ad vnionem fidei Catholicæ, eum præſcribit ſpatio trium annorum, niſi intra hunc terminum repetatur, *dicto cap.* 1. *de præſcript.* vbi dico, tradit Barboſa *in paſtorali part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 7. *n.* 10. qui *à n.* 1. refert qualiter Epiſcopatuum diuiſio facta fuerit à Diuo Petro, de quo videbis, *cap. in illis* 80. *diſt. & in cap.* 1. *diſt.* 99. *num.* 7. vbi tradit Diœceſes & Parrochias olim à Summis Pontificibus, præſertim à Dionyſio I. diſtinctas eſſe, de quo videbis *text in capite* 2. 13. *quæſt.* 1. *cap. Paſtoralis de his quæ fiunt à Prælatis*, ſine conſenſu capituli.

34 Quo fit vt cum Epiſcopus non habeat Diœceſim ex ſe, aut ab alio inferiori, ſed ab ipſo Summo Pontifice non poterit authoritate propria illam minuere, aut diſmembrare conſtituendo Territorium diſtinctum à proprio Territorio; nam id ſolùm pertinet ad Papam ex ſpeciali priuilegio eius, Hoſtienſis *in cap. cum contingat de foro comp. n.* 1. vbi Ioannes Andreas ſub *n.* 4. verſic. *alij dicunt* Butrius *ſub n.* 13. verſic. *ſi quæritur*, Loterius *lib.* 1. *de re beneficiaria, q.* 10. *n.* 17. Nam ab arbitrio Summi Pontificis pendet mutatio Diœceſum; qui multorum euolutione ducti, non ſemel nouas Eccleſias Cathedrales conſtituerunt, mutarunt, & alterarunt, tradidit Barboſa *dicto c.* 7. *ſub n.* 7.

35 † Petrus Greg *ſyntagmat. iuris, lib.* 15. *cap.* 12. *n.* 4. Loterius *dicta q.* 10. *n.* 17. *&* 18. qui diſſerit ex quibus cauſis Summi Pontificea poſſint facere diſmembrationes iſtas, nouaſque erectiones Cathedralium ibi, *à num.* 19. *& q.* 11. *à n.* 30. ait eandem eſſe à *Gloſſa* in verbo *diuiſiones in cap. Imperator diſt.* 10. quæ pronuntiauit Papam inuito Epiſcopo non poſſe diuidere Epiſcopatum, prætérquam ex cauſa.

36 His enim ſuppoſitis dicendum eſt rationem textus noſtri eam nempe eſſe; nam cum in his cauſis antiquis, vbi regulariter dari non poteſt certa probatio admittitur probatio per præſumptiones, vt admittitur ex eadem ratione ad probandam filiationem iuxta *ſupradicta*, *in cap. per tuas hoc tit.* docent Bald. *hic n.* 2. Abbas *in d. c. ſic pro eo de Parrochis*. Aym. *de antiquitate temporum, p.* 1. *primæ partis principalis p. fin. à n.* 4. Menoch. *lib.* 2. *de arbit. caſu* 115. *n.* 2. *&* 3. vbi dicit probationem in antiquis ex coniecturis, & indiciis ſufficere *l. cenſus, & monumenta, ff. de probat. l. qui ex liberis de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, leg. cum cauſam de probat. cap. cum olim de cenſibus*. vbi ait in Iudicis arbitrio eſſe, quales hæ coniecturæ ſint ſufficientes, itavt *n.* 6. dicat coniecturas à iure probatas plenam fidem facere, & apertiſſimam probationem. † Et addit *n.* 5. hanc doctri- 37
nam procedere etiam eo in caſu, quo lex exigeret plenam & perfectam probationem, & *n.* 8. tradit aliquas coniecturas à iure probatas, veluti in coniecturis ad probandam filiationem quod domi ſit natus, ſcientibus viciniis quod talis tractatus & habitus ſit, vt latè probat idem Menochius ibi *caſu* 89. & ego dixi *ſupra in dicto cap per tuas hoc tit.* Et ſic idem per noſtrum textum reſoluit eaſdem coniecturas hic aſſignari cum Pontifex perfectam iudicet probationem, factam ad probationem finium.

Et ex hac dicendi ratione, infero primò ad 38
intellectum textus *in cap. propoſuiſti.* & *in cap. cauſam Matrimonij hoc tit.* vbi plura dixi *de probanda virginitate*. Item ad textum, *in cap. laudabilem, cap. fraternitatem*, & quaſi *per totum titulum de frigid. & malef. Et ad text. in cap. tertio loco ſupra hoc tit. & in dicto cap. cum olim de cenſibus, & in cap. ſicut & l.* 1. *de ſimonia*.

Item ex doctrina textûs noſtri infero, etiam 39
ad probandam ætatem alicuius facere plenam, & quaſi publicam fidem libros Parrochiæ, vbi ſcribuntur Baptizati: *argumento textus in cap. ad audientiam* verſic. *nos igitur de præſcript.* Baldus *in l. fin. ante finem, Cod. ſine cenſu*, vel reliquis, & plures relati per Caldas *in l. ſi curatorem, Cod. de in integrum reſtitutione* verbo *minoribus*, *n.* 38. Et addo Ciriac. cum multis affirmantem fidem facere illum librum, ſi manu propria curati ſit ſcriptus non plenâ, & conſtet legitimè de ipſo libro maxime quando in tali libro, nè dum annotatus eſt dies Baptiſmi, ſed etiam natiuitatis ex Maſcard. *conc.* 673. *n.* 3. Paſer *de ſcriptura priuata* 165. *tit. de libris Plebanorum q.* 1. & cum aliis, & latè pluribus adductis, Nicolaus Sema *de ſcriptura priuata, lib.* 5. *per plures titulos*, vbi refer ſeptuaginta, aut plures, vel minores ſpecies librorum, & nouiſſimè Gaitus *de credito p.* 1. *cap.* 2. *ſub tit.* 3. *&* 4. *& ex num.* 994.

Idemque dici de libro Parrochiæ, vbi mor- 40
tui, vel excommunicati ſcribuntur, notat Federicus *conſ.* 119. *ad finem*, Imola *conſ.* 110. Aymon *de antiquitate temporum* 1. *p. §. vidimus in principio*.
† Adeo quod inquit Salicetus *in leg. ſi minorem*, 41
de Teſtibus, ſolum librum paternum, vbi tales reperiuntur ſcriptæ filiorum, plenè probare ætatem, quem ſequuntur relati à Menochio *de arbitrariis lib.* 2. *caſu* 11. *num.* 4.

Vbi ſigillatim recenſet ea, quæ ſunt difficilis 42
probationis, veluti ætas, filiatio, ſuppoſitio partus, ſimulatio, contractus, incendium, captiuitas, adulterium, ſimonia, fraus, furtum nocturnum, tractatus de homicidio perpetrando, Matrimonium Clandeſtinum, metus, voluntas, & animus, Tortura, intereſſe dolum. Vnde licet ex noſtro textu, & ex iam dictis probatio ex indiciis, præſumptionibus coniecturis, & fama ſatis appareat, Tamen ſunt caſus nonnulli, qui etſi difficilis probationis ſint, nihilomi-

nus exigunt plenam & exactam probationem.

43 Veluti cum probandum eſt Iudicem fuiſſe pecunia corruptum, & per ſordes iudicaſſe: nam cum hæc ſecretò admodùm committi ſoleant difficilis ſunt probationis, & adhuc ad talem probandam corruptionem exiguntur probationes concludentes, Bald. *in leg. obſeruare, §. pro fiſci, q. 11. Cod. de officio proconſulis*, Boſius *in tractatu cauſ. crim. in tit. de officialibus corruptis, n. 19. in fine*, & Gamma hoc tantùm intelligit cum proceditur criminaliter *conſ. 35. num. 36. & conſ. 54. n. 5. & 6.* quod maximè obſeruandum dicit ſupra Menochius *dicto caſu* 116. *n.* 14. quoniam & cæteris in caſibus ſic dici poteſt, quando ſcilicet magna extat præſumptio pro accuſata perſona, vt etiam pro Iudice *leg.* 2. *Cod. de offic. ciuil. iudic.*

44 Sed quod prædictus liber paternus, tantùm ſemiplenè probet filiorum ætatem verius eſt, quia ſi Pater mortuus ſit, ſolum facit ſemiplenam probationem, ſed ſi viuus eſt debet liber comprobari iuramento Patris, Aymon vbi ſupra *de antiquitate temp. part. 1. §. vidimus, f. 69. n.* 34. Sallicetus *in l. etiam, n. 1. ff. de probationibus*. ſi ſic cum communi reſoluit Grammaticus *q.* 88.
45 *num.* 13. † Nec obſtat *textus in dicta l. etiam, ff. de probationibus*, quia textus ille non agit de Teſtimonio parentum, ſed de quadam denuntiatione, quæ olim fiebat publicè coram Prætore in actis, vt *in l. 1. ff. de cenſibus, & in l. interdum, §. Diuus, ff. de Publicanis, & in l. fin. ff. de probat. & in leg. 1. Cod. ſi minor ſe maiorem dixerit*, quidquid aliter arbitrentur Doctores, vt notat Alciatus *Reg.* 2. *præſumpt.* 14. *num.* 10. Videbis Rebuffum *tomo* 2. *tractatu de regiſtris, Gloſſa* 1. *pag.* 392. *in principio* Caldas *in dicta l. ſi Curatorem*, dicto verbo *de minoribus, n.* 13.

46 Et ſimiliter dicunt Doctores, quod creditur ſcripturæ alicuius marmoris, lapidis, aut columnæ: *ex Gloſſa 1. hic, & ex Gloſſa in cap. ſanè 24. q. 2. & in cap. ſolemnitates el 1.* verbo *ſcripturam de conſecrat. diſtinctione* 1.

47 Et ob id, Polid. Rip. *obſeruat.* 68. quem ſequitur Riccius *collect. deciſ.* 383. verſic. *Nono* dicit ſcripturam in lapide Monumenti facere fidem. Quòd tamen procedit, ſi alia adminicula concurrant, aliàs ſola ſcriptura in lapide inuenta non probat: *argumento textus in l. Monumentorum, Cod. de reliq. & ſumptibus funerum*, docent Abbas, Innocentius, & communis, Teſte Felino *hic num.* 7. & latè agens Maſcardus referens Doctores contrarium dicentes, nempe vt tales litteræ in lapidibus ſcriptæ pro diuiſione finium & terminorum probent, ait non plenè probare, niſi quando ſcriptura in lapide ab eo eſſet facta; vel illius authoritate quæ poſſet dare fidem ſcripturæ, cum ſoleat eis, quæ ſunt in publico loco fides adhiberi ex *Gloſſa 1. in cap.* 1. verſicul. *ſcripturam publicam de fide Inſtrument.*

48 † Et ex hac cauſa poteſt dici, quod puniuntur abradentes tales litteras tanquam termini motores, *ex leg. agraria, & per totum, ff. de termino moto, leg. 1. ff. de albo, ſcrib. l. qui tabulam, ff. ad legem Iuliam peculat. argumento textus in l. titio, §. penult, ff. de verborum oblig. l. hac ſcriptura, ff. de donat.* vbi ſcripturæ in lapidibus terminorum dicuntur publicæ ſcripturæ, quia in loco publico poſitæ ſunt. Videbis Hieronymum de Monte *in tractatu de finibus*, vbi *latè agit, cap.* 65.

49 Iam ergo dubitatio relata *ſupra num.* 1. non obeſt, quia licet re vera in dubio non ſit præſumenda mutatio confinium; imo, & nunc temporis præſumantur, ſicut olim termini fuerunt iuxta ea quæ tradit Felinus *hic num.* 12. Baldus *col.* 2. verſic. *ibi meliùs num.* 1. qui loquendo de veritate confinium, ait quod aut veritas creatur ab homine, & iſta poteſt mutari, vt *in leg. eos ff. finium regundorum*, aut ab immutabili natura, vel ſitu perpetuo ſicut ſunt montes, & flumina conuallium quæ diſtingunt Territoria, & ſunt fines perpetui & æterni, & in his ſemel verum ſemper præſumitur verum, vt ait Baldus *conſ.* 420. *verba Principis, num. 1. lib.* 1. Paulus Caſtrenſis *in leg. qui bona, §. ſi quis ſtipulaturus, ff. de damno infecto*, Paulus Caſtrenſis *ex hoc iure, col. 7. in*
2. lectura, ff de Iuſtitia & iure. † Vbi dicit quod 50
limites, qui ponuntur ad diſtinctionem Regnorum & Prouinciarum, vt Montes & Flumina
debeant eſſe notabiliores. † Et Alexand. *conſ.* 57. 51
in cauſa & lite in fine, lib. 7. ait quod quales hodie reperiuntur confines, præſumitur olim fuiſſe quia mutatio confinium non præſumitur, niſi probetur, idem Alexander *conſ.* 83. *conſiderabis volumine* 7. Natta *conſ.* 672, *num.* 12. *& vertente iam diu, lib.* 4. Calcan. *conſ.* 9. quaſi per totum & præcipue, *num. 6. & 7.* Curtius Senior *conſ.* 56. & faciunt quæ dixi *in cap. 12. de reſtit. ſpoliatorum, & in cap. licet 9. hoc tit.* vbi quod olim Poſſeſſor, hodie etiam præſumatur Poſſeſſor, iam ergo vides quod ſi appareat fines mutatos eſſe, aut dubium ſit ſuper eis; tunc fiat in antiquis probatio modis, de quibus apparet ex noſtro textu, & infra referam.

Et ſic pro complemento notabis, quod quan- 52
do mutati ſunt fines, qualiter eſt formandus libellus, in iure docuit Bartolus *in l. demonſtratio falſa, ff. de con. lit.* & demonſtrat Felinus *hic numero* 12. verſicul. *Tertio ſcias.* Et Iudicandi praxim in hac materia, docuit Baldus hîc, & Mynſinger *cent. 6. obſeruat.* 27. docuit qualiter ſit
pronuntiandum in controuerſiis finium. † Et 53
quod appellatio admittatur à ſententia pronuntiantis, mittendos confines affirmat deciſum, Gratianus *in deciſ.* 92. Sequitur Riccius *dicta collect.* 387. & videbis Valenzuelam *dicto conſilio* 100. *part.* 1. vbi *num. 63. & 64.* dixit baiulationis exercitium fines probare & Territorium; item & portulaniæ exercitium iuriſdictionale probare fines, & reſpectu Regiæ Cechæ ibi *nu-*
mero 65. † Qui *à n.* 96. docens, quo tempore 54
præſcribantur fines, ait finium errorem non nocere maximè cum adſunt aliæ demonſtrationes, *& numero 30. & 31.* dixit fines non præſumi mutatos, & fines Territorij præſumi ſe extendere, quo vſque antiquitùs extendebantur, vt apparet ex *numero præcedenti.*

QVÆSTIO II.

An confines per Teſtes probentur: Et quid de auditu in antiquis: Et per inſtrumenta, ſi per priuilegia: Quod tempus dicatur antiquum, & de eius effectu?

SVMMARIVM.

1 *Confines per Teſtes, etiam ſingulares, & per coniecturas probantur, numero 2. 3 4. & 5.*

Teſtes

6 *Teſtes ſenes ad probandos Confines aptiores ſunt ruſtici vicini, n.7.8. quid de Teſtibus de vniuerſitate, num.9.*

10 *Teſtes de auditu admittuntur ad probandos Confines, & de credulitate n.11.*

12 *Confines, quibus inſtrumentis probentur, numero 14. 15.*

14 *Inſtrumento antiquo creditur, & quare dicatur à n.18 vſque ad 28. nonem modis diſtinguitur.*

15 *Inſtrumenta antiqua, quando dicantur, n.16. 17. & 18.*

18 *Inſtrumentum eſſe à Tabellione ſcriptum, & confectum, qualiter in antiquis præſumatur, numero ſequent.*

29 *Confines probantur per verba enuntiatina in inſtrumento poſita, n.30 31.32.*

33 *Fines per priuilegia probantur, num. 34. vſque ad num. 40.*

42 *Tempus antiquum eſt quod excedit annos centum quod antiquiſſimum eſt, n. 43.*

44 *Tempus antiquum, quos pareat effectus, exemplis declaratur numeris ſequentibus.*

56 *Antiqui temporis præſumptio, quandoque minuitur, quandoque augetur.*

1 AD primam quæſtionis partem, dico confines, & limites, ſiue Diœceſum, aut alterius cuiuslibet termini, aut territorij probari per Teſtes; ita ex textu noſtro docent communiter Doctores, & Baldus *in conſ.* 410. *n.1. vol.* 1. Guido Pap. *in q.* 193. *n.* 2. Bertrandus *conſ.* 307. *in fine n.10. volum.6.* qui ad probandum hoc affert *textum in leg. arbitri, Cod. de probat.* Innocentius *in cap. quid per nouale, & in cap. veniens extra de verborum ſignif.* cum aliis Maſcardus *de probationibus concluſ.* 395. *a n.* 5. & facit, *l. in ſumma, §. item labeo, ff. de aqua pluuia arcenda*, & ibi, Bartolus & Gloſſa.

2 Tamen vt Teſtibus in materia confiniom adhibeatur fides, debent interrogari reddere rationem facti, quæ corporeis ſenſibus proximè percipi valeat, *l.1. Cod. de vſuris* & docet hic Innocen-

3 tius. † Et ob hoc Baldus hic dixit, quod ſi Teſtes deponant, veluti fundum talis eſſe de tali territorio & confinio nihil probent; itavt ſemper ſit confugiendum ad eorum rationem, & cauſam redditam, idem Bald. videndus, *conſ.* 441. *num.1. vol.5. & conſ.420. vol.1. n. 1. & conſ.* 468. *volum 3. n.1. & 8.*

4 Cum enim iam ſupra *quæſt* 1. dixerim fines & Dominia in antiquis coniecturis & præſumptionibus probari, imo & antiqua omnia probari minus legitimis probationibus & libris antiquis; ideò dico quod confines poſſunt probari per Teſtes ſingulares, quando ſcilicet de iuriſdictione agitur, vtpotè ſi vnus dicat, & deponat de vnu actu iuriſdictionis, & alter de alio actu, Baldus *in l. fin. Cod. de Teſtibus*, Hieronymus de Monte *de finibus, c.* 52. *n.* 1.

5 Vnde Lanfrancus de Orcan *in capite quoniam contra hoc titul. numero* 30. in verſiculo *Teſtium*, dixit quod ſi vnus Teſtis dicat tale caſtrum habere merum Imperium, & interrogatus reſpondeat ſcire, quia vidit illius luci Magiſtratum in huiuſmodi loco quempiam capite mulctandum curaſſe, & alius Teſtis aſſerat ſe vidiſſe in eo loco dictum Magiſtratum ſuſpendi iuſſiſſe vnum ex eorum depoſitionibus probationem emergere, vt tenet Innocentius *in cap. qualiter 2. de accuſat.*

Quo ſuppoſito dico ad hanc probationem faciendam Teſtes ſenes, ad probandus confines eſſe meliores, quam alij, vt tradit Valenzuela, Velaſquez *part.* 1. *conſilio* 100. *numero* 37. & in terminis, Baldus *conſ.* 420. *numero* 5. *& 6. volum.* 1. *& conſ.* 286, *numero* 1. *volum.*2. præcipue ruſticos admittendos, ſi ſunt ſenes & antiqui. 6

Imò & aptiores eſſe Teſtes in hac materia illi, qui vicini ſunt, & circum ibi habitant, & meliores quantò ſint ſimpliciores, & magis ruſtici; quia non deponunt niſi de poſſeſſione facti, tanquam oculis ſuis ſemper aſtantes ſuper iſta loca vt notantur *in l. ſtipulatio iſta, §. hac quoque ff. de verb. oblig.* Maſcardus *ſupra n.* 2. Valenzuela *ſupra, numero* 38. † Vbi dixit vicinos non cenſeri 7
pe[r]ierare pro Vniuerſitate; Videbis Iuriſconſult. reſponſum, *in leg.* 1. § 1. *de fluminibus.* 8

Et licet hic latè poſſem diſputare an Teſtes de vniuerſitate, ſeu Vaſalli, aut ſubditi poſſint teſtificare circa confines vniuerſitatis, de quo agit latiſſimè cum multis ex antiquis, Maſcardus *de probationibus, dicta concluſione* 395. *à numero* 9. ibi videndus. Tamen hunc caſum ſatis reſolues ex his, quæ dixi *ſupra in cap. tertio loco hoc tit.* & ibi *quæſt* 4. 9

Dubium tamen eſt an Teſtes de audito admittantur ad probandum in materia confinium, & in factis antiquis; ad primum igitur hos Teſtes de auditu admitti ad probandos confines quando ſumus in antiquis, dixit Alex *conſ.* 187. *numero* 16. *lib.* 2. Bertacolius, Iacolius *conſil.* 366. *à num.* 14. *lib* 2. Burſatus *conſ.* 149. *numer.* 34. *lib.* 3. vbi de magis communi Hieronymus de Monte *in tractatu de finibus regend. capit* 52. alios refert Farinacius *de Teſtibus, quæſtione* 69. *num* 130. cum aliis Maſcardus *de probat. concl.* 395 *a numero* 4. vbi dixit quod Teſtes, qui deponunt de credulitate, admittuntur etiam in materia confinium: Ita Abbas hic *in princ.* & Decius *num* 2. 10

Cumque probatio per ſenſum oculorum in antiquis ſit impoſſibilis probatio per auditum ſufficit; docet Maſcardus vbi *ſupra numero* 5 & Farinacius rectè *ſupra dicta quæſt.* 69 *cap.* 3. *per totum*, quos videbis, & ego latè dico infra *in cap licet ex quadam de Teſtibus*, vbi propria ſedet materia Teſtium, de antiquo deponentium. Et Barboſa *hic a num.* 6. & 8. cum aliis ex multis tradit, quibus confinia probentur, vbi videbis prætetea, quæ hic ſcribo. 11

Ad ſecundam quæſtionis partem de inſtrumentis probantibus in antiquis, dico confines probari per inſtrumenta facta pro confinibus: ita Baldus Albericus de Roſat. Salicetus, & alij *in leg. cum aliquis, Cod. de Iure deliberandi.* Quamplures adducit Maſcardus omninò videndus *de probationibus, parte* 1. *concluſ.* 394. *à num.* 1. vbi *numero* 2. ait hæc inſtrumenta modo antiqua ſint, licet enontiatiuè, & aſſertiuè de finibus faciant mentionem, & propter aliud facta ſint confinia; Tamen probare, ita per Doctores *in dicta leg. cum aliquis*, & in tantum procedit, quod vnum inſtrumentum tantùm etiam faciens mentionem inter alias perſonas de Confinibus, illos plenè probat, ita Iaſon *conſ.* 65. *in 2. col volumine* 3. imò & inſtrumentum principaliter factum, ſuper confinibus ſufficere in antiquis etiam in præiudicium tertij dicunt Corneus *conſ.*171. *col. fin. lib.*1. Crauetta *in tractatu de* 12

antiquitate temp. in 1. *p.* verbo *ampliatur f.* 38. *numero* 67. *argumento l. Theſaurus*, *ff. ad exhibendum.*
Doctores *in dicta l. cum aliquis*, *Cod de iure deliberandi*, & probatur ex textu *in cap cum olim di-*
13 *centibus.* † Et pro dictis hîc facit *deciſ.* 335. Franciſci Marci, vbi ait Confines probari per verba
enuntiatiua inſtrumenti; ſequitur Riccius,
col. 387.

14 Sed quia Ioannes Andreas, Hoſtienſis, Anton,
Imola, Felinus *in cap. Albericus de Teſtibus* doceant propter antiquitatem, fidem adhibendam
eſſe exemplo, licet non conſtet illa fuiſſe ſeruata in eius exemplatione, quæ iure exiguntur ad
ſolemnitatem exempli, cui adſtipulatur ea ratio,
quia conſtat in antiquis propter difficultatem
probationis ſufficere leuiores probationes, nec
neceſſario exigi plenas, *l. penult. ff. de probat. cap.
veniens in* 1. *de Teſtibus*; vbi Doctores, & in hoc
noſtro textu cum pluribus refert Couarr. *pract.
cap.* 21 *n.* 7. ideò docet à pleriſque dubitari quantum tempus requiratur ad conſtituendam hanc
antiquitatem, & quæ ſolemnitates poſſint tempore præſumi ad authoritatem inſtrumenti
exemplaris.

15 Vnde cum Baldus hîc dicat, quod quædam
ſunt inſtrumenta enuntiatiua, quæ tantùm faciunt adminicula; ſed non plenè probant ad intentionem fundandam, ſed ſolùm ad coadiuuandum, & Barbatia *in conſ.* 6. *n.* 2. *volum* 2. *&* *n.* 13.
reprobat Baldum, & dicat eius doctrinam non
procedere, quando inſtrumenta enuntiatiua ſunt
antiqua, quia tunc plenè probant; ita vt dictum
Baldi tantùm habeat locum in recenti; Tamen
Bartolus *in conſ.* 146. *num* 4. *vol.* 4. ait ea dici inſtrumenta antiqua, quæ hominum memoriam
excedunt, vel ſaltim ſint elapſi 40. anni, vt cauit Ruinus *conſ* 81. *n.* 10. *vol.* 2 Socinus *conſ.* 88.
16 *in cauſa agitata*, *volum.* 1. † Vbi ait conſiderata
breui hominum vita tempus quadraginta annorum dici antiquum, maximè quia deducenda
eſt illa ætas infantiæ, in qua ignoratur quidquid
17 videtur, *l.* 1. *Cod. de falſ. monet.* † Et Ruinus
quem citat Maſcardus *ſupra*. *n.* 4. ait *in conſ* 92.
relinqui Iudicis arbitrio, quod dicatur tempus
antiquum, ſic Antonius de Butrio *in cap. quoniam
contra falſum*, *hoc tit.* Ioanes And. & Anton. *in
cap. illud de præſumpt.*

18 Quare ego vt hanc diuerſam opinionem componam, dico diſtinguendos eſſe caſus, quos omnes congeſſit Couarruuias, *dicto lib pract. cap.* 21.
n. 7. à verſic. *primus*, quibus tota hæc inſtrumenti probatio in antiquis patefit. Primus conſtituitur quoties reperitur exemplum antiquum;
non tamen conſtat an fuerit Tabellio, qui id ex
originali traduxit, nec conſtant aliæ ſolemnitates, nec denuntiatur in ipſo inſtrumento quod
fuerit Tabellio, qui ſcripſit, in hoc caſu ait Couarruuias ſe non videri qualiter admittatur communis opinio, cum non ſit huic exemplo fides
adhibenda; Nam antiquitas poteſt coadiuuare
eam probationem, quæ aliqua eſt; non tamen
inducere de nouo in totum probationem quæ
nulla eſt; ita Corneus *conſ* 19. *col. vlt. lib.* 2.
Decius *conſ.* 36. *n.* 8. ſed non negatur hoc exemplum aliquam probationem ex loco, ſcilicet
vbi repertum eſt facere ex multis aliis circumſtantiis.

19 Secundus caſus eſt, vbi inſtrumento enuntiatur eſſe Tabellionem eum qui ſcripſit, & tunc
eſt videndum, an præſumatur titulus Tabellionis, & quod verè fuerit Tabellio propter antiquitatem, & licet Aymon Craueta plura in hoc
dicto animaduertat pro affirmatiua ſententia,
quia fama, & temporis antiquitas multùm probat, vt ipſe ait *in cap. vidimus in* 3. *totius operis
parte.* Tamen Couarr. ex verbis Innocentij *in cap.
veniens de verborum ſignif* ait ſufficere vt præſumatur Tabellio, qui confecit ſcripturam, ſi in ea
ſimpliciter enuntietur cētum annorum ſpatium;
ita cum Baldo *in auth. quas actiones*, *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & addit hanc opinionem caute admittendam eſſe, ſcilicet cum nulla ſubſit ſuſpicio falſitatis, doli, aut corruptionis; imò opinatur Couarr. ipſe, quod ſi hæc ratio diligenter obſeruetur, tunc ſufficiat ad hanc præſumptionem
arbitrio diſcreti Iudicis minor antiquitas, quam
ea quæ ſit centum annorum, videlicet vt ſufficiant octoginta, vel ſeptuaginta anni; cuius quidem temporis, ait difficillimam eſſe Tabellionatûs probationem ex titulo, vel communi opinione & fama, quod arbitrarium erit.

Tertius caſus eſt cum reperitur exemplum an- 20
tiquum tranſcriptum à Notario & Tabellione
notæ fidei abſque vlla tamen ſolemnitate, & eius
enuntiatione, & in hoc caſu, Franciſcus de Aretino dixit tali inſtrumento, propter antiquitatem dandam eſſe fidem, ſed Paulus de Caſtro
conſ. 81. *lib* 2. *col.* 3. contrarium docuit, eo quòd
in eo deficiant ſolemnia, ſed Couarr. omninò videndus in verſic. *Tertius dicto cap.* 21. *pract. n.* 7.
cum multis ab eo relatis, ſub diſtinctione loquens ait cum Carolo Molineo *in conſuetudinibus
paris tit.* 1. §. 5. *num* 62. ei inſtrumento dandam
eſſe ſemiplenam fidem, imo & plenam fidem
etiam vbi fuerit ab eius confectione & traductione lapſum tempus triginta annorum cum vſu
& poſitione illius iuris quod in eo continetur,
vt obſeruauit Aymon Craueta *de integritate in
dicto* §. *vidimus*, *n.* 18. & facit *textus in cap. peruenit de emptione*, ex quo cum multis reſoluit Couarr. quod cum ibi agitur de magno præiudicio
alterius præſumatur ſolemnitas extrinſeca triginta annorum ſpatio, non minori per textum,
in dicto cap. peruenit, ex quo conſtat cum antiquitate temporis ſimul contigiſſe poſſeſſionem
& vſum illius actus, de cuius ſolemnitate tractatur, quod ſi in hac ſpecie, de qua nunc non
contigiſſet quaſi poſſeſſio non ſufficere annos 30.
imo eſſe neceſſariam antiquitatem centum annorum, vt ſine ſolemnitatum renuntiatione adhibeatur fides antiquo exemplo tranſcripto ab
eo Tabellione qui fuerit notæ fidei, & hoc ſanè
quo ad fidem plenam; docet Couarr. ſupra, vbi
ait ſententiam Aretini cautè recipiendam in praxi, & diligenter examinatis ipſius Rei circumſtantiis.

Caſus quartus erit, vbi exemplum eſt anti- 21
quum tranſcriptum à notæ fidei Tabellione, &
in eo enuntiantur ſolemnitates requiſitæ à iure,
vt quia ipſe Notarius refert ſe hoc exemplum
traduxiſſe mandato Iudicis parte vocata, & examinato diligenter inſtrumento originali; vnde
cum huiuſmodi verba enuntiatiua ſint propter
ſe, & principaliter prolata in eo actu, in quo ex
eius conditione vero ſimili eſt enuntiata interueniſſe; tunc credo cum Couarr. *dicto capit.* 21.
pract. n. 7. verſic *quartus* & cum Bartolo *in l. admonendi*, *&* *ibi iur. n.* 30. Baldo *in l. emancipationes*, *Cod. de fide inſtrument.* & aliis communiter
dandam eſſe fidem huic exemplo propter antiquitatem,

Digitized by Google

quitatem, & ſufficere ſolam quadtaginta annorum; nec tequiti centenariam, ſeu ſeptuagenariam, ex eo, quia à Tabellione notæ fidei enunttantur ſolemnia, quæ iure requiſita ſunt, quibus enunciationibus multùm eſſe credendum docent DD. *in d. l. cum aliquis*, *ff. de iure deliberandi*, & *in cap. Albericus de Teſtib.* & per noſtrum textum Conart.

22 Caſus quintus etit, cum antiquum exemplar reperitur cui omnes ſolemnitates deficiunt, & in hoc caſu dico quod licet tale exemplar multùm poſſit conducere ad coadiuuandam arbitrio Iudicis aliam probationem; tamen quoties non apparet Authorem originalis Tabellionem fuiſſe, nec item ipſum exempli traductorem, nec conſtar de citatione, nec de mandato Iudicis, nec de aliis ſolemnitatibus, non eſt eur credamus ei fidem plenam, aut ſemiplenam præſtandam; ita Philippus Corneus *in conſ. 304. col. 8. lib. 3.* verſic. *quod & ſecundo videtur*, qui *in conſil. 24. col. 5. lib. 4* verſic. *vidi etiam*, eleganter ſcribit nun ineſſe tantùm vim, & poteſtatem antiquitati temporis, vt omnia prorſus, quæ iure ſolemnia ſunt, præſumantur in exemplatione interueniſſe; ſequitur Conarr. *ſuprà dicto cap. 21. pract. n. 7.* verſic. *quintus.*

23 Caſus ſextus eſt, quoties non eſt dubium de fide vtriuſque Tabellionis, quia conſtat ſaltim communi opinione eos Tabelliones fuiſſe, & tamen deficiunt aliæ ſolemnitates requiſitæ ſcilicet *in cap. fin. de fide inſtrument.* & ſanè tunc propter antiquitatem temporis, non magis præſumitur aliquot ſolemnitates exemplatione acceſſiſſe quam omnes, & ſic præſumetur exemplum ſolemniter tranſcriptum fuiſſe, quia non eſt potior ratio pro præſumptione vnius, quàm præſumptione aliarum omnium ſolemnitatum; quod tamen Conarruuias *ſuprà*, in verſic. *ſextus*, intelligit procedere, iuxta proximè dicta in tertio, & quarto caſu.

24 Septimus caſus eſt, vbi propter defectum aliarum omnium ſolemnitatum, quæ præſumendæ ſunt, ſecundum, tertium & quartum caſum, deficit authoritas Tabellionis, qui confecit originale, & non conſtat, vt nec communi opinione, nec fama illum fuiſſe Tabellionem, nec id enuntiatur in traductione huius exempli facta per Tabellionem notæ fidei, & tunc in hoc caſu Conarruuias, *vbi ſuprà*, verſic. *ſeptimum*, denegat fidem exhiberi illi exemplo, etiam ex antiquitate temporis ad plenam fidem, cum deficiat authoritas, quæ potiſſima eſt ipſius originalis, nec præſumptio, ita grauis inducenda eſt ex temporis antiquitate, vt conſtituamus eum Tabellionem fuiſſe, qui ab alio Tabellione minimè enuntiatur talis, quia non foret omiſſa illa enuntiatio, ſi Tabellioni traducenti conſtaret, vtcumque Tabellionem fuiſſe, aut eo titulo ſubſcripſiſſe illum, qui originale inſtrumentum confecerit. Tamen concludit Conarruuias hoc exemplum probationi adminiculum exhibere.

25 Octauus caſus eſt vbi in exemplo ita traducto, abſque requiſitis à iure enuntiatur Tabellio, qui originale inſtrumentum confecit, & traductio fit à Tabellione notæ fidei, & tunc ait Conar. *vbi ſupra*, in verſic. *octauo*, hoc exemplum fidem facere, propter antiquitatem, ſecundùm ea, quæ dixi ſupra in caſu ſecundo.

26 Nonus caſus eſt, quoties exemplo deficiunt ſolemnia & præterea, qui confecit originale; item qui traduxit exemplum non probantur Tabelliones, ſaltim opinione communi, & famâ, ſed ſolâ enuntiatione; nam tunc maxima eſt ſuſpicio authoritatis, & fidei ob id non dari huic exemplo fidem, niſi ex antiquitate temporis centum annorum, aut ferè huic ſimili, dixit Conarruuias *d. cap. 21. pract. num. 7.* verſic. *nono*, eo, quod tot defectus non ſint ſola temporis antiquitate ſupplendi, & in hoc caſu arbitrio Iudicis tribuit, vt ex variis circumſtantiis examinet, ſitne tantùm tribuendum temporis antiquitati, vt Tabellionis vtriuſque authoritas, ex ſola enuntiatione, ac denique ſolemnia iuris præſumantur in exemplatione interueniſſe. † Ex 27 his omnibus ſcies quo pacto ſit intelligendus Myrſing. *qui cent. 6. obſeruat. 74. cum ſeqq.* dixit quod in antiquis exemplum probat. † Et Va- 28 lenzuela, Velaſquez dixit *lib. 1. conſ. 100. n. 85.* quod exemplaria non conferunt, ſi de originali non conſtat, *ex cap. 1. de fide inſtrument.* vbi dico, & ipſe ibi alia tradit.

Vnde iam proprius accedendo ad caſum no- 29 ſtræ quæſtionis dico, quod cum ſpeciale ſit, & præcipuum in finibus, vt per argumenta probentur, vt palam teſtatur Gloſſa *in cap. ſi Papa de priuilegijs, lib. 6.* & hoc in primis procedere, quando ſunt plura inſtrumenta, vel ſunt antiqua; ideo dico, quod verba enuntiatiua in inſtrumento appoſita, probant in confinibus appoſitis; ita ex multis refert Maſcardus *d. concluſ. 394. à n. 5.* qui *n. 7.* ex aliis contrarium ſcribit, vbi dicit, quod verba enuntiatiua ſcripta in inſtrumentis inter alios confectis, non probant confinia, nec inducunt plenam probationem, ſed tantùm vehementem. Tamen ego dico ex iam relatis plenam fidem eſſe adhibendam illis inſtrumentis, quia probatio directa non requiritur in probatione confinium, ſed ſufficit adminiculata per veriſimilia adminicula, quæ inducuntur per verba enuntiatiua: ita poſt multos concludit Maſcardus *ſuprà n. 6.* per contextutam vna cum gloſſa hîc. † Et faciunt quæ 30 cum multis tradit Valenzuela *p. 1. conſ. 100.* vbi *à n. 44.* ait enuntiatiua verba in antiquis inſtrumentis probare dominium. † Item probari fines, 31 & territoria enũtiatiuis verbis antiquis; & quod enunciationes plures probant fines antiquos. † Et *n. 42. & 43.* ait quod inſtrumenta antiqua, 32 ſunt maximi momenti in materia finium, & quod magis creditur inſtrumentis, quam Teſtibus, in antiquis ipſe docet. Alia congerit Maſcardus *ſuprà dicta concluſ. 94.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an per priui- 33 legia fines probentur, breuiter dico eos probari per priuilegia, ſi antiqua ſint, & conceſſa ab eo, qui illa confinia poterat diſpenſare; ita Gloſſa *in d. cap. ſi Papa de priuileg. lib. 6.* Butrius, & communiter Doctores, *in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtato*, latè videndus hîc Felinus *num 5.* qui ampliat hanc concluſionem procedere etiam, ſi illa priuilegia ſint enuntiatiua, & aſſertiua; imò & idem Felinus, ait talia enuntiatiua inter priuilegia Papæ æquipollere formæ. † Sed hanc 34 concluſionem Maſcardus *de Probationib. parte 1. concluſ. 401. n. 6.* intelligit, vt volens vti priuilegio debeat probare, tempore conceſſi priuilegij bona, de quibus agitur pertinere ad ipſum concedentem alioquin priuilegium ipſum nullius eſſe ponderis, vt dixerunt Bartolus, & Alciatus *in l. ſi ſic, §. 1. in fine, num. 2. ff. de leg. 2.*

35 † Quod procedit etiam ſi Princeps conceſſiſſet
aliquam rem ſingularem, quæ hodie poſſidetur
per tertium, quia ille, qui intendit vigore pri-
uilegij vti eis finibus deſcriptis in priuilegio, te-
netur probare de iure ſui authoris, quia etiam
res aliena poteſt vendi & donari, *l. quæ nondum,*
§. quod dicitur. ff. de pignorib. l. cum res, C. quæ
res pignori oblig. poſſunt; ita Craueta *conſil.*293.
36 *n.*2. *proditum eſt*, Maſcardus *ſup.* † Vbi *n.*9. ait
quod ſi Princeps in priuilegio aſſeruerit bona ad
ſe ſpectare, de quibus in ipſo fit mentio, tan-
quam poſita intra confinia ibi expreſſa ei cre-
dendum eſſe, præcipuè ſi fuerit ſupremus Prin-
ceps, Pontifex, vel Imperator per *Clement.* 2. *de*
Probat. & dixit Craueta *d. conſ.*293. *n* 2.
37 Imò, & Pariſius *in conſ.*22. *n.*12. *vol.*1. Baldus
in Rubr. Cod. de contrahenda emptione, verſic. 22.
quæro, dixerunt quod ſi bona particularia intra
fines deſignatos in antiquo priuilegio, tenen-
tur, tunc oriri probationem, & præſumptio-
nem eſſe de finibus & illius, cuius ſunt fines,
38 Decius *in conſ.*42. *n* 10. idem dixit. † Et Ol-
dradus *conſ.*212. *n.*8. & Boſſius *in ſuo tract. cri*
*minali tit. de priuileg. num.*237. *&* 243. dixerunt
quod quando Princeps concedit Caſtrum, &
territorium; tunc videatur concedere quan-
dam vniuerſitatem prædiorum, intra fines po-
ſitorum.
39 Sed hoc, quod dictum eſt de priuilegio Prin-
cipis locum non habet, quando agitur de præ-
iudicio tertij, quia non omnia bona, quæ intra
fines Regni ſunt, præſumuntur eſſe, vel fuiſſe
Regis, vt tenent Afflictis *in deciſ.*267. *à num.*4.
Alexander *conſ.*55. verſic. *circa aliud, lib.*4. *n.*19.
Rolandus à Valle *conſ.*72. *lib* 2. *col.*1. *&* 2. Natta
*conſ.*313. & declarando ſic docuit Abbas *in cap.*
cum à nobis de Teſtibus, Curtius *in conſ.*142.
*num.*10.
40 Quod ſi bona conceſſa erant inculta tempore
conceſſionis, & etiam deſerta; tunc non eſt
opus aliquâ probatione, ex quo non præſumun-
tur fuiſſe in dominio alicuius priuatæ perſonæ,
ſed in dominio ipſius Principis, vt dixit Natta
*in conſ.*501. *num.*3. Paulus Caſtrenſis *in l.*1. *ff. de*
acquir. poſſeſſ.
41 Itaque dicendum eſt, eſſe multum conſidera-
biles enuntiationes priuilegiorum, aut alio-
rum inſtrumentorum, quæ emanarunt à Prin-
cipe, vt ſunt illa Regis Ferdinandi de anno 1482.
& Caroli V. qui ſe Regem dicebat de anno 1495.
*fol.*399. optimè Baldus *in conſ.*286. *n.*1. *volum.*1.
& *conſ.*161. *n.*3. *conſ.*468. *n.*1. *&* 2. *volum.*3. Va-
lenzuela, Velaſquez *conſ.*100. *num.*47. Ioannes
de Amicis *conſ.*25. *num.*21. Marc. Anton. Natta
*conſ.*672. *à n* 34.
42 Ad quartum quod tempus dicatur antiquum,
ſiue de eius effectu, ſatis poteris reſpondere ex
iam dictis; ſed ego alia breuiter addo quod
tempus antiquum dicitur illud, quod excedit
annos centum, Franchis *in deciſ.*357. *p.*2. Veral.
*deciſ.*28. *parte* 1. & antiquiſſimum dici, quando
excedit metam centum annorum; dixit Afflictis
*in deciſ.*146. & quod tempus dicatur eſſe anti-
quum, docuit Cardinalis, Puteus *in deciſ.*212.
libro 1. tradit Riccius *in collect.*1192. ad textum,
in leg ſi arbiter, ff de Probat. & improbat ma-
teria huius temporis, videndus Mohedan. *in de-*
ciſione 12. *de ſententia, & re iudicata.* Ripa *ob-*
*ſeruat.*69. iterum Riccius *col.*383. *in fine.*
43 Et quod tempus dicatur antiquiſſimum do-
cuit idem, *col.*176. vbi dixit tempus antiquiſſi-
mum dici ſpatio centum annorum in materia
probationis Iuriſpatronatus, & tempus in
factis antiquis hoc eſt imponendis foreſtis, ac
aliis prohibitis; idem eſſe teſtatur Afflictis rela-
tus à Riccio, & hoc dictum de tempore ve-
rum eſt, licet quidam voluerunt antiquiſſi-
mum dici ſpatio 30. annorum, vt teſtatur Af-
flictis *in deciſ* 13. alij ſpatio 90. annorum, Car-
dinalis Puteus *deciſ.*209. *lib.*2. Alij vero dixe-
runt remitti Iudicis arbitrio, vt iam dixi, & do-
cet Baldus *in deciſ* 159. vide Farinacium *q.*69.
de Teſtibus, à numero 142. & Scobar *de puri-*
*tate ſanguinis, quæſt.*9. § 4. *à num.* 54. vbi de
tempore antiquo, infrà *in cap. licet de Teſtibus,*
quæſt 2. verſic. *ad ſecundam.*
Effectus tamen, quos parit tempus antiquum, 44
etiam ex iam dictis ſatis colligere poteris, ſed
reſolutiuè videbis qui ſequuntur; Primò quia
licet mandatum non præſumatur: tamen benè
in antiquis Caſſad. *deciſ.* 3. *de Procur.* Garcia
*in deciſ.*76. quod Intelligit Riccius *collect.*383.
ad textum, *in dicta leg. ſi arbiter, ff. de Probat.*
cum Verallo *deciſ.*194. *parte* 2. in Iudicialibus,
& quando ſolemnitas extrinſeca eſt enuntiata in
inſtrumento. † Secundò, quia diuturnitate 45
temporis minuitur pœna; tradit Theſaurus *in*
deciſ. 76. notanda ad textum, *in leg. ſi diutur-*
no, ff. de pœnis, de quo dico *in cap. fin. de con-*
ſuet. † Tertiò, quia verba enuntiatiua in an- 46
tiquis probant, vt iam dixi, & docet Faber *de-*
ciſione 6. *de probat.* † Quartò, quia filiatio 47
in antiquis probatur per verba enuntiatiua;
idem Faber *deciſ.*28. *eodem tit.* de quo vides quæ
dico ſuprà *in cap per tuas hoc tit.* † Quintò, 48
quia poſſeſſio antiqua facit præſumi quem pro-
motum, Rota *deciſ.* 44. & cum eo Riccius ſu-
prà. † Sextò, quia ſententia in antiquis, præ- 49
ſumitur ritè, & rectè lata, Gratianus *deciſ* 97.
† Septimò, quia in antiquis ſufficit quem ha- 50
beri pro Notario, Matthæus Colerius *in deci-*
ſione 99. † Octauò, quia antiquitas temporis 51
facit præſumi poſſeſſionem iuſtam, Faber *de-*
ciſione 44. *hoc titul.* † Nonò, quia facit præ- 52
ſumi aſſenſum Apoſtolicum interueniſſe in alie-
natione rei Eccleſiaſticæ, & ſufficit quod ſint
elapſi triginta anni cum continua poſſeſſione,
& Canonis ſatisfactione, Rota *in deciſione* 197.
volum 2. † Quod idem videbis in Teſtibus de 53
auditu, quibus aliàs non creditur, ad quod vi-
debis, quæ docet ſuprà Riccius, & Vberius *in*
deciſ. 317. de quo videbis infrà *de Teſtibus, in*
cap. 47.
Notabis ergo Iudices admonendos eſſe hac 54
de re iudicaturos præſumptionem ſcilicet iſtam,
quæ de antiquitate temporis oritur, diminui,
vel augeri, quod omnia, quæ iure ſolemnia
ſunt exemplatione deficiant, vel aliquot eorum
interueniunt, aliquot defecerint, quod mani-
feſtum eſſe docet Couarruuias *pract. cap.*21. *n.*7.
in verſic. *decimo.*

QVÆSTIO III.

An limites probeatur per Scripturam: Et qualiter per famam & coniecturas, ſeu per lapides antiquos: Et an probentur per custodiam locorum: Sed quomodo probentur ex clauſulis per redditus antiquos, per communem opinionem, per refectionem agrorum loci euidentiam per ſententias Iudicum & Arbitrorum, per litteras Epiſcopi, vel Iudicis ordinarij per exercitium Iuriſdictionis, per vias regales, & per voluntatem Patrisfamiliàs: Et an matricula inducat per probationem ſea, an quis teneatur fines indicare?

SVMMARIVM.

1 *Scriptura, quæ inueniuntur in Archiuo publico, quando fines, & generaliter probent, n.2. vſque 8. 9.*

10 *Fama, quâ fines probantur, quibus Teſtibus probetur.*

13 *Fines probantur per lapides antiquos, ſolitos apponi, ſi ſint immobiles, n.14. & qualiter aſſignantur, n.15. & 16.*

17 *Confinium, & terminorum lapides ad eorum diuiſionem, qualiter apponantur, n.18.*

19 *Confines probantur per custodiam locorum, & per custodes eorum, quid per clauſuras, num.20.*

21 *Confines probantur per redditus antiquos, nauigia, & pedagia, per communem opinionem, refectionem agrorum, loci euidentiam, n.22. 23. & 24.*

25 *Confines probantur per Iudicis ſententiam, & quo pacto.*

26 *Confines probantur per litteras Epiſcopi, & Iudicis Ordinarij.*

27 *Confines probantur per exercitium Iuriſdictionis, tàm in mari, quàm in terra, & in cælo, & aere exempla, n.29.*

30 *Confines probantur per vias regales, montes, valles, aut villas, & per ſimilia.*

Confines alij immutabiles poſiti à natura, alij mutabiles poſiti ab homine.

31 *Probantur limites per voluntatem Patrisfamiliàs, declaratam in eius vita.*

32 *Matricula probat quem eſſe alicuius artis, ſeu Collegij, num.32. 33. 34. & quando, n.35. & 36.*

35 *Matricula transfert onus probandi in aduerſarium.*

39 *Confinium indicationem facere tenentur poſſidentes bona Eccleſiæ emphyteuta fructuarius colonus, n.44. & 41.*

41 *Indicatio confinium debet eſſe veriſimilis.*

1 PErtinent hæc ad materiam noſtri textus per verba ibi, *vel alio modo melius probantur*; & ibi, *& quæcumque alia adminicula*, vnde quia ex iam dictis poteſt porrigi tractatus huius quæſtionis; ideo reſumptiuè pergam in diſquiſitione cuiuſlibet quæſtiunculæ. Quoad primam partem dico Confines probari per ſcripturas, modo eis ab antiquis noſtris adhibita ſit fides, vel ſaltim, ſi reperiantur ibi in loco, vbi ſolùm Scripturæ Authenticæ ſolent recondi, textus eſt, *in cap. ad audientiam de præſcript l. cenſus cum gloſſa, ff. de Probationib.* Bart. *in l. 1. ff ſi certum petatur,* tenet Corn. *in conſ 313.* † Cupio *ſub n.7. vol.1.* 2
Vbi dicit Scripturis in Archiuo publico repertis adhibendam eſſe fidem, adducens ad hoc, textum *in Auth. ad hac, C. de fide inſtrum.* Quare Riccius *in collect. deciſ.533. ad dictam Authenticam*; docet quod Scripturæ ex Archiuo deſumptæ, faciunt plenam probationem, & compliat Vaſcus *deciſ.10.* procedere etiamſi reperiantur in Archiuo Monaſterij. † Quod limitat Ca- 3
putaq. *in deciſ. 41. p.1.* ſi Scriptura ex Archiuo
non contineret Notarij ſubſcriptionem. † Imò, 4
& dixit Iaſiedua non eſſe dandam fidem Archiuò, ſi in eo reperiantur Scripturæ, non Au-
thenticæ ibi *deciſ 17.* † Quæ limitatio non pro- 5
cedit in ſumpto ex regiſtro Bullarum, quia in Iudicio fidem facit; ita Creſcent. *in deciſ.2. de*
fide inſtrument. † Tamen quod dictum eſt de 6
Archiuo locum habet intra territorium, & perſonas non ſubditas, nihil probant Scripturæ repertæ, niſi in quinque caſibus, de quibus agit
Seſſe *in Rota Aragonia deciſ.2.* vbi latè. † Et 7
ob id dixit Valenzuela. Velaſquez *conſ 100 n.88. p.1.* Quod Archiuum Cathedralis, & Scriptura illius non probat contra non ſubditum, ita cum Seraphino Oliuario *in deciſ.642, num.1,* Alex. *in Authent ſi quis in aliquo, Cod. de edendo, num.8.* Puteo *deciſ.187. lib 3.* ita Doctores, *in d. cap. ad audientiam de præſcript.*

Vnde fit quod exempla exempli, licet ſint 8
diſpoſita, aut repoſita in Archiuo, non probent contra non ſubditos, vt tradit Alexander *conſil.178.* incipit *opportunè, n.4. & 5. lib.1.* Natta *conſ.671. n 35. lib 4.* Bartolum, Socin. *conſ 187. n.2. lib.2.* Hieronymus de Monte *de finibus, c 63. n.10.* D. Paz, Maſtril. *deciſ Sicil.43. n.3.* & hoc præcipuè ſi deficiunt requiſita de iure, ad hoc vt deductum ex Archiuo fidem faciat, inter quæ ſunt copulatiuè tria, quod originalis ſit poſita in loco publico, in quo Scripturæ publicæ tantùm reponuntur, & cuſtodia per officiales publicos ad hoc deputatos, Abbas, Aretinus, & Gloſſa hic, & Felinus, qui etiam tradit *in dicto cap. ad audientiam,* pluribus adductis, Valenzuela *ſup. n 89. & 90.*

Sed ſi agatur de modico præiudicio, ſeu nul- 9
lo, veluti ſi dubitetur, an Eccleſia ſit conſecrata, vel infans baptizatus; tunc etiam, dicendum eſt Scripturis non Authenticis, nec publicè cuſtoditis fidem dari præſertim quando factum eſt antiquiſſimum, vt obſeruat Gloſſa *in cap. ſanè 2.* in verbo *dictuys 24. q.1.* Innocent. *in Rubrica de Conſecratione Eccleſiæ, vel altaris,* Hieronymus de Monte *dicto cap.63. de finib. reg. à n.1.* & Maſcardus *de Probationibus, concluſ.399. n 4.* vbi *n.1.* ait quod Scripturæ in lapidem inciſæ, vel in columna fidem faciunt, iuxta quæ iam dixi *ſup. q 1. & 2.*

Ad ſecundam partem quæſtionis, qualiter 10
per famam, aut coniecturas probetur ſatis ſuprà dixi *de his Probationibus, q 1. & 2.* iam ergo dixi per textum noſtrum probari fines per famam antiquam & publicam; nunc verò dico hanc famam probari per duos Teſtes, quæ non ſolùm fines probat, ſed etiam dominium, quod tamen verum eſt, ſi de fama conſtet, ante inchoatam litem, vel ſi ea ſit antiqua; ſecus ſi
recens;

Digitized by Google

reeens; ita Doctores per teatum noſtrum, &
probat mnltis adductis Maſcardus *de Probat con-*
11 *cluſ.396.* † Latè etiam videndus, vt ſcias, qua-
liter fiat probatio de finibus per coniecturas, de
quo *concluſ.397.* vbi refert plura & qoamplu-
res, & ſatis datur intelligi ex iam dictis ſuprà.
12 † Sed hæc probatio non ſatis eſt Actori, quan-
do conſtat de iuſta poſſeſſione eius, contra quem
agitur, quia tunc non per coniecturas, ſed ple-
nè ſunt probandi confines, vt doeent Doctores
hîc cum aliis Maſcardus *ſup. à n.9.*

13 Ad tertium an fines probentur per lapides
antiquos abunde etiam reſpondebis ea dictis
ſuprà q.1. ſed in terminis, quod probentur per
lapides antiquos ſolitos apponi pro diſtiuctione
terminorum, *ex l.s. §. qui in rationibus, ff. de
falſis, l. qui tabulas in princ ff de furtis, gloſſa
hic*, & vſque adeò lapidibus his eredendum eſt,
licet partes, quæ litigant non poſuerint, nec
eos pro terminis habeaor; ita Doctores *in l. fin.
ff. de finibus regund.* Hieronymus de Monte *in eo-*
14 *dem tract. cap.19. n.1.* † Tamen iſti lapides, vt
eis credatur debent eſſe immobiles, & terræ in-
hærentes inſtar terminorum, vel ſaltim, vt la-
pides mobiles alios habeant lapillus ibidem
terræ adhæreſeentes; qui vocãtur indices oſten-
deutes locom, quem alij ſegregant, & diſtin-
gunt ſic Hieronymus de Monte *ſuprà cap. 17.*
15 *num.3. & 4.* † Et Paris de Puteo *in cap.1. de
feudo finib. cap.1. n.1.* ait ſolere in vſu furenſi
obſeruari, atque de hac re confiei inſtrumentum,
quando per Iudicem, vel arbitrum aſſiguntur,
refert ipſe, *in l. inter Caſtellia de receptis arbi-*
16 *tris.* † Et ſi agnoſcere velis de lapidum ſitu, vt
fines, ſeu terminos rectè diuidas & diſtinguas,
aduerias, vt quando effodiuur loeus, in quo
dicebatur eſſe terminus ſi ibi reperiatur lapis,
cum lapidibus paruulis hinc inde ad cuſtodiam
qui ſi negent lapidem medium fuiſſe poſitum
pro fine terminante, & deſignante iſtud videri
Iudicium apertiſſimum diuiſionis, territorij, vel
bonorum dixit Paris de Puteo *in cap.1 a n.20.
de fiae feud* Hieronymus de Monte *ſuprà cap.19.
à num.1.* & Corneus *conſ.333.* Capio *vol.1. n.7.*
17 † Qui *n 37.* dixit quod quando terminus repe-
ritur in confinibus plurium agrorum, ſeu ter-
ritoriorum, vt cognoſcatur, an voluiſſet po-
tius terminare, cum vno territorio, quàm eum
alio, tunc hoc reſpici poſſe quando terminus
reſpicit alium terminum directo, & non ea tranſ-
uerſo, vel ſi quod ſummum eſt in termino, ſiue
guardia, vt alij appellant, reſpiciat terminum
ab vno latere directè ea eo erit ſignum, eſſe ter-
ritorij, vel prædij finem, inter territoria, &
prædia verſus quem reſpieit: ſequitur Hierony-
mus de monte *de finibus, cap.18. num.1.* docens
ita per Geometras, & Agrimenſores Iudicium
18 ſe dixiſſe. † Etenim lapides illi debent in cer-
tam partem ſeſe mutuo directè reſpicere, non
in obliquo, ſic Paris de Puteo *vbi ſuprà cap.1.
n 57.* qui ait à ruſticis audiuiſſe, ita obſeruari
debere, quibus in iſtiuſmodi, rebus creden-
dum, & ſtandum eſt; argumento teatus, *in l. ſi
chorus, ff. de leg.3. cap. quia indicante de præſcript.*

19 Ad quartum an probentur per cuſtodiam lo-
corum, reſpondeo affirmatiuè; nam cum con-
ueniat, vt per cuſtodes fines Prouinciæ ſeruen-
tur, vt colligitur, *ex tit. Cod. de Officio præf.prat.
Afric.* Natta *conſ 672. à n.9 lib.4.* Ideo benè per
iſtos cuſtodes locorum poſſe probari fines eli-
eere poſſumus ex text. *in l.in nomine, §. ſancimus,
verſic. in Sardinia, Cod. de offic. præf. præt. Afric.*
Etenim huiuſmodi cuſtodes magis idonei ſunt,
quàm alij, vt probari videtur, *ex l. ſi ita, §. mu-
lier villa cuſtos, ff. de fundo inſtructo,* Guido Pap.
q.193. n.1. Baldus *conſ 420. n.1. vol.1.* nam cu-
ſtodia loci apertè demonſtrat poſſeſſionem cu-
ſtoditi, & eiuſdem retenti, idque euidens eſſe
ſignum diuiſionis terminorum, & territoriorum,
vt docet Maſcard. *de Probat. concluſ.402.* & Hie-
ronymus de Monte *de dıſfinibus*, qui ad id pro-
bandum adducit textum, *in l. quarundam, ff. de
acquirenda poſſeſſ.*

Ad quintum quomodo probentur ex clauſu- 20
ris de quo genere probationis loqui videntur
Doctores per teatum, *in d. l, in nomine Domini,
§. ſancimus*, verſic. *Sardinia*, ibi, *ſicuti ex clau-
ſulis, & Burgis oſtenditur, Cod. de præf. præt.
Africa.*

Item etiam probantur per redditus antiquos, 21
& nauigia & pedagia, vt tradunt Bald. & Fe-
linus hîc, qui hoc confirmant, ea doctrina text.
in cap. licet 9. hoc tit & teatus *in cap. dilectus de
officio*, Arebid. & videtur probari ea teat. *in d.
l. ſi quis ſuper Cod. de finib. regund.* latè Hierony-
mus de Monte *in eodem tract. cap.52. à num.7.*
& facit *l. vectigal. C. de vectig. & commiſſ.*

Item probari queunt per communem opinio- 22
nem; tenet Hieronymus de Monte *ſup. num.16.*
Batt. Socinus *conſ.86. n.2.* eum aliis, *lib.1.* eum
aliis Maſeard. *concl 403. n.11.* & pro hoc modo
faciunt, quæ adduxi ſuprà *de probatione per fa-
mam iuxta noſtrum textum.*

Item etiam probantur per refectionem agro- 23
rum, Maſeardus *ſupra n.17.* & Paris *conſ 4. n.6.
volum.4.*

Item probantur per loci euidentiam docet fu- 24
ſius Maſcardus *in litter. C. ind. de Probationibus,*
idem *d. concluſ 403. n.16.* Afflictis *deciſ.13.* poſt
n.6. verſic. *fuit omnibus*: argumento text. *in cap.
euidentia de accuſationibus.*

Item per ſententias Iudicium, & arbitrorum 25
probari limites, reſpoodetunt Hieronymus de
Monte *ſupràcap.52. n.11. & 12* Bald. *conſ.410.
vol.1.* Quod declarat Maſcardus *ſup. n.13.* pro-
eedere, etiam ſi non conſtet illum eſſe Iudieem,
vel arbitrum dummodo iſti termini reperiantur
ita poſiti, prout in arbitramentis conſtituuo-
tur, & ita permanſerint per longum tempus:
nam eum tamdiu permittuntur illi termini, &
tacent, præſumitur, illos ratos habuiſſe termi-
nos, inter quos ſententia, vel laudum latum eſt;
nam paria ſunt ratum habere verbis, vel facto,
l. Paulus reſpondet, ff. rem ratam haberi, Bald. *in
l. non ignoras, col.1. C. qui accuſare non poſſ.*

Limites, ſeu fines etiam probantur per litte- 26
ras Epiſcopi, vel cuiuſlibet alterius Iudicis Or-
dinarij, etiam ſi huiuſmodi litteræ agant, &
ſint de his, quæ ad officium ſuum, non ſpe-
ctant: nam licet tales litteræ circa ea quæ ſunt
aliena ab officio plenè non probent, tamen ſe-
miplenè probant, quæ probatio eſt plena In ma-
teria finium, & ſic dixit Decius *in cap. poſt ceſ-
ſionem ſup. hoc tit. n.14.* huiuſmodi litteras pro-
bare in confinibus, & vt videas qualiter litteræ
Epiſeoporum probent, dixi ibi latè.

Probantur etiam confines per exercitium iu- 27
riſdictionis in antiquis, vt docuerunt Baldus, &
& Felinus hic in fine allegantes textum, *in dicto
cap. dilectus de officio Arch.* & text. *in d. cap. licet*

hoc

hoc titulo, Baldus in d. conſ.420. verba Principis,
vol.1.à n.1. vbi id planum facit exactione talca-
tum, & ſimilibus, conſiderans ibidem, quod per
hoc exercitium Iotiſdictionis probantur fines
& deſtrictus, tam in mati, quàm in terra; imò
& io cœlo & aëre, quia vſque ad cœlum de-
bet eſſe liberum poſſidentis, cap.vbi periculum de
28 elect.lib.6. † Quæ omnia exemplificat Maſcat-
dus dicta concluſ.403. n.3.& 4. dicens dominium
aëris ſignificari eo, quia ſuſpenſi pendent in aëre,
quomodo ſignificari merum imperium, quod
conſiſtit in quatuor, ſicut ſunt quatuor elemen-
ta; in igne, vt quando quis comburitur propter
maleficium. In aqoa, vt quando quis ponitur in
eculeo, & in aquam, ſeu in flumen proiicitur, l.1.
Cod. de patrib. qui fil. occid. In terra, vt quando
quis in terra proſteroitur, & cap. mulctatur, l.3.
Cod de Epiſcopali audientia, & quod prædicto
exercitio fines probantur, facit textus in cap. ſu-
per quibuſdam de verb ſignif. & teſtatut innocen-
tius in cap.cum ad ſedem.de reſt.ſpol.n.9.

29 Per vias regales etiam probantur eonfines,
quandoque per Montes, Valles, aut Villas, & per
ſimilia, qui quidem fines dicuntur æterni, quia
permanent in æternum, vt iam ſupra dixi; do-
cent Felinus hîc, & Baldus, qui dixit terminos
appoſitos ab homine eſſe mutabiles; terminos
verò à natura poſitos, vt Flumina & Montes eſſe
perpetuos; docent Hietonymus de Monte de fi-
nib regund.cap 24.in princ.& cum aliis Maſcardus
dicta concluſ.43.à n.5. faciunt Iura in l.in agris li-
mitatis, ff.de acquirendo rerum dominio, & in l item
ſi fundi, § ſed & ſi in inſula ff de vſufruct. & Feli-
nus hic, n.5. allegat textum in l.quæ bona.§.ſi ſtipu-
latus, ff. de damno infecto. Etenim vbi olim fue-
runt termini, & etiam nunc eſſe præſomendum
dixit conſultus in l. in finalibus, vbi Bart.& Ma-
rian. ff finibus regund. Vide ſuprà, quæſt. 1. ſub
num.48. & 49.

30 Vltimo fit etiam, vt limites probentur pet vo-
luntatem Patriſfamilias declaratam in eius vita;
nam tunc confines indicari poſſe dixit Guido
Pap q 193 & Hieton.de Monte in tract.de finibus,
dicto cap.52 n.15. & hanc ſententiam videtur de-
fendere Iulianus in l ſi ſeruus plurium, § fin. ff.de
leg.1. & Vlpianus in l ſi quis duos, § ſi quis partem,
ff.communia prædiorum.

31 Ad ſextam quæſtionis partem de probatione,
quam facit matricula breuiter dico, de hoc latiſ-
ſimè agere Seſſe in deciſ.143. Aragonia, vbi vide-
bis; nunc autem aduertes matriculam facere
probationem, & ob id infeto, quod non potuit
amoueri à regimine ciuitatis quidam, qui tan-
quam nobilis fuit extractus ab Vſſula, ſeu ma-
tricula, licèt non cenſeatur aliquis nobilis ex
hoc ſolùm quod ſit deſctiptus inter nobiles; ita
Anna in conſ. deciſ. 94. & fuiſſe deciſum refert
32 Anna Pater in ſing deciſ 358. † Quapropter di-
cendum eſt matriculam probare aliquem exiſte-
re alicuius artis, licèt ſecundùm Franchis in de-
ciſ. 481. requiretur probatio exercitij; ſequitur
Riccius in collect.1829. ad textum, in l matricula,
Cod.de agentibus in rebus. Et videbis quæ conge-
33 rit Maſcardus de probat. concluſ. 1037. † Vbi à
n. 1. probari dicit pet matriculam quem eſſe de
Collegio, etiamſi ea cancellata eſſet, niſi legiti-
mè appareat de tali cancellatione Bald. in l. Scri-
niarios, Cod. de teſtam. militum, & in l.petitionem,
Cod.de Aduocat.diuerſ.Iudic. Accurſ in l.eos. Cod.
34 de officio mag.milit. † Itavt transferat onus pro-
bandi in aſſerentem eum deſcriptum non eſſe in
ea de Collegio; idem Bart. in l vltima, Cod.de reb.
cred.& in l.Titia textores in princ.ff de leg.1.& in l.
illa, ff.de verb. obligat. † Et ratio eſt, quia in du- 35
bio præſumitur pro matricula, quia confert
quaſi poſſeſſionem, Baldus in dicta l. Scriniarios,
per l ſolemus, Cod de fide inſtrument.& facit textus
in l.ex eo tempore, ff. de militari teſtamento. † Ita- 36
que reſolues quem cenſeri pertinere ad matricu-
lam, ſi conſter in ea fuiſſe legitimè receptum;
aliàs ſecus, vt tradit ex multis Maſcatdus ſuprà.
† Qui n.10. ait deſcriptos in matricula non frui 37
debere priuilegiis illius Collegij & Matriculæ;
niſi in ea deſcripti exerceant ſpectaotia ad Col-
legium, vt declatat Bart, in l qui ſub prætexu, Cod.
de ſacroſanctis Eccleſiis. & in dicta l ſcriniarios, &
in l.ſub prætextu, Cod de ſuſcept.& Iur.lib.12. Bald.
in Auth habita, Cod.ne fil pro pat col.6. Et hæc be-
nè applicari poſſunt ad hoc vt per matriculam
fines probentut ex iam dictis.

Ad vltimam pattem de indicatione confi- 38
nium, videbis quæ latiſſimè docet Farinacius in
deciſ. 150. quaptopter reſolutiuè nunc dico,
quod empbiteuta regulatiter cogi poterit à Do-
mino directo, ad talem indicationem benè ſcri-
bit Riccius. & latè in deciſ. Curiæ Archiep. Nea-
pol. 29. Farinacius in deciſ. 29. & melius in de-
ciſ.193. † Vbi fuit dictum quod poſſidens bo- 39
na Eccleſiæ ſiue emphiteuta, ſiue fructuarius ſit,
ſiue colonus, tenetut ad indicationem bonorum
pro quibus Caoonem ſoluit, & ratio eſt ſecun-
dùm Balb. in deciſ.29. quia aliàs omnia bona præ-
ſumerentur Eccleſiæ, vt fuit etiam ſæpiùs per
Rotam reſolutum. † Item ampliat idem Farin. 40
deciſ. 147. vbi dixit quod exorta controuerſia
circa cauſam renouationis boootum, teuetur
pars indicare confines antiquos; itavt non ſuf-
ficiat ſola nouorum expreſſio. † Et ampliat 41
idem Farinac. præfatam indicationem bonorum
emphiteuticorum debere eſſe veriſimilem, & ſi
talis non ſit, rejiciendam eſſe, & ſic Riccius col-
lect.1489. ad textum in l.3. ff. finium reg. ait cum eo-
dem Farinacio in deciſ.149. indicationem nedum
veriſimilem, ſed etiam concludentem eſſe debere

QVÆSTIO IV.

An libris Mercatorum detur fides: Vbi de fide rationis librorum: Et an calculationes in eis facta habeant exequutionem paratam: vbi de aliis ad textum?

SVMMARIVM.

1 *Mercatorum libri quando fidem habeant, & qualem, n 2. Creditur eis vigore ſtatutorum, ſeu conſuetudinis, n. 3. quando ad executionem præferantur aliis inſtrumentis, n 4.*

4 *Libri rationum etiam defuncti, qualem fidem faciant, n.8. 9. nullum, qui mendaces in aliqua partita, n. 5.6. & qui non ſunt compaginati, num.7.*

10 *Calculationes & libri extrajudiciales non habent executionem paratam, n 12.*

12 *Confines præſumuntur eſſe illius qui eos occupauit, primò fallit in ſpiritualibus, n 13.*

14 *Antiquis confinibus ſtatur, niſi probentur noui.*

17 *Memoria conſeruatur per confines.*

Iii

1 IN his ergu tribus difficultatibus breuis ero,
ſuppoſitis bis quæ dixi *ſuprà.q.1.de librorum fi-*
de circa probandos confines. Itaque ad primum di-
cu poſſe dari fidem libris Mercaturum in eutum
fauorem, ex diſpoſitione ſtatori, vel conſuetudi-
ne, Bald. Angel. & Alex. *in l.quedam, §.nummula-*
rios,ff.de edendo, Baldus *in l.comparationes, Cod.de*
fide inſtrument. & in l.cunctos populos, col.14. Cod.
de Summa Trinitate, & fide Catholica, vbi Iaſon.
l.lect.n.23.qui licet *in l. de quibus.ff.de legibus,n.68.*
ſequatur contrariam ſententiam : tamen regulæ
doctrinam veriorem opinatur *in l.ſi non ſpeciali,*
n.3.Cod.de teſtamentis,& in l.ſi irrogator, §.1.ff de
adopt. Ioannes Oruſe *in l.omnes populi,ff.de Iuſti-*
tia & Iure,n.23. cum aliis Gratianus *reg.299.* qui
n.1. ait non eſſe faciendum cumulum librorum
Mercatorum, ſed cuilibet libro in ſua ſumma
credendum, vt tenet Bald. *in l.vnica,Cod.de Con-*
feſſis,collat.3.in fine, quod in praxi ſeruari dicens,
ſequitur Iaſon. *in l. ſi idem, cum eodem, ff. de Iur.*
omn.Iud. n.8. Videbis ipſum Gratianum *reg.401.*
& quæ dico *infrà in cap.1. de fide inſtrument. q.9.*
2 Tamen relata doctina venit intelligenda,
quando tale ſtatutum, ſeu talis conſuetudo eſt
adhibita Iudicis conſenſu, ſi ei videbitur, con-
ſideratâ qualitate Mercatoris & quantitate, ac
conditione cauſæ, vt per Baldum *in l. vnica, 4.*
collat. Cod.de Confeſſis, Abbas *in cap. bona, & l.2.*
collat. finali de poſtulatione Prælatorum, ſingulari-
ter Hypolitus *in ſingul.* 458. vbi alias duas limi-
tationes ſcribit relatas à Iaſone *in leg.admonendi,*
num.81. ff. de Iureiurando, qui ſex modis limitat,
& Andreas Tiraquell. *de retractu, §. 4. gloſſa 1.*
num.9. docet nihilominus poſſe probari contra-
rium per notata *in c.continebatur, de ſponſ. impub.*
iuncto cap.propoſuiſti,de probat.
3 Ex quibus commonis eſt reſolutio creden-
dum eſſe vigore ſtatuti, vel conſuetudinis libris
Mercatorum, in his quæ ad mercantias attinet,
& non aliàs, vt vltra prædictos, etiam reſo-
luit Iaſon *in leg. age*, cum Geminiano *num.4.*
Cod. de tranſactionibus, quem ſequitur Alciatus
in cap. pernicioſam de officio ordinary, numero 107.
Hippolytus *in Rubrica de fideiuſſoribus, num.183.*
Andreas *ab ex ea de pactis, num 307.* Abiles *in*
cap. præceptorum, cap 4. gloſſa ſea obligado, nu-
mero 6. & in iſto caſu dicit Gratianus *à num.4.*
relinquendum eſſe arbitrio Iudicis inſpectâ qua-
litate perſonæ rerum, & cauſæ. Et quod de-
beant concurrere multæ coniecturæ, vt his li-
bris mercatorum credatur plenè, dixit Surdus
deciſ. 199. & quæ requirantur, vt eis adhibea-
tur fides, dixit Guido Pap. *in deciſ.441.* & Io-
ſephus Ludouicus *deciſ.88.* Et nouiſſimè cum
infinitis Nicolaus Senora *de Scriptura priuata,*
lib.4. in princip Gaitus *de credito, parte 1. cap.2.*
tit.4. & 5. vbi de libris priuati poſt Farin. Scu-
bar, Scacciam, Menuchium, & alios.
4 Ad ſecundam partem de fide rationis libro-
rum videtur inferri ex ſupra dictis, ſed quia
loquuti ſumus de libris mercatorum, & de
nonnullis libris *ſuprà quaſt.1.* nunc addo reſum-
ptiuè, quod vt ſcias quod libri Mercatorum
pro publicis habeantur inſtrumentis; ita quod
habeant exequutionem paratam, & præferan-
tur creditoribus ſe in inſtrumentis fundantibus,
Leges Grat. Rut. March. *in deciſ.203.* qui affir-
matiuam docet ſententiam ſcilicet, vt præfe-
rantur creditoribus ſe fundantibus in inſtru-
5 mento. † Et Thom. Treoes *in deciſ. venet. 16.*
parte 1. egit de fide præſtanda libris continen-
tibus magnam quantitatem, & qualem. † Imò 6
& Farinacius *in deciſ.210.* dixit quod libri men-
daces in vna partita præſumuntur in totum
mendaces, & falſi. † Et Grat. Rut. March. *in* 7
deciſ.137. dixit non eſſe dandam fidem libris
publici officialis, quando non ſunt compa-
ginati.
Sed quando libri rationum dicantur Authen- 8
tici; ita quod eis ſit præſtanda fides, videbis
eundem Grat. *Rot. March.* 146. & Franciſcus
Marc. *in deciſ.520.* dixit hos libros non poſſe
pro parte acceptari, & pro parte repudiari. † Et 9
Capellla Thuloſana *in deciſ.496.* dixit librum
rationis alicuius defuncti, qui ſanè non impro-
bus fuerit facere aliqualem præſumptionem, &
an credatur libris priuatarum rationum; vide-
bis quæ tradit Mang. *Rot. Florent. in deciſ.95.* &
multa in materia librorum ponit Mubedan *in*
deciſ.1. in titul. de furtis, & videbis Riccium *in*
collect. deciſ.72. Et de libris tutorum adminiſtra-
torum pluriumve aliorum dixi breuiter *in cap.2.*
& 3. de Archipreſbyteri officio ſub q.2. nouiſſimè
cum infinitis Genoa *de ſcriptura priuata, libro 4.*
& 5. Gaito *de credito 1.p. cap.2. tit.4. & 5.* quæ
leges referentes ſpecies 70. librorum.
Ad vltimum ſatius reſpondebis ex bis, quæ 10
dico infrà *in cap. quoad conſultationem de ſenten-*
tia, & re iudicata, & ſic nunc breuiter dico li-
bros, & calculationes extraiudiciales à Parti-
bus, ſeu calculatoribus nominatis, ab eis factas
extraiudicium, & ſine authoritate Iudicis, non
ſecum trahere executionem paratam, vt docent
Parlad. *lib.2. rerum quotidianarum, cap.fin 1.p.§.9.*
n 5. Caſtillus *in l.27. Tauri, n.19.* Abiles *in cap.*
præt.c.30. in verbo *hagapagar*, Ioannes de Heuia
in ſua curia, p.2.§.4.n.1. & videbis Rodriguez
de execut. cap 1. §.3. à n.20. vbi cum multis.
Et ſi velis ſcire de praxi, quâ vtuntur Iudices 11
ſuper calculatione facta à calculatoribus, quos
partes nominarunt, leges Ioannem Guttietrez
lib.1. pract. q.37. & ibi *n.3.*
Eſt igitur iam pro complemento notandum, 12
quod licet verum ſit, vt confines præſumantur
eſſe illius, qui primo eos occupauit, vt tradit
Baldus hîc, & idem ſcitu eſſe dignum *in l. rem,*
quæ nobis de acquirenda poſſeſſione. † Tamen hoc 13
non procedere in confinibus rerum ſpiritualium,
in quibus non datur libertas occupandi rem va-
cantem, niſi authoritate Summi Pontificis, di-
xerunt Innocent. & Felinus hîc, & Abbas *n.3.*
qui reddit rationem huius diuerſitatis, quia tem-
poralia vacantia, ſine alicuius iniuria, & peccato
occupari poſſunt; nam quod in nullius bonis
eſt hoc naturali ratione occupanti conceditur,
§. ferè itaque Inſtit. de rerum diuiſione, quod non
procedit in ſpiritualibus; Tradit Maſcardus *de*
Probac. concl.403. à n.24. † vbi *à n.19.* ait confi- 14
nibus antiquis ſtandum, niſi probentur noui,
quia in propriis agris licitum eſt terminos mu-
tare, & tunc fines antiqui non attenderentur,
ſed illi, qui reputantur deſignati in contractu, vt
habetur, *in l. vbi.* Bald. *C.de finib.reg.* † Itaque ſi 15
venditor in venditione non fecerit certiorem
emptorem de finibus mutatis præſumetur ven-
ditionem, vel conceſſionem factam fuiſſe ſecun-
dum fines antiquos, Alber. *in l. in finalib. & in l.*
eos, ff de finib. reg. † Et Hieronymus de Monte 16
de finib.c.21.n 5.& 8 & addit hodie præſumi rem
mobilē eſſe, vbi alias fuit intra certos terminos.
Et

Google

Et in tantùm confines deſiderari, vt quemadmodum per ſepulchrum retinetur bominum memoria; ita conſeruari per terminoa finium, Angelua *in §. quadam actiones*, *num.* 10. & ibi Iaſoo *num.* 38. *Inſtit. de actionibus.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XIV.
Cauſam quæ, De Probat.

PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

4 *Vxor recedens à domo viri, & ingreditur Religionem, ſeu ex aliqua cauſa diuortium coram Iudice intentat, non dicitur ſpoliare virum.*

5 *Publicatis atteſtationibus in cauſa matrimonij, aliæ atteſtationes recipiuntur.*

6 Cap. iurauit 6. hoc tit.

VT textus huius materiam ſatis recognoſcas leges quæ dixi latè ſuprà *in cap. propoſuiſti* 4. *hoc tit.* vbi *de virginitate probanda de obſtetricibus, & de peritis in arte.*

I. Dixi latè, & inibi de intellectu huius text. Sed quia vidi quendam repetentem hîc meminiſſe de materia text. *in c. ex conqueſtione de reſtit. ſpoliatorum*, & *cap.* 1. *de Ordine cognit.* eo quod puella, de qua hîc virum ſuum ſpoliaſſet ſi Virginem, & Monacham profitendo, & ob id priua, & ante omnia virum fuiſſe reſtituendum, nec puellam illam ponendam eſſe in Monaſterio, quod intrauit, interim quo agitaretur cauſa. II. Ideo licet Gloſſa hîc doceat fauore Religionis non fieri reſtitutionem, quia non præcedente copulâ valuit Monacharus *ex cap.* 1. *& cap ex publico de conuerſione coniugat*, de quo plura dico in his iuribus (ſcilicet quando, & qualiter ſponſa de præſenti, nondum cognita, poſſit ſponſum derelinquere, & Religionẽ intrare, inibique profiteri) ob idque ſi fieret reſtitutio forſan cognoſceretur à viro; & mulier profiteri non poſſet, vide Abbatem hîc *oppoſit.* 1. Felin. *n.* 3. & Dec. *n* 4.

III. Tamen cum Menochius *de recuperanda remedio* 1. *num.* 14. & Ripa *in leg. naturaliter*, *§. nihil commune à numero* 82. *ff. de acquirenda poſſeſſ.* docere videantur, virum debuiſſe prius docere de poſſeſſione vxoris per copulam carnalem, ad hoc vt reſtitueretur, iuxta text. *in cap ex tranſmiſſa de reſ. ſpoliat.* & ſic non contingere reſtitutionem, etiam ſi mulier non ingrederetur Monaſterium. Ideo alij dixerunt hîc non fuiſſe per virum intentatum remedium vnde vi poſſeſſorium, ſed ſolùm petitorium, iuxta text. *in d. cap.* 1. *de ordine cognit.* vbi latè videbis, & quia prætendebat Vincent. de quo hîc, conſummatum eſſe Matrimonium, fœmina illa non poterit religionem profiteri.

IV. Itaque exiſtimo dicendum, quod quoties mulier recedit à domo viri, & ingreditur Religionem, vel intentat coram Iudice ex aliqua cauſa diuortium; tunc non dicetur virum ſuum ſpoliare iuxta ea, quæ dixi ſuprà *in cap.* 1. *vt lite non conteſtata*, & *in cap. litteras de reſt. ſpol.* & iuxta text. *in l. extat*, verſic. *vis enim. ff. de eo quod metus cauſa*, & in hoc caſu loqui text. noſtrum; & facit praxis, de qua dixi ſuprà *in cap.* 4. *de libelli oblatione*, *q.* 4. *§.* 14. *n.* 2.

V. Et quia exiſtimant multi ex noſtro textu percipi, vt poſt publicatas atteſtationes ſint alij teſtes recepti, contra regulam text *in c. iurauit* 6. *hoc tit* & *in cap. fraternitatis*, & *in cap intimauit de Teſtib.* vbi dico, & *in Clem* 2. *eod.* ideo DD. per Gloſſam hîc verbo *pars & gloſſa, in d. cap. iurauit*, docent ſpeciale eſſe in matrimonio, vt poſt publicatas atteſtationes, aliæ probationes admittantur, propter graue periculum, quod imminet in cauſa matrimoniali cuius periculi ratione, non tranſit in rem iudicatam ſententia cauſæ matrimonialis, ſecundùm ea, quæ dico *in cap. lator*, & *in cap. tenor.* & *c.* 11. *infra de ſententia, & re iudicata.* VI. Quare putuerunt hîc aliæ matronæ recipi, dixi ſuprà *in d. c. propoſuiſti hoc tit. q.* 4. in verſ. *ad tertiam.* vbi dico *de vera interpretat.* text. noſtri, & ſic text. *in d. c. iurauit*, & alij relati loquuntur in depoſitione teſtium, quæ non admittitur publicatis atteſtationibus, ſecus tamen eſſe, ſi publicentur depoſitiones & declarationes, peritorum deponentium de credulitate, & peritia propter eorum facilitatem, quod dictum aliqui intelligunt procedere, quando Iudex ex officio procedit, ſecus ſi ad inſtantiam partis, ſed tu dices ſecundùm dicta ſuprà *in d.* verſic. *ad tertiam*, *q.* 4. *cap.* 4 *hoc tit.*

VII. Et ibi in verſic. *quas pars vtralibet duxerit producendas.* Ex his verbis ſolent dicere DD. quod primæ matronæ quas produxit hic mulier, non depoſuerunt in Iudicio plenario. Quare docent veriorem rationem ad textum noſtrum eſſe vt nõ fuerit facta publicatio in Iudicio plenario.

VIII. Et de materia huius textûs plura dixit Graña *in cap.* 1. *de exceptionib.* à *n.* 4. de quo dico *in cap. præſentium*, infrà *de Teſtib.* vbi quo tempore poſſit obijci contra teſtes, ad quod reſpiciunt verba text. noſtri ibi, *recepturi poſt modum, non ſolùm probationes viri quas inducere voluerit, contra mulieres illas.* Et applicabis dicta infrà *de Teſtibus*, *in cap. cauſam* 11. & quæ notat hîc Barboſa.

AD TEXTVM
IN CAPITE FIN.
Cum bonæ, hoc titulo.

PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

6 *Inſtantia rei integrari poteſt ex nouis probationibus per actorẽ, quãdo reus ab illa fuit abſolutus.*

AD completam materiam huius text. leges quæ dixi ſupra *in cap. at ſi Clerici* 4. *de iud. q.* 1. 3. 9 & 15. verſic. *ſi vero*, & ibi, *q* 10. *an acta in Iudicio ciuili faciant fidem in criminali, & quod acta in vno Iudicio fidem non faciunt inter eaſdem perſonas, niſi productio fiat apud acta*, ibi, *q.* 11. *à n.* 2. Et quod acta omnia geſta à Iudice, à quo auocatur cauſa, transferuntur ad Iudicem ad quem, & quæ ſint, vide *in cap. venerabilis* 20. *de iud q.* 2. *à num.* 5.

I. Et ibi, *originalia acta dicantur apud priores Iudices remanſiſſe*; applicabis plura, quæ dixi ſup. *in c. quoniã cont.* 11. *hoc tit.* & videbis quæ dico infrà *in c. cum cauſam* 11. & 10. *de Teſtib.* vbi *qualiter atteſtationes in vno Iudicio faciunt fidem in alio.*

II. Et ibi, *alioquin cum non reuocetur in dubium de conteſtatione litis ſuper ſtatu Pig. Monaſte, & quibuſdam ſpoliationibus, contra Abbatem eius factis à Marg. Epiſc. recipiatis eius probationes de nouo.* Per hæc verba volent nonnulli agere de duratione ioſtantiæ; vida Hoſtienſ. hîc ſed de hoc videbis quæ latè adduxi, *in d. cap. venerabilis* 20. *de Iudicijs*, item quod non probata in prima inſtantia, in ſeconda probari queunt; Videbis quæ dico *in cap. cauſam quæ* 19. *de Teſtib.* & *in cap. fraternitatis* 17. *eodem.* III. Et ibi *audientes, ſi partes audire voluerint de compoſitione tractatuum.* Applica quæ dixi ſuprà *in cap.* 1. *de mutuis petitionibus, q fin.* vbi de compoſitione inter litigantes facienda. IV. Et ibi, *quam cauſam ſufficienter inſtructam ad nos remittere procuretis.* De auocatione cauſæ à Papa, vel ſuperiore facta dico infrà *in cap. vt noſtrum* 56. *de appell.* V. Et quod inter alios acta alteri non nocent, videbis quæ dixit Menoch. *de Arbitrarijs, lib* 1. *cent* 2. *caſu* 111. & applicabis quæ dicu infrà *in cap. cum ſuper, de ſententia & re iudicata.* Applica quæ adduxi, *de cumulatione actionum & actorum*, ſuprà *in cap.* 15. *de Iudicijs, à quæſt* 12.

VI Vnum tamen notabis, quod cum Reus ſit abſoluendus, actore non probante ab inſtantia Iudicij, ſecundùm ea, quæ dixi *in c.* 15. *de Iudicijs*, & *ex l.* 4. *C. de edendo.* & 2. & 23. *C. eodem, l* 9. *C. de except.* ideo quæri hîc poteſt, an Actor ex nouis probationibus, eam reintegrare poſſit, & dicendum eſt poſſe dummodo Reus ex defectu probationum, non etiam ex contraria probatione, aut purgatione ab inſtantia ſit abſolutus, *l.* 10. §. 3. *ff. de edendo*, docet Andreas Vallenſis *ad Rubricam hîc.* §. 3. *n.* 5. & applicabis quæ adduxi, *de inſtantia inſtauranda, in d. cap. venerabilis* 20. *de Iud. circa finem.* Et adducta infrà *de Iureiurando, cap fin.* § *ſanè*, & ibi, *q. fin.*

Qvæstio I.

An extrahi, & compulſari valent acta vnius Iudicij ad aliud, vt aliquid probent: Et qualiter hæc procedant in informationibus puritatis?

Svmmarivm.

1 *Compulſantur acta in alio Iudicio, quoties teſtes ad ea ſe referunt, n.* 2.

3 *Probatio non eſt reſtringenda*

4 *Compulſari poſſunt informationes aliorum tribunalium in cauſis puritatis.*

6 *Fiſcalis tenetur oſtendere ius ſuum indubitatum.*

2 Hvius textûs materia præſtat, vt hoc dubium hîc excitetur, & vt congruenter excogitatum innectatur; Eſt ergo breuiter dicendum ſuppoſitis iam aſſignatis in præmiſſo text. noſtri, quod ſæpè ſæpiùs oportet extrahi, & compulſari acta vnius Iudicij ad aliud, vt aliquid probetur, & benè Iudices ſe inſtruant, ad quorum aoimum informandum conſtans eſt in iure, quod allegari, & adduci poſſunt, etiam leuia, & reprobata, quia ſunt Iudices, qui magis mouentur ex inanibus, & futilibus, quam ex verbis, & ſolidis rationibus, & fundamentis, vt communiter DD *in cap. per tuas, qui filij ſint legitimi.* Cæpola *cautela* 67. *ſunt multi procuratores*, Neuizanus *in ſylua nuptiali, lib.* 5. *ſub n.* 56. † Quare ſi a
v. g. teſtes ſint, qui ſe referant ad probationes receptas circa eandem rem in certo Iudicio, neceſſum erit, vt in hac ſpecie, ad agnoſcendam fidem actorum, & dictorum teſtium requirantur, & compulſentur acta in alio Iudicio, etiam in competenti ſubtiecata, à quibus regulari debet eorum fides, etſi non appareant, nulla erit ſecundùm text. *in Auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edendo, & in corpore*, Vnde ſumitur Paulus de Caſtro *conſ.* 139. *num.* 3. *p.* 1. Rolandus à Valle *conſ.* 8 *n.* 21. *lib* 3. Zeuallos *conſ.* 200 *num.* 7. *tom.* 2. D. Ioannes de Eſcobar *de puritate ſang. p.* 1. *q.* 13. §. 4. *n.* 33. † Qui *n.* 36. id etiam probat, eo quod 3
in omni euentu probatio reſtringenda non eſt, *Auth de fide inſtrument.* §. *ſi quis igitur, in fine*, Gratianus *in March decis.* 116 *n* 5. & ſi Iudex eam deneget, aut coanguſtet, grauare dicitur ex Surdo *deciſ.* 153. *n.* 25. Farinac. 451. *n* 4. *in fine, tom* 2. *in poſthum.* & colligitur ex adductis ſuprà *in cap.* 2. *hoc tit.* & infrà *in tit. de Teſtibus.*

Vnde ad ſecundum dubium qualiter hoc pro- 4
cedat in informationibus puritatis reſpondeo, quod, & ſi Chriſtophorus de Paz *in ſuo tract. de tenuta, p.* 1. *cap* 32. *n.* 50. & 51. Valenzuela, Velaſq. *p.* 1 *conſ.* 92 *n.* 120. doceant, quod nec iure, nec conſcientia licet tribunalibus, nec eorum commiſſariis extrahere, dum qualitates prætenſorum inquirunt ex aliis informationibus, proceſſibus; & actitatis in aliis tribunalibus, & Iudiciis teſtes in eis examinatos, & per ſententiam reprobatos, quod etiam voluiſſe videtur Zened *collect. ad lib.* 6. *decret. collect.* 6. Segura Dabalos *in director. Iudicum Eccleſiaſticor.* 1. *p. cap.* 14 *à n.* 19. de qua ſententia Valenzuela rationes adducit, *d. n.* 120. videndus, & refert Scobar *de puritate d.* 1 *p q.* 13. §. 4 *n.* 26. & 27. quas reprobat, *à n.* 28.

Tamen contrariam ſententiam cum multis 5
tenet, eo quod ſimilia teſtimonia, & informationes probant plenè quoties agitur de probāda eadem deſcendentia, ſeu macula in perſona, alia eiuſdem generis; item quia & ſi proficere non valerent, niſi ad maculandas alias probationes, & præſumptionem adducendam ritè, & vtiliter extrahi, & compulſari poſſent, nec reprehenſione eſſe dignum, cum Iudices poſſint, & debeant ex indiciis, teſtimoniis, & præſumptionibus, etiam non plenè probantibus veritatem inueſtigare, & inquirere, *l.* 3. §. *eiuſdem, l. ob carmen* 21. §. *ſi teſtes* 3. *C. de Teſtibus*, & ita praxi video in hoc Sāctæ Inquiſitionis Valliſol. ſecreto agitari. † Et ita vt Fiſcalis ita petiui, eo quod Fiſcalis 6
tenetur oſtendere ius ſuum indubitatum, & ſuum Tribunal, & conſtitutiones plenè defendere, qui aptius, dum maior appareat probationum copia ex Regula text. *in l. reſtituenda* 23. cum *l. ſeq. C. de diuerſ. Indic. l* 3. *C. de aduocat fiſci.*

AD TITVLVM DE TESTIBVS.

PRÆMISSVM.

DE Materia huius Rubricæ multa dico ad enodationem Iurium, de quibus ſub *Titulo hoc, & de Teſtibus cogendis*. I. Et vt videas de Teſtibus aſſumptis ad perpetuam rei memoriam, leges quæ adduxi ſuprà *in cap quoniam frequenter, vt lite non conteſtata*. II. Et de Teſtibus, de Vniuerſitate admittendis, vel non, leges quæ adduxi *in cap tertio loco 5. de probat.* item de Teſtibus peritis in arte, adduxi *in cap propoſuiſti 4. eodem*. III. De Teſtibus Vacillantibus, & variis, & contraria dicentibus, vide quæ adduxi *in cap, per tuas 10 à quæſt. 5.* vbi *qualiter ſint puniendi, & de eorum fide* IV. De Teſtibus examinatis antè litem conteſtatam, videbis *ad Rubr. de litis conteſt.* aliqua *in cap. 1 Vt lite non conteſtata*. V. Et quod debeant proponi extra terminum probatorium, videbis *in cap. 1. de dilat. quæ, 1. 6. aliqua in cap. 1. de feriis, q. 3. n. 2. q 6. n. 9.* VI. Et quod Teſtes poſſunt recipi in petitorio poſt publicatas atteſtationes in poſſeſſorio de cauſa poſſeſſionis, *cap. 2. q. 2. à n 8* Et nonnulla dixi *ad Titulos de Iudiciis, & foro compet.*

AD RVBRICAM

SVMMARIVM.

1 *Probatio per teſtes, eſt efficacior, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, n. 2.*
3. *Teſtes ſuperſtes dicebatur olim.*
5 *Teſtes examinari per interrogatoria.*
Atteſtatio quid, & quotuplex dicatur teſtis.

1 HIs ergo ſuppoſitis iam pro generalitate Rubricæ, primò dices quod inter modos probandi negata ab aduerſario, eſt frequentiſſimus, ille, qui fit per teſtes, multóque efficacior, ac dignior, quam qui fit per inſtrumenta, cum etiam falſitas inſtrumenti, vel quod deeſt inſtrumentu per teſtes probari poſſit, *c. cum Ioannes de fide inſtrum.* Innoc. *in c. cum P. & Tabello eod. tit.* quod fallit in rebus antiquis, ſecùndùm quæ
2 dixi, *in cap 13. de Probat.* † Igitur is probandi modus per teſtes, poteſt habere locum in omnibus, tàm ciuilibus, quàm criminalibus, *cap. 4. c. 13. hoc tit.* tam in Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, quàm in profanis, *cap 12. cap 15. hoc tit.* & tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia *cap. fraternitatis 17. hoc tit.* & videbis notata ſuprà *in cap. fin de Probat.*

3 Et dicitur teſtis is, qui ad fidem alicuius rei faciendam acceſſitur, qui antiquitus *ſuperſtes* dicebatur, quia ſuper cauſæ ſtatu proferebatur, & ob id dixit Plautus *mihi licet, quid hic loqui nemo adeſt ſuperſtes*, ſed nunc ablatâ priori parte nominis teſtis vocatur, & huius aſſertio dicitur teſtimonium, & quales enim eſſe deberent antiquitus, & hodie dico infrà *in cap. 1.* & in multis aliis iuribus huius tituli.

4 Scies tamen quod vt credatur teſti debet reddere cauſam ſui dicti, notant DD. per text *in l. ſolam, C. de Teſtibus*, quod intelliges ſecundùm ea, quæ dico infrà *in cap cum cauſam 37. hoc tit.*

5 Item ſolent teſtes examinari per interrogatoria partis aduerſæ, de quo infrà *in c. præſentium 31. de Teſtib.* Et qui teſtes præferantur dicit infrà *in cap in noſtra 32.* & alia plura; nunc verò nonnullas quæſtiones proferam, quæ videntur ſpectare ad tenorem huius Rubricæ. Quid ſit atteſtatio, quid, & quotuplex dicatur teſtis optimè expendit Barboſa *in Rubrica hic à n. 3.* qui n. 2. plures adducit Doctores de hac materia agentes.

QVÆSTIO I.

An teſtis teneatur reſpondere ſi Iudex eum interroget. Et an poſſit Iudex teſtes interrogare de aliquibus qualitatibus, vel circumſtantiis: Et an teſtis dolo malo deponens, contra innocentem, vt homicida, puniatur: Et an teſtes ratione falſi, teneantur ad reſtitutionem: Et an producentes teſtes falſos, puniantur pœnâ falſi: Vbi de teſtium probatione circa formalitatem verborum, & qualiter deponere debeant?

SVMMARIVM.

1 *Teſtis tenetur reſpondere Iudici legitimè interroganti, ſecus ſi extra ordinē n. 2 quid ſi dubitat de bona interrogatione, n. 3. & de aliis, n 8. 9.*
4 *Teſtis interrogatus aduerſus digniſſimam perſonam. ſuſpicionem ſeu timorem habens, ne legitimè interrogetur, melius facit celando.*
5 *Teſtis legitimè interrogatus, ſi inde nocumentum patiatur ipſe, non tenetur deponere, niſi ad bonum publicum.*
6 *Teſtis dicitur neſcire quod audiuit à perſonis non fide dignis; nec declarare tenetur, n 7.*
10 *Teſtis etiam interrogatus cum iuramento, non tenetur deponere, quando de iure non tenetur.*
11 *Teſtis niſi petitus non tenetur deponere, niſi ex charitate, quando vrget grauis damni repa-*

ratio, quid ſi procedat Iudex per Inquiſitionem, n.12. vſque 19.

20 *Teſtes probata vita, non debent interrogari de qualitatibus negotij, delicti, niſi vacillent, & viles, n.21.*

22 *Teſtis dolo, malo deponens contra innocentes punitur, n.23.*

24 *Falſum cõmittere, dicitur producens teſtes falſos.*

25 *Reſtituere quando non teneantur teſtes falſum deponentes.*

27 *Teſtes qualem fidem faciant interrogati ſuper formalitate verborum, 12.*

1 AD primam difficultatis partem dico ex D.Th.2.2. *q.70.art.*1. & cum eo DD. teneri
teſtem reſpõdere verum Iudici legitimè interro-
ganti. Vnde ſit quando proceditur viâ accuſatio-
nis, ſeu denuntiationis iuſtæ in foro exteriori,
licet internè deprauato animo fiat, teneri tunc
teſtem interrogatum verum propalare, eo quod
talis accuſatio, ſeu denuntiatio ſit ob commune
bonum, vel in ſatisfactionem boni particularis,
cúmque accuſator, ſeu denuntiator ſic licitè re-
cipiatur, euenit vt teſtis maneat ad reſponden-
dum obnoxius; ita Bañez *de Iuſtitia, q.64.art* 1.
Ledeſma *in ſum p.2.tr.*8 *c.*25.& addit Leſſ. *de Iuſt.
lib* 2.*c.*30. *dub* 6.*n* 49. quod ſi tantùm adeſſet te-
ſtis vnus, & accuſator, cum eo tunc non teneri
teſtem dicere, niſi ad impediendum damnum, ſed
ſi dicat ſemiplenè probare, taliter, vt iam Iudex
poſſit de delicto inquirere, quod ſecus eſt quando
delictum plenè probari valet; nam aliàs, ſi teſtis
interrogatus dicere recuſaret, eueniret, vt nullus
eſſet qui accuſare vellet, quod eſſet in grauiſſi-
mum Reipublicæ nocumentum.

2 Verùm ſi Iudex exigat vt teſtis iuret contra
ordinem iuris nõ tenetur verum declarare ex eo,
quia hoc in caſu, non eſt ſubditus Iudici, ſic in-
terrogãti. Ob idque ſi interrogaret de cõplicibus,
non ſecundùm ordinẽ, non tenetur eos declarare,
ad quod videbis quæ adduxi *in cap.*1.*de Confeſſis.*

3 Sed ſi Teſtis dubitet, an legitimè interrogetur,
ſi ex dicto ſuo nemini damnũ inferatur, tunc de-
claret verum Iudici interroganti, & audacius, in
fauorem rei ex regula cum ſunt partium iura
obſcura fauendum eſt reo, potius, quam Actori;
at ſi à contrario Reo damnum ſubſequatur, &
proficiat Actori; tunc non eſt cur dicere tenea-
tur. Et ad hoc leges, quod refert Diana *part.* 3.
*tract.*5. *Miſc. reſol.*106. cum aliis.

4 Quo ſit; vt ſi Iudex interroget aduerſus ali-
quam perſonam digniſſimam Republic. & teſtis
exiſtimat legitimè interrogari, ſed habet timo-
rem, vel ſuſpicionem, verum eſſe contrarium;
tunc melius eſſe, vt teſtis celet, quàm propalet:
nam periculum graue, vt perſona aliqua grauiſſi-
ma præter ius moriatur, facit vt in moralibus ti-
mor, ſeu ſuſpicio præponderet opinioni, dum ta-
men illa ſuſpicio ſit probabilis, ſecus ſi fuiſſet
pauor quidam hominis meticuloſi; docent Soto
de ſecreto membro 3. *q* 2. *concluſ.*3. Nauarr. *in cap.
inter verba concluſ.*53. *num.*135. Sanchez *lib.*2.*de
Matrimonio diſput.*36. *n.*8.

5 Quod ſi Iudex à teſte legitimè interroget, at
tamen teſti ſi fateatur nocumentum, venit in
vita, honore, aut fortuna, tunc ad reſpondendum
non tenetur, niſi bono publico neceſſarium eſſet,
vt dixit Nauarr. *in Sum.cap.*25.*n.*50. Couar. *pract.
c.*18 Ledeſma *in ſum.p.*2.*tr.*8.*cap.*25.*poſt* 7 *concluſ.*
6 *definit.* Leſſ. *d.lib.*2.*cap.*30.*dub.*6.*n.*46. † vbi docet
quod ſi teſtis delictum audiuit commiſſum à per-
ſonis non fide dignis, eſt tanquam, ſi delictum
neſciret; & ob id non teneri ad illud declaran-
dum. † Et addit Villalob. *in ſum.p.*2.*tr.*17.*dif.*1. 7
*n.*14.& 15. ad alia videndus, *d.*2 *p.tract.*14.*dif.*9.
& 10. quod nunc non conuenit, vt teſtis, etiam
interrogatus reuelet, illos, à quibus delictum au-
diuit, eo quod reus exponeretur periculo grauis
infamiæ, & pœnæ ſi quidem euenire poſſet, vt Iu-
dex eis fidem daret, ignorans non eſſe fide dig-
nos, nec etiam teneri ad teſtificandum in caſu
relato, vel ad denuntiandum, quando damnum
pateretur ſuis, cum Iuſtitiæ lex ſit iugum ſuaue,
non obligans tanto detrimento.

Itaque ſit vt quando teſtis ad teſtificandum 8
non tenetur ſecundùm ius; tunc etiam interroga-
tus à Iudice, non tenetur reſpondere, cum iuridi-
cè interrogatus non ſit. † Et perſonæ ad teſtifi- 9
candum non tenentur, ſunt parentes aduerſus fi-
lios, & filij contra parentes, & intelliguntur pro
parentibus omnes aſcendentes, & pro filiis om-
nes deſcendentes, ſecundùm Gloſſam *in l.paren-
tes,* verſic. *parentes, C.de Teſtib.* & ſub hoc compre-
henduntur ſocer, & nurus, & alij ex *d.l.parentes,*
& aliis iuribus, *ff de Teſtibus, cap. ſi teſtes* 4.
*quaeſt.*2. de quo dico infrà *in cap.*22.

Vnum tamen notabis, quod in omnibus caſi- 10
bus, in quibus teſtis non tenetur ad teſtificãdum,
nec ad id tenetur etiam, ſi interrogetur ſub iura-
mento, & tunc poſſe teſtem iurare cum cautela,
exiſtimando intra ſe de vero dicendo, ſi ad id ſit
obligatus; ita Leſſ. *d lib.*2 *de Iuſtit.dub.*30.*n.*51. &
eo in caſu poterit teſtis, vti verbis amphibologi-
cis, ſecundùm ea, quæ de Reo à Iudice interro-
gato docuit latè Couar. *lib.*2.*var.cap.*1.& videbis
nonnulla ſuprà *in d.cap.*1.*de Confeſſis, q.*4. & 6.

Si à teſte, vt deponat, non eſt petitum, tunc 11
non tenetur ſe ad deponendum inuitare, verum
tenebitur ex charitate, quando eius teſtimonium
valde neceſſarium eſt ad liberandum aliquem à
graui damno niſi ex hoc ei ſuperueniret aliquod
detrimentum graue; ita D. Th. docet 2.2. *q.*70.
*art.*1.& Bañez ibi *pag* 469.*col* 2. vbi addit, vt cum
aliquis obligatus eſt ad teſtificandum, vt liberet
innocentem iniuſtè patientem; tunc ad id teneri
etiam, ſi ſciat, vt defendendo innocentem veniat
condemnandus accuſatus, vel teſtis falſidicus, eo
quod effectus iſte ſequitur per accidens, quod
probatur ex his, quæ adduxi ſuprà *in cap.*6.*de Iu-
dicijs,* vbi adduxi *quaeſtiones de Iudice*, qui tenetur
iudicare ex probatis, & quid faciet, quando
priuatiuè ſcit veritatem in contrarium,

Hæc dicta vera ſunt, quando Iudex procedit 12
per accuſationem; tamen ſi procedit per viam In-
quiſitionis generalis, nullus teſtis tenetur ad
propalandum delictum ſecretum, niſi neceſſum
eſſet impedire aliquod notabile damnum, quod
aliâ viâ nequit impediri, vt ſi eſt crimen hæreſis,
aut læſæ Maieſtatis; ad quod aliqua applicabis
quæ dixi ſuprà *in d.c.*1.*de Confeſſis, q.*7. Tamen ſi
procedatur per hanc viam Inquiſitionis genera-
lis, ſtante infamiâ delicti, vel ſi manifeſtum
eſt; tunc tenebitur teſtis dicere, verum, vt ait
D Th.2.2.*d.q.*70 *ar.*1 & cõmuniter DD. cum eo.
† Quod procedit etiã in cauſa criminali, in qua 13
Reus dignus eſt, vt morte puniatur, & hoc in
caſu differt teſtis à Reo, cũ Reus interrogatus à
Iudice non teneatur, ſecundũ plures ad fatẽdum,
vt mortem effugiat; ita Panormitan. *in cap.*2.
*col.*2.*de Confeſſis,* Nauar. *in c. inter verba corol.*64.
*n.*732.

*num.*732. *&* 746. cum aliis Villalobos *dicta* 2 *p. tract.*16. *dif.*1. *à n.*10. *&* 11. *tract.*17. *dif.*1. *n.*4.
14 † Vbi addit *n.*5. teneri teſtem ad teſtificandum in caſu de quo loquimur, etiam ſi præſumat reum poſſe emendari media correctione fraterna, nec ob id teneretur eum denuntiare; nam in primo caſu tenetur teſtis obedire Iudici mandanti iuſtè, ſed non in ſecundo, in quo debet procedere iuxta Euangelium, & correctionis terminos, de quo dixi latè, *in d. cap nouit* 13. *de Iudicijs*, *à q.*17. Ledeſma *in ſumma p.*2. *tract* 8. *cap.*25. *p.*7. *concluſ. difficult* 8.

15 Deinde tamen venit dicendum, quod quando fit ſpecialis inquiſitio aduerſùs aliquem, de aliquo delicto ſpeciali, in his caſibus, in quibus hoc Iudici licet ſecundùm ea, quæ dico *ad tit. de accuſat.* & ibi *in cap. qualiter* 1. *&* 2 tunc teſtis tenetur dicere verùm, quia Iudex specialiter procedit, niſi illud delictum teſtis in confeſſione ſciuiſſet, aut ſub ſecreto naturali à Reo communicato, vt Teſtis ei conſilium ſalutare præſtitiſſet, vt contingit in Theologo, Aduocato, Medico, Meretrice, & aliis ſimilibus, quia iſti non tenentur teſtificare; ita Nauarrus *in Summa cap.*25 *num.*46. Petrus de Nauarra *de reſtitutione, libro* 2. *cap* 46. *num.*221. Bañez 22. *dicta quaſt.*70. *art.*1. Leſſius *libro* 2. *de Iuſtitia*, *dicto cap* 30. *dub.*6. *num* 45. & patet ex bis, quæ dico *in cap.*1. *de Officio Ordinarij*. & dixi nonnulla ſuprà *in Rubric. de Confeſſis*, *q.*6 in verſic.
16 *ad quartum.* † Quod procedit ex eo, quia iuſtum eſt, vt Reus patiatur detrimentum ex ſua communicatione factâ, ad recipiendum conſilium animæ, aut corpori (quod eſt contra ſententiam Soti) nam quamuis Iudex procedat ob bonum commune, ſed intereſt plus illi bono communi, & publico, vt talia ſecreta non propalentur, quod fallit quando delictum eſt in damnum Reipublicæ, aut tertij, quia tunc teſtis, cui ſecreto delictum communicatum eſt, tenetur id propalare, etiam ſi ſub iuramento promiſiſſet illud ſecretum cuſtodire, Leſſius, vbi ſuprà *d. dub.*6. *n.*46. iuxta ea, quæ de monitoriis dico infrà *in cap. ad noſtram* 20. *de iuriiurando.*

17 Tamen ſufficiat inquiſitio mixta, qualis eſt, ſi delictum eſt publicum, & delinquens neſcietur, tunc nullus tenetur delinquentem manifeſtare, ſi infamia non adeſt, niſi in caſu, quo delictum veniret continuandum, aut per illud graue damnum alicui eueniret, quod impediri poſſet delictum manifeſtando; videbis Leſſ. *lib* 2. *de Iuſtitia, cap.*29. *dub.*14. *n.*115. Nauarrum *in Rub. de Iudicijs*, *n.*87. & quæ longè tradit Villalobos *d.* 2 *p. tract.*14 *dif.*7. idem *d. tract.*17. *dif.*1.
18 *n.*9. † Vbi *n.*10. ait quod regulariter in hoc caſu non tenetur Iudex inſtruere teſtes; nam haberetur
19 ſuſpectus. † Et iterum notat, quod quando annuntiatur viſitatio inter regulares in Inquiſitione generali, ſolent Prælati Religioſi prudentes monere ſubditos, vt non errent, quod ſubditi denuntient ei res ſecretas, tanquam patri, vt eas corrigat, non vt Iudici, vt delinquentes puniat.

20 Ad ſecundã quæſtionis partem breuiter dico, quod ſi teſtes ſunt fide digni, & probatæ opinionis, non debent interrogari à Iudice de qualitatibus, vel circumſtantiis delicti, vel negotij, aliàs autem ſi vacillant, vel ſunt leuis, & notæ opinionis, benè poſſunt reintegrari, ſcilicet de loco, vbi cõmiſſum eſt delictum, & quo tempore, an manè, an ſerò, vel die, aut nocte, item quã veſte erat induta Pars, contra, quam, vel pro qua producitur, vel quibus armis, aut cuius ætatis eſſet delinquens, vel offenſam paſſus, vel de alia ſimili qualitate perſonæ, vt Iudex in verbis eos capere poſſit, vt traditur de Daniele, & Suſañа *Danielis* 13. & facit text *in l.*3. *§.* 1. *verſic. eo magis, ff. de Teſtib.* & expreſsè iſto fundamento tenet Azor *in Summa C de Teſtib* 4. *col.* verſic *ſicut enim*, Odofredus *in l. ſi quando, C. eod.* 2. *col. in fine.* Zynus *in l. teſtium penult. & fin q. eodem tit.* vbi & alij communiter, Gomezius *lib.*3. *var. cap.*12. *n.*11. † Vbi reddit 21
rationem, nam repertâ tali varietate prædicti teſtes non probarent, quia ſi actus eſt reiterabilis, videtur deponere de diuerſis actibus, & non eſſent conteſtes; ſi verò actus non eſt reiterabilis; eſſent contrarij, & non probarent, quod teſtatur ſe vidiſſe practicari in Cancellaria Regia; in quibuſdam Teſtibus, qui deponebant de certo matrimonio, & opulenta hæreditate; & tandem omnes capti fuerunt in varietate, & ex officio puniti, quam praxim applicabis ad ea, quæ adduxi de varietate, vacillatione, ſeu contrarietate teſtium ſuprà *in cap. per tuas de Probat à q.*5.

Ad tertiam quæſtionis partem, etiam reſolu- 22
tiuè dico, quod teſtis dolo malo deponens contra innocentem, punitur tanquam homicida. Vnde Senatus Mediolan. iuſſit ſuſpendi furcis quendam Cerratum; & alium teſtem, qui in cauſa criminali falſum teſtimonium ad offenſam depoſuerant 27. Septembris 1548. ita refert Riccius *ſuper collect.* ad textum, *in l* 1. *ff. de Succariis*, *decis.* 2063. vbi dicit pluries ſeruatum eſſe per Parlamentum Pariſienſ. & Papon. *lib* 21. *tit.*13.
Areſto 1 † Sed quia dictus Senatus non ſolet 23
hac vti ſeueritate ſemper; ita vt quandoque etiam mitius agat, prout in quodam, Beltramino Belbardo, qui tranſmiſſus eſt ad triremes per decennium 30. Ianuarij 1555. & Franciſco Pineta, qui fuit tãtummodo fuſtigatus 27. Octobr. 1558. ideo leges plura, quæ tradit Farinacius *de Teſtibus*, *quaſt.*67. & ibi, *conſil* 14 & applicabis quæ adduco infrà *in cap. ſicut vobis* 9. *hoc tit.* vbi loquor *de Teſtibus falſis, aut corruptis.*

Notabis autẽ quod qui producit falſos teſtes 24
ſcienter, dicitur & ipſe falſum cõmittere vt cenſuit ipſe Senatus Mediolan. qui in facti contingentia iuſſit poni ad catenam infamem, Blaxium, Anchardum, qui produxerat teſtem falſum pro filio ſuo; etiam grauiter vulnerato 11. Decemb. 1543. tradit Riccius *dicta col.* 2063. *in fin.* de quo Farin. *d. q.*67. *à n* 236. & dico infrà *in d cap.*9.

Ad quartam quæſtionis partem dico aliquan- 25
do teſtes; ratione falſi teſtimonij, non teneri ad reſtitutionẽ, videlicet quando reus erat per alios teſtes conuictus, cum tunc teſtimonium accedẽs, nil efficiat eo, quod pœna propter illud non eſt addita, nec Iudex firmior redditus eſt, ad eam interrogandam; non enim teſtes illi ſunt cauſa efficax damni, quod ex prioribus teſtimoniis iam cenſetur illatum; ita docet Pitigian. *in pract. crim. canon. de Teſtibus, cap.*6. *fol.*193. Gaſpar Hurtado *diſp.*3. *dif.*4. Diana *p.*3. *tract.*5. *Miſc. difficult.* 105; vbi docet ſe in facti contingentia multoties ex hac doctrina liberaſſe pœnitentes ab onere reſtitutionis, quod aduerſantur Confeſſarij. Itaque Caietanus 22. *q.*70. *art.*4. Petrus de Nauarra *lib.* 2. *cap.*2. *n.*153. & alij dicunt quod qui falſum teſtimonium dixit ex ignorantia, vel inaduertentia

non damnabili, vel ex oblimione; ſaltem non mortifera, ratione cuius contingit aliquem damnari, non teneri ad reſtitutionem, quia nec ratione rei acceptæ (cùm nihil inde habeat) nec ratione iniuſtitiæ, one damnificationis; non enim peccauit ſaltem mortaliter, & probabilitet docet Leſſius *lib.2.de Iuſt. cap.7. dub.6.* cum aliis non teneatur ad reſtitutionem ex damno illato, qui non peccauit motiferè.

26 Ad vltimum, an producentes teſtes falſos, iem de hoc dixi nonnulla ſuprà io verſic. *notabis autem,* & dico latè *in dicto cap.9. hoc tit.* vbi videbis. Et *in cap.de crimine falſi.*

27 Poſſes nunc dubitare de probatione quam faciunt teſtes circa formalitatem verborum, de quo dubio agit Ciriacus plena manu *tom.2. cont.* 315. vbi dicit *n.4.* quod Teſtes interrogati ſuper formalitate verborum non probant, ſi vnus dicat quod Titios promiſit 24.denarios, alter verò duos ſolidos, ſic Farinacius cum multis *de Teſt. q.64. n.67.* quia diſcordant in formalitate verborum, licèt concordent in ſenſu, cùm duo ſolidi faciant 24. denarios, & ſi ibi *n.5.* dicat, quod Teſtes probant ſi concordant in ſenſu & ſubſtaotia negotij, licèt verbia diſcordent, ex textu *in cap. nihil obſtat 7. de verb ſignif.* Sed hoc vltimum in genere verum eſt, non ſic quando eſt lis ioter partes ſuper præciſa formalitate verborum, & interrogaotur Teſtes ſuper illa, nam ſi diſcordant non probant, vt ſi pars capitulat facere probationem ſuper illa de quo & expendens textum *in dicto cap.nihil*, ipſe Ciriacus *ſuprà à n.7.* Antonius de Butrio, *in cap.cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ. ſub n. 35.* verſic. *oppono,* Cornous *conſ.2.colum. fin.vol.1.ſub num.8.& 9. & conſ.63.n.2.* cuius verba & ſententiam refert Ciriacus quem videbis ad alia huius dubij, dicans *n.2.* quod vbi formalitas verborum eſt deducta & ſuper ea articulatum Teſtes non probant, ſi inuicem in ea diſcordent, licèt concordent in ſenſu & ſubſtantia, adjungens ad ea quæ dico infra *in cap.in tua de Teſtibus deponentibus per eundem ſermonem præmeditatum, q.1.n.3.* verſic.*ego.*

QVÆSTIO II.

An teneatur ad reſtitutionem Teſtis, cui notificatum eſt mandatum Iudicis, vt deponat, & non depoſuit: Et quid de Teſte in hoc caſu abſcondito, aut ſe abſentante: Et an teneatur ex omiſſione Teſtimonij: Et an Teſtes examinati extra locum deputatum probent: Et an dicto plus *prolata à Teſte aliquid operetur: Et qui dicebantur claſſici & alligati Teſtes?*

SVMMARIVM.

1 *Reſtituere non tenetur teſtis cui notificatum eſt mandatum Iudicis & non depoſuit, num. 2.3. & 4. quid de ſe abſcondente, ne diceret contra amicum, n.5.& 6.*

7 *Teſtis occultans ſe fraudulenter, ne vocetur à Iudice peccat, ſecus ſi bona fide.*

8 *Teſtis examinatus extra locum non probat, fallit, & n. 9. idem de examinatis extra terminum probatorium, vel cum examinari non debuerunt, n.10. fallit à n 11.*

13 *Teſtis interrogatus, qui nõ debuerat, non facit fidẽ.*

14 *Dictio* plus, *prolata à Teſte aliquid operatur.*

15 *Teſtis alligati & claſſici qui dicebantur, & de eorum fide, n.18.*

19 *Teſtes qui ſignandis teſtamentis adhibebantur, cur claſſici appellarentur.*

AD primam difficultatis partem Sotus *de Iuſtit.q.7.art.1.& de ſecreto, membro 2.q 7 dub 4. poſt 3.concluſ.* Nauarr. *in cap.inter verba, concluſ.6. n.219. & in ſumma cap.25. n.41.* Salon. *de Iuſtitia, q.70.art.2.controu.3.concl.1.dif.3.* docent teneri ad reſtitutionem Teſtem, cui notificatom eſt Iudicis mandatum, vt deponat, & ſe excuſauit, cùm peccaſſet contra commutatiuam Iuſtitiam, ex eo quia cùm Iudex præcipit vt Taſtis depooat, applicat eios dictum parti cui iam debetur, & hoc idem eſſe, ac ſi Iudex præciperet alteri vt præſentaſſet io Iudicio Inſtrumeotum, quod apud ſe habet, & pertinet ad fauorem tertij. Quod ſi noo adimpleret teneretur ad reſtitutionem. 1

Sed Bañez 2.2.*q.70.art.1. dub.3.concluſ.12.* ait hunc noo teneri ad reſtitutionem, cum peccet tantùm contra Iuſtitiam legalem & non commutabilem, quia quemadmodum ante Iudicis mandatum non erat ad deponendum obnoxius, niſi taotùm ax charitate; tunc Iudicis mandatum non inducere obligationem Iuſtitiæ commutatiuæ. † Et ob id Leſſius *lib.2. de Iuſtit.cap 3.dub.8.n.59.* cum Molina *dif.83.* dixit non eſſe improbabile, vt talia Teſtis noo teneatur ad reſtitutiooem, quia Iudicis maodatum non imponit obligationem Iuſtitiæ, ſed obedientiæ, & ob id ſi noo deponat, erit taotùm inobediens, & non iniuſtus, veluti ſi ei mandaretur, vt acceptaret aliquam tutelam, vel curam. † Item etiam quia Iuſtitiæ obligatio, per quam quis eſt obligatus aliquid facere, pro alio non tantùm oritur à ſuperioris præcepto, cùm Iudex vnius laborem alteri non præſtet, ſed oriri ab acceptione, & ſic euenit quod Teſtis nolens, ſeu non acceptans deponere, vel iurare, non teneatur ad reſtitutionam; ita docet Villalobos *in ſumma, p 2.tract.17.dif.1.num.19.* & Leſſius dixit *ſuprà,* ita ſenſiſſe quamplures Doctores Louanienſis Vniuerſitatis, ab eo in hoc puncto conſultos, quapropter hanc ſententiam in praxi tutam eſſe dico, licèt probabiliſſima ſit prima opinio. 2 3 4

Ad ſecundum punctum breuiter dico, quod ſi Teſtis ſciens iam eſſe liberatum mandatom citatorium aduerſus eum, vt deponat ſe abſcondit, retrahens ſe à depoſitione, ne contra amicum dicat, aut alia ex cauſa, ſi depoſitio talis Teſtis neceſſaria eſt, vt aliqua ex partibus Iuſtitiam adipiſcatur; tunc ante citationem ei factam peccet lethaliter ſe retrahendo, vt tradit ex communi omnium plauſu Villalobos *d. tract.17. dif.1. n.18.* quia eſt inobediens Prælato, & ob id facit contra obedientiam & charitatem, ſed non tenetur ad reſtitutionem, quamois dicatur facere contra Iuſtitiam legalem, & exemplificat io eo cui mandatur ad bellum ire, & ſe abſcondit, vt hiſce temporibus vidimus quotidie. † Et ob id plures telari à Farinacio *de Teſtib q.78. n.13.* dixerunt veritatem celare eſſe peccatum mortale, & propterea qui ſe retrahit à teſtificando peccare mortaliter ex textu *in cap. quiſquis 11 q.3.* Gloſſa *in c.1.de Teſt.cogend.* in verbo, *occultent,* vbi Ordinarij, ſed ipſe ait, quod cum non ſemper hoc verum ſit, ibi *n.14.* dicit quod legas Diuum Thomam 2. 2. *quæſt. 70 artic. 1.* Butrium *in d cap.1. num.6.* Imolam *n.2.* Ananiam 4. Abbatem *à n.2.* vbi benè diſtinguit, & ibi *addition.* 5 6

littera

littera B. latè alloquitur Faber in pract. crim. *can. cap.* 8. in verbo *Teſtibus diligenter examinatis*, *num.* 3. *&* 4.

7 Ad tertium, an teneatur ea omiſſione Teſti-
monij reſpondeo ex iam dictis *in duabus quaeſtiunculis procedentibus*, de quo videbis Trulenq. *in opere morl. lib.*8. *cap.* 13. *dub.*10. Vbi ait quod Teſtis occultans ſe fraudulenter, ne vocetur à Iudice ad Teſtificandum peccat contra Charitatem, & ſi bona fide ſe occultauit non peccat. Aliqui tamen docent, quod quando pars alios Teſtes non habet ad probandum; tunc Teſtem ſe occultantem teneri ad reſtitutionem: Videbis Leſſium *de Iuſtitia lib.*2. *cap.* 30. *dubio* 8. *n.*58. Sanchez *in conſilium p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *dubio* 3. & alios adductos à Trulenque videndos, *ad alia*.

8 Ad quartum, an Teſtes examinati extra locum deputatum probent, & generaliter dicendum eſt non probare; ita docet Riccius *collect. ad textum, in cap. ſtatutum, § in nullo de reſcriptis, lib.*6. *decis.* 1943. vbi ait hanc ſententiam ſæpius Rotam tenuiſſe, vt patet *ex decis. eiuſdem Rotæ* 30. *de reſcriptis*; hoc tamen minime procedit ſtante commiſſione cum clauſula *arbitrio Rotæ creſcenti, decis* 4. *de Teſtibus*, & eſt ratio ſecundùm deciſionem eiuſdem Rotæ recollectæ à Farinacio *in decis.*121. quia ex vi ſupradictæ clauſulæ conſe-
9 tur relaxatus rigor iuris. † Vnde cum de æquitate, quando Teſtes ſunt examinati cum interrogatoriis, ſemper eis ſoleat adhiberi fides, ſiue nullitas examinis ex defectu iuriſdictionis, dummodo non totalis, vt hic ſtante examine extra locum Puteus *decis.* 301. *lib.* 3. ſiue ex defectu citationis, vt per Antonium Auguſtinum *Epitome de reſtitutione n* 18. ideo non eſt mirum ſi Rota cenſuerit Teſtibus examinatis ſupradictis extra locum deputatum adhibendam eſſe fidem, & quoad examinatos cum interrogatoriis intrent ſupradictæ deciſiones, prout ſtante finali commiſſione fuit tentum in vna Legion. Canonicatus die 15. Martij 1588. coram Reb. r. D Seraphino, & in vna ſpoletana Sanctæ Crucis die 6. Februarij 1576.

10 Vnde fluit reſponſum ad dubium de Teſtibus examinatis, cum examinati non debuiſſent, vel extra probatorium terminum: nam etſi plenam non faciant probationem, faciunt tamen aliqualem, & indicium, docent Felinus *in cap. cum dilecti*, *n.* 8. poſt medium *de accuſat.* Marſilius *in l.* 1. *§.* Diuus Antoninus *num.* 1. poſt princ. *ff. de quaeſt.* Maſcardus *de probat. lib.*2. *concluſ.* 1353. cum aliis Farinacius *de Teſtibus q* 62. *num.* 262. *& nu-*
11 *mero* 276. † Quod declarat cum Marſilio procedere niſi ſumus in caſu in quo non admittitur purgatio morte, quia tunc nihil omninò probat
12 Teſtis extra terminum examinatus. † Vel ſi adſit nullitas ratione ordinis, examinis putà; vel quia parte non citata, vel quia ante litem conteſtatam ex Bartolo *in l Maritus num.*3 in fine, *ff de quaeſt.* Et his declarationibus exiſtimo intelligendam eſſe doctrinam dicentium nullum adhuc indicium dari ex tali examine, quos refert Farinacius *ſupra num.* 265. 278. & 279. Videndus à
13 *num.* 282. cum aliis. † Vbi etiam *num.* 288. ait quod Teſtis interrogatus, qui interrogari non debeat, non facit indicium, ſic cum Pelino ſupra *n.*10. & cum Baldo *in l ſeruos* in princ *ff. de Teſtibus* Et videbis quæ ipſe Farin. congerit *de Teſtibus q.*80. *à n.*66.

14 Ad quintam partem quaeſtionis duplicem reperio dicendi modum; nam Bart. *l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis caut.* idem Bart. *in l furti, n* 5 *ff de in litem iurando*, vbi Iaſon *num.* 10. Abbas *in cap. litteras n.*14. *de dilat.* Alciatus *in l. hæc adiectio, ff. de verb. ſignif.* docent quod dictio *plus*, prolata à Teſte, nihil operatur: Sed contrariam partem, nempe quod aliquid operetur ea dictio exiſtimauit Albericus *in dicta l. furti num.* 12. Iaſon *in l.* 3 *ff. de iureiurando* per textum ibi, Menochius *de arbitrariis lib.*6. *caſu* 199. ioann. *n.* 19. Garcia *de nobilitate Gloſſa* 1. *§.* 1. *num.* 14 Rolandus à Valle *conſ.* 61. *num.* 14. *volum* 2. Zeuallos *in pract. q.*456 qui dicunt hanc eſſe veriſſimam ſententiam pro qua facit textus *in l. ſi quando* 1 12 *ff de leg.*2. vbi verba Teſtatoris debent intelligi ſemper vt aliquid operentur: videbis quæ dico infra *y ſequenti de Teſte dubie vel obſcure, vel credulitate deponente.*

Ad vltimam quaeſtionis partem dico cum Va- 15
lenſe *in Rubrica hic*, *§.* 1 *num* 4 Vvtſenbech. *ad Rubricam*, *ff. hoc tit num* 2. quod quales olim antiquo verbo legis 12. tabularum aſſidui, vel claſſici vocabantur; tales verò cenſeri eos, qui à Canonibus, vel legibus approbentur, ſeu à Teſtimonio dicendo non arceantur ex *leg* 1. *ff. eodem.*

Quo fit vt ſcribens Rebardus *de Claſſ. cu*, *&* 16
*alligatis Teſtibus lib.*2. *ſemeſtri cap* 20 ait ſolere illud etiam obſeruari, vt Claſſicis Teſtibus ſimul, atque Teſtimonium ſuſcepiſſent liberum non eſſe, aut diſſimulare, aut ſubſtrahere ſe, indeque etiam alligati appellarentur, Authore Iſidoro *lib.* 5. *etymolog* quod ſi diſſimularent aut ſe ſubſtraherent *lege* 12 *Tabul.* ſic puniebantur, vt eſſent improbi & inteſtabiles, & per hoc claſſibus exempti in Ceritum Tabulas referrentur, & ærarij fierent.

Ob idque vera eſt ſententia legis illius de- 17
cemviralis, cuius meminit Gellius *lib.* 5 *cap.* 13. porrò quem decem viri, & Iuriſconſulti inteſtabilem vocant: is à Plauto videatur, *nefaſtus* appellari in pænulo his verſibus.

Adſunt Teſtes M. tot quidem,
Non potuiſti adducere homines magis ad hanc rem idoneos
Nam iſtorum nullus nefaſtus *eſt commitiales ſunt meri,*
Ibi habitant, ibi eos conſpicias, quam Prætorem ſæpius.

Quæ declarando Rebardus ſupra, ait ſenſum eſſe his Teſtibus, non eſſe fas Teſtimonium perhibere. & ſic, nec improbos, nec inteſtabiles eos eſſe, quandoquidem in commitio ſedulam quotidie perhibendis Teſtimoniis operam dent.

Ex his oritur ratio cur Teſtes, qui ſignandis 18
Teſtamentis adhibebantur Claſſicos appellauerit Feſtus ad quinque claſſes, in qua pro cenſus qualitate diſtribuebatur Populus Romanus omninò reſpiciens, & ſimul indicās pro letbarios, ac capite cenſos. Quia Claſſici non erant ſignandis Teſtamentis adhiberi non potuiſſe ob nimiam paupertatem, quæ cum falſi ingentem materiam præbeat, ſemper Romanis ſuſpecta fuit, quemadmodum de Caio Mario ſcribit *lib.* 2. Valerius *Proletarij igitur & capite* cenſi Claſſici non ſunt, id quod ab Arnobio traditur aduerſus gentes, *lib.*2. ibi *deſinite* inquit *hominem Proletarius, cum ſit Claſſibus, & capite, cum cenſeatur adſcribere ordinibus primis* quorum verborum ſenſus eſt deſi-

Digitized by Google

niſc bominem adſcribere ptimis ordinibus, qui claſſium teſpectu, ſub quibus nimia paupettate nequit cenſeti, nomeo habet & titnlum proletatij, & bæc applicabis ad aliqua quæ dico *de idoneitate & qualitate Teſtium infra in cap.* 1. *& in cap.* 5. *hoc tit.*

QVÆSTIO III.

An Teſtis obſcura & dubia depoſitio credatur, & ex quibus verbis inducatur: Et an Teſtis de credulitate depouens probationem, aut indicium faciat: Et an Teſti ſeni credatur, ſi dicat ſe vidiſſe nocte: Et in qua ætate ad Teſtificandum in ciuilibus, aut in criminalibus, quis admittatur: Vbi an minor 20. *Annis admittatur in criminalibus?*

SVMMARIVM.

1 *Dubia dicta Teſtium, quando probent, vel non,* a 2.3.4.5 6.7 8.9.10.11.12. *& aliis.*

7 *Dubia dicta Teſtium ſunt interpretanda contra producentem.*

8 *Depoſitio Teſtis debet per neceſſe concludere, non per poſſibile.*

Teſtis qui deponit per verbum dubito, credo, *per dictionem* vel, circa, per, plus, *vel* vltra, *videtur, niſallor quando probet ad numerum* 28.

24 *Deponens Teſtis de Iudicio ſuo, vel ſecundùm ſcientiam ſuam non probat, n.* 25. 26. *quid ſi per iuris verba, num.* 27. 28.

29 *Teſtis de credulitate deponens, non plenè probat. niſi reddat concludentem rationem, & vt credatur tria concurrent, n.* 30.

31 *Sententia lata ad dictum de credulitate, aut de dubio Teſtium, non tranſit in rem Indicatam; imò quit per alios fortius deponentes retractari, n.* 32.

33 *Minores* 20. *annorum, in criminalibus non poſſunt eſſe Teſtes hodie, neo minores* 25. *annorum, n.* 34. *vbi quid in ciuilibus.*

36 *Maiores iam facti poſſunt Teſtificari de ſcitis in minori ætate.*

niæ Iudicum, qui quoties interloquendo pro-
nuntiant, vt partes ad probandum recipiantur,
Notarios ſeu Tabellio cauſæ decretum format
modo ſequenti *dexo el ſeñor inaz que recibia, y re-*
cinio eſta cauſa y las partes de ella contermino de
nuebe dias. ſalno Iure impertinentium, & non ad-
mittendorum, & ſolet adiici *con lo de carga de pu-*
blicacion y concluſion, y citacion para ſentencia, y
mandoſa, citaſſen las partes para ver preſentar, iurar,
y conoçer alos teſtigos. &c. vide *textum in l.* 1. *tit.* 6.
lib. 4. *recop.* tradit Rodriguez cum communi *de*
examinando proceſſu, cap. 7. *à n.* 73. & ex hac pra-
xi vtrumque requiri videtur, nempe citandas
eſſe partes ad audiendos & videndos Teſtes, vt
ex hoc textu, & aliis tradit ipſe *numero* 37.
Videbis infra in verſiculo, *nec obſtant. iura*, vbi
expendo.
42 Sed an citatio requiratur in receptione, &
productione inſtrumenti, dico infra, *in cap. cum*
P. Tabellio, & in cap. fin. de fide inſtrumentorum
& dixit Felinus hic *n* 29.
43 Deſiderabis ſcire quænam ſit ratio huius no-
ſtræ deciſionis, ſed ea præcipua eſt, quia in vno
quoque articulo, in quo intereſſe alicuius agi-
tur, cuius intereſt ſemper citari debet ex hoc no-
ſtro textu & ex *dicto cap. in primis* 2. *q.* 1. *capite*
certe, cap. omnia 3. *q.* 9. *cap.* 1. *de cauſa poſſeſſionis,*
& propriet. vbi latè dixi, *& Clem. Paſtoralis*, *§.*
cæterum de ſententia, & re iudicata, aliàs Iudicium
nullius momenti eſſe docuit Oſualdus, *lib.* 23.
comment. Donellus *littera A.* vnde cum Teſtes in
præiudicium, vel lucrum vnius, ſeu alterius par-
tis Teſtificent neceſſe eſt, vt ad eorum receptio-
nem partes citentur; ne aliàs priuentur à facul-
tate obiiciendi contra eos iuſtas exceptiones,
quæ depoſitionis tempore opponi poterant ex
his quæ dico per textum, *in cap. ex parte* 7. *hoc*
tit. † Tum etiam, quia ſi non citato aduerſario 44
Teſtes producerentur in fauorem producentis,
cenſerentur producti, & non in odium alterius,
quod admitti non debet, cum Teſtes debeant
vtrique parti eſſe conformes, *cap. non ſanè* 14.
q. 5. *dicta auth de Teſtibus*, *§. vltimo* Panormita-
nus hic *n.* 8. Felinus *n.* 9. docentes in criminali-
bus, & ciuilibus id procedere, tradit Graña hic
n. 1. conſiderat Rodriguez ſupra *de ordinando*
proceſſu, dicto cap. 7. *num.* 37. verſic. *prior*, vbi ait
etiam quod ex præſentia partis ſolet repelli te-
meritas & facilitas Teſtium.
Nec iam obſtant ſupradducta in principio; 45
Quia reſpondeo regulam textus noſtri fallere
aliquando, quia ſunt multi caſus, in quibus va-
let Teſtium receptio abſque eo, quod pars cite-
tur, quos referunt Abbas hic, & Felinus, inter
quos ſunt, quos retuli ſupra, *n.* 1. & de quibus
etiam loquuntur iura ibi, *n.* 2. relata; Nam ideò
in textu *dicta l.* 2. *Cod. de naufragiis*; Vnà tan-
tùm præſente in Iudicio Teſtes recipiuntur,
quia fit in cauſis Nauticorum ratione ſpeciali, de
qua dicit Graña hic. *num.* 6. nempe quod in his
cauſis procedatur leuato velo, & ſine ſtrepitu, &
figura Iudicij expendit cum Cuiacio Hieronymo
Magio, *lib.* 2. *miſcellanearum*; ſed non videtur
æqua ratio, cum iam ſupra dixerim, etiam in
cauſis ſummariis, & in quibus proceditur ſo-
la facti veritate inſpecta, talem citationem
requiri.
Quare dico, vt cum Magiſter nauis, ſeu Na- 46
uicularius ad ſe defendendum poſſit probare
naufragium & caſum fortuitum cum Teſtibus
ipſius nauis examinatis coram Iudice loci proxi-
miore, vbi caſus occurrit quod exiſtimo fieri
ob Teſtium inopiam, & ne probationum facul-
tas de facili pereat iuxta ea quæ adduxi *in capite*
quoniam frequenter, vt Lite non conteſtata, ideò
fieri, vt talis informatio fiat & probet, licet fa-
cta ſit abſque citatione partis, cui tangit nego-
tium contra omnes perſonas, ad quos nauis
ſpectat res amiſſa; dum tamen ea informatio
exhibeatur intra annum coram Iudice compe-
tente ex *dicta l.* 2. *Cod. de naufragiis*, reſoluit Go-
mezius *tomo* 3. *var. cap.* 12. *num.* 21. Curia Phili-
pica 1. *p.* §. 17. *n* 8. † Quod idem ex eadem ra- 47
tione probat in Agaſonibus, vulgò *arrieros in ca-*
minomes: Et videbis multos apud Farinacium
dicta quæſt. 72. *à n* 53. vbi id expendit, quando
agitur de probando caſum contingentem in lon-
ginquis partibus, in quibus pars eſt tam abſens,
vt citari non poſſit, vt putà in probatione nau-
fragij in mari, furti, vel roboriæ, in nemore,
aut via, aut quid ſimile, Bart. per textum ibi, *in*
leg 1. *Cod. de naufragiis*, *lib.* 10. & additionato-
res ad Abbatem hic *n.* 8. *littera A.* Aretinus *n.* 11.
Felinus *n.* 10. Decius 52. qui *n.* 53. ait procedere,
dummodo agatur de damno euitando, vt in
Mercatoribus, qui in itinere ſunt ſpoliati à La-
tronibus, vel in mari patiuntur naufragium, &
addo Petrum Morla *in emporio*, *tit.* 11. *n.* 29. Bar-
tolum, & Ioannem de Platea, *in dicta l.* 2. *Cod.*
de naufragiis, Rodriguez *de examinando proceſſu,*
cap. 7. *n.* 40. *in fine.*
Nec obſtat text. *in dicta l.* 1. *§. quod de frumenta-* 48
ria ff.

Digitized by Google

ria, ff. de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium, quia licet ex textu ibi ſententia contra abſentem lata valeat; non exinde colligitur non fuiſſe citationem præmium; imò ea præſumitur ex textu, *in l. de vtroquoque, ff. de Iudiciis* quo pacto interpretandus eſt textus *in cap. cum olim de ſententia, & re Iudicata*, tradit Graña hic *num. fin.* ſed an ex defectu citationis reddatur ſententia nulla, tradit Afflictis *deciſ.* 10. Riccius *collect.* 374. ad textum noſtrum, de quo dico infra ſub *Rub. & tit. de ſent. & re indicata.*

49 Nec obſtant iura *in dicta leg. nullum, Cod. hoc titulo. & in cap. venerabiles* 52. *hoc tit.* & locus Danielis *in cap.* 13. verſic 51. quibus probatur ſecretè, nullaque parte præſente Teſtes teſtificari; Sed reſpondeo ex iam dictis ſupra in verſ. *verùm quod, & in verſ. & quod hæc citatio* partẽ præſentẽ eſſe debere in productione teſtium, & in iuramenti exhibitione, non tamen in ipſa Iuramenti relatione vel probatione, quo pacto interpretandus eſt noſter textus in verſic. *audire Teſtes*, vt notant Panormitanus hîc, Baldus, & Graña
50 *n.* 3. † Vbi etiam reſpondet ad iura *in dicta auth. de Teſtibus, §. fin.* ex quo deſumpta eſt authentica, *& ſi quis, Cod. hoc tit.* ex quo conſtat partem præſentem eſſe debere, & perſonaliter aſſiſtere *l. ſi ideò, §. vlt. ff. de euictionibus*, & Teſtium dicta audire *cap. fraternitatis*, cum aliis *hoc titulo*; quia reſpondeo quod verba illa *audire Teſtes iurantes*, & audire atteſtationes in prædictis iuribus in eodem ſenſu accipi debent; hoc eſt poſt Teſtium publicationem, non verò in tempore teſtificationis, in quo ineſt ſubſtantia cauſæ, vt notat Accurſius *in dicto §. vltimo.*

51 Quibus ſic iactis videbis multos etiam alios caſus eſſe, in quibus, vt Teſtes deponant nullam prærequiri partis citationem, quos tradit Graña *in cap.* 1. *vt Lite non conteſtata*, Farinacius *dicta quaſt.* 72. veluti quando examinantur Teſtes ſuper habilitate, vel inhabilitate alicuius perſonæ promouendæ ad aliquam dignitatem; ita Imola hic *num.* 9. verſic. *limita vltimo*, & verſicul. *idem* Abbas *n.* 7. verſic. *ſecundus caſus*, Aretinus *n.* 8. poſt medium verſic. *nam informatio*, Felinus ver-
52 ſic. *ſecunda limita*, Decius *n.* 45. † Quod declarat Farinacius *dicta q.* 72. *n.* 52. procedere antequàm quis promotus ſit ad dignitatem, & quando de eius habilitate ſumitur extraiudicialis informatio, ſecus ſi ad illam quis eſſet electus dignitatem, & ageretur de illo remouendo à tali dignitate, nam tunc iudicialiter agendum eſt; in tali informatione prærequiſitur citatio, vt declarant Abbas hic *n.* 7. in fine, Aretinus *n.* 9 verſic. *ſecundo fallit, & n.* 10. vbi alio modo declarat videndus ibi Felinus *n.* 8. verſic. *non credas*, Decius *à n.* 45. Maſcard. *de probat. concl.* 682 *n.* 18. & in caſu fallentiæ dictæ, Teſtes poſſe recipi, etiam ſine iuramento, dixit idem Farinac. *de Teſtibus, quaſt.* 74. *num.* 107.

53 Item quando pars, quæ non fuit legitimè citata dedit interrogatoria, per quæ fuerint interrogati Teſtes examinati, vel ſaltim talis defectus erit ſanabilis per commiſſionem deſuper in Signatura Sanctiſſimi porrectam, Put. *in deciſ.* 301. *lib.* 3. aliquid per Creſcentium *in deciſ.* 2. *de feriis*, Verolus *in deciſ.* 273. *p.* 3.

54 Item & tale examen ſuſtinetur ex quadam æquitate, quando Teſtes aliàs nulliter examinati eſſent mortui, & ſic reperi aliàs examinari non poſſunt, Put. *deciſ.* 396. *lib.* 2. aliquid per Mohedan. *in deciſ.* 7. *hoc titulo.* Riccius *collect.* 1408.

Et limitatur etiam quando pars, quæ citari 55
deberet contumax eſſet in non comparendo, poſtquàm à principio cauſæ fuit citata ad totam cauſam, & ad ſingulos actus in eadem citatione, quia tunc nulla erit neceſſaria citatio, docet Rota *in deciſ.* 8 *hoc tit.* in nouis, & fuit deciſum in vna Pampinolion Prioratus 21 iunij, 1599. tradit Riccius ſupra, & faciunt iura *in dicta leg. ſi quando, § ſed cum oportet, Cod. hoc tit.* ibi, *ſi per Executores admoniti venire noluerint, &c.* ibi Cyn. Bart. & alij *in dicta auth. ſed & ſi quis* ibi *quoniam ſi venire nolurit, & in auth. de Teſtibus, §. ſi vero* ibi, *ſi vero noluerit aduenire*, & in textu noſtro plures refert Farinacius *d. q.* 72. *n.* 77. *qui num.* 76. ex noſtro textu ait quod monitio Iudicis habet vim citationis, vt docent hîc Butrius *n.* 3. Ioann. Andreas *n* 5. Annan. *n.* 3. Abbas 3. Aretin. 3. Decius *n* 8 & facit *dicta authentica de Teſtibus, §. ſi verò* ibi *admonitum à Iudice, ſiue à defenſore.* & *dicta auth. ſedes ſi quis, Cod. de Teſtibus*, ibi *moneatur à Iudice.*

Et quod plus operetur Iudicis monitio, quam 56
citatio, docent, Campegius *de Teſtibus, Reg.* 164. *in* 1. *fallent* Afflictis *in conſtit. ſi damna clandeſtina tit. de homicidio cland. p.* 1. *num.* 184. Et videbis quæ adducit Barboſa hic *n.* 3. in fine, vbi nonnulla iura expendit.

Vnde infero quod ſuſtinetur examen Teſtium 57
vigore citationis primæ, aliàs nullæ & inualidæ, quando pars citata reſpondet tempore citationis quod dabat ſe pro citata; nam ex tali reſponſione approbauit dictam citationem; itavt alia citatio non ſit neceſſaria, Cæſar de Graſſis *in deciſ.* 13. *hoc tit.* † Et ſic etiam ſi pars aduerſa com- 58
paruit, aut aliàs præſens fuit de tempore, quo Teſtes iurarunt, valet examen. Nam partis præſentia ſupplet citationis defectum, vt iam dixi cum Farinacio, & aliis ab eo relatis, *dicta q.* 72. *n.* 75. *ex dicta authentica, ſed etſi quis, Cod. hoc tit.* quibus addo Verallum *in deciſ.* 11. *p.* 1. aliquid per Caſad. *in deciſ.* 1. *de Iudiciis*, Capyclus *in deciſ.* 1. Achiles de Graſſis *in deciſ.* 1. *ſuper Regula de triennali* Rota diuerſ. *in deciſ.* 311. *& in deciſ.* 247. *p.* 1.

Et ſic fuit dictum in vna Pampilon decima- 59
rum 6. Nouemb. 1592. coram Decano, quod quamuis in citatione ad videndum iurare Teſtis, non ſit deſignatus locus examinis, prout ſequiretur, & quod in actis exprimatur, Puteus *in deciſ.* 272. *lib.* 2. Tamen ſi pars citanda aliundè ſit benè inſtituta, & de eo conſtet, ſuſtinebitur dictum examen, quod etiam fuit deciſum in vna Pampilon oblationum de anno 1585 coram Comitulo, tradit Riccius *dicta collect.* 1408. in fine.
† Imò & ipſe *collect.* 2047. ait quod vltra cita- 60
tionem ad videndum iuramenta Teſtium eſt deſignandus locus, in quo erunt recipiendi Teſtes itavt aliàs eorum examẽ ſit nullum, vt poſt Caputaq. & Cæſ. de Graſſis deciſum refert Farinac. *in deciſ.* 21. quod procedit quando Aduerſarius citatus proteſtatus fuit & aſſignatione certi diei & loci, quia volebat intereſſe idem Farinacius *deciſ.* 74.

Quod ſi ſtylo ſtatuto, vel conſuetudine in- 61
troductum eſſet Teſtes examinari parte non citata dixit Decius *hic, num.* 57. cum Alexandro valere illud examen Marſil. *in leg. de vnoquoque n.* 101. *ff. de re Iudicata.* Blanchis *de indiciis à numero* 22. vbi probat talem conſuetudinem eſſe

Digitized by Google

ſeruandam, etiam in criminalibus, Menochius *conſ.* 366 *n.* 25. *lib.* 4. Boſius *in tit. de oppoſitione contra Teſtes*, *n.* 35. *&* *in tit. de indiciis*, *num.* 28. quibus addo Farinacium *deciſ.* 30. quem ſequitur Riccius *dicta collect.* 2047. vbi dicit quod ſi eſſet ſtylus non citandi aduerſarium ad videndum Teſtes iurare, ſtylus ille eſſet obſeruandus, & ſufficeret ſi de eo examen extraiudicialiter con-
62 ſtet. † Sed quod iſte ſtylus, vel conſuetudo ſit abuſiua, dixit Marſilius *conſ.* 8. *à n.* 27. & addentes ad Decium hîc *n.* 57. *littera C.* in verbo *ſtylus*, refert Farinacius *de Teſtibus*, *dicta quaſtione* 72. *n.* 73. eo quòd potiùs corruptela, quam conſuetudo ſit; Nam ſicut Princeps non poteſt tollere citationem, quæ eſt de iure Diuino, de quo dixi latè *in cap.* 1. *de cauſa poſſeſ. & prop.* præſertim in criminalibus, ſi multò minus tolli conſuetudine talem citationem.

63 Aliis etiam modis limitat idem Farinacius *dicta quaſt.* 72. ibi *n.* 65. vbi quid in probatione mortis: Et *n.* 66. quid quando Teſtis aliàs examinatus producitur ad declarandum ſuum dictum: Et *à n.* 68. quid quando examinatur mulier egregia in eius domo: Et *n.* 70. quid quando Teſtis depoſitio eſſet veriſimilis: Et *à n.* 47. quid quando Teſtis examinandus eſſet talis, quod ei nihil opponi poſſet, quia eſſet omni exceptione maior: Et *numero* 71. quid in cauſa ſpolij.

64 Quibus omnibus addo aliam limitationem, videlicet quando ab vtraque parte eſt approbata perſona Teſtis, tradit Abbas hîc, & Felinus *numero* 7. quos ſequitur Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 13.
65 *n* 5. † Quare dico de conſenſu partium poſſe dare Iudices licentiam recipiendi Teſtes, etiam ipſis non citatis Baldus *in l. ſi quando*, *Cod. hoc tit.* & addentes ad Abbatem hic *n.* 8 *littera A* in verbo *de crimine*, Felinus *n.* 13. Aretinus *n.* 12. Maſcardus *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 682. *n* 23. ſequitur Farinacius *dicta q.* 72. *n* 74. ex eo quia ſicut pars poteſt habere Teſtes pro examinatis ritè, etiam quod ipſa non fuerit citata, vt iam dixi; ita etiam poterit à principio conſentire, vt ſine citatione examinentur.

66 Et addo omnibus dictis, quod Teſtis examinatus, non citatâ parte, benè probat quando timetur de eius feſtinatione diſceſſus. Camera Imper. in verſic. *Teſtes*, Riccius *collect.* 374. ad noſtrum textum, vbi cum Creſcentio *deciſ.* 2. *hoc tit.* addit quod Teſtes in crimine aſaſſinij, ſic recepti non probant, ſed à Farinacio *dicta q.* 72. alios refert diſcordantes, *à n.* 123.

67 Et pro coronide huius partis dico debere examinatores aduertere, vt non permittant Teſtes quod referant ſe ad priorem depoſitionem in alia, vel in eadem cauſa factam, vel ad rebellationem excommunicationis, cum teneatur illos interrogare, & eorum dicta per extenſum redigere, & non per viam ſimplicis repetitionis, prout doctè explicat Rota Auentina, *deciſ.* 109. tradit Riccius *dicta collect.* 2047. in fine.

68 Ad ſecundam difficultatis partem, cum poſſis reſpondere ea iam dictis; Ideò breuiter dico, quod Teſtes examinati in criminalibus, parte non citatâ, nihil probant præſertim, cum proceditur per viam accuſationis, docent Abbas hîc *n* 8 vbi quod iſta practicatur, & reſpondet contrariis, Felinus *n.* 9 Gloſſa hîc in verbo *admonendus* tradit, & expendit latè, & cum multis omninò videndus Farinac. *de Teſtibus*, *dicta quaſtione* 72. *à num.* 87. vbi docet, quod licet non faciant indicium, faciunt tamen argumentum & præſumptionem, licet contra referat ibi *numero* 93.

Sed an Teſtes probent in crimine hæreſis, 69
parte non citata, in quo articulo, Maſcardus *de probat. lib.* 1. *in præfatione*, *q.* 6. *num.* 41. cum multis Socinus *Regula* 406. *in* 4. fallent, & multi relati à Farinacio *dicta quaſt.* 72. *de Teſtibus à n.* 115. dicunt poſſe in hoc crimine recipi Teſtes parte non citata, quod declarat, quando datur potentia ex parte inquiſiti, ob quam immineret periculum Teſtibus examinandis per textum, *in cap. fin. de hæreſi*, *lib.* 6. docent Felinus hic *n.* 17. Decius *n* 50. Maſcardus *lib.* 2. *concl.* 681. *numero* 36.
† Quod potentia remota ſit inquiſiti, nec præ- 70
dictum periculum adſit; tunc citandum eſſe partem, cui intereſt, docent addentes ad Decium hic *n.* 50. *littera B*; plures alios refert Farinacius ſupra *dicta q.* 72. *n.* 117. vbi improbant Decium dicentem ex potentia inquiſiti; etiam in aliis caſibus examinari Teſtes ſine citatione, & hoc admittit, quando cum potentia adeſt timor mortis, vel abſentiæ, & ſic concludit ſpeciale eſſe in crimine hæreſis, vt parte non citata Teſtes examinentur, cum adeſt potentia inquiſiti, vt optimè explicat Gabriel *lib.* 1. *concl.* 1. *de citatione n.* 318. verſic. *qui omnes.*

Verùm vt vberiùs hunc caſum intelligas, le- 71
ges, eundem Farinacium *de hæreſ. q.* 188. §. 1. *à n.* 22. Roſas *de hæreticis*, *q.* 2. *num.* 104. Simancas *de Catholicis libris*, & aliis relatis ab eodem Farinacio qui docent de praxi, nempe vt in ſancto officio non citentur inquiſiti ad videndum iurare Teſtes; imò ſtylus eſt, vt Teſtium iam examinatorum dicta dentur in termino publicationis Reo; itaut eorum perſonas, & nomina non cognoſcant, quod video in hoc Tribunali ſanctæ Inquiſitionis Vallisoletanæ practicari, abſque vlla diſtinctione, tam in cauſis hæreſis, quàm in cauſis quæ proſequuntur contra officiales delinquentes in ſuo officio quod oritur ex ſtylo, de quo teſtatur Codex. vulgò *Lacartilla f.* 18. ibi *reçibeſe a prueba con termino*, *pero no ſeban de citar las partes*, *para ver Iurar. niconoçer los Teſtigos*, ad quam praxim inſtaueram, cum eſſem Fiſcalis huius ſanctæ Inquiſitionis in cauſis Alquazeli maioris cuiuſdam Secretarij, & vnius Nuntij. Et aliorum Officialiũ licet fatear praxim in hoc eſſe rigidam, & ſubiectam calumniis, cum viderim plures odio teſtificate vindicationis prætextũ & audacter freti, ex eo, nempe quod eorũ nomina nunquam Reo ſint propalanda; quare exiſtimarem minùs conueniens eſſe, vt detur Reo copia cum nomine Teſtis, & vt citetur, vt videat illum iurare, & in ſimul opponere poſſit de exceptione in his vltimis cauſis vt in aliis criminalibus Familiarum, non inquam in cauſis fidei ſeu eis annexis, in quibus alia adeſt vrgentior ratio practicata in ſancto Officio, de qua Doctores paſſim ſcribentes de Inquiſitionis caſibus.

De crimine tamen Læſæ Maieſtatis, docuit 72
Decius hîc *n.* 56. poſt Ancharranum, quem allegat *conſ.* 78. in ſecundo dubio Teſtes examinari poſſe abſque citatione partis, plures adducit Farinacius *dicta q.* 72. *à n.* 120. ſed cum aliis *numero* 121. contrariam ſententiam ſequitur cum addentibus ad Decium hic *dicto numero* 56. *littera B.* vbi quod ita practicetur.

Applica

73 Applicabis quæ dico infrà *in cap.5.* vt poſt citationem, requiratur in Teſtibus iuramentum; & notando quæ ibi dico *in quæſtiuncula* 1. vbi *de citandis partibus ad videndos peritos in arte.*

AD TEXTVM
IN CAPITE III.
Quoniam, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

PER textum hunc agi poteſt, an ſocij criminis admittantur in teſtes contra conſocios, de quo dico latè infrà *in cap. fin. de Teſtib. cog.* & ad latiorem expeditionem applicabis quæ adduxi ſuprà *in cap.1. de Confeſſis, q.2. à n.1.* Et de teſtimonio mulierum vide quæ dico infrà *in cap.21. hoc tit* & *in cap. tam litteris* 33. Et de explicatione huius text. *in cap. ſuper eo* 14. *hoc tit. num.1. in fine.*

AD TEXTVM
IN CAPITE IV.
In omni negotio.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Accuſator vnus, ex pluribus eligitur à Iudice.*

DE materia huius textus, quatenus loquitur de correctione fraterna, & de Teſtibus ad ipſam neceſſariis, videbis, quæ latiſſimè adduxi, *in cap. nouit* 13. *de Iudicijs*, vbi *à quæſtione* 17. cum aliis multis ſequentibus. Et quatenus loquitur de numero teſtium adhibendo ad vnamquamque rem, ſeu in omni negotio, videbis quæ dico infrà *in cap. licet* 23. *hoc titul.* Et *in cap.28.*

I. Et ibi in verſic. *principalis perſona dicens veritatem de re ſibi nota rectiſſimè habenda*, applicabis quæ adduxi ſuprà *ad titulum de Confeſſis.*
II. Sed an accuſator admittatur in teſtem negatiuè reſpondebis, *cap. nullus* 4. *q.4. cap. forus de verb. ſignif.* vbi DD Leſſius *de Iuſtitia, libro 2. cap.30. n.15.* & 30. Villalobos *in ſumma, part.2. tract.17. diff.2. n.5.* quod ſecus eſt in denuntiatore ad correctionem fraternam, vt dixi *in dicto cap. nouit*, ex rationibus ibi adductis. Verùm de accuſatore in teſtem admittendo, necne videbis quæ congerit Farin. *de Teſtib. q.60. à n.64.* cum pluribus ab eo relatis, ad quos te remitto.

III. Vnum tamen cum eo notabis, quod ex pluribus accuſatoribus Iudex debet eligere magis idoneum, & cæteros à teſtimonio repellere, Gloſſa *in cap. in primis*, verb. *accuſatores* 2. *quæſt.1.* ad quod applicabis nonnulla, quæ adduxi, *in cap.6. de Iudicijs, à quæſt.3.* vbi dixi de quæſtione, *an Iudex debeat iudicare ſecundum allegata, aut ex priuata ſcientia*, & *an debeat deſinere eſſe Iudex, vt deponat, tanquam teſtis, pro innocentia.*

AD TEXTVM
IN CAPITE V.
Quoties, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

TEXTVS iſte agit de Teſtibus ſufficientibus ad ſeparationem coniugum propter cognationem propinquitatis, de quo latè dico *in cap.1 de conſanguinitate, & affinitate.* Sed cum agatur de Teſtibus domeſticis conſanguineis & aliis, cui exceptio poſſit opponi, item, & de iuramento à Teſtibus præſtando, de veritate dicenda, ideo accipies quæ ſequuntur, & applicabis nonnulla, quæ adduxi ſuprà *in cap propoſuiſti de Probationibus.* Et *in cap.14. eodem.* Et videbis quæ Doctores adducunt, *in cap. licet ex quadam* 47. *hoc tit.* vbi agitur de teſtium requiſitis, ad probandam conſanguinitatem. Et de qualitate iurandi. Et de Teſtibus de auditu à maioribus, per verba noſtri textus hic, *& ſicut ipſi dicunt rei veritatem accepiſſe à maioribus ſuis, &c.* dico *in d. cap.4. & ad quæſtionem in cap. tuis* 39. Applica dicta ſuprà *in cap.2.*

QVÆSTIO I.

An domeſtici, & familiares admittantur in teſtes: Et quid de conſanguineis, amicis, vel inimicis: Et an poſſit quis teſtes de domo producere: Vel an quis poſſit eſſe teſtis in propria cauſa: Vbi quid de legatario, ſeu de conſortibus: Et an familiares Cardinalium poſſint eſſe teſtes in eorum cauſis: Seu quam fidem faciat Cardinalis deponens de facto proprio, ſeu ad fauorem ſui familiaris?

SVMMARIVM.

1 *Teſtes Domeſtici & Familiares, qui ſint à n.3. 4. 5. 6. & qui eorum teſtificare prohibeantur, à n.9. 10. 11. & 12.*
13 *Teſtes Domeſtici & Familiares, admittuntur, cum alij deficiunt, ſeu ipſi ſunt potius inſtructi, n 14. 15. & 16. vel quando deponunt contra alios Domeſticos, n.17. & 18. probant in antiquis, vt num.20. in hæreſi, num 21.*
19 *Domeſticus teſtis probat contra producentem, parte non opponente.*
21 *Parentes, & liberi in eorum cauſis non admittuntur: fallit in probanda conſanguinitate, n.23. 25. 26 & 27.*
23 *Domeſtici propriè dicuntur vxor, liberi, fratres, liberti ſerui, adſcriptitij, n.25. 26. 27. 28. 29. 30. & 31.*
33 *Teſtis amicus repellitur, & quando. Quid de teſte inimico, n.34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. & 41.* L. ſciendum 21. ff. de vſuris, cap. ſi teſtes, §. item teſtium 4. q.3.
34 Nouella 90 de Teſtibus, cap 7.
42 *Producere teſtes de domo, quis poſſit, & quid hoc ſit, n.43. & 44.*

Digitized by Google

45 *Teſtis in propria cauſa*, remiſſiuè.
46 *Legatarius teſtis an queat eſſe*, remiſſiuè.
47 *Cenſors teſtis, an ſit*, remiſſiuè.
48 *Familiares Cardinalium poſſunt eſſe teſtes pro eis.*
50 *Cardinalis teſtis pro ſe, aut pro ſuo familiari qualiter probat*, n. 51. 52. & 53.

1 AD primam difficoltatis partem de Teſtibus Domeſticis & Familiaribus, an admittantur, agunt Doctores, *in cap. in litteris* 24. *hoc tit.* ſed Farinacius *de Teſtibus*, qoi rem præter alios vberios, eapendit tota *quæſt.* 55. *à num.* 1. & *à n.* 117. ibi omoioo videndus cum multis ab eo relatis, qui *in d. num.* 117. ait familiares, & Domeſticos eſſe ſyoonima & æqualia, vt notauit Albericus *in l. etiam*, *n.* 4. verſic. *& interdum*, *C. hoc tit.* per textum, *in d. cap. in litteris*, & *in cap. inſinuante de officio delegati*, licet Abbas ibi, *in d. cap in litteris*, poſt Gloſſam ibi *n.* 5. verſic. *habes etiam*, dixerit *familiaris*, Verbum eſſe magis latum, quàm Verbum *Domeſticus.*

2 Sed qoi autem teſtes Domeſtici, vel familiares dicantur, traduot Baldus *in d. l. etiam*, *n.* 3. Abbas, & omnes *in d. cap. in litteris*, & declarat text. *in l. fin.* §. *ſani*, *C. de his, qui ad Eccleſias confugiunt*, & *in l. reſpiciendum*, §. *furta domeſtica*, *ff. de pœnis*, & *in l. pronuntiatio*, *ff. de verborum ſignif.* & expeodit Farioacius, cum ab eo relatis *ſuprà.*

3 Vnde dices Domeſticos teſtes, propriè appellari; qoibos imperari poteſt, ratione patriæ, vel Domeſticæ poteſtatis, & horum teſtimonium à iore reprobari, nec vllam fidem eis adhiberi dixit, *lex penult. ff. de Teſtibus*, ibi, *teſtes eos, quos accuſator de domo produxit, interrogare non placuit*; quæ verba tranſcripſit Gratianus *in cap. ſi teſtes*, verſic. *item teſtes* 4. *q.* 3. & probat text. *in l.* 2. *C. eodem*, ibi *etiam iure ciuili Domeſtici teſtimonij fides improbatur*, & *in l.* 1. §. *ad quæſtionem*, *ff. de quæſt.* ibi, *non eſſe prouocandos eos, quos accuſator de domo ſua produxerit*, *cap. ſuper prudentia* 14. *quæſt.* 2. ibi *nequi ad probationem Domeſtici aſſumantur.*

4 Quæ doctrina procedit non ſolùm in Domeſticis, quibus imperare quis poteſt, modo dicto, ſed in his, qui inſimul habitant in eadem domo; nam adhoc hi dicuntur Domeſtici, vt tradit ex multis idem Farinacius *à num.* 8. Quare aduerto Domeſticum dici teſtimonium tribus aliis modis, vno modo Domeſtici dicuntur, qui de eadem cognatione ſunt, quaſi de eadem domo, vt loquitur textus, *in l.* 1. *de emend. pro-*
5 *pinq.* † Alio modo ſunt hi, qui de eadem familia, & qui ſub familiæ appellatione continentur, *l. pronuntiatio*, §. *familia*, *ff. de Verborum ſignificatione*, *l. ædiles*, §. *familia*, *ff. de ædilitio edicto*, & hi propriè dicuntur familiares, vt coloni mercenarij, liberti, & omnes habitantes in domo, iuxta Gloſſam verbo *de familia*, *in dict. cap. in litteris hoc tit.* & Gloſſam notabilem
6 verbo *quod verò in ſumma* 3. *q.* 5. † Tertio modo Domeſtici dicuntur hi, in quibus ius habemus, vt ſunt adſcriptitij, Cenſiti, Vaſalli & alij, de quibus notatur, *in l. præſenti*, §. *ſanè*, *Cod. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*, ſed Maſcardus *de Probat. concl.* 1. 33. *n.* 5. triplicem couſtituendo Domeſticorum diſtinctionem, docet propriè
7 Domeſticos dici Patrem, & Filium. † Impropriè Domeſticos dici familiares, & alios, quibus imperari poteſt de iure, vel de facto. † Impro- 8
priiſſimè dici Domeſticos colonos, laborantes, & mercenarios.

His breuiter iactis Iudex aduertere debet, & 9
perpendere, an teſtis ſit, de illis, quibos imperari poteſt; nam hi nullo modo ad teſtificandum admittuntur, vt probant iura ſupra relata. Si tamen ſit familiaris perpendet, num, tanta ſit inter eos Domeſticitas, & tanta affectio, vt admitti, vel reijci mereaorut; nam & magna ipſa affectio repellit, non modò conſanguineos, ſed & cæteros familiares & amicos, vt beoè declarat Meoocb. *lib.* 2. *de Arbitrarijs*, *caſu* 204. *cent.* 5. *n* 3.

Quare dixit Abbas *in d. cap. in litteris*, *n.* 5. 10
ſecundum affectionis qualitatem plus, vel minus credendum teſti, & ſic iudicem arbitrari debere, num tanta ſit familiaritas, vt repelli debeant, ſecundùm Menochium *ſuprà n.* 4. quia familiares, & Domeſtici dicuntur nimis affectari cauſam Domini ſui iuxta textum, com ibi notatis, *in d. cap. inſinuante de officio delegati*, & conſueuerunt Domino obedire per fas, & oefas, vt ait Baldus *in d. cap. in litteris*, *hoc tit. n.* 1. † Vnde 11
& poterit Iudex ex officio ſuo eos repellere, ſi ei conſtet ex eorum dicto de Domeſticitate, quod aliàs, non poſſet, niſi à parte appoſitum eſſe conſtet, vt docet Baldus *in d. l. etiam*, *Cod. hoc titulo.*

Quæ omnia procedunt io eo, qui familiaris, 12
& Domeſticus ipſius producentis eſt, viuit, & alimentatur de eius bonis, tempore depoſitionis, quaſi ſecus ſit, ſi iam ab eius dominio eſſet expulſus, iuxta Bartoli doctrinam, *in l. qui teſtamenta.* § *quæcumque*, *n.* 6. *ff. de Teſtamentis*, Abbatis, & aliorum, *in d. cap. in litteris hoc tit.* tradit etiam cum multis Farinacius *d. quæſt.* 55. *à num.* 8. vbi ex Baldo *in d. cap. in litteris*, tradit Domeſticos dici poſſe eos, qui, vt vulgò dici ſolet viuunt in eadem domo ad vnum panem, & ad vnum vinum; ſeqoitur Felinus ibi *num.* 1. verſic. *ideo dicit*, quod verum eſt, ſi cohabitatio ſit continua; ſecus ſi non continua, & dummodo ſit cum aliqua inferioritate, & ſuperioritate reſpectiuè, ſecus ſi eſſet inter eos; æqualitas; licet tunc ex alio capite; nempe amicitiæ teſtes minus idonei eſſent, vt infra dico.

Veruntamen ſuperior ſententia, & doctrina 13
limitari debet, quando cauſa talis eſt, quæ non poteſt probari, niſi per Domeſticos; tunc enim legitimi ſunt teſtes, quia quæ domi geruntur, per alios probari non poſſunt, ex his, quæ latè dixi per textum ibi, *in cap. tertio loco*, vbi notat Gloſſa verbo *iurati de probat.* & probat lex conſenſu, *Cod. de repudijs*, *in* §. *ſuper plagijs*, ibi, *quoniam non facilè quæ domi geruntur per alienos non poſſunt cenſiteri.* Pro qua ſeuteoria facit text, *in cap. videtur*, *qui matrimonium accuſare poſſunt, vel teſtificari*, dum de conſanguineorum in cauſa matrimoniali admittendo, teſtimonio agitur, ait text. *qui enim melius recipi debent, quàm illius, qui melius ſciuit*; tradit Rodriguez *de ordinando proceſſu*, *cap.* 7. *n.* 50.

Et ſic quando ſumus in facto, de quo veriſi- 14
militer ſunt magis informati, quam extranei, admittentur Domeſtici in teſtes, ex text. *in cap. veniens hoc tit. l. quoties*, *Cod. de naufrag. lib.* 11. & *in d. cap. ſuper prudentia* 14. *q.* 2. † Idem, & 15
in factis Domeſticis quæ per alios melius ſciri non poſſunt, quam per Domeſticos, vt tenet

Albericus

Digitized by Google

Albericus per textom ibi *in d. l. conſenſu, Cod.*
de repudijs, & multis addnctis Farin. *d q.55. à*
16 *n.36.* † Vbi *n 35.* ait idem admitti ex *d. l. an ſen-*
ſu, quando aliter veritas haberi non poteſt,
quàm per Domeſticos, qood exemplificat *a n.38.*
in factis, & delictis domi patratis de nocte, & io
ſtupro, & in furto domi commiſſo; item & in
probando clandeſtino matrimonio
17 Item breuiter etiam regulam limitabis, ſi Do-
meſticos deponeret contra alium Domeſticum,
quia tunc ceſſat cauſa ſuſpicionis, Baldus *in d.*
18 *l. etiam, n.4.* † In Domeſtico vtriuſque partis,
qui propter parem affectionem non poteſt à te-
19 ſtimooio repelli. † Et quando Domeſticus de-
poneret partim pro Domeſtico, & partim pro
ſuo Domino, & partim contra, quia tunc fides
20 teſtimonij diuidi non poteſt. † Imò & teſtis
Domeſticus probat contra producentem, &
parte non opponente admittitur teſtis Domeſti-
cus, quando para, quæ non oppoſuit ſciebat
qualitatem; item Domeſtici, ſi plures ſint ad-
mittuntur, & in factis antiquis, & in probatio-
ne ætatis, & in Domeſticis poteſtatis, & offi-
cialis. qui tempore ſyndicatus, poſſunt eſſe te-
ſtes; item & Domeſtici admittuntur ad proban-
dum furorem ipſius furioſi, tanqnam magis in-
formati, item & Clerici admittuntur fauore Ec-
21 cleſiæ. † Item & io crimine hæreſis admit-
tuntur etiam, vxor, filij, familiares, ac cæteri
Domeſtici, & in crimine læſæ Majeſtatis, iuxta
ea, quæ ex multis tradit Farinacius *in d. q.55. à*
n.89. Qui *à n.128.* docet, an familiares Epiſco-
pi poſſint eſſe teſtes, & de aliis latè loquuntur.
22 Vnde fit, vt licet parentes, & liberi nequa-
quam in eorum cauſis ad teſtimonium admit-
tantur, *l. parentes, Cod. hoc tit. cap ſi teſtes*, verſic.
item teſtis idoneus pater filio, aut filius patri non eſt;
& in verſic. *item parentes. 4. quæſt. 5.* de quo latè
agit Farinacius *de Teſtibus. q.54. à n.84. & 151.*
vbi videbis. Tameo hoc limitatur in caſu, *cap.*
ſuper eo hoc tit. vbi matris teſtimonium valet, &
recipitur, quando de eius matrimonio, propter
impedimentum conſanguinitatis ſeparando agi-
tur; quo caſu mater, & conſanguinei admit-
tuntur, vt ibi, & confirmauit, *l. 15. & 16. tit. 9.*
23 *p. 4.* † Vbi Greg. Lop. *in d. l. 16. in gl. 1.* ex ſenten-
tia Innocentij deduxit, quod qnando agitur de
conſanguinitate probanda, nunquam teſtimo-
nium conſanguineorũ ſuſpectum eſt, & ideo in-
diſtinctè admittitur ex ratione poſita à Pontifi-
ce, *in d. cap. videtur qui matrim. accuſare poſſunt*,
qoam retulit, *d. l. 5.* ibi, *porque mejor ellos el pa-*
rentesco, que otros ningunos e ſe trabaxan quanto
pueden para ſaber ſu linage. Quando verò in cau-
ſa matrimoniali mater pro filia in teſtimonium
recipi poſſit; videbis Menochium *de Arbitrariis,*
caſu 102. cent. 2. vbi optimè quem refert Rodri-
guez *de ordinando proceſſu, cap. 7. n. 47.* & applica-
bis quæ noto infrà *in d. cap. ſuper eo.*
24 Item inter Domeſticos primum locum obti-
net vxor, quæ merito à teſtimonio in cauſa ma-
riti repellitur, *l. penult. ff. hoc tit.* ſiue pro ma-
rito ob nimiam affectionem, ſiue contra mari-
tum ob reuerentiam, quàm eidem debet, &
communiter exhibet, aut exhibere debet, An-
dreas Vallenſis *in Rubrica hîc, §. 2. num. 11.* cui
addo Farinaciom, & multos ab eo relatos *de*
Teſtibus, quæſt. 54. à num 110. vbi etiam agit
qoando maritus poſſit teſtificare pro vxore, vbi
videbis.

Item & liberi repelluntur à ferendo teſtimo- 25
nio, vt iam dixi in verſic. *vnde fit*, de quo agit
idem Andreas Vallenſis ſuprà *d. num. 11.* probat
text. *in l. perſpiciendum, §. furta Domeſtica. ff. de*
pœnis, ſi modo vna habitent, nam hi quidem
regulariter, ſiue Domeſtici, ſiue non, nec pro
parentibus, nec contra parentes admittuntur
propter reuerentiam, quam eis debent. † Quod 26
idem dicitur de parentibus reſpectu liberorum,
d. cap. ſuper eo 21. hoc tit. l. parentes, Cod. eodem,
l. idonei, l. Teſtis idoneus 9. ff. eodem, idque ve-
rum eſt in infinitum, argumento *l. quique liti-*
ganti 4. ff. de in ius vocando, & hoc ad naturales ex-
tendit Gloſſa *in d. l. parentes.* † Quod procedit 27
in Iudicio; nam extraiudicialibus, ſi modo
emancipatione, vel alio modo diſſoluta ſit pa-
tria poteſtas filius patri & pater filio rectè teſti-
monium perhibet in his in quibus nulla vertitur
filij, vel patris teſtantis vtilitas de quo videbis,
quæ latè dixit Farinacius *de Teſtib. dicta q. 54. à*
n. 152. & à n. 84.
Tertiò inter Domeſticos referuntur fratres, 28
& ex fratribus deſcendentes, qui ſimul adhuc
ſunt ſub patria poteſtate, & vna habitant, qui
tamen, quamuis ſimul non habitent, neque
pro ſe inuicem, nec contra ſe inuicem idonei
ſunt teſtes, quia inter Domeſticos, non tam
propter communem habitationem, quàm pro-
pter alias concurrentes cauſas introducta eſt hæc
probatio teſtimonij ferendi, & ideo etiam ſe-
mota cohabitatione manet prohibitio remanen-
te cauſa prohibitionis qualis hîc eſt patria po-
teſtas docuit Andreas Valenſis *ſuprà num. 12.* de
qoo latè agit videndus Farinacius *de Teſtib. d.*
q. 54. à n. 82. Gloſſa *in l. Iulia in gloſſa 1.* verſic.
Sed an pro eis, ff. de Teſtibus. † Sed quod in ci- 29
uilibus frater admittatur, *in teſtem* dixerunt re-
lati ab eodem Farinacio *à n. 85.* qui *num. 87.* ait,
quod in omni caſu, in quo frater admittitur, te-
ſtis non eſt integræ fidei. & quod aſcendentes,
& deſcendentes repellantur, videbis Gomezium
lib. 3. var. cap. 2.
Quartò liberti, qui cum patrono morantur 30
in cauſa patrooi, & hi non ſolùm à teſtimonio
repelluntur, qnando Domeſtici ſunt, iuxta *l. pe-*
nult. ff. hoc tit. d. l. etiam eodem, ſed etiam poſt-
quam deſierint eſſe Domeſtici, tanquam adhuc
liberi, ne ob memoriam beneficij inæſtimabilis,
nempe libertatis, *l. libertas 106. ff. de regulis iu-*
ris, quod a patrono acceperunt facilè pro pa-
trono à religione iuramenti præſtiti recedant,
Valenſis *d. §. 2. hic n. 14.*
Quintò ſerui adſcriptitij ab hoſtibus redem- 31
pti, & adiecti; itémque mercenarij, qui mer-
cede conſtituta nobis ſeruiunt, ſi modo vnà no-
biſcum habitent repelluntur à ferendo teſtimo-
nio iuxta dictam, *l. perſpiciendum, §. 1. ff. de pœ-*
nis, Valenſis *ſuprà d. n 14. in fine.*
Ad ſecundam partem quæſtionis de Teſtibus 32
conſanguineis, quando admittantur vel non,
iam, ex dictis ſatis colliges, & de Teſtibus à
finibus, latè Farinacius *de Teſtibus, quæſt. 54.*
vbi videbis latiſſimè, & infrà *in cap. 1. de con-*
ſang. & affinit.
Ad tertiam de Teſtibus amicis, quando ami- 33
citia à teſtificando repellat, breuiter dico non
valere teſtimonium propter amicitiam produ-
centis teſtes, vt docuit Conſultus, *in l. 3. ff. hoc*
tit. & Doctores per textum noſtrum, qood ta-
men ita intelligendum eſſe dicit Baldus *in leg. ſi*
quis

*quis Teſtibus, n.*11. *Cod. eodem* , quaodo eſt ma-
xima , & ralis , quod propter amicitiam vniua,
reſultet odium alterius ; nam amiciria eſt virtus,
inimicitia ſiue odium eſt vitium , & ſic vitium
repellit teſtem , non viitus pro quo facit textos
juocta Gloſſa ibi , *in l. ſciendum* 21. *ff. de vſuris*,
ex qua deducitur , quod ſi debitor ad proban-
dam ſolutionem requirat amicos, per quos me-
lius , quàm per extraneos probare poteſt , mo-
ram non committi. Sic etiam , & eo modo in-
telligi debet text. *in cap. ſi teſtes*, §. *item teſtium* 4.
*q.*3. & quod tradit Gloſſa *in cap. conſanguinei* 4.
*q.*5. verbo *quod vero* ; tradit Rodriguez *de ordi-
nando proceſſu*, *cap.*7. *n.*53. De Teſtibus amicis
videbis Oſualdum *lib.*25. *Comment.* Donelli *c.*12.
addo Farinaciom, cum multis ab eo relatis *de
Teſtibus* , *q.*55. *à n.*231.

34 Ad quartum de Teſtibus inimicis , & quando
inimicitia , ſeu odium à teſtimonio repellat;
agunt Doctores per textum noſtrum , de quo
latiſſimè agit videndus Farinacius *de Teſtib. q.*53.
per totam ; ſed ego breuiter dico hoc eſſe intel-
ligendum de inimicitia capitali , Nouella 90. *de
Teſtibus* , *cap.*7. qui locus non ſolùm de ſeruis,
vt Authenticatum in Codicem relator voluiſſe
videtur , ſed generaliter de omnibus intelligen-
dus eſt , docet Andreas Valenſis hîc §. 2. *n.*18.
35 † Et declarat obrinere etiam , ſi inimicus fuerit
reconciliatus , quia niſi amicitia longo tempore
fuerit confirmata ; adhuc præſumitur durare
inimicitiam , licet eriam agatur de crimine læſæ
Majeſtatis , Simoniæ , hæreſis , & aliis enor-
miſſimis crimioibus ; docet Caluolus *in* §. *excep-
tio contra teſtes conct.* 4. *n.*2. *&* 3.

36 Et capitalis inimicus dicitur , cum quo eſt
controuerſia , ſeu lis capitalis , vel quæſtio de
liberalitate , com ſeruitus morti comparetur,
l. ſeruitutem 109. *ff. de regulis iur.* vel etiam de
exiſtimatione , vel fama , *l. licet* 103. *ff. de verb.
ſignificatione* , quandoquidem exiſtimationis , &
ſanguinis eadem ſit ratio , imò illius maior vi-
ris bonis , quam vitæ , *l. iſti* 8. §. 2. *ff. quod me-
tus cauſa.*

37 At vero inimicitia non capitalis neutiquam
repellit quem à teſtimonio Abbas *in cap. Inquiſi-
tionis* 21. §. *tertia in fine* , *de accuſat.* Caluolus *d.*
38 *loco n.*4. † Nec inimicus repellitur à ferendo te-
ſtimooio , quando inimicitia fuit affectata per
partem , quod Iudicis arbitrio relinquitur , an
ſit affectata , Farinacius *vbi ſuprà à n.*64. vbi *à*
39 *n.*66. † Probat quod teſtis ioimicus vtriuſque
partis non repellitur , oec ſi deponat ad fauo-
rem ſui inimici , & probat contra producen-
40 tem ibi *à n.*71. *& à n.*68. † Notat quod teſtis
ioimicus admittitur , parte noo opponente , vel
ſi fuerit admiſſus de cooſenſu partis , ſed ſi pars
fuerit abſens , & ob id cootumax in noo appo-
oendo , non per hoc teſtis ioimicus probabit,
docet ibi *n.*69. *&* 70. † Qui *n.*73. ait quod ini-
41 micitia eſt probaoda per excipieotem , quia ini-
micus non præſumitur. De teſte inimico Antoo.
Gomez. *lib.*3. *var. cap.*12. *n.*14. omnino viden-
dus , vbi rectè expendit.

42 Ad quartum , an poſſit quis teſtes de domo
producere , reſpondebis ex dictis ſuprà *à num.*1.
ſed vt ſcias qoid ſit teſtes de domo producere.
Duarenus docet Domeſticum teſtem ooo com
tantom dici qui in eadem domo habitat , ſed &
qui eiuſdem familiæ generis agnationis eſt , ita
ſcribit , cum interpretatur textum , *in l.*24. *hoc
tit.* ſed non rectè , quia qoid de familia produ-
cebantur , non vſquequaque fuiſſe neglecta eo-
rum teſtimonia olim, vt docet Cicero *oratione* 3.
in verrem , vbi verrem Maleoli tutorem ſic allo-
quitur , *cur ſodalis* (erat hic) *Maleoli pater* vxo-
rem ſodalis , ſocrum , domum , *denique totam ſo-
dalis mortui contra teſtimonium dicere cur , puden-
tiſſimas , lectiſſimaſque fœminas in tantùm virorum
conuentum inſolitas , inuitaſque prodire cogis.* Huic
etiam adjungi poteſt , quod ſic de Iulio Cæſare,
Suetonius ſcribit *in P. Clodium Pompeia vxoris
ſua adulterium , atque eadem de cauſa polutarum
cæremoniarum reum teſtis citatus negauit ſe quid-
quam comperiſſe quamuis , & mater Aurelia , &
ſoror Iulia , apud eoſdem Iudices omne ex fide re-
tuliſſent.*

Quare veriſimilius dixit Rebardus *varior.* 43
*lib.*2. *cap.*8. eos dumtaxat teſtes de domo pro-
ductos paulò dici , qui in accuſatoris ſunt pote-
ſtate , ſic Domeſticum teſtem Græci interpre-
tantur , & ob id approbat Caoonem Synodi
Carthaginenſis 132. *quos teſtes de domo producit
accuſator , non eſſe audiendos* ; etiam traditom eſt
Domeſticos teſtes accuſatoris appellari eos , *qui
cum cohabitant , & quibus ipſe poteſt imperare* , ea
nimirum ratione , qua furta , quæ ſerui faciunt
Dominis liberti patronis , & mercenarij ijs,
apud quos degunt Domeſtica dicuntur , *l.*5. §. 1.
ff. de pœnis.

Imò, & ad Domeſticum teſtimonium ſpecta- 44
re videtur qood ſic Apuleius ſcribit , *in Apolo-
gia* 1. *Capio enim produci eos pueros, quos ſpe liber-
tatis audio confirmatos ad mentiendum.* Quare hu-
ioſmodi pueros de domo productos rectè dici ex
Vlpiano probari euidenter poteſt , *ex l.*1. §. 1. *&
ex l.*10 §. 1. *ff. de quæſt.* quæ omnia meo videri
non diſcrepant ab his , quæ dixi ſuprà *dicto n.*1.
inſpectâ diſtinctione Domeſticorum; de qua *ibi.*
Et de Teſtibus Domeſticis Oſualdus *lib.*25. *com-
mentariorum* , *Donelli cap.*11.

Ad ſextum , an poſſit quis eſſe teſtis in pro- 45
pria cauſa, reſpondebis ex dictis ſuprà *in cap.*12.
de Iudicijs , *q.*11. vbi *n.*14. dixi , quod teſtis, qoi
non poteſt eſſe in propria , nec in conſequen-
tiam , & applicabis quæ adduxi , *in quæſtionibus
præcedentibus* , *de Iudice in propria cauſa* , & vide-
bis Riccium *collect.*527. Andream Valenſem hîc
in Rubrica d. §. 2. *n.*6. latè videndus Farinac. *de
Teſtib. tota q.*60. *à n.*1. vbi *à n.*61. agit de teſte, qui
habet cauſam ſimilem. Aliqua dico iufrà *in c.*60.
*q.*3. verſic. *ad ſecundam.*

Ad ſeptimum , an legatarius poſſit eſſe teſtis 46
in cauſa teſtamenti reſpondebis ex his , quæ ad-
duxi , *in d. cap.*12. *de Iudicijs* , *d. q.*15. *n* 13. &
Doctoribus ibi adductis , adjongo Farinac. *de
Teſtib q.*60. *à n.*287. Andream Valenſem *in Ru-
brica* hic *d.* §. 2. ſub *n.*6. Gratianum com alijs
multis *Regul.*461. & cum alijs Zeuallos *in practi-
cis* , *quæſt.*797.

Ad Octauum de Teſtibus conſortibus , vide- 47
bis quæ tradit Oſualdus ad Donellum *libro* 25.
*Comment. cap.*11. & applicabis quæ adduxi de
conſortibus eiuſdem litis , *cap.*4. *de foro comp.* &
in q 26. vbi *de recuſandis Teſtibus* , & faciunt ad-
ducta ſuprà *de Domeſticis teſtibus , & eorum , qui
ſunt teſtes in propria cauſa.* Aliqua inſrà *in cap.*6.
q 3. verſic. *ad ſecundam.*

Ad nonam , an familiares Cardinalium , ſint 48
teſtes idonei in eorum cauſa breuiter dico cum
Albano de Cardinalibus *q.*42. *priuilegio* 11. *&*
cum

Google

eum Diana *p.5. tract.2. reſ.56.* iure optimo hos pro Dominis ſuis, poſſe dicere teſtimonium, ob Cardinalium dignitatem, quæ cum maior ſit ab ea, quâ fruuntur Epiſcopi, in quorum cauſis, ſecundùm Felinum poſſunt eſſe teſtes eorum familiares; vt tradit, *in d. cap. in litteris 23. hoc tit. n 7.* Quanto plus erunt idonei Cardinalium familiares, & de familiaribus Epiſcopi, ſeu Abbatis, admittendis in teſtes, cum ſint honeſtæ perſonæ; vide quæ tradit Farinac. *de Teſtibus,*
49 *q.55. num.127.* cum multis ab eo relatis. † Vbi *n.140.* docet, quod famuli Cardinalis, Principis, aut alius illuſtriſſimæ perſonæ non prohibentur eſſe teſtes pro eorum Dominis.

50 Ad vltimam partem reſpondeo, quod Cardinalis deponens in facto proprio facit plus, quàm ſemiplenam probationem; ita Sacra Rota die 29. Ian.1601. coram Illoſtriſſimo Coccino
51 *deciſ.19. n.1.* † Imò & atteſtatio Cardinalis, ad fauorem, ſui familiaris, quamuis non plenè probet, facit tamen magnum adminiculum, vt reſoluit ſacra Rota die 11. Martij 1615. coram eodem Coccino apud Farinacium *tom.4. deciſ.556. n.9.* & apud Ludouiſium *deciſ.166. n.11.*

52 Vbi etiam docet quod ad effectum iuſtificationis plenè probat quidquid ſit ad effectum reſeruationis; ſequitur Diana *d. 5. p. reſ.93. tr.2.*
53 † Vbi notat quod fides ſimplex extraiudicialis, & ſine iuramento, facta per Cardinalem, licet non probet concludenter multum illi tribuit, vt dictum eſt à Rota die 19. Iunij 1600. coram eodem Coccino *deciſ.4. n.3.* Et videbis quæ tradit de teſtimonio Cardinalium Farinac. *de Teſtibus, q.63. à n.79.* Et quæ dico infrà *in cap. cum à nobis 28. q.2.* verſic. *de Cardinali.*

QVÆSTIO II.

An ſubditi, & vaſſalli admittantur ad teſtificandum pro eorum Dominis: Et quid de inquilino, colono, ſeu emphyteuta?

SVMMARIVM.

1 AD primam quæſtionem præmittes quæ dixi ſuprà *in cap. cætera 5. de iud.* ſed in terminis ex multis reſoluit Farinacius *de Teſtibus, q.55. à num.18.*

2 Ad ſecundum videbis Doctores per Gloſſam *in §. pater in fine,* in verbo *in ea re, instituta de teſtamentis,* & *in cap. in litteris,* in verbo *de familia hoc tit.* benè reſoluit ex multis idem Farinacius *de Teſtibus, dicta quæſtione 55. à num.113.* vbi videbis.

QVÆSTIO III.

An teſtes debeant præcisè iurare; quando deponunt; vt eis plena adhibeatur fides: Et an ſine iuramento recepti aliquando probent?

SVMMARIVM.

1 *Teſtis iuratus debet deponere, nec ſufficit, vt poſt depoſitionem iuret; num.2.4. & 5. fallit, num.3.*

6 *Teſtis iurat per ſe, non per procuratorem, ſecius in iuramento calumniæ.*

7 *Teſtis iurat de veritate dicenda, & quod, nec odio, nec amicitia deponit, & quod non manifeſtabit dictum, ante publicationem partium alicui, n.8. 9. & quâ formâ, n.10.11. & 12.*

13 *Examinis teſtium commiſſo, intelligitur commiſſa receptio iuramenti.*

14 *Teſtis receptus, ſine iuramento, quando probet, quàm præſumptionem faciat, n.15.16.19.20. 22. 23. 24 & 25.*

17 *Remittere poſſunt partes expreſſè de conſenſu Iudicis iuramentum teſtis deponentis, n.18. vide q.4. infrà à n.1.*

26 *Teſtis ſat eſt, vt iuret contra dilationem datam ad iurandum, quæ non currit ſi adeſt impedimentum, n.28.*

29 *Actus teſtium refertur ad iuramenti tempus.*

PEr textum noſtrum agunt Doctores de hac quæſtione ex verſic. ibi *probatio autem teſtium;* 1
igitur regula ea nempe eſt, quod nullius teſtimonium, quantumcumque religioſus exiſtat, debet credi in alterius præiudicium, niſi iuratus depoſuerit, vt docent DD. hîc, & per textum, *in cap. nuper hoc tit.* vbi Gloſſa *in verbo iuratus,* textus, *in cap. hortamur 3. q.9.* ibi, *probito etiam legaliter Sacramento,* & in *cap. in primis,* verſic. *deinde 2. q.1.* ibi, *niſi eo præſenti, qui accuſatus eſt iureiurando contra eum teſtimonium dictum eſt, cap. de Teſtib. hoc tit.* in verſic. *nec debent audiri,* vbi Gloſſa r. Imola *n.5.* Ancharranus *n.3.* Anania *n.4.* Et probat text. *in cap. tuis quæſtionibus hoc tit.* ibi, *teſtes in cauſis proprijs producere, abſque iuramenti exhibitione non poſſunt,* vbi Imola *n.1.* Felinus *n.1. cap. fraternitatis hoc tit.* in verſic. *recepto prius ab ipſis, ſecundum formam recipiendorum teſtium iuramentis,* vbi Gloſſa, Ancharranus *n.6.* & de iure ciuili eſt text. *in l. teſtium, Cod. hoc tit.* & *ibi* Gloſſa in verbo *Sacramenti, l. iuriſiurandi, Cod. eodem,* vbi notant Cynus, Bartol. Baldus, Angelus, Salicetus, & alij plenâ manu adducti à Farinacio videndo *de Teſtibus, q.74. à n.1.* vbi *n.3.* docet etiam procedere, quando teſtis nulliter iurauit, quia eſt tanquam ſi non iuraſſet. Et de iure Regio probat textus *in l.23. tit.16. p.3.* ibi, *otros ſi dezimos, que ningun teſtigo no deue ſer recibido ſin iuramento, ni valer ſu dicho,* vbi notat Gregor. latè Iaſon *in repetitione, l. admonendi, n.219.* Couarr. *lib.2. var. cap.23. n.9.* Guttierrez *in repetitione, leg. nemo poteſt à n.219. ff. de legatis* 1. Quod vtrique iuramentum iuris Diuini eſſe dicit, Menochius *lib.1. de arbitrarijs, q.26.* ex authoritate Geneſis, *cap.3.* in quo legimus, Iacob teſtimonium ſoceri ſui Laban voluiſſe iuramento confirmari.

Vnde Felinus *in cap. conſtitutus de reſcriptis,* 2
n.16. deduxit iuramentum hoc, quod à Teſtibus recipitur, non poſſe à Romano Pontifice remitti, nec diſpenſari, vt Teſtibus non iuratis credatur, vt poſt Menochium *vbi ſuprà d. q.26. n.4.* tradit Ioannes Guttierrez *ſuprà num.122.* quamuis à partibus remitti poſſit, ſecundùm textum *in cap. tuis quæſtionibus,* vbi latè diſputat gloſſa, verbo *remittantur hoc tit.* Ioannes Guttierrez, *vbi ſuprà n.534.* † Valenſis hîc *§.3. n.9.* 3
vbi dicit, quod hoc iuramentum, plerumque remittitur perſonis illuſtribus, aut in aliqua dignitate, vel officio conſtitutis, niſi ageretur de præiudicio publico, aut animarum, aut cauſa matrimo

Digitized by Google

matrimoniali, Gaillſus *lib.1. obſeruat.*101. vide
quæ tradit Farinac. *d. q.74. à n.59. & 6.* & *n.83.*
cum infinitis. Et de renuntiando à partibus hoc
iuramento, vide quæ dico inſtà *in cap. tuis quæ-*
4 *ſtionibus hoc tit.* † Nec ſufficiet vt teſtes prius
deponant ſine iuramento, & poſtea iurent, quia
neceſſarium eſt, vt ante depoſitionem, iura-
mentum præſtent, vt notant Abbas *n.*8. Felinus
col 4. Aretinus *n.*19. *in cap. de Teſtibus* 9. per tex-
tum ibi, *hoc tit.* & alij, quos refert, & ſequitur
Petrus Morla *in emporio tit.* 11. *n.*30. & pro for-
ma ſubſtantiali id requiri tenet Aoendañus *re-*
5 *ſponſo* 1. *n.* 12. † Et eſt in principio examinis iu-
randum, *l. iuriſiurandi ibi prius, ff. de Teſtibus,*
multis adductis Barboſa *in cap. fraternitatis de*
Teſtibus, *n.*6.

6 Præterea debet Iudex aduertere teſtem non
debere, nec poſſe per procuratorem iurare, ſed
teneri perſonaliter iuramentum præſtare, vt
probat text. *in cap. licet ex quadam* 57. *hoc tit.* ibi
proprio iuramento firmantes, vbi Felinus *col.* 2.
Aretinus, *col.*4. *notab.* 8. & alij relati ab ipſo
Morla, vbi ſupra: affirmat Rodriguez *de ordi-*
nando proceſſu, *cap.*7. *n* 41. & 42. Sed contraria
videntur quæ adduxi de iuramento columniæ,
quod præſtari poteſt per alios, ſuprà *in cap.*3.
de iuramento calumniæ, *q.*1. Quæ tamen diſſol-
ues, ſi conſideres naturam, & finem illius iu-
ramenti, & eius differentiam, cum noſtro iu-
ramento, quod eſt de veritate dicenda. Et ſic
dixit Couarr. *in cap. quamuis de pactis*, *lib.6.p.1.*
*§.5. n.9. col.*3. Rebuffus *in tract. nominat*, *q.*16.
*n.*12. Barboſa *in cap. licet ex quadam hoc tit.* quod
quando iuramentum requirit, vt propria manu
alicuius fiat, non poſſit iurari per alium.

7 Quare ſi dubites, de quibus debeat teſtis iu-
rare; dico breuiter debere iurare non ſolùm de
veritate dicenda, iuxta textum, *in d. cap. horta-*
mur 3. *q.*5. ſed omnem veritatem ſiue interroga-
tus ſit, ſiue non, Gloſſa *in dicto cap. fraternita-*
tis verſic. *item* in verbo *iuramentis hoc tit.* vbi
Hoſtienſis *n.*8. verſic. 4. Baldus 12. verſic. *item*
quod, Botrius *n.*21. verſic. *& quod dicent*, Fari-
nacius cum aliis *ſuprà d. q.74. à n.5.* vbi addit
*n.*11. quod requiritur, vt teſtis taliter iuret di-
cere veritatem, quod in ea falſitatem non im-
miſceat ex Gloſſa 1. *in d. l. Iuriſiurandi*, verſic.
item quod Cod. hoc tit. & num 13. ait, requiri, vt
teſtis iuret dicere veritatem ſuper tota cauſa, &
pro vtraque parte, & pluribus ab eo adductis
addo prædictas Gloſſas, quæ conſtituunt for-
mam iuramenti teſtium, & à iure Regio con-
ſtituta eſt, *in l.*24. *tit.*16. *p.* 3. quam explicat
Gregorius Lopez, & quomodo vſus ſtyli eâ
vtatur, rectè obſeruat Paz videndus 1. *parte*,
*temp.*8. *n.*107.

8 Itaque addo ex noſtro texto, & aliis teſtes
debere iurare, quod neque odio, nec amicitiâ,
neque fauore, nec aliquo commodo, quod ha-
buerint, vel habituri ſint inducti, ſed ſolius
veritatis amore moti ad ferendum teſtimonium
venerint quódque ſuper omnibus, de quibus
interrogabuntur rei veritatem prout, ſecundùm
9 conſcientiam nouerint, dicturi ſint. † Quod-
que depoſitiones ſuas ante legitimam earundem
publicationem neutri parti manifeſtabunt, ſeu
aperient ex iam relatis iuribus, *in d. cap. tuis*
quæſtionibus, *cap. nuper*, & *l. iuriſiurandi*, do-
cet Valenſis hîc *dicto* §.3. *n.*8. cui addo Farina-
cium *dicta quæſt.74. num.17. &* 18. cum pluribus
ab eo relatis, qui in numeris ſequentibus alia
multa dicit ibi videnda.

Quod ſi iterum dubites, quæ debeat tangere 10
ipſe teſtis iurans; leges quæ dico infra *in cap.*
ego N.4. de iureiurando, interim leges eundem
Farinacium cum pluribus ab eo relatis *de Teſtib.*
*d. q.74. à n.*20.

Vnde cum ſæpius ſoleat opponi in Rota Ro- 11
mana, quod examem teſtium de partibus ſit
nullum ob defectum iuramenti, ex eo, quod te-
ſtes examinati non iurarunt, tactis Sacroſanctis
Euangeliis; Iuxta Gloſſam *in cap. vt circa*, in
verbo *corporali, de electione*, vt refert Caputaq.
*in deciſ.*246. *p.*2. Item opponi ſolere, quòd exa-
men teſtium, ſit nullum ex defectu iuramenti,
quia in commiſſione, ſeu inſtrumento recepto-
riæ non fuerit data receptori facultas recipiendi
iuramenta teſtium, ſed ſolùm modo ad exami-
nandum teſtes. † Reſpondeo ad primum ita
ſeruandum ſecundùm dicta, *in dicto cap.4. de iu-* 12
reiurando, niſi aliter vſitatum ſit. Quare cum in
Hiſpania ſatis ſit vt teſtes iurent, factâ cruce in
manibus Notarij, vt notiſſimum eſt, & atteſta-
tur Caputaquenſ. *in deciſ.*265. *p.*3. ac fuit deci-
ſum in vna ciuitate conſtructionis Cappellæ de
anno 1589. coram Seraphino; ideo ſi Notarius,
aut Tabellio atteſtentur ſe recepiſſe iuramen-
tum in forma debita iuris Intelligendum eſt illud
fuiſſe legitimè præſtitum, & eo modo, quo fieri
debuit, Graſſis *in deciſ. fin. hoc tit.* & fuit reſo-
lutum in vna Calaguritana oblationum 26.
Maij 1590. coram Comitulo; tradit Riccius
*collect.*1409. videbis quæ adducit idem Riccius
*collect.*263. & 1552. & Couarr. *lib.2. variarum,*
*cap.*13. *à num* 2. vbi docet præſumi teſtem iura-
mento reſpondiſſe, ſi Notarius ſcripſerit eum
iuratum teſtimonium exhibuiſſe videbis inſtà
q 4. verſic. *ad tertiam*, & videbis eundem Ric-
cium *in deciſ.*919. & 1532.

Ad ſecundum reſpondeo cum Puteo *in de-* 13
*ciſ.*558. Mohedano *in deciſ.*4. & latius *in deciſ.*6.
hoc tit. quod commiſſo examine eſt etiam per an-
tecedens, neceſſarium commiſſa facultas reci-
piendi iuramentum ſine quo examen non valet:
argumento textus, *in l.*2. *ff. de Iuriſdictione om-*
nium Iudicum, *cap. præterea de officio delegati.*

Ad tertiam quæſtionis partem dico, quod ſi 14
Iudex procedit ſuper Notario, & ſuper eo rece-
pit informationes, & probationes; tunc poſſunt
admitti teſtes, etiam ſine iuramento, Iaſon *in*
l. admonendi, *n.*273. Ripa *n.*198. Romanus *n.*99.
ff. de iureiurando, Felinus *in cap. tuis poſt*, *num* 2.
hoc tit. cum aliis Farinacius *de Teſtib. d. quæſt.*74.
*à num.*103. † Qui cum illis, & aliis, *num.*105. 15
dicit etiam credi Teſtibus ſine iuramento in pro-
batione conſuetudinis à populo alicuius ciuita-
tis inductæ.

Item & in Teſtibus receptis pro informatio- 16
ne Iudicis, Bartol. *in d. l. iuriſiurandi in addi-*
tione magna, verſic. *quod autem*, *Cod. hoc tit.* idem
Farinacius *à n.*106. † Qui *à n* 83. docet hoc iu- 17
ramentum poſſe remitti de partium conſenſu,
quidquid aliàs ſit in iuramento calumniæ; ſi ta-
men conſenſus eſt expreſſus, ſecus ſi tacitus,
quia non ſufficit partem non contradicere, nec
ſufficere conſenſum illius contra quam teſtes
producuntur, niſi etiam interueniat conſenſus
producentis: alicui tamen docent ſufficere, vt
producens non contradicat, vt Ioannes Andreas
*in d. cap. tuis hoc tit. n.*1. & ibi addentes *littera B.*

Bellamera

Bellamera ibi *num.* 1. Anchartanus *num.*4. Zaba-
18 rella 1. Abbas 4. Felinus *poſt num.* 1. † Et tunc
neceſſarium eſt vt accedat Iudicis conſenſus,
quia iuramentum, non poteſt remitti à ſolis par-
tibus, Baldus *in d. cap. tuis*, *n.*6. Butrius *num.*8.
Anchartanus 4. Aretinus 11. vbi teſtatur ita
tranſire communiter. Abbas tamen *num.*3. & Fe-
linus *num.*3. Iaſon *in d. l. admonendi*, *n.*236. *in* 2.
lect. verſic. *contrarium tenet*, docent non eſſe ne-
ceſſarium, vt accedat Iudicis authoritas; alia
tradit ibi idem Farinacius *à n.*87. vbi *n.*92. 93.
& 94. prædictam limitationem non procedere
in cauſa matrimoniali, quando ſcilicet agitur
de eo diſſoluendo; ſecus de eo contradicendo.
Et idem quando agitur de beneficio Eccleſiaſti-
co, aliave re ſpirituali non dependente à mera
voluntate partium.
19 Item etiam in probatione famæ, poteſt Iu-
dex recipere teſtes ſine iuramento, Iaſon *in d.*
l. admonendi, *n.*221. *in* 2. *lectura*, *&* *n.*232. ad-
dentes ad Abbatem *in d. cap. tuis littera A.* verſic.
adde hoc tit. Farinacius *ſuprà d. q.*74. *n.*102. qui
*n.*103. limitat etiam in Teſtibus mortuis, quibus
creditur ſine iuramento receptis poſt eorum
mortem; eo quod mors facit vim iuramenti,
Maſcardus *de Probat. lib.*3. *concluſ.*103. *n.*10.
20 Sed an obſtetrices, & in Arte periti, cum
deponunt, teneantur iurare, vt eis credatur;
videbis quæ adduxi ſuprà *in cap. propoſuiſti* 4. *de
probat. q.*3. verſic. *ad ſecundam*, Couarr. *libro* 2.
*var. cap.*13. *à n.*3. quem videbis.
21 Notãdum verò eſt, quod etſi teſtes ſine iura-
mento non probent, iuxta noſtri text. & alio-
rum doctrinam; tamen ſi ſine eo recipiantur,
& deponant aliquam præſumptionem, facere di-
xit Iaſon *in dicta l. admonendi in* 2. *lectura à n.*210.
Ripa *n.*197. vbi ait, quod talis præſumptio, ſuf-
ficit ad informandum conſcientiam Iudicis; re-
22 fert plures Farinacius *dicta q.*74. *n.*109. † Vbi
*num.*108. ait quod hæc præſumptio oriens ex
depoſitione teſtium non iuratorum, operatur,
quod ſi ab vtraque parte ſit probatio, præualet
illa, quæ plus habet pro ſe teſtem non iuratum.
Menochius *de Arbitrarijs*, *lib.* 1. *quæſt.*16. *num.*5.
24 *num.*6. & ait. † Quod iſti teſtes non iurati
coadiuuant alias probationes, maximè, quan-
25 do ſunt perſonæ graues. † Et addit *n.*111. idem
Farinacius, cum Butrio, Aretino, & aliis *in d.
cap. tuis quæſt. hoc tit.* quod licet teſtes ſine iura-
mento recipi non debeant, & ſic ſine iuramen-
to recepti non probent tale; tamen iuramen-
tum non poſſe dici de forma, aut de ſolemnita-
te ſubſtantiali ipſius teſtimonij, & licet hoc ſit
commune; contrarium tamen dixit Abbas *in
d. cap. tuis*, *n.*2. *notabili* 3. cuius ſententia iuuatur
ex dictis in principio huius quæſtionis. Ad alia
videndus Farinacius *d. q.*74. & etiam hic relati.
26 Iterum notabis, quod cum examinatio refe-
ratur ad tempus iuramenti adeo hoc eſſe, quod
ſufficiat, vt teſtes iurent intra dilationem datam
ad probandum, licet poſtea deponant Docto-
res de Rota *deciſ.*13 *de probat. in nouis*, *& deciſ.*8.
& *in deciſ.*3. *de dilationibus*. Riccius *collect.*263. &
27 *collect.* 919. † Vbi etiam infert, quod ſi teſtes iu-
rent die non feriata, & deponant Die feriata va-
let depoſitio; ita cum Guidone Pap. *deciſ.* 125.
Boërio *deciſ.*194. *num.*19. ſed contrarium docuit
Bellam. *in deciſ.*714. Benint. *in deciſ. Bononiæ* 11.
28 Item etiam aduertes quod tempus datum ad
probandum non currit, dum diſputatur ſuper
aliquo emergenti, in cauſa iuramenti, Iafredus,
Balboa *in deciſ.*165. Riccius *ſuprà*. † Vbi etiam 29
infert cum Fabro *deciſione* 8. *Cod. eodem*, quod
tunc teſtes habentur pro auditis, cum iurauer-
rint, cum omnis actus teſtium, referatur ad iu-
ramenti tempus.

QVÆSTIO IV.

*An electus à priuato litigante, vel à Iu-
dice, in teſtem iurare omninò debeat, &
iuratus teſtificari: Et an poſſit iuratus
teſtis ſcribere proprium teſtimonium: Et
an habens in ſua commiſſione clauſulam
procedendi, non ſeruato iuris ordine, poſſit
admittere teſtes non iuratos: Et ſi teſtis
extraiudicium non iuratus deponat, &
iuramento præſtito, poſtea in Iudicio con-
traria deponat, cui depoſitioni ſtandum
eſt: Et ſub qua forma iuretur: Et teſtis
ſub iuramento falſum deponens, qualiter
puniatur?*

SVMMARIVM.

1 *Teſtis electus à litigante, ſeu à Iudice adhuc iu-
rat, n.*2. 3. 4. *&* 5. *quid de citatione partiũ ad
videndum eum ſeu peritum deponere, à n.*6.
7 *Periti, ſeu teſtis electi, depoſitio quo pacto, qui-
búſque modis fiat, n* 7. 8. 9. 10. 11. *&* 12.
12 *Peritorum in arte depoſitio poteſt impugnari.*
13 *Scribere poteſt teſtis iuratus teſtimonium ſuâ
propriâ manu, ſed quando, n.*14.
15 *Teſtes iurati ſunt recipiendi etiam ſi Iudex ha-
beat clauſulam procedendi, non ſeruato iu-
ris ordine.*

AD primam quæſtionis partẽ, ex iam ſupra- 1
dictis *q. praced.* in ſecunda eius parte dico,
quod teſtis electus à priuato litigante, vel à Iu-
dice in teſtem, tenetur omnino iurare, & iuratus
teſtificari; ita vt alioquin eius teſtimonium, nec
validum ſit, nec fidem habeat, probat Bart. *in l.
Theopompus*, *n.*7. *ff. de dote prælegata*, Iaſon *in leg.
admonendi*, *n.*219. & ibi Ripa *n.*194. *ff. de Iure-
iurando*. Couarr. *lib.*2. *variar. cap.*13. *à n.* 1. † Vbi 2
& cum de conſenſu litigantium ſtandum ſit ad-
uerſarij, actoris inquam, vel rei aſſertioni de ali-
cuius actûs veritate; tunc oportere iuramen-
tum præmitti; ita vt aliter res expediri non poſſit
ex Baldo, & Iaſone *in l. iuſiurandum*, *ff. de Iure-
iurando*, cum id teſtimonium veritatis ſit, quod
voluntati, liberóve arbitrio alicuius non com-
mittitur, ſed ipſius rei geſtæ fidei, quæ iuxta
vtriuſque iuris regulas, non poteſt legitimè
cognoſci, niſi præuiâ iuratâ aſſertione.
Tamen quoties quis ſponte fuerit electus, & 3
deſignatus, vt explicet, & reſpondeat quid ſibi
aliqua in re viſum fuerit, non eſſe neceſſariam
iuramenti religionem dicit Bartolus *in dicta leg.
Theopompus*, *num.*7. cum aliis Couarruuias *ſu-
prà dicto num* 3. verſic. *tertia concluſio*. † Vbi 4
idem arbitratur de eo in cuius arbitrium res
collata fuerit; ita vt quid ipſe ſentiat, proprio
Iudicio exponat; de quo videbis plures ad-
ductos à Farinacio *de Teſtibus*, *quæſt.*74. *à n.*61.
vbi intelligit, *num.*63. procedere in Iudice, cui
data eſt poteſtas procedendi de facto ex Iaſone
in leg. admonendi, *ff. de Iureiurando*, *num.* 226.

in 2. lectura, & ex aliis, qui *num.* 257. vbi Ripa *dicto numero* 194. & alij traditi à Fatioacio, docent in Teſtibus examinatis coram Iudice habenti arbitrium procedendi, tam in ciuilibus, quam iu criminalibus, omiſsâ iuris ſolemnitate ſummaria de pleno, & ſine ſtrepitu, & figurâ Iudicij, nou debere ſine iuramento fidem adhiberi, Maſcardus *de Probationibus, concluſione* 1363. *numero* 5. & 6. licet aliud ſentiat Bartolus *in leg. filiuſfamilias, numero* 5. *ff. de donat.*

5 Vnde & ipſe Bartolus ſenſit idem eſſe, vbi à litigaotibus ſpoote nullo, oec legis, uec Iudicis nec mandato qois eligitur, vt iuxta ſcientiam propriæ profeſſionis, vel artis peritiam, rem dubiam aperiat, quia tunc iuramentum requiritur; ootat Antonius *in cap. veniens de Teſtibus, in* 1. *columm.* 3. colligit ex Bartolo, Felinus *in cap. quia indicante de praſcript. col.* 1. idem *in cap. propoſuiſti de Probat. colum penult.* idem *in cap. de Teſtibus, numero* 11. *hoc titulo.* Tamen Couarruuias *dicto lib.* 2. *variarum cap.* 13. *dicto numero* 3. verſiculo *tertia in fine*, de hoc dubitat, qui *numero* 4. verſic. *quarta*, cum Bartolo *in dicta leg. Theopompus, num.* 7. ait quod electus à Iudice, vel à litigantibus legis, aut Iudicis præcepto, vt proprium explicet arbitrium exponat, & quid iuxta peritiam artis, ſibi viſum fuerit, debet omnino iurare; ita vt aliàs eius reſponſioni non ſtetur; probat text. *in leg. hac edictali, §. is illud, Cod. de ſecundis nuptijs*, & ob id peritos, qui quotidie aſſumuntur in cauſarum, & controuerſiarum definitionibus, vt ſecundùm peritiam, proprium Iudicium explicent, iurato reſpondere teneri ex textu, & ibi Doctores, *in cap. fraternitatis de frigidis, & maleficiat*, probat textus, *in cap. continebatur de ſponſatione impuberum, cap. paſtoralis de exceptionibus, leg. ſi quando, Cod. vnde vi*, quorum meminit Iaſon *in dicta l. admonendi lectura* 1. *num.* 8.

6 Quod ſi ex conuentione, & conſenſu litigantium, aut petiti, perſona probata eſt; non eſt neceſſaria citatio, uec præſentia litigantis ad iuramentum, nec ad illius teſtimonium; imò abſque citatione, & præſentia controuertentium poterit teſtis, aut peritus in arte teſtimonium dicere, aut iurare, ac profiteri quid ſibi viſum erit, Bartol. *in dicta l. Theopompus, n.* 9. Antonius *in dicto cap. veniens in* 1. *col.* 2. Decius *in cap.* 2. *hoc tit. col. penult.*

7 Sed Panormitanus ibi *n.* 13. contrarium exiſtimat eſſe iure verius; nam licet perſona teſtis reprobari non poſſit, oportet tamen litigantes eſſe præſentes, vel vocatos, vt ſaltim videant ipſi qualiter iuramentum præſtatur, & ea ſolemniter peraguntur, quæ à iure ſtatuta ſunt, & licet Felinus ibi *num.* 14. dubitet, tutiórque ſit Abbatis ſententia: tamen cum Couarruuias *vbi ſuprà, dicto lib.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 5. verſic. *quinta*, dico non eſſe recedendum à Bartoli doctrina.

8 Igitur debet Iudex litigantibus præfinire diem, quo peritus per eum electus rem ſit viſurus, & eos citare, vt eo tempore ſint præſentes, quia eſt manifeſtum poſſe agrimenſores, & peritos, melius rem percipere præſentibus litigantibus, quam eis abſentibus, *leg generaliter, §. penult. Cod. de rebus creditis, l.* 3. *Cod. finium reg.* Bartol. *in dicta l. Theopompus, num.* 11. & *in leg. qui bona, §. vlt. ff. de damno infecto col.* 1. & ibi Caſtrenſis, Iaſon *in § quadam, Inſtitut. de actionibus, num.* 77. cum aliis Couarruuias *dicto lib.* 2. *variar. cap.* 5. *dicto n.* 5. verſic. *nona concluſio.*

Vbi in verſic. *octaua*, ait, quod is, qui à Iu- 9
dice electus eſt, agrimenſor inquam Medicus,
aliuſve peritus ad cauſæ definitionem poteſt re-
ferre proprium Iudicium, & id profiteri etiam
ad eum actum, nec vocato, nec præſente ipſo
litigante; ſic cum Bart. *in d. l. Theopompus, n.* 11.
& ex notatis, *in l. ſi quando, C. hoc tit.* & cum
aliis. † Imò & idem Bartolus *n.* 10. & Felinus 10
in dicto cap. quia indicante de praſcript. dicunt
quod ſi admittatur poſſe fieri nominationem à
Iudice abſente ipſo litigante, & non citato, ne-
ceſſum eſſe eum, vel vocari, vel præſentem eſſe,
cum à Iudice nominatus, iuramentum præſter
ex cap. 2. *hoc tit.* † Verum & ipſe Bart. *d. n.* 11 12 11
quem cæteri Doctores ſequuntur, & Couarr.
dicto lib. 2. *variarum, cap.* 13. *n.* 5. verſic. *ſexta,
& ſeptima*, docent vt quoties Iudex aliquem nominaturus eſt, qui peritia Artis rem dubiam extricet, aut definiat deberi eum, qui litigat, vel citari, ſeu præſentem eſſe, vt ea nominatio valeat, cum poſſet à præſenti aliquid aduersùs electum opponi, quod eius nominationis effectum impediret; ſed ſi aliter electio facta fuerit docet Couarruuias in praxi receptum eſſe, non ex eo nullam eſſe, cum ſtatim prius, quam electus, & nominatus rem ipſam examine; ſatis notata ſit, litigantibus eius electio, ac liberum ſit eam iuſtis ex cauſis improbare.

Pro complemento notabis poſſe probari contrarium, quod hi in Arte periti iurati reſponderont: nam quoties ex lege ſtandum eſt alicuius iuratæ, etiam reſponſioni, probatio in contrarium eſt admittenda Gloſſa *in dicto cap. propoſuiſti* 4. *de probat.* & *in dicto cap. continebatur de ſponſat. impub.* & *in cap.* 2. verſic. *affectata de temp ordinat. lib.* 6. & *in l.* 2. verbo *ſi abſens*, & ibi Paulus Caſtrenſis, Alex. Socinus, & Iaſon *ff. ſi ex noxali cauſa agatur, l. qui reſtituere, ff. de rei vind.* optimus textus, *in l. qui vas, l. videamus, §. item videndum, iuncta l. vltim. ff. de in litem iur.* Couarruuias *d. lib* 2. *variar. cap.* 13. *ſub n* 4. cum Tiraquello, & aliis. 12

Ad ſecundam queſtionis partem breuiter reſpondeo, quod poteſt iuratus teſtis ſuum teſtimonium ſcribere, & ita ſcriptum Iudici tradere coram Tabellione, etiam ſi id non legat, *dicta leg. Theopompus, ff. de dote prælegata.* Sed Baldus *in leg. iuriſiurandi Cod. hoc titulo, col.* 3. aſſerit non eſſe admittendum teſtimonium per Scripturam teſtis, niſi teſtis ipſe ſcripta expreſſim perlegerit; tenet Lanfrancus *in cap. quoniam contra falſam, de Probat.* verbo *teſtium, numero* 7. verùm Abbas, & Ioannes Andreas *in cap.* 2. *qui matrimonium accuſare poſſunt*, & *in cap. de Teſtibus hoc titulo*, vbi Aretinus, & Felinus docent non poſſe teſtem per ſcripta teſtificari, & proprium exponere teſtimonium, vt probat textus, *in cap. teſtes* 3. *quaſtione* 9. pro quo facit textus, *in l.* 3. verſic. *tu magis ſcire poteris, ff. hoc titulo*: nam ex vocis pronuntiatione abſque Scriptura facilius deprehenditur à Iudice fides teſtimonij, an ſit varia, vel ſuſpecta, cum per ſcripta teſtis reſpondeat præmeditato ſermone, & ſic multi quos refert, Couarruuias *dicto lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 6. docent contra Baldum, qui tantùm in eo caſu admittendus 13

mitteodus erit, quando ſcilicet res perplexa ſit, vel teſtis morbo expeditè loqoi impediatur, quia tunc optimè poterit teſtimonium à teſte iurato ſcribi, Iudicique tradi, præſente Tabel-
14 lione, vt ex eo valear cauſa definiri. † Et mihi iu praxi melius eſſe Iudico, licet aliquando viderim teſtes ſine impedimento teſtimoniom ſuum iu ſcriptis porrexiſſe Iudici, & ad hanc quæſtionem diſſoluendam, videbis quæ longè adducit Farinacius *de Teſtibus*, *quaſt*.80. *à num*.27. vbi licet regulam uegatiuam tradat per textum, *in cap. primates* 3. *q*.9. & Gloſſa verbo *ſcripta* 5. *q*.2. & *in cap. per ſcripta* 2. *q*.8. dicens ibi, *à num*.30. vt procedat, oon ſolùm in Teſtibus, qui ſuot præſentes in loco Iudicij, ſed multò magis in abſentibus, quia debent viuâ voce, & præſeutialiter ferre teſtimonium, noo per ſchedulam, vel Scripturam. Sed limitatur iu oonnullis caſibus, veluti quando factum eſt valde inuolutum, & io muto ex accidenti. Et quando teſtis, nec Iudice, nec parte contradicente, ſic teſtimonium ſuum porrigit iu ſcriptis, vel quandò deponunt de peritia Artis, vel ſi agatur de probanda fama alicuius, & de probanda ætate; vel ſi cooſuetudo loci illum admittit, & coram arbitro procedente, abſque ſolemnitate. Vel ſi Ita Iudici videatur.

15 Et licet huc Couarruuias, adjuugat eam quæſtionem, an pœoitens, lo foro pœniteutiali, poſſit ſua peccata in ſcriptis tradere couſeſſario; tamen de hoc dicam latè *in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnitentijs*.

16 Ad tertiam quæſtionis partem, etiam breuiter dico, non poſſe Iudicem ex tali clauſula recipere teſtes oon iuratos, vt tenet Iaſou *in leg. bona fidei*, *num*.29 *ff. de act*. & io praxi magis receptum docet Zeuallos *in practicis*, *q*.594. & ita tenendum eſt, licet videam Felinum *in cap. dilecti* 6. *de Iudicijs*, contrarium dicere ex eo, quia iuramentum eſt in Teſtibus de iure poſitiuo, & pro ea ſententia facit textos *in cap.* 1. §. *propter de iuramento calumniæ*, *lib.6.* vbi omiſſio iuramenti oon vitiat proceſſum, *l*.13. *tit*.11. *p*.3. *l*, *fin. tit*.10. *eadem partita*, *cap. tuis quaſt*.39. *hoc tit.* vbi iuramentum poteſt à partibus remitti, non aliâ ratiooe, niſi, quia eſt de iure poſitiuo, quod declarat Minchaca *de ſucceſſionum creat*, *lib*.1. § 9. *num*.5. Quæ non obſtant ex his, quæ dico ſuprà *quaſt*.5. in ſecunda eios parte, & ex eo, quia, vt dicit Riccius *in collect*.919. ad textum, *in cap*.3. *q* 9. ſubſtantia depoſitionis conſiſtit in iurameoto, quod per commiſſionem, de qua nunc inquirimus, oon auſertur, & pro extenſione videbis breuiter dictum ſuprà *quaſt*.3. verſic. *vnde cum ſapius*.

17 Ad quartam quæſtionis partem de teſte ſiue iuramento vnum deponeot extraiudicium, & aliud cum iuramento in Iudicio? Videbis quæ dico infrà *in cap. ſicut vobis* 9. *hoc tit.* & quæ latè adduxi, *in cap per tuas* 10. *de Probationibus*, *à quaſt*.5. benè & latè Couarru. videodus *lib*.2. *var. cap*.13. *à n*.7. cum multis ab eo relatis. Et nouiſſimè Cyriacos *tom*.2. *cont*.250. *à n*.17. vbi legea, cum Fariu *de Teſtib. q*.66. & cum alis.

18 Ad quintam quæſtionis partem ſub qua forma iuretur à teſte; nonoulla notaui ſuprà *q*.3. & ego dico *in cap*.4. & 5. *de iureiurando*. Et videbis quæ tradit Gloſſa *fin in cap. fraternitatis hoc tit.*

19 Ad vltimam de teſte falſum ſub iuramento depooente, qualiter puniatur dico latè *in cap*.1. *de crimine falſi*, & videbis quæ adduco infrà *in d. cap ſicut vobis* 9. *hoc tit.* vbi *de Teſtibus corruptis*, *aut falſis*, Couarruuias *in cap. quamuis pactum* 1. *p*. § 7. *à n* 5. & 6.

20 Alia, quæ pro complemeuto materiæ textus noſtri adducit Barboſa hic, diſperſim aliis io capitibus videbis.

AD TEXTVM
IN CAPITE VI.
Super hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

TExtvs huius materia dependet ab his, quæ dixi ſupra *in cap. tertiò locò* 5. *de Probat.* vbi latè *de admittendis in teſtes homines de vniuerſitate*, *vel habentes intereſſe in ipſa cauſa*. I. Et quatenus ſpectat ad prælegatum, agentem, Iudicantem, aut teſtificantem iu cauſa ſuæ Eccleſiæ: applicabis quæ adduxi ſuprà *in cap* 4. *de foro compet*. *q*.31. Et dico hic. II. Et ponderabis text. *in cap. in omni negotio* 4. *hoc tit.* vbi in correctione fraterna admittitur iu teſtem deuootiator; ad quod applicabis *d. in cap. nouit de Iudicijs*, *à q*.17. Et videbis quæ dico infrà *in cap. nuper* 51. *hoc tit.* & quæ notat Barboſa *p*.6. *in additionibus*, ad textum, *in d. cap. in omni negotio*.

QVÆSTIO I.

An vnus, vel duo de vniuerſitate, cui cauſa tangit, poſſint in Iudicio pro tota vniuerſitate comparere, ſiue in agendo, aut defendendo: Et an illi poſſint ſimul, & in teſtes aſſumi?

SVMMARIVM.

1 *Teſtes, & ſi de vniuerſitate in multos aſſumi poſſunt, & à n.7. fallit, vbi aliqui comparent, vt actores, & cum mandato procurà n. ſeqq. & n.*12, 13. & 14.

3 *Canonici teſtes pro ſua Eccleſia, quando admittantur*, *n*.4. 5. & 6.

4 *Teſtes de vniuerſitate, ſiue Clerici, religioſi, aut ſeculares quando in ſubſidium admittantur*, *n*.56.

EX verbis noſtri textus, In verſic. *dummodo*, vſque io finem deſumi poteſt propoſitum ex quæſtione; igitur quoad primum vt reſpondeam præmitto ex dictis ſuprà *in dicto cap*.5. *de Probationibus*, quod teſtes de vniuerſitate admittuntur ad teſtificandum pro ſua vniuerſitate, & uoo ſolùm ſi vniuerſitas ſit Eccleſiaſtica, ſed etiam ſi ſit ſæcularis, quare iuxta noſtrum textum illatiuè dico cum Gloſſa hîc in verſiculo *nota quod Clerici*, & in verbo *Eccleſia*, cum iuribus ibi adductis prædictam regulam procedere etiam iu Clericis, qui ad teſtificandum pro ſua Eccleſia admittuntur Abbas *in ſummario*, *in primo notabili*, *num*.2. Baldus, Antonius de Buttrio *num*.4. Decius *n*.3
† Quod idem ait procedere In Canonicis Henric. Boyc. 2
hîc num.11. Baldus *in dicto cap*.5. *de Probat*. taliter

vt Canonicus non ſolùm poſſit eſſe teſtis in
cauſa ſui Capitoli, ſed etiam in cauſa Cannnici.
Maſcardus *de Probationibus*, *libro* 1. *concluſ.* 261.
3 *num.* 7. † Quod limitat Albert. de Malet. *de Te-
ſtibus*, *cap.* 4. *num.* 76. nnn procedere, quando
Canonici inſimul habitatent, & Abbas *hic n.* 7.
Felious *num.* 6. Maſcardus *de Probat. lib* 3. *con-
cluſ.* 1357. *n.* 29. *&* *lib.* 1. *concluſ.* 3. *poſt num.* 17.
qui docent, nec Canonicum in teſtem admitti,
ſi ageretur in cauſa probandi ipſius Cannniei;
eo quod tunc agatur de proprio, & ſingulari
commodo eiuſdem Gaonici de aliis videbis, *in
cap. nuntius hoc tit.*

4 Quare licet dabium ſit, an teſtes de voioer-
ſitate admittantor in ſubſidiom tantùm, vt
quaodo aliàs veritas haberi non poteſt, vt poſt
Gloſſam *in cap. nuntius hoc titulo*, tenuetunt
Baldus, Iaanocentius & Hoſtienſis, quos ſe-
quitur ibi Felious *num.* 1. Decius *in cap. tertio
loco de probationibus*, *numero* 48. *&* 49. vbi re-
ſpondet contrariis. Alij autem docent, etiam
generaliter; & quandocumque hos teſtes aſſu-
mi poſſe Abbas *hic num.* a. *ad finem*, Felinus *n.* 7.
in 6, *fallentia*, vbi reſpondet contrariis, & ibi
Decius *num.* 48. Menochius *de Arbitrarys*, *lib.* 2.
caſu 106. *num.* 8. Maſcardus *de Probationibus lib.* 1.
concluſione 9. *n.* 13. Et licet in hac enntrnoerſia
Decius *in dicto cap. tertio loco*, dicat diſtingueo-
dum eſſe inter Clericos, Sæculares & Religio-
ſos, vt io Clericis ſæcularibus vera ſit ſecuo-
da oploio, in religinſis autem prima proce-
dat: tamen eom eum improbet Farinacios, eo
quod ſint religioſi magis idonei teſtes iden,
dicta quaeſtione 60. *de Teſtibus*, *à numero* 474.
ſoluit vtroque caſu, tam in ſubſidium,
quàm aliàs teſtes de vniuerſitate admittendos
eſſe, ſi quandn in ſubſidium ſunt nmni exce-
ptinne maiores; ſecus ſi non in ſubſidium vi-
dendus ea his, quæ dncet idem Farinacius ibi
5 *numero* 478. *&* 480. & *numero* 536. † Qui ea
multis ibi *numero* 479. dicit multò magis teſtes
de vniuerſitate admittendos, quando agitur de
probaodn aliquid, qund geſtum ſit in capi-
tulo, collegio, vel congregatione, in ſubſi-
dium quando aliter veritas haberi nno poteſt
ex textu, *in cap. veniens*, *&* *l.* a. *hoc titulo*, &
in leg. conſenſu. §. *penultim. Codice de repud.* &
6 vtrobique Doctores. † Quare etſi teſtes de
vnioerſitate non admittantur, quando agitor
de particulari eorum commodo ex bis, quæ ad-
duxi, *in dicto cap. tertio loco de Probationibus*,
Felinus *hic numero* 6. *poſt medium*, Abbas *nu-
mero* a. *colum* a. Decius *num.* 16. tamen limi-
tatur quoties agitur de probando aliquo facto,
in quo nonniſi capitulares interuenire poſſunt,
prout eſt electio, aut qoid ſimile, quia tunc
teſtes de capitulo admittuntur etiam, quod de
eorum proprio commodo agatur etiam diai, *in
dicto cap.* 5. *de Probationibus*.

Et quamuis in probatione conſuetudinis noo
7 ſoluendi decimas, vel gabellas admittantur te-
ſtes de vniuerſitate, Felinus *hic in fine*, Maſcar-
dus *de Probat. libro* 3. *concluſione* 1357. *num.* 60.
tamen video Farinacium cum multis dicentem
teſtes vniuerſitatis non eſſe idoneos in cauſis
8 ooerom & gabellarum, ibi *num.* 533. † Qoi *à
num.* 530. ait non admitti in teſtem illum, qoi
etſi vniuerſitatis procurator non ſit, ſuſtinet
tamen onere litis, putà ſubminiſtrando illius
9 expenſas, & ſumptus. † Qui addit ex multis,
quod teſtes de vniuerſitate, noo probant ſolu-
tionem debiti, veluti, quandn ſolotione non
probatâ eſſet imponenda ſingularis aliqua col-
lecta. † Quia vt idem *num.* 305. declarat ex 10
multis, cauſa dicitur ſpectare ad ſingulos, quan-
do agitur de lite, in qua ſi vniuerſitas ſuccum-
beret, eſſet in ſingulos imponenda collecta,
ſed contrariom docet Baldos *hîc num.* 3. verſic.
ſed in hoc, & multi relati à Farinacio *num.* 506.
† Vbi *num.* 307. ex aliis docet quod quandn in- 11
certum eſt, vt ſuccumbentia litis faciat, vt
ſingulis collecta imponatur; tunc admittendns
eſſe in teſtes, ſecùs quando certum eſt.

Vnde etiam, vt ad difficultatem propnſitam 12
reſpondess, aduertes qnod homines vniuerſi-
tatis in teſtes noo admittuntur, qoandn omnes
de vniuerſitate agerent, vel nmnes procura-
torem, ſeo Syndicum conſtituiſſent ad agen-
dom, quia tunc is, aut hi, qui in mandato
procoræ comprehenduntur pro ſua vniuerſi-
tate, teſtimooium ferre non poſſunt, dncet
eum multis Farinacius *dicta quaeſtione* 60. *de Te-
ſtibus*, *num.* 527. qui id etiam limitat, *num.* 529.
quandn omnes de voluerſitate teſtificarentur,
quia tunc videntur eſſe teſtes in cauſa pmpria.

Igitur ex regula textûs noſtri dicendum eſt 13
prædictam regulam limitari, quando teſtis de
vniuerſitate eſt etiam procorator ipſius vni-
uerſitatis, & colligitur ex verbis hîc, *dum-
modo vnus ex vobis*, *vel duo ad agendum*, *&
reſpondendum inſtituatur*, *quorum teſtimonium in
cauſis*, *in quibus Actores*, *vel reſponſales ſunt
inſtituti*, *non debet admitti*: ootant hîc Baldus,
Abbas, Anchsrranus, & multi, qnns refert
Farinacius *dicta quaeſtione* 60. *à num.* 526. † Et 14
ſic breuiter videbis ex noſtro textu poſſe ali-
quus de vniuerſitate aſſumi ad agendom pro
ea, qoi tamen teſtes eſſe nnn poſſunt. Sed con-
tra hnc facit qoæ dixi *de denuntiatore*, *in cap.
nouit de Iudicys*, vbi reſponſum præboi: vi-
debis notata ſuprà *in cap. in omni* 4. *hoc tit.* Plu-
res coogerit Zenedus *in collect.* 156. ad textum,
in cap. cum nuntius hoc tit. num. 5. Barboſa *hîc à
num.* 2. plures adducit.

Qvæstio II.

An Procurator alicuius poßit in teſtem aſſu-mi: Quid de accuſatore, vel de Aduocato, ſeu ſolicitatore, adminiſtratore, aut negotiorum geſtore?

Svmmarivm.

1 *Procurator nequit eſſe teſtis in cauſa, quam procurat, & etiam ſi iam eam non procurat in cauſa appellationis, ſeu ſi ſit reuocatus*, *n.* 2. 3. 4. 5. 6. *fallit*, *n.* 7. 8. 9. *&* 10.

11 *Accuſator nequit teſtificari*, *n.* 12.

13 *Aduocatus non admittitur teſtis*, *niſi de conſenſu partium*, *vel ſi aliter veritas nequit haberi.*

14 *Solicitator*, *ſiue ſalariatus*, *ſiue non*, *ſiue electus*, *à procuratore teſtis eſſe nequit*, *n.* 15. 16. *&* 17.

18 *Adminiſtrator*, *&* *negotiorum geſtor teſtis non eſt*, *n.* 19. 20. *fallit*, *n.* 21.

Cum

1 CVm ergo abſurdum nimis reputetur in iure, quod quis ſit Actor, & reus ſimul, *ex leg. nullus, ff. hoc titulo*, & *in l. nullus*, de quo dixi, nonnulla in ſuprà *titul. de Iudicijs* (quod quomodo accipiatur in Iudiciis duplicibus, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, vbi qui Actor eſt, & in ſimul reus dicitur, videbis quæ adduxi ſuprà *in capit. ex litteris* 3. *de Probationibus*, & quæ ibi *in paraphraſi notaui*,) ideo ex doctrina textus noſtri, dico quod procurator in cauſa, in qua eſt. Procurator nequit eſſe teſtis; ſic Gloſſa hîc in figuratione caſus verbo *item*, & in verbo *admitti*, Abbas *poſt numero* 8. Decius *numero* 41. verſic. *ſed reſpondetur*, Antonius de Butrio *numero* 8, *in fine*, verſic. *ſic procurator*, Annania *numero* 3. tradit cum multis Farinacius *de Teſtibus, quæſtione* 6. *à numero* 196. qui *à numero* 197. ampliat procedere multò magis in procuratore effecto Domino litis, & inſtantiæ, taliter vt nec poſſit procurator eſſe teſtis, etiam officio finito in cauſa, in qua procurauit. Quod tamen ait procedere, ſi ex ſua depoſitione commodum ſperaret; ſecus ſi nullum, quo pacto admittetur Baldus *hic numero* 8. qui dixit contrarium, quæ diſtinctio ex eodem Farinacio *à num.* 202. mihi dubia videtur, eo quod procurator, qui ſemel cauſam procurauit, ſemper habet affectionem ad eam.

2 An verò qui procurator fuit in prima inſtantia poſſit eſſe teſtis in ſecunda inſtantia appellationis, in qua procurator iam non eſt, & in hoc puncto dico teſtem eſſe non poſſe ex iam dictis, vt tenet Enric. Boyc. *hic num.*4. verſic. *fallit*, & tenent omnes per textum expreſſum, *in cap. Romano*, & ibi Gloſſa in verbo *appellationis littera B. de Teſtibus, lib.*6. Maſcardus *de Probat. lib.*3. *concl.* 1231. *n.*2.

3 Quod procedit non ſolùm in procuratore appellati, ſed etiam appellantis, & econtra ita vt non poſſit dicere teſtem pro ſuo principali contra partem aduerſam: ſic Ioannes Andreas *in dicto cap. Romana*, verſic. *item*, Franch. *n.*8. ſequitur Farinacius *dicta quæſtione* 60. *à n.*304.
4 † Vbi *à numero* 8. limitat hoc quando procurator appellantis produceretur ab ipſo appellato, contra eundem appellantem ſuum principalem, vel econtra, Gloſſa *in dicto cap. Romana*, verbo *teſtem*.
5 † Imò & producere hoc etiam in procuratore reuocato lite pendente, eo
6 quod præſumatur in fraudem reuocantis. † Et Ioannes Andreas *in dicto cap. Romana*, verbo *procurator*, verſic. *idem hoc tit. num.*6. docet regulam noſtri textus procedere, ſiue procurator habeat mandatum, ſiue non, quia ſatis eſt, quod faciat ſe procuratorem.

7 Hæc tamen communis regula limitatur etiam in nonnullis veluti, quod procurator in ſua cauſa non prohibetur eſſe teſtis in alia; & ſic qui procurator fuit in cauſa poſſeſſionis, non
8 prohibetur eſſe teſtis in cauſa proprietatis. † Et ſic Doctores hîc, & Innocentius, Baldus *numero* 1. Butrius 4. Abbas 8. & alij porrigunt id, vt procedat etiam, quod ſint duo procuratores conſtituti in diuerſis cauſis ab vna, & eadem perſona: nam vnus non prohibetur teſtificari in cauſa alterius. † Imò & Baldus *hic*
9 *numero* 1. verſiculo *ego*, ait prædictam regulam limitari in procuratore generali conſtituto ad omnes cauſas: nam non per hoc prohibetur eſſe teſtis in cauſa, in qua non procurauit, ſi non acceptauit mandatum in cauſa, in qua vult teſtificari, niſi cauſæ connexæ ſint, quia tunc procurator in vna cauſa prohibetur; in alia connexa teſtimonium ferre, Maſcardus *concluſione* 66. *numero* 8. *in fine*, verſiculo *limita*; Farinacius *à numero* 213. † Qui *à numero* 218. 10
ait regulam prædictam limitari in diuerſis articulis: nam procurator conſtitutus ad vnum articulum cauſæ non prohibetur in alio teſtificari, ſed hoc impugnat Conradus *in practic.* §. 2. *de officioſo prat. in cauſis ciuilibus, titul. de Teſtibus*, Rubrica *perſonas teſtium*, verſic. *procurator. numero* 60. verbo *ad primum*, eo quod non ceſſet affectio etiam in diuerſis articulis: tamen ſi articuli ſunt connexi; tunc ſine dubio à teſtimonio repelletur; aliàs declarationes, & limitationes huius noſtræ regulæ adducit Farinacius videndus *dicta quæſtione* 60. *à numero* 122. quæ ex dicendis facilè inferuntur, & ex dictis. Applica quæ dixi ſuprà *in cap. de foro competenti à n.*7. *q.*8. verſic. *ad ſecundum*.

Ad ſecundum de accuſatore in teſtem non admittendo ſatis ex dictis reſpondetur, de quo 11
videbis quæ docet Farinacius, cum multis ab eò relatis, *dicta quæſtione* 60. *de Teſtibus, à n.*64. aliqua adduxi ſuprà *in cap. in omni negotio* 4. *hoc titulo*, videbis Maſcardum *de Probationibus, lib.*1. *concluſ.* 26. *à num.* 17. Applicabis dicta infrà *in cap. fin.* Qui negatiua reſpondent. † Quod 12
limitatur in cauſa hæreſis, vel in cauſa matrimonij, item in publicis denuntiatoribus, ſi cauſæ ſint leues. Hæc & alia tradit ex multis Farinacius, quibus addo quæ dixi ſuprà *in cap. nouit de Iudicijs, à q.*17. vbi quod denuntians ad correctionem fraternam, ſit teſtis.

Ad tertium de aduocato dico ex eiſdem cau- 13
ſis, ac de procuratore adduxi non admittendum, vel admittendum eſſe in teſtem, quæ omnia adduxit ex multis Farinacius videndus *dicto quæſtione* 60. *à num.* 155. vbi *à numero* 187. ait admitti poſſe in teſtem de conſenſu partium, vel vbi veritas aliter haberi non poteſt, qui admitti poteſt in teſtem pro ſuo clientulo, & *à numero* 193. ait teſtimonium aduocati ſuppleri, ex fide alterius teſtis, nec prohibetur eſſe teſtis, quando eſt bonæ famæ, & conditionis, & ſi agitur de modicate. Et applicabis quæ dixi, *in cap.*4. *de forò competenti*, *q.*32. vbi dixi, *an poſſit recuſari Iudex, eo quod fuit aduocatus in cauſa*.

Ad quartum de ſolicitatore applicabis quæ 14
adduxi ſuprà *in dicto cap.*4. *de foro competenti*; *quæſtione* 32. *numero* 4. vbi dixi, *quod ſolicitator in cauſa, ſiue ſalariatus, vel non iudicando, vt ſuſpectus habetur.* Quo ſuppoſito Abbas *hic numero* 15. & Decius *num.*47. & ibidem ad eum addentes, *littera C.* in verbo *ſolicitatore*, docent hunc non poſſe teſtem eſſe pro Domino ſuo;
† Quod ampliat Farinac. *dicta quæſt.*60. *de Te-* 15
ſtibus, à num 244. procedere non ſolùm in eo, qui nunc eſt ſolicitator, ſed & in eo, qui iam
deſierat eſſe. † Et non ſolùm in ſolicitatore, 16
ſalariato, ſed in non ſalariato, licet in non ſalariato multi contrarium tenuerint, quia nunquam in tali defecit affectio, niſi ſolicitaret ſine ſalario ex cauſa pietatis, & amore Dei, vt puta, ſi principalis eſſet pauper; vel aliàs miſerabilis perſona, vel ſi ſolicitator ſit perſona honeſta, & bonæ

17 famæ. † Et regola iam dicta procedit non ſo-
lùm in eo, qui electus eſt ſolicitator ab eadem
perſona principali, ſed etiam ſi electus eſſet à
procuratore eiuſdem principalis, quia ſemper
adeſt affectio, licet in hoc multi, quos refert
Farinacius *dicta quaſt.*60. *à num.*251. contrarium
doceant, alias declarationes adducit *à n.*754.
quas ex his, quæ *de procuratore* adduxi, poteris
referre.

18 Ad vltimum de teſte adminiſtratore, & ne-
gotiorom geſtore, dico teſtem eſſe non poſſe
pro ſuo principali, vt tenet hîc Enric. Boyc.
numero 2. verſic. *in primo*, & cum multis vi-
dendus Farinacius *de Teſtibus, dicta quaſt.*60.
19 *à num.* 261. † Vbi multò magis ampliat in
negotiorum geſtore, qui ſit domeſticus, il-
lius, cuius negotia gerit, pro quo facioot
quæ adduxi ſuprà *in cap.*5. *de Teſtibus dome-
ſticis*, & idem procedere ait in quolibet admi-
niſtratore, & in œconomo, ſeu adminiſtrato-
20 re bonorum Eccleſiæ. † Et in tantùm hæc
regula vera eſt, vt procedat etiam, ſi nego-
21 tium finitum ſit, vel adminiſtratio. † Sed de-
poſitio negotiorum geſtoris valebit contra prin-
cipalem Dominum, vel ſi admittator in teſtem
de conſenſu partium, & in ſubſidium, & vbi
veritas aliter habere non poſſit, & in aliis
negotiis, quæ non gerit. Videbis Butrium *hic
num.*8. verſic. *putà* Enric. Boyc. *num.*2. verſic.
in ſecundo caſu, qui docent prædictas limita-
tiones, & alij, quos ſequuntur Farinacius *ſu-
prà à num.*268.

QVÆSTIO III.

*An Iudex, & arbiter aliquando poſſint te-
ſtimonium ferre in cauſa coram eis ver-
tente: Et an quis poſſit eſſe teſtis in
cauſa propria, vel in qua habet aliquod
intereſſe, ſiue commodum: Et quid de
teſte habente ſimilem cauſam: Quid
de teſte Tutore, Curatore, & executo-
re teſtamenti, & actore ad lites, ſeu
de hærede, creditore, venditore, ce-
dente proceſſionario, donatore, fideiuſſo-
re, & proxeneta?*

SVMMARIVM.

1 *Iudex, & arbiter teſtes cauſæ non poſſunt eſſe, n* 2. *niſi finitâ cauſâ deponant ſuper his, quæ reſpiciunt proceſſum, n* 3.

4 *Teſtis nequit eſſe, qui deponit de cauſa, ſeu de facto proprio, ſeu eſt conſors, & adhærens, n.*5. 6. *&* 7.

9 *Curator eſſe nequit teſtis in cauſa pupilli, n.*11. *quid de tutore, n.*11. *fallit ibi.*

10 *Executor teſtamenti nequit eſſe teſtis.*

11 *Actor ad lites nequit eſſe teſtis in cauſa pupilli, cuius eſt actor.*

12 *Hæres teſtis eſſe nequit.*

Fideicommiſſarius teſtis eſſe nequit, niſi grauatus reſtituere hæreditatem ſub conditione incerta.

13 *Creditor pro debitore teſtis admittitur, n.*14.

15 *Debitor ex cauſa penſionis affectus teſtis eſt pro ſuo creditore.*

16 *Venditor quando teſtis eſſe poſſit, & n.*17.

18 *Cedens non eſt teſtis proceſſionario.*

19 *Donator pro donatorio teſtis non eſt.*

20 *Fideiuſſor non admittitur teſtis, num.*21. *fallit, n.*22. *&* 23.

24 *Socius pro ſocio non eſt teſtis, fallit à n.*26 27. 28. 29. 30. 31. *&* 32.

33 *Proxeneta, licet teſtis eſſe non poſſit, nec eius libris credatur, n.*34. 35. 36. *&* 37. *tamen fallit, à n.*38. 39. 40. 41. *&* 42.

42 *Mediator in crimine Simoniæ teſtis eſt, non plenarius.*

43 *Proxeneta. vbi poteſt eſſe teſtis; ſed non inuitus, niſi vtraque parte volente: Et quid ſi vna, n.*44.

45 L.36. tit.16. p.3.

IN *cap. cum à nobis* 28. agam de materia, *an* 1
*credatur Iudici teſtificanti, vt credatur Tabel-
lioni.* Nunc verò eſt dubium an Iudex, vel
arbiter poſſint aliquando ferre teſtimonium
in cauſa coram eis vertente, & reſpondeas ad-
uertes, quod licet Doctores nonnulli loquan-
tur de Iudice, alij de arbitro, ego dico de
vtroque dicendum eſſe, teſtem eſſe non poſſe,
tum propter præſumptam affectionem. † Tum 2
etiam quia abſurdum eſt, quod quis in cauſa
duplici fungatur officio Iudicis, & teſtis: ar-
gumento textus, *in l. ſi quis, Cod. de poſtulando,*
& *in cap.*14. *quaſtione* 4. docent Abbas *in dicto
cap. cum à nobis hoc titulo, num.*2. Baldus *num.*7.
Felinus 6. Imola *numero* 3. Antonius de Butrio
num. 10. qui dicunt procedere, non ſolùm in
cauſa coram eis pendente, ſed etiam eâ finitâ,
& in qua iam ſententiam, ſeu laudum protu-
lerunt.

Niſi deponerent ſuper his, quæ reſpiciunt 3
proceſſum, quia tunc finitâ causâ, poteſt ſu-
per proceſſu, vt teſtis aſſumi Iudex, & in
aliis caſibus, quos plenâ manu adducit omni-
no videndus, cum infinitis ab eo relatis, *de
Teſtibus, quaſtione* 60. *à numero* 89. & in caſu
etiam, quando aliàs veritas haberi non poſſet,
& innocens periclitaretur, de quo dixi ſuprà
*in cap.*6. *de Iudicijs à quaſt.*5. Et pro exornatio-
ne applicabis quæ dixi ſuprà *in cap.*12. *de Iu-
dicijs à quaſtione* 6. item & *in cap.*4. *de foro com-
petenti à quaſtione* 31. *n.*8. & *quaſt.*32. *à num.*14.
& *q.*34. & *q.*35.

Ad ſecundum an poſſit quis eſſe teſtis in 4
cauſa propria, vel in qua aliquod habeat com-
modum, applicabis quæ dixi ſuprà *in cap.*12.
*de Iudicijs, quaſt.*11. & ſuprà *in cap. tertio loco
de probationibus*, & ſuprà *quaſt.*5. & communi-
ter Doctores negatiuè reſpondent ex textu no-
ſtro, & per textum, *in leg. nullus, leg. omnibus,
Cod. hoc tit.* Baldus *hic num.*6. eſt enim cauſa
propria ea etiam, in qua teſtis aliquod poteſt
habere commodum, aut intereſſe aliquo modo,
*ex l.*1. §. *in propria cauſa, ff. quando appellandum
ſit.* & intra quæ tempora etiam ſi veniat in con-
ſequentiam, dum tamen certum ſit, ſecus ſi
dubium eſſet, vt iam ſuprà adnotaui, *quaſt.*1.
& tradit Farinacius *de Teſtibus, quaſt.*60. *à n.*7.
qui ſubdiſtinguens varias componit ſenten-
tias. † Vbi cum Abbate *hic numero* 2. ait 5
quod etiam in hoc caſu teſtimonium huius teſtis
dimidiatam habet fidem, & vt latè hoc dictum
declares leges Farinac. loco iam citato. † Qui *à* 6
*n.*48. docet quod repelluntur Teſtes à teſtifican-
do,

do, quia io eadem cauſa, vel Lite conſortes, ſeu
adhærentes, ſuot etiam finita adhæſione, & ap-
pellatione deſerta, niſi reciperentur de conſenſu
7 partium. † Et applicabis Riecium *collect.* 1499.
in verſic. *ſecunda eſt ratio*, vbi dicit quod depo-
nentes de facto proprio oon probant, quod
exemplificat in Venditore pro Emptore, item in
Donatore & Cedente, ſeu Iudice, de quibus in-
fra, & concludit minime credi Teſtibos, quibus
competit intereſſe in ipſa re, oiſi hoc renuntia-
uerint: Sed vbi Teſtis deponens de facto pro-
prio oullum intereſſe habeat; tunc non plenè,
ſed pluſquàm ſemipleoè probat Rota Romana
in collect. 355.
8 Ad tertium idem diceodom eſt de Teſte, qui
habet ſimilem cauſam, de quo Doctores *infra
in cap. perſonas, hoc tit.* interim cum moltis Fari-
nacius *dicta q.* 60. *de Teſtibus à n.* 41. & applica-
bis quæ dixi *ſupra in dicto cap.* 4. *de foro compet.*
q. 31. vbi dixi *de Iudice recuſando, qui Iudicauit in
cauſa ſimili.*
9 Ad quartám quæſtionis partem breuiter etiam
dico, quod Tutor & Curator non poſſunt eſſe
Teſtes in cauſa ſoi pupilli, etiam finito officio
Tuteiæ, ſi ex ſua depoſitione iſti habituri ſint
commodum, vei intereſſe etiam laudis, aut ho-
noris, & etiam non ſolùm quando ipſi deputa-
rent Actorem ad Lites ſuo periculo, verùm
etiam ſi is Actor fuerit deputatus à iudice, quia
periculo Tutoris deputatus cenſetur, quod ve-
rius defendit Farioacius *dicta q.* 60. *de Teſtibus*:
Videndos *à num.* 172. licet aliqui contrarium te-
neant io hoc vltimo caſu, qui *n.* 180. limitat in
Curatore dato ad Lites, qui non conſtituuntur
10 periculo Tutoris. † Et ſic etiam dicendum eſt,
nec executorem poſſe Teſtem eſſe in negotiis
Teſtamenti per eum exequendis, iuxta *d. q. præcē-
denti, de negotiorum geſtore*, quod limitat Baldus
in l. qui Teſtamento, ff. de Teſtament & Aretinus
in §. legatariis, inſtituta eodem, quando Executo-
ri nihil in illo Teſtamento relictum eſt, verum
etiam ſi aliquid ei relictum eſt, credo idem de
hoc dicendum, quod dixi de Legatorio *ſupra, in
cap. tertio loco, 5. de probationibus*, meliùs *in cap.* 12.
de Iudiciis, quæſt 11. *n.* 13.
11 Item etiam, vt nec Actor ad Lites poſſit ferre
Teſtimonium in cauſa pupilli, cuius Actor eſt;
Ita docet Farinacius *dicta quæſtione* 60. *num* 181.
qui à n. 184. limitat quod dictum eſt de Tutore
& Curatore non procedere in Teſtamentis fa-
ctis per pupillum; imò & quod geoeraliter Tu-
tor poſſit eſſe Teſtis ad ſulemnieandum actum,
docent ibi, & ampliat idem procedere in con-
tractibos & inſtrumentis iuxta ea quæ de Teſte
inhabili admittendo, dixit de Teſtibus, *q.* 62.
à num. 124.
12 Ad quintum de hærede breuiter etiam dico
non poſſe Teſtem eſſe, *ex l. qui Teſtamento, ff. de
Teſtamentis* ibi, *qui Teſtamento hæres inſtituitur Te-
ſtis eſſe non poteſt in eodem Teſtamento.* Et idem
dicendum de fidei commiſſario voiuerſali, vt te-
oet Baldus *in l. dictantibus*, verſic. *idemque, & ibi*
Angelus *Cod. de Teſtamentis*, cum multis Farina-
cius videndus, *dicta q.* 60. *à n.* 300. quod limitat
qoando hæreditas eſſet reſtitoenda fideicom-
miſſario ſub conditione incerta, vt quia facit
grauatus hæres ilii reſtitute ſub ea conditione ſi
ſine liberis deceſſerit; vel quando hæres nullum
reportat commodum, & aliis etiam modis, de
quibus ipſe *à n.* 306.

Ad ſextum de Creditore & Debitore breuiter 13
dico, quod Creditor non prohibetur ferre Teſti-
monium pro ſuo debitore; ita Felinus *hîc n.* 15.
in fine, dum tamen ooo deponat io cauſa pigno-
ris, quia tunc videtur propria cauſa ipſius Cre-
ditoris, cum pertineat ad eius commodum, vel
intereſſe ſequitur eum multis Farioacius *de Te-
ſtibus dicta q.* 60. *à n.* 316. vbi refert oonnullos
contrarium dicentes, tam in Regula, quam in
eius limitatione prædicta, & argumentum facit
ex textu, *in l. Executore, §. alio condemnato; ff de
appellationibus, & l.* 2. *§. ſed ſi ab aliis; ff. quando
appelland. ſit*, nec diſſeotit Maſcardus *de proba-
tionibus, lib.* 3. *concluſione* 1357. † Quare Cam- 14
pegius *de Teſtibus, Regula* 102. *in prima fallen-
tia*, docuit quod Creditor aoterioe admitti-
tur ad probandum ſolutionem cootra alium
poſteriorem Creditorem, quia ſtaote ſua ante-
rioritate nihil ſuâ iotereſt debitorem condem-
nari, vel non. † Et ſic etiam Debitor ex cauſa 15
penſioois affictus Teſtis eſſe poteſt pro ſuo Cre-
ditore, aliàs regulariter ooo item, vt ex multis
tradit idem Farinacius *dicta quæſtione* 60. *à nu-
mero* 321.
Ad ſeptimum, de Venditore dico breuiter 16
etiam quod in Teſtem admitti ooo poteſt io cau-
ſa Rei venditæ pro Emptore, propter iotereſſe
Gloſſa, *in l. nullus; Cod. hoc tit.* vbi Doctores,
Ioannes Andreas *hîc n.* 8. Antonius de Butrio
n. 6. Decius *n.* 12. quod limitat Felinos *hîc n.* 22.
quando ooo agitur de intereſſe Debitoris, & Fa-
rinacios referens io hoc poncto duas contrarias
opioiones de Teſtibus *dicta quæſtione* 60. *à nume-
ro* 328. ait quod quando Venditor non tenetur
de euictione ad duplum, oec etiam ad pretij re-
ſtitutionem, ac damna; tunc admittitur io Te-
ſtem pro Emptore; ſed noo eſt Teſtis integræ
fidei, ac omni exceptione maior, cum quanta fi-
des ei ſit adhibenda, Iudex arbitrari debeat Ab-
bas *hîc n.* 10. *in fine*, Antooius de Butrio *n.* 6. me-
lius Decius *num.* 42. *in fine* verſic. *ſed concordando
opiniones*, ſi verò non tenetur de euictione, ſed
ad pretij reſtitutionem ac damna, & intereſſe;
quod eſt euidens ſine dubio repellitur à Teſtifi-
cando; Imò Fulgoſius *in l. in omnibus, n.* 1. *hoc
tit.* & Florianus *in dicta l. nullus, n.* 4. *in fine*, di-
xerunt quod admittitur ad teſtificandum Ven-
ditor pro vno, contra alium ſtante pari affectio-
ne ſi qoæſtio eſt ioter doos Emptores: Sed
Gloſſa Bart. Bald. & Doctores, *in l. eos, ff. finium
regund.* & Baldus *in dicta l. omnibus*, docent Ven-
ditoris Teſtimonium oon reiici in cauſa confi-
nium vel terminorum, vbi de illius intereſſe non
agitur: Et Bartolus *in l. Iulia, & in l. legibus, &
ibi* Alexander, *ff. hoc tit.* doceot quod licet Ven-
ditor non probat pro Emptore, probat tamen
contra ipſum, quia ceſſat ratio iotereſſe euictio-
nis, & multi ſunt qui noo poſſunt Teſtificari pro
eo, qui tamen poſſuot cootra.
Et Zefalus *concluſ* 21. *à n.* 16. *lib.* 1. demon- 17
ſtrat Venditoris confeſſiooem, etiam præiudi-
care Emptori C. & hoc habere dubium, &
Compegius *de Teſtibus. Regula* 67. *in* 4. *&* 6. *fal-
lentia*, limitat aliis duobus caſibus, qui *in* 2 *fal-
lentia*, ait limitari de conſenſu partium.
Ad octauum decedente proceſſionario, vt reſ- 18
pondeas præmittes quæ adduxi *ſupra in cap. quia
V.* 11. *de Iudiciis, q.* 25. ounc vero breuiter dico
cum Antonio de Butrio *hîc num.* 7. verſic. *hac ra-
tione*, Ioanne Andr. *n.* 10. Ancharaoo *num.* 8. *in*

Digitized by Google

ſine, Abbate *n.*13. quod cedens proceſſionatio,
Teſtis eſſe non poteſt, & cum multis Farinacius
dicta q.60. de Teſtibus, *à n.*356. declarat proce-
dere, non ſolùm quando cedens tenetur de eui-
ctione rei ceſæ, & ſic quando de eius commo-
do, aut intereſſe agitur, verùm, & quando nul-
latenùs de euictione tenetur, & alia pro decla-
ratione ponit *à n.*339. *& à n.* 342. & improbat
cautelam Speculatoris *in tit. de procurat. §. fin. in fi-
ne num.*14. & aliorum, per quam, vt quis admit-
tatur in Teſtem in cauſa propria cedit ſuo amico
actionem, & quando cedens omnia iura ſua in
ceſſionarium trãſtulit veriùs eſt, vt non debeat in
Teſtem admitti, & alia dicit quæ intelliguntur
ex præcitatis, *quæſtiuncula præcedenti.*
19 Ad nonum, de Donatore pro ſuo Donatario,
dico quod non poteſt eſſe Teſtis pro Donatario
Donator, Caſtrenſis *in dicta leg. omnibus, num.*1.
ff. hoc tit. & Ancharranus *hîc n.*8. Butrios *num.*7.
docent multò magis procedere, quando Dona-
tor tenetur de euictione rei donatæ, & an quan-
do Donans de euictione non teneatur, dices ſe-
cundùm quæ dixi *ſupra de Venditore*, & tradit Fa-
rinacius *d. q.60. hoc tit. à n.*364. vbi *n.*367. hoc
dictum regulæ, procedere ait, quando donans
teſtificatur ſuper contractu donationis, vel ei
connexis, ſecus ſi ſuper alijs & diuerſis factis, &
ſic Campegius *de Teſtibus, Regula* 69. *in* 2. *fallen-
tia*, ait quod in his, quæ ſunt extrinſeca à con-
tractu donationis, & non reſpiciunt ipſius per-
fectionem, poterit Donator eſſe Teſtis.
20 Ad decimum de fideiuſſore dico cum Felino
*hîc n.*15. & cum addentibus ad Abbatem *num.*14.
littera C. verſic. *an fideiuſſor*, quod fideiuſſor in
cauſa, in qua fideiuſſit non poteſt eſſe Teſtis,
contra creditorem Debitoris, pro quo fideiuſſit
quia agi videtur de illius commodo, & intereſſe.
21 † Et Farinacius *dicta quæſt.* 60. cum aliis *à nu-
mero* 369. ampliat, vt econtra, nec principalis
debitor poſſit ferre Teſtimonium pro Fideiuſſo-
re, niſi Fideiuſſor nulliter fideiuſſiſſet, aut dicat
22 ſe non fideiuſſiſſe. † Vel quando Fideiuſſor re-
nuntiauit beneficio excuſſionis, & ſic admitta-
tur in Teſtem Fideiuſſor, quando ex ſua depoſi-
tione nullam reportat vtilitatem, & alia proſe-
23 quitur idem Farinac. *à num.* 38. † Qui *n.* 377.
ait correum non admitti in Teſtem, pro altero
Correo.
24 Ad vndecimum de ſocio dico cum Felino hîc
n. 14. quod ſocius pro ſocio Teſtis eſſe non po-
teſt, quod multò magis procedit in ſocio om-
nium bonorum; ita Ioannes Andreas *hîc num.* 8.
& Antonius de Butrio *n* 8. Abbas *n.* 14. Felinus
n. 14. verſic. niſi *ſocius omnium bonorum*, Farina-
cius cum aliis *à n.*386. qui ait procedere etiam in
ſocio alicuius rei particularis, ſed ſi agatur de
re communi, non poterit ſocius vnius pro alte-
ro Teſtimonium ferre, Maſcardus *de probat. lib.* 3.
concluſ. 1312. *n.*1. *& concluſ.* 1357. *n.*8. Campe-
gius *de Teſtibus Regula* 110. *in* 2. *&* 3. *fallentia.*
25 † Et Abbas *hîc n.*14. verſic. *ſed reſpectu*, Felinus
n. 14. dicunt multò magis repelli à teſtificando
ſocium illum, qui eſt etiam cum ſuo ſocio fami-
liaris, quia obſtat tunc duplex exceptio ſocieta-
26 tis & familiaritatis. † Imò & Baldus *in l. omni-
bus, Cod. hoc tit. n.*2. & hîc *n.*5. Campegius *ſupra
Regula* 110. *fallentia* 1. quod multò magis repel-
litur à Teſtificando pro Socio in re communi
indiuiſibili, verùm Farinacius *dicta q.*60. cum
multis ab eo adductis, *à num.*391. ait ſocium ad-
mitti in Teſtem, veluti, quando agitur de re di-
uiſibili, & communi, dummodò non agatur de
parte ipſius Teſtis, quod non procedit quando
cauſa defenſionis eſt eadem, quia tunc ſocius
pro ſocio non poterit teſtificari. † Aut quando 27
ex ſua depoſitione ſocius ſperat commodum &
vtilitatem; quia tunc non admittitur in Teſtem
etiam quod de re diuiſibili agatur. † Et admit- 28
tetur etiam ſocius in Teſtem, quando non agi-
tur de re communi. † Et admittetur in Teſtem, 29
contra ſocium, licet non ad fauorem ipſius ſo-
cij. † Item ad probandam ſocietatem contra 30
Teſtem illam negantem. † Nec ſocius ſocij mei 31
prohibetur eſſe Teſtis pro me. † Nec ſocius iti- 32
neris repellitur vt deponat ſuper iniuria ſuo con-
ſocio facta. Tamen Menochius *de arbitr. lib.* 2.
caſu 474. *num.*1. Maſcardus *de probationibus, lib.* 3.
concluſ. 1312. *num.*6. docent Iudicis arbitrio re-
mitti, quando ſocius pro ſocio probet.
Ad vltimum de proxeneta breuiter dico, quod 33
licet Gloſſa & Doctores *in §. quoniam verò*, & ibi
Bart. *in Auth. de Teſtibus*, Baldus *in l. omnibus,
n.*4. *Cod. hoc tit.* & multi relati à Farinacio *dicta
quæſt.*60. *de Teſtibus*, *n* 407. teneant proxenetam
à teſtificando non repelli; Tamen Baldus *hîc n* 8.
Ioannes Andreas *n.*9. verſic. *& hæc ratio*, Anto-
nius de Butrio *n.*7. verſic. *& hæc ratio*, Felinus
*n.*9. docent quod non poteſt eſſe Teſtis in nego-
tio, in quo fuit Mediator, Gloſſa *in §. in his*, in
verbo *adnumeratos* in Auth. *de inſtrumentorum fide,
& cautela, & in cap. ſi quis Epiſcopus*, verbo, *Me-
diator* 1. *quæſt.* 5. *& in cap.*1. verbo *ſimiliter hoc tit.
lib.*6. *& in cap. dilectorum in Gloſſa* 1. *de Teſtibus
cogend.* Quod verius eſt, ſi neutra pars conſen-
tiat eum Teſtem admitti. † Et vtrumque ve- 34
rum eſt, non ſolùm in proxeneta mercedem re-
cipiente, aut ſalariato, verùm in non ſalariato.
† Et etiam ſi Contractus non ſit perfectus, quia 35
ſuâ intereſt vt appareat benè geſtum, in quo la-
borauit.
Et Maſcardus *lib.* 3. *de probationib. concl.* 1036. 36
*num.*7. ait multò minus credi proxenetatum libris:
Nam cuius Teſtimonium non admittitur, nec
eius ſcriptura recipitur. † Et addit idem Maſ- 37
cardus *n.*17. quod Teſtis proxenetà, ſi fuerit exa-
minatus, non vtique faciet ſemiplenam proba-
tionem; itavt ex eius dicto poſſit à Iudice parti
deferri Iuramentum in ſuplementum: Videbis
quæ tradit *de Teſtimonio proxenetæ*, Riccius *col-
lect.*715. ad textum, *in cap. dilectorum de Teſtibus
cogendis.*
Verùm licet Proxeneta non reputetur integræ 38
fidei, & omni exceptione maiori: Tamen non
per hoc in totum repellitur à teſtificando, quia
quanta fides ei ſit adhibenda circumſtantiis, &
qualitate perſonarum. & cauſæ Iudicis arbitrio
remiſſum eſſe, docet Farinacius *dicta quæſt.*60. *à
n.*414. cum Maſcardo & aliis. † Vbi *à n.* 115. 39
docet quod ſi recipiatur in Teſtem de conſenſu
partium, probat plenè, etiamſi vnicus ſit. † Item 40
in Teſtem recipitur, vbi veritas aliter haberi
non poteſt Abbas *hîc num* 11. † Item etiam in 41
inſtrumentis & contractibus, in quibus nihil eſt
quod impediat proxenetæ Teſtimonium recipi.
† Et in crimine Simoniæ, in quo Mediatorem 42
in Teſtem recipi, probat textus *in cap.* 1. & ibi
Gloſſa in verbo *Mediatores, hoc tit. lib* 6. ſi aga-
tur ciuiliter ſecus ſi criminaliter ex dicto textu
ibi, *ſi non agatur criminaliter*, *ſed ciuiliter* & ibi
Gloſſa verbo *criminaliter*, ſi Mediator non fuit
participa

Digitized by Google

particeps muneris, ſecus ſi & ipſa aliquod fue-
rit conſequutus emolumentum, vt conſtat ex
verbis ibi *& emolumentum exinde non fuerit conſe-
quutus*, & ibi Gloſſa in verbo *Mediatores*: Et in
tantùm videtur verùm, vt ſufficiat in hoc caſu ad
repellendum proxenetæ Teſtimonium, etiam
promiſſio emolumenti, & muneris, vt tradit
Gemioianus *in dicto cap.* 1. *à num.* 6. & ibi Ioao-
nes Andreas & Francus *num.* 3. ſed contrarium
ſentit Stracha *de progenitis p.* 4. *in* 9 *incip. illa en
in quin.* 30. Tamen in prædicto Simoniæ crimi-
na Mediatoris teſtimonium recipitur, non quoad
plenam probationem, ſed tantum quoad præ-
ſumptionem, vt docet Gloſſa *in dicto cap.* 1. in
verbo *ad Teſtimonium* vbi Gemin. *poſt num* 8. &
Franc. *poſt num.* 4. qui loqui videntur quando agi-
tur criminaliter, non tamen ciuiliter, qoia hoc
in caſu videtur etiam plenè probare & aliis etiam
modis declarat Farioacius videndus *ſupra à nu-
mero* 430. videodus Maſcardus *dicta concluſ.* 1036.
43 qui alios referunt Doctores. † Sed generaliter
licet proxeneta in pluribus caſibos io Teſtem
poſſit admitti, vt inuitus poſſit teſtificare non
cogetur, niſi vtraque parte volente Gloſſa *in* §.
quoniam, verò in Auth. de Teſtibus, Maſcardus *ſu-
pra dicta concluſ.* 1036. *num.* 10. Farinacius cum
44 aliis *ſupra nu.* 448. † Vbi *n.* 449. docet quo voa
tantùm parte exigente in duobus caſibus, veloti
Simooiæ, & quando aliàs veritas haberi oon po-
45 teſt, cogitur proxeneta in Teſtem admitti. † Et
de hac quæſtiooa videbis quæ tradit Zeuallos *in
pract. quaſt.* 75. cum multis ab eo relatis, & ſe-
cundùm *ſupra dicta* iotelliges textum *in leg.* 36.
tit. 16. *p.* 3. vbi proxeneta ipſo conſentiente po-
teſt eſſe Teſtis, Videbis quæ ibi adducit Gre-
gorius Lopez verbo *corredor*, *& in leg.* 18. *ti-
tulo* 16. *parte* 3.

QVÆSTIO IV.

An Prælatus, vel Abbas pro ſua Eccleſia, vel Monaſterio Teſtis eſſe poſſit: Et quid de Clerico?

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, ſeu Abbas poteſt eſſe Teſtis pro ſua Eccleſia, n.* 2. 3. *& à n.* 4. 5. *&* 6.

2 *Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ; poteſt eſſe Teſtis ad illius fauorem.*

7 *Epiſcopus pro Eccleſia in communi Teſtis eſſe poteſt, ſecus ſi agat pro ſuo commodo, etiamſi agat eius vice Dominus, vel vt Procurator num.* 12.

9 *Argumenta adducta num.* 1. 2. *&* 3. *diluuntur num.* 10. *&* 11.

13 *Rectores, Clerici, Archipresbyteri poſſunt Teſtificari pro Eccleſia, & aduerſus eam compelli, num.* 14.

15 Cap. 2. de donationibus, cap. edoceri de reſcriptis.

1 Difficultas hæc principalis eſt ad noſtrum
textum, & pro negatiua ſententia faciunt
quæ addoxi *ſupra in cap.* 5. *de probat. num.* 1. Tum
etiam, nam ſi ſolus Prælatus vel Abbas Procu-
ratorem ad agendum conſtituerit; tunc nequi-
uit vt Teſtis teſtificari in cauſa, in qua Procura-
torem conſtituit Baldus *hic num.* 2. verſic. *ſine per
Procuratorem*, Abbas *n.* 3. *col.* 4. verſic. *ſed ſi vbi
Prælatus*, & ibi addentes ad Abbatem *littera A.
num.* 7. verſic. *ſi autem ſolus Prælatus*, Felious *nu-
mero* 9. verſic. *& per hanc*; Antonius de Butrio
n. 4. poſt medium. † Tum etiam quia in his, 2
quæ ſpectant ſpecialiter ad menſam Prælati, non
poteſt Prælatus teſtimoniom ferre, Baldus *hic
n.* 10. Butrius *n.* 4. Abbas 6. Felinus *n.* 9. Decius
n. 33. † Item etiam quando Libellus conceptus 3
fuerit non nomina Eccleſiæ, ſed nomine Præ-
lati non poterit idem Prælatus eſſe Teſtis, docet
Baldus *hic n.* 2. verſic. *idem ait* Maſcardus *de pro-
bationib. concluſione* 3 *lib.* 1. *num.* 15. qui ait *lib.* 3.
concluſ. 1357. *num.* 28. nec Prælatum admitti in
Teſtem ad fauorem Eccleſiæ, quando ex diſpo-
ſitiooe conſequeretur commodum, vel incom-
modum, laudem, vel vituperium; Cum ergo
moraliter loquendo in caſu noſtri textus hæc
ſemper accidere videantur, videtur dicendum
non rectè Pontificem hic decreuiſſe.

Sed adhuc dices quod Abbas vel Prælatus 4
poteſt eſſe Teſtis pro ſuo Monaſterio, vt probat
Pontifex hic, & tenent Felinus *in Summario*, *&
in primo notab.* Abbas pariter *in ſummario*, *& in
primo notabili.* Addentes ad Abbatem, *ibi littera
A* verſic. *& quod poſſit Prælatus*, Baldus *in ſum-
mario*, Ancharraous *ibi num.* 1. verſic. *Prælatus*,
Ioanoes Andreas *n.* 1. & alij relati a Farioacio *de
Teſtib. q.* 60. *à num.* 544. Vbi ait hanc doctrinam
procedere etiam in Prælatis clauſtralibus & con-
uentualibus, quia appellatione Prælatorum ve-
oiunt etiam iſti, qoia & Prælati dicuntur, &
dignitatem habent, ita Felinus hic poſt Abba-
tem *in primo notab* verbo *& ponderè.*

Quare dico cum Felino *hic num.* 9. *fal.* 8. & 5
Abbate *n.* 7. Henrico Boye *n.* 10. Decios *n.* 35. &
cum aliis adductis à Farinacio *ſupra dicta q.* 60.
num. 558. vt poſſit Abbas, ſeo Prælatus teſtimo-
niom ferre pro ſoa Eccleſia, noo ſolùm quando
Procurator ad agendum fuerit cooſtitutus à Ca-
pitulo & Conuentu ſine Prælati conſenſu; ve-
rumetiam ſi fuerit cooſtitotos, & à Capitulo, &
Prælato, io ſimol licet io hoc vltimo; Aotonius
de Butrio *hic num.* 4. Ioaones Andreas contra-
rium docent: Imò Felinus iam citatus, & alij
relati ad noſtrum textum declarant proce-
dere, tam in ſæcolari Prælato, quàm io ir-
regulari.

Item ex dictis iofero quòd Prælatus, ſeu alius 6
Admioiſtrator bonorum Eccleſiæ, poteſt eſſe
Teſtis ad illius fauorem, etiam quod deponat ſu-
per actu vel contractu per ipſum geſto, Maſ-
cardus *de probationibus*, *lib.* 1. *concl.* 3. *num.* 10.
cum aliis Farinac. *à num.* 553. *dicta q.* 60. qui ita
docet contra Antonium de Butrio *hic num.* 8. con-
trariom dicentem, quem ioterpretatur ſi eum
ſequi voloeris procedere io Prælato depoſito;
vel remoto ab adminiſtratione, quem non poſſe
ſuper contractu, vel negotio per ipſum geſto fer-
re teſtimonium, ita Maſcardus *dicta concluſ.* 3.
num. 19. Hector Emilios *de Teſtibus p.* 1. verbo,
Abbas *n.* 17. Et ipſe Butrios *in cap. cum inter de
re iudicata num.* 4. & ibi Imola ait quod moltò
magis Prælatus poteſt eſſe Teſtis in contra-
ctu, vel inſtrumento facto ad dignitatem ſuæ
Eccleſiæ.

Iofero ſecundò ad quæſtionem, an Epiſcopus 7
poſſit eſſe Teſtis pro ſua Eccleſia, & hanc diffi-
cultatem ſedabis his quæ adduxi *ſupra in cap.* 4.
de foro competenti quaſt. 31. & io terminis dico
cum

Digitized by Google

eum Ioanne Andrea *hic num.4* verſic. *puto vtramque benedicere*, quod ſi agat Oeconomus, vel vice-Dominus Epiſcopi cauſam menſæ Epiſcopalis, & ſic ſingularem & propriam ipſius Epiſcopi, noo poſſit in ea ipſe Epiſcopus eſſe Teſtis ex hoc modo procedere exiſtimo ſententiam Innocentij hîc in verbo *de Epiſcopo autem*, dicentem ſe eredere, quod Epiſcopus non poterit teſtificati ſi agat, eios vice Dominus, vel Procurator, & boe quia eius nomine intentatur actio. ſin autem agat cauſam Eccleſiæ, vel communem; Tunc poterit Epiſcopus teſtificari pro Eccleſia; ita Hoſtienſis intelligendos eſt, & hanc diſtinctionem approbant Antonius de Butrio *hic num.4. in fine*, Baldus *num.* 19. Farinacius *dicta quæſt.*60. *num.*555.

8 His ergo ſuppoſitis, iam non obſtant adducta *num.*1. quibus reſpondi *in dicto cap.* 5. *de probat.* quæ iotelliguntur iuxtà ſecundam partem textus noſtri in verſic. *ibi dummodò.* Quare licet Hoſtienſis contra Innocentium, & alios quos reſert Felinus *hic num.*9 teneat quod Prælatus, ſeu Abbas poſſit ferre teſtimonium, etiam quod ſolus conſtituat in cauſa Procuratorem ad agendum: Tamen contrarium, vt ſupra in argumento dictum eſt, tanquam magis commune ſeqnen-
9 dum eſt. † Sed ſi Prælatus conſtituit Procuratorem, non nomine ſuo; ſed Eccleſiæ, poterit eſſe Teſtis, etiam quod ſolus Procuratorem conſtituat Maſcardos *de probationibus lib* 1. *concluſ.* 3.
10 *num.*7. † Et Farinacius *ſupra n.* 566. eum Felino *hic num.*9. *in* 8. *fallentia* verſic. *ſed iſtorum opinio* docet dictum *ſupra* in argumento procedere in Prælato ſæculari, ſecùs in regulari, quem poſſe ad fauorem ſoæ Eccleſiæ ferre Teſtimonium, etiam quod ſolus conſtituat Procuratorem; ita cenſerunt alij relati à Maſcardo *dicta concluſ.* 3. *num.*4 Sed Barboſa *hic ſub num.*1. in verſic. *nec etiam obſtat* pro adductis *ſupra* in argumento videtur ſentire quem *ibi* leges diſtinguentem.

11 Itaque multò minùs iuxta verba textus noſtri poterit Prælatus eſſe Teſtis, quando ipſe idem ſit Procurator & cauſam per ſe agat, provt ſunt elara verba in dicto verſie. *dummodò vnus ex vobis, vel duo ad agendum, & reſpondendum inſtituantur, quorum teſtimonium in cauſis, in quibus Actores, vel reſponſales ſunt inſtituti, non debet admitti*: Et hic docent Henricus Boye. *num.*6. Abbas *ante num.*1. verſic. *dummodò*, Felinos *in primo notabili* in eodem verſic. cum aliis Farinacius *de Teſtibus dicta quæſt.* 60. *num.* 568. & Maſcardus *de probationibus, concluſ.*624. *num.* 2. & faciunt quæ dixi *de Teſte de vniuerſitate*, idem Farinac. *dicta quæſt.* 60. *num* 524. & ego *ſupra quæſt* 1. *in fine*: Et applicabis dicta *in dicto cap.*12. *de Iud. à quæſtione* 6.

12 Ad ſecundam partem quæſtionis, vt reſpondeas, applieabis quæ addoxi *ſupra in cap.* 14. *de Iudiciis quæſt. fin. de Clerico Aduocato pro ſua Eccleſia*: Nunc verò in terminis, & breuiter dico quod Clerici, & Rectores Eccleſiarum, & Archipresbyteri poterunt teſtifieari pro eorum Eccleſiis in omnibus illis eauſis, in quibus, & poſſunt ſecundùm iam dicta Abbates, Prælati, & Epiſcopi. Afflictis *deciſ.* 400. *num.* 2. Emilius *in tractatu de Teſtibus* verbo, *Abbas num.* 13. *f.* 19. Maſcardus *de probat. lib.*1. *concluſione* 3. *num.*11.
13 † Sed an poſſit compelli ad teſtificandum contra Eccleſiam, Monaſteriom, vel aliam ſimilem communitatem affirmat Gloſſa vltima. *in cap. veniens* 1. *hoc tit.* eo quod in Iudicio debet eſſe æqualitas: argumento textus, *in cap. in Iudiciis* 12. *de Regulis iuris*, *lib* 6. *cap. non licet* 32. *eodem lib.* optimè Barboſa *in cap. cum multis* 12. *hoc titulo*, vbi reſpondet ad textom *in capite fin. de poſtulando.*

Et cedantur adducta à Barboſa *hic ſub num.*1. 14
verſic. in *ſubſcriptione*, vbi de noſtra difficultate agens, nonnulla expendit iura, ſcilicet *in capite* 2. *de donat. & in cap. edoceri de reſcriptis*, docens non eſſe intelligenda de proprio Procuratore, de qoo textus noſter, ſed lato modo: Nam Prælati Procuratores Eccleſiarom ſuarum appellantur non propter mandatum quod habent ad negotia peragenda in Iudicio, vel extra quod requiritur, vt propriè quis dicatur Procurator, ſed quia bona Eccleſiæ, & illius negotia, ratione titulorum ſuorum curare tenerentur, quæ eura nequit efficere, vt à teſtimonio repellantur.

AD TÈXTVM
IN CAPITE VII.
Ex parte, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

7 *Exceptiones oppoſitas contra Teſtes illico debet Iudex admittere, n.*8.
9 *Titulus non præſumitur in beneficiis.*
10 *Patronus Laicus nequit accuſare inſtitutum.*
11 *Diſpenſatio præſumpta locum non habet ad beneficia in illegitimis, quæ parentes obtinuerunt.*

TExtvs huius materiæ agit de oppoſitione contra Teſtes inhabiles, & qualiter, ſeu quando talis exceptio ſit opponenda, & DD. longè agunt de hac materia *in cap.* 1. *de exceptionib.* & ego dico *in cap. Teſtimonium infra*, de quo longè agit Farinacios *de Teſtibus quæſt.*61. *&* 62. cum multis ab eo relatis interim videndis, & ipſe Farinacius latè *de Teſtibus infamibus, à quæſt.* 56. nonoulla breuiter dicit Andreas Valenſis *hic*, §.2. & ego dico in aliquibos iuribus *infra* explicandis.

Ibi *Miles quidem H. nomine tacito, quod Laicus* 1
eſſet ad Iudices litteras impetrauit, quod ſi dictus Presbyter filius eſſet illius qui proximo in eadem Eccleſia miniſtrauerat, vel publicè fornicariam haberet. Ex prædictis verbis poſſunt de ſequentibus inquiri. Primò de impetrante litteras, ſeu reſcriptum tacente nomen ſeu ſtatum, videbis quæ dico *in cap. ſignificante* 34. *& in cap. fin. de reſcriptis*: Item quæ dico *in cap ſuper litteris* 20. *eodem*, de eas impetrante per obreptionem, aut ſurrep-
tionem. † Secundò an Laicus poſſit beneficia 2
obtinere, applieabis quæ dixi *in cap.* 3. *de Iudiciis, q. fin.* & alibi *in cap. Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.* † Item an Filius 3
illius, qui proxime io eadem Eccleſia miniſtrarat, poſſit in eadem beneficiari: De hoc dico in
cap. præſentium 3. *de filiis presbyterum.* † Quarto 4
an publicus fornicatius poſſit beneficiari, ſeu Eccleſiam iam adeptam retinere; applicabis quæ dico

Digitized by Google

dieo *in cap. vt Clericorum* 13. *de vita . & honeſtate Clericorum.*

5 Ibi *tandem cum Miles per interpoſitam perſonam eum coram præfatis Iudicibus traxiſſet in cauſam.* De Litigante per Procuratorem, vide quæ dico *ad titulum* de procurationibus, & de Syndico. Et quæ adduxi *ſupra in cap* 9. *de Iudiciis*, *& in cap.* 14. *eodem.*

6 Vbi *Teſtes autem, ſi quos idem A in ſua aſſertionis Teſtimonium innocauerit, curetis monere, vt coram vobis ſuper his perhibeant Teſtimonium veritati.* Hic agunt etiam Doctores de periurio non admittendo in Teſtem, de quo dico nonnulla *infra in cap. ſicut hoc tit.* q.4. *& in cap. breui de Iureiurando*, latè.

7 Alia ad hunc textum videnda notat Barboſa
hîe, vbi *n.*6. probat quod Iudex deber ſtatim ad-
mittere exceptiones, quæ contra Teſtes oppo-
nuntur, aliàs grauaret partem, quæ poſſet ap-
pellare, de quo videndus Rebufus *de probatione*
8 *Teſtium, num.* 12. vbi limitat multipliciter. † Et
num. 15. ait poſt publicationem. vel concluſio-
nem non poſſe obiici, ſcilicet quando non fuit
appellatum; ſecùs ſi appellatum ſit, de qoo plu-
9 ra dixi *in cap. Teſtimonium, hoc tit.* † Deinde di-
cit *n.*2. quod titulus in beneficiis non præſumi-
tur, Maſcardus *de probationibus concluſ.* 160. *nu-*
10 *mero* 10. † Item quod laicus Patronus non poteſt
accuſare Clericum inſtitutum in Eccleſia, in qua
eſt Patronus. Clarus *lib.* 5. *§. fin. queſtione,* 14. *numero* 12.

11 Item quod diſpenſatio præſumpta non habet locum in illegitimis, qui beneficia obtinent, quæ eorum parentes obtinuerunt, vel in Eccleſiis, vbi parentes alia beneficia babent, de quo ad titulum *de filiis Presbyt.* & agit Cochier *in commento ad Reg.* 35. *de Triennali poſſeſſione, numero* 54.

AD TEXTVM

IN CAPITE VIII.

Si qui Teſtium, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

DE valitudinariis ſenibus, vel debilitate confectis Teſtibus examinandis ante Litem conteſtatam, & qui iſti dicantur dixi *ſupra in cap. quoniam frequenter, vt Lite non conteſtata.* I. Paupertas quando excuſet à contomacia in comparendo dixi *in Rubrica, de dolo & contumacia q.* 3. *num.* 2. II. Et qualiter paupertatis opinio probetur ex fama communi, *dixi in cap.* 4. *vt Lite non conteſtata quæſtione* 1. *à n.* 15. videbis quæ congerit de paupertate probanda Valaſcus *de priuileg. pauperum. q.* 5. & ad textum *hîc quæſt.* 36. Couarruuias *lib.* 2. *Var. cap.* 6. *& à num.* 3. *&* 8. benè Maſcardus *de probationibus concluſione* 1159. vbi exponit cum multis, qualiter paupertas probetur ad eos recurtes: plures congerit hîc Zenedus *collect.* 133. *n.*2. & dieo *infra* nonnulla *q.* 5. & applicabis dicenda *in cap. Oduardus de ſolut.* Et videbis quæ dico *infra in capite* 1. *de Teſtibus cogendis quæſtione* 2. verſic. *ad ſecundam.*

QVÆSTIO I.

Quare debeat mitti Examinator diſcretus ad Teſtes recipiendos, qui ad Iudicem commodè venire non poſſunt: Qui debeat mitti: Et ad quos?

SVMMARIVM.

1 *Examen Teſtium, licet de iure fiat à Iudice exiſtentium in loco, num.* 2. 9. 10. 11. *Tamen verius eſt poſſe Notario committi à Iudice, à num* 3. 4. 5. 6. 7. 8.

2 L. ad perſonas egregias, ff. de Iureiurando, n 9. & 10. 36, & q. 2.

12 *Examen Teſtium intra locum exiſtentium, non committat Index de facili, num.* 13. *de praxi inquiſitionis Valliſoletana,*

14 *Examen committi ſolet nuntio Tabellioni, & Regis audientiæ receptori præſtito prius Iuramento apud Iudicem: Quid antiquitus in Athenis n.* 16.

15 *Examen in cauſis nobilitatis, vulgo* hydalguias *vt fiat vocantur Teſtes ad Iudices in Cancellaria deſigñatos* Alcaldes de hijos de elgo, *niſi adſit impedimentum.*

17 *Examen Teſtium, à ſolo Tabellione, etiam ex conſenſu partium nequit fieri, niſi de commiſſione Iudicis, aut in eius præſentia, n.* 18. *nec remiſſio prodeſt, n.* 19.

20 *Teſtes ad quorum domos miſſio debet fieri vt examinentur, ſunt valetudinarij, ſenes, & alij impediti, & qui tales dicantur, n.* 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. *quid ſi pauperes ſint, & non nobiles, n.* 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

29 *Pauper non ſuſpectus, nec vilis poteſt eſſe Teſtis. n. ſequentibus.*

Cap. in primis, *verſic.* quia igitur 2. quæſt. 1. cap. ſi Teſtes *verſic.* item Teſtium 4. quæſtione 3.

32 *Paupertas ſola ſufficit abſque nobilitate vt Iudex mittat ad domum Teſtis pauperis, vt examinetur duobus concurrentibus, numero* 33. 34. 35.

IGitur eum reuerà textus noſter ſit intelligen- 1
dus de examine Teſtium exiſtentium in loco Iudicij, in quo caſu omnes vnanimiter concludunt, quod Teſtes ſunt examinandi à Iudice, & non à Notario iuxta textum *in Auth. vt defunct ſeu funer. §. illud etiam,* ibi *exhibitis Teſtibus,* & ibi Gloſſa in verbo *Teſtibus* ad Finem; item Gloſſa 1. *in Auth. ſed Iudex,* & ibi Salicetus *n.* 2. verſic. *oppono* contra *Cod. de Epiſcop* item Gloſſa *in Auth. apud eloquentiſſimum,* in Gloſſa 1. in fine, *vltima ſolutione contrarij,* & ibi Odofred. *n.* 1. *in fine* Bald. *hic n.* 1. verſ. *ſcias quod nullus tabellio,* Anchart. *num.* 2. *in* 1. *notabili* non leuis èſt difficultas, quare ad eos examinandos mittat Examinatorem dicentem, cum reuerà ſint examinandi coram eodem Iudice.

Et confirmatur deciſione textus *in l. ad perſo-* 2
nas egregias, ff. de Iureiurando, vbi conſtat quod Iudex debet examinare Teſtes priuilegiatos qui priuilegium habent non comparandi coram Iudice in eorum domibus: ergo non eſt cur hoc ſit à Iudice committendum: Et ſic Lanfrancus de

Digitized by Google

de Teſtibus, num. 17. Marſilius *in l.* 1. § *plurimum, num.* 17. *in fine, ff. de quaſt.* tenent qnod Iudex
non poteſt Notario committere Iuramentum
deferendum Teſtis, & Alexander *ſciat in pract.*
Iudicial cap. 16. *ſub num.* 4. & aliis ſequentibus,&
ſub *n.* 21. docet cum Ancharrano,& Ioanne Andrea reprehendentibus Iudices qui committunt
examen Teſtium Notariis, quod debent eos examinare io propria perſona.

3 Adhuc tamen dicendum eſt poſſe Iudicem
Teſtium examen, & iuramentum receptionem
committere ipſi Notario, vt notant omnes, &
etiam Gloſſa per textom ibi, *in cap.* 1. *de Teſtibus cogendis*, in verbo *eorum Nuntio*, Baldus,
& Butr. ibi, *n.* 3 *in* 2. *notabili.* Imola ante *num.* 1.
verſic. *item notat.* Ancharranus *n.* 4. verſic. *ex quo.*
Annania *n.* 2. Abbas *n.* 1. Cynus *in l. Iudices, n.* 1.
verſic. *Iudices*, & ibi Fulgoſius poſt principium,
verſic. *nota examinationem*, Caſtrenſis *n.* 5. *Cod de fide inſtrument.* latè Baldus *hic, num.* 1. verſic *ſcias quod nullus Tabellio*, Ancharranus *num.* 2. *in fine*,
verſic. *ſecundo nota*, Aretinus *n.* 2. qui *in cap. inis quaſtionibus hoc tit.* ait vt quiquid ſit de iure hodie de conſuetudine, ita ſeruatur pruptet multi-
4 tudinem agendorom. † Et ſic Campegius *de Teſtibus, Regula* 285. *in* 1. *fallentia*, dicit qootidie
ex communi ſtylo obſeruari, quod Iudex committat Notatio Teſtium examen, cum aliis docet Farinacius *de Teſtibus, quaſt.* 77. *à num.* 168.
5 ‡ Qui cum aliis *à num.* 180. ait multò minùs
dubitandum eſſe, vt Iudex queat hoc Teſtium
examen committere, qoando ipſe propter multitudinem cauſarum, aut alias propter publicas
vtilitates, & impeditos Teſtes recipere & exa-
6 minare. † Et taliter ait Salicetus *in dicta Authentica* apud eloquentiſſimum *n.* 1. vbi hodie multitudo cauſarum & impedimentum præſumatur,
& ſic valere commiſſionem, etiam noo conſti-
7 to de dicto impedimento. † Quare Butrius *in cap. cum cauſam, num* 2. *in fine hoc tit.* dixit multò magis poſſe Iudicem alteri committere examen Teſtium, quando eorum magna copia eſt
producenda.

8 Nec obſtant *dicta ſupra n.* 1. quia ea ſunt intelligēda, quādo ſcilicet nulla adeſt cauſa ſiue ex parte Iudicis impediti, ſiue ex parte Teſt. qui ex aliqua cauſa, vel priuilegio non tenētur venite ad locum Iudicis, vt ab eo examinentur, in quo ſecundo caſu loquitur expreſsè textus noſter, & ob
id Baldus *in dicta l. ad perſonas, ff. de Iureiurando*, dixit Iudicem poſſe committere Nutatio Teſtium esamen, non ſimpliciter, & indiſtinctè.
ſed ex cauſa; ſecùs tamen ſine cauſa, quod vltimum iam de conſuctudine aliter introductum
videmus ſiquidem etiam ſine cauſa committitur
examen, vt teſtatur Farinacius *num.* 195. *ſupra.*
Alias obiectiones *ex cap. in noſtra*, 32. *& ex cap. fin.* § *vltimo de officio delegati*, reſoluit hîc Barboſa *ſub num* 3. *à* verſic. *non obſtat*, qui in verſic.
amplia, loquitur de commiſſione ſacta Notario
ad examinandum.

Vnde licet reuerà Doctores diſtinguant inter
9 cauſas ciuiles, & criminales; ita vt in illis poſſit
examen committi; ſecùs in iſtis iuxta Gloſſam
in dicto cap. 1. *de Teſtibus cogendis*, in verbo *eorum nuntio*, verſic. *vel intellige illud in criminali*; ita vt
nec conſuetudo in contrarium valeat, vt ſentit
Abbas *in dicto cap.* 1. *num.* 7. *littera A, in principio*, Felinus *in dicto cap. cum cauſam, num.* 21. verſic. 1. *concluſio hoc tit.* cum multis adductis à
Farioaciu *num.* 196. De quo plura dicit Gratianos *Reg.* 260 cum Baldo *hic*, & probat ex Gloſſa
in cap. conſtitutus de fideiuſſoribus, Gloſſa 4. *in cap. At ſi Clerici de Iudiciis, leg.* 28. *tit.* 16. *p.* 3. *l.* 18.
& 29 *tit.* 6. *lib.* 3. *recop.* Et hoc etiam ſi Teſtes ſiot
extra Prouinciam, nam & debent ad Iudices
venire, dicta Gloſſa *in cap. conſtitutus, & in cap. Teſtes* 3. *q* 9. & etiamſi Teſtes ſint in longinquis
partibus Gloſſa *in Clement. vnica de Officio delegati. & in dicto cap. at ſi Clerici*; Tamen ego cum
eo & com aliis ab eo relatis *ibi, num.* 198. dico
etiam in criminalibus poſſe Iudicem propter
multitudinem negotiorum delegate examen, vel
ex iuſta cauſa, veluti ſi Iudex fuerit impeditus,
putâ abſeotiâ, infirmitate, vel alia occupatione,
& ſic concludit hoc pendere ab arbitrio Iudi-
cis. † Itaque licet Ripa *in l. admonendi, n.* 179. 10
ff. de Iureiurando, & alij relati à Farinacio *ſupra n.* 199. doceant Teſtium examen non poſſe committi Notario in ciuilibus arduis: Tamen ipſe
cum Baldo *in dicto cap.* 1. *de Teſtibus cogendis ſub n.* 1. & Butrio *n.* 8. Imola *n.* 1. Anoania *n.* 2. Felino *n.* 10. dicit etiam admitti, dato Iudicis impedimento, vt nuntio examen committatur,
quemadmodum in criminalibus, & ſic præcitati Doctores, tenent hoc examen poſſe etiam
committi in caoſis Matrimonialibus, & quantumcumque grauibus. Et ſecundùm hæc exiſtimo intelligendum, Couarr. *lib.* 2. *var. cap.* 13.
num. 20. qui aliter ſentire videtur: Et ſic Felinus
in dicto cap. cum cauſam, num. 52. limitat regulam
contrariam ſeptem modis, & Auiles *in capitibus praſt. cap.* 37. limitat decem modis.

Vnum tamen notabis, quod ſi ex dictis poſſit 11
Iudex Notario committere examen Teſtium,
non tamen debet eſſe ſacilis ad illud committendum, ſed debet per ſeipſum examinare, ſi
poteſt, vt notat Butrius *hic n.* 5. *in fine*, Abbas
in dicto cap. cum cauſam, num. 22. *ad finem*, vbi
reddit rationem, quia ſcilicet tota vis cauſæ conſiſtit in probationibus, plura tradit in propoſitu
Alexander Strat. *dicto tract. Iud. cap.* 16. *à n.* 4.
vbi redarguit Iudices, qui io contrarium faciunt.
† Et ſic iuxta ſtylum ſanctæ Inquiſitionis Val- 12
liſoleti, video examen Teſtium ad informationes ſanguinis fieri coram Inquiſitoribus in Tribunali cum Notario ſecreti, niſi contingat aliquando committi Commiſſario cum aliquo ex
Notariis eiuſdem ſecreti, vt aliquoties vidi, eo
quod præpediti erant multitudine cauſarum fideī
præpediti.

Ad ſecondam partem quæſtionis, qui vit de- 13
beat mitti ad hoc examen faciendum ſatis colliges ex iam dictis, ſiquidem *ex dicto cap.* 1. *de Teſtibus cogendis*, hoc committi ſolet nuntio, Tabellioni, & ex ſtylo audientiarum Regalium receptori, vel aliis deſignatis ad prædictam diligentiam, ita colliges ex his, quæ dicit Couarruuias *cap.* 13. *num.* 10. per textum, *hic, & in cap.* 2.
de Iudiciis, lib. 6. *& in dicta l. ad egregias, ff. de Iureiurando, & in l.* 22. *tit.* 11. *p.* 3. & ſic Salicetos, *in dicta Auth. apud eloquentiſſimum, Cod. de fide inſtrument.* Et Felinus *in dicto cap. cum cauſam, hoc tit. col. penult.* docent regulariter ex generali
multitudinis negotiorum impedimento committi examinationem Tabellioni, præſtito prius
iuramento apud ipſum Iudicem.

Etenim in cauſis nobilitatis & exemptionis, 14
vulgò *de hydalguia*, ſolent Teſtes vocari ad Regia Tribunalia, & examinantur ab vno ex ipſis
Iudicia

Iudicibus ad prædictas cauſas deſignatis vol-
gò *Alcaldes de bijos de algo*, niſi alioqui valeant
iuſto excuſari impedimento, quod Regiis ſan-
ctionibos ſatis expeditum eſt hodie, *leg. 14. ti-
tulo 11. lib. 2. recop.* imò Couarruuias, *vbi ſupra
dicto cap. 13. lib. 2. var. numero* 10. *poſt medium.*
Multùm exclamat, dicens valdè expedire, &
vtile eſſe Reipublicæ, vt in quibuſcumque con-
trouerſiis lege ſanciretur, ne coram ſolo Ta-
bellione teſtimonia à Teſtibus exhiberentur,
ſed ſaltem Iudice, vel alio viro probatæ fidei
15 præſente, ſicut fit apud Luſitanos † Nam olim
& Athenis ſex viri præter Iudices in Iudicio
aderant, vt viderent, num Notarius aliquid
omitteret ſcribere, vel adderet aliquid his, quæ
à Iudicibus pronuntiabantur, quemadmodùm
Poſtellus commemorat, *lib. de Magiſtrat. Athe-
nienſ. cap.* 26.
16 Quod ſi dubites an poſſit Notarius; ſeu Ta-
bellio recipere dicta Teſtium ſine Iudicis præ-
ſentia, & commiſſione, dum quod licet Iaſon
in leg. admonendi, in 2. lectura, num. 212. verſic.
ſed hoc vltimum, ff. de iureiurando, teneat id poſſe
ea motus ratione, quia ſi partes poſſunt ex toto
remittere iuramentum Teſti *ex cap. tuis quæſtio-
nibus hoc tit.* Gloſſa *in l. iuriſiurandi*, & *ibi* Bart.
Cod. eodem, de quo dixi *ſupra cap.* 5. ſic & in hoc
caſu argumento textus, *in l.* 1. *Cod. de Rei vxoriæ*
17 *actione.* † Tamen verius videri, vt Notarius
poſſit recipere dicta Teſtium ſine Iudicis præ-
ſentia, aut commiſſione, etiam de conſenſu par-
tium, quod probo ex eo: nam cum iura iam
ſupra dicta doceant conſiſtere omnimodo in
probationibus exitus cauſæ & contingat vt No-
tarius, ſiue Tabellio aliquando vacillet; Ideò
opere prætium eſt, vt ſaltim ex commiſſione Iu-
dicis committatur examen Tabellioni, in quem
18 partes conſenſerunt. † Nec obſtat quod de re-
miſſione iuramenti tradit Iaſ. *ſupra*, & Ripa *ibi,
in l. admonendi, n* 190. Alexand. *in l. hac conſultiſſi-
ma, Cod. de Teſt.* quia reſpondeo illud procedere
tantùm in Teſtibus, quorum examen partes poſ-
ſunt approbare abſque iuramento, quod non eſt
idem in Notario ſiue Tabellione qui gerum per-
ſonam publicam, & ob id cuilibet eorum credi-
tur, & ſic quid mirum vt arbitretur Iudex eis
committere examen, etiam partium intercedente
conſenſu, quem præſtare non poſſunt abſque
ſcientia & commiſſione iudicis, & ita expendo
meam ſententiam cum Roland. *conſ.* 64. *n.* 18. *lib.* 2.
Marſil *in conſ.* 2. *n.* 30. & hæc pars iuuatur ex di-
ctis à Couarr. *ſupra dicto lib.* 2 *var. cap.* 13. *n* 10.
19 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeam
ad text. *in d. l. ad perſonas egregias, ff. de iureiur.* de
qua *ſupra n.* 2. dico diuerſas eſſe perſonas, ad quos
debet Iudex mittere Tabellionem, vel Notarium
vt in earum domibus examen recipiat, inter quas
primò iuxta noſtrum textum ſunt valetudinarij
& infirmi, ad quorum domos pro illis exami-
nandis, debet mittere Iudex Notarium, vt *in d. l.
ad perſonas*, ibi *eos, qui valetudine impediuntur*, vbi
Odofred. Bald. Angel. Caſtrenſ. Rom. Iaſon. &
Alex. & probat expreſsè textus noſter, vbi de va-
letudinariis, & debilitate confectis loquitur, &
docent *hic* Innoc. Abb. Bald. Butr. & alij relati à
Farinac. *de Teſt. q.* 77. *n.* 225. Maſcard. *de probat.*
20 *lib.* 1. *in præfatione, q* 5. *n.* 42. † Quod tamen intel-
ligunt Abb. *hic ante n.* 1 *in ſecundo notab.* & Felin.
n. 1. verſic. *fallit primò*, Aret. *n* 1. verſic. *nota primò*,
dummodò iſti Teſtes ſint taliter infirmi aut va-
letudinarij, vt ad Iudicem venire nequeant ali-
ter ſecus.
Sed ſi dubites an iſti cogi poſſint ad teſtifican- 21
dum, reſpondeo quòd licet DD. per text. *in cap ſi
Teſt. § inuiti 4. q.* 3. *& ibi* Turrec. in verbo *valetu-
dinarij*, vbi eos dicit eos valetudinarios, qui aliquo
morbo detinentur, & DD. *in c.* 1. *& in cap. dilect.
infra, de Teſt. cogend.* iſti cogi non poſſint, hoc in-
telligitur ſi cogantur, vt veniant ad Iudicis do-
mum, ſed benè poterunt cogi ſe examinari, ſi Iu-
dex ad eorum domos mittat Notariũ ex iam di-
ctis, & docet in terminis Farinac. *de Teſt. quæſt.* 78.
numero 65.
Secundo ex noſtro textu annumerantur ſenes 22
ad quorum domus ſi contingant examinari, mit-
tendus eſt Notarius à Iudice iuxta Gloſſ. *in d. l. ad
perſonas*, verſ. idem *de ſenib ff. de iureiur.* vbi Odofr.
Angel *n.* 3. Iaſon *n.* 9. Alex. *poſt n.* 1. & Hoſtienſis
hic n. 1. Ioann. Andr. *n.* 1. Bald. *n.* 1. Butr. 2. Anna-
nia 5. Abbas *ante n* 1 *in* 2 *notab.* Maſcard. *de pro-
bat. lib* 1. *d. q.* 5. *n.* 42. Quod intelligit Abb. *hic d.
n.* 1. *in d.* 2. *notabili*, Felin. *n.* 1. verſ. *fallit primò*, Aret.
n. 1. verſic. *nota primo*, dummodò Teſtes ſint tali-
ter ſenes, vt ad Iudicem venire nequeant, & ob
id cum multis Farinac. *d. q* 78. *de Teſt. à num.* 59.
agens de quæſt. an ſenes ad teſtificandum cogan-
tur, eam reſoluit ſub diſtinctione, quam proxi-
mè adduxi *de valetudinariis*, ſic expendens non-
nullus dicendi modos, & ibi *n.* 60. cum Gloſſa. *in
d. l. inuitil de Teſt.* † Et cum multis ab eo relatis di- 23
cit ſenes in propoſito eſſe maiores annorum ſep-
tuaginta; de quo latè dixi *ſupra, in cap. quoniam
frequenter, vt lite non conteſtata.*
Tertiò ex noſtro textu annumerantur omnes 24
alij quomodocumque, & qualitercũque impedi-
ti, & qui non valent domum exire, & ad Iudicem
venire, vt notant hic Ioann. And. *n* 1. Bellamera *in
ſummariis*, vbi Bald. *ante n* 1. verſic. *aliquando Teſtis
impeditur de facto*, Ant. de Butr. *n.* 1. cum aliis Fa-
rinac. *d. q.* 67. *de Teſt. à n.* 229. † Vbi dicit quod 25
non ſolùm Iudex, verùm & Arbiter tenetur mit-
tere Notarium ad domum ipſorum Teſt. ſenium
infirmorum, & impeditorum, & egregiarum
perſonarum, & docet Bald. *hic, n.* 8 Felin. *n* 5. † Et 26
addit Farinac. *n* 231. quod Iudex non ſolùm po-
teſt, ſed tenetur de neceſſitate mittere Notarium
ad examinandum egregias perſonas, ſenes valetu-
dinarios & impeditos in eorum domibus, ſi præ-
ſentes in loco Iudicij ſint. † Si verò abſentes te- 27
neantur mittere examen ad Iudicem, vbi degunt
ſecundùm Iaſon *in d. l. ad perſonas, ff de iureiur à
n.* 4. vbi benè comprobat, & *ibi*, Alex *n.* 7. *&* 8. Bel-
lam *hic à n.* 10. *in* 4. *q.* Card. *in princ. Gloſſa* 1. Abb.
n 4 Felin. *n* 3 qui latè loquitur. & hoc verum vi-
detur, licet Imol. Ioann. Andr. & alij relati à Fari-
nac. *ſupra* 231. teneant quod Iudex non tenetur
de neceſſitate mittere hunc Notarium.
Quartò ex noſtro texto annumerantur paupe- 28
res, ſed dubitat gloſſ. *hic*, in verſic. *paupertate*, quia
licet pauperes ſint, benè poſſunt venire, eo qood
producens eis procuret expenſas, vt notatur *in
cap. ſtatutum de reſcriptis*, §. *penult.* Tamen eadem
Gloſſa vt reſpondeat, ſcribit poſſe dici, quod ideò
quia tales ſunt quod non decet eos venire ad Iu-
dicem forſitan, quia nobiles, & ita vereeundantur
venire propter nimiam paupertatem: licet pau-
per, aliàs honeſta perſona ſit, nec eſt ſuſpe-
cta propter ſuam paupertatem, & ſic ais Gloſ-
ſa non eſſe in contrarium textus, *in capite in
primis*, verſiculo; *quia agitur* 2. *quæſtione* 1.

Digitized by Google

& in cap. ſi Teſtes, verſic. *item Teſtium* 4. q. 3. qui loquuntur de ſuſpectis.

29 Et ob id eandem Regulam procedere multò magis, non ſolùm in perſonis nobilibus, & honeſtis, ſed etiam in pauperibus ſimul propter eorum paupertatem, & veſtimentorum penuriam, ob quam reputant ſibi decori exite domo, ſic iuxta prædictam Gloſſam tenent Hoſtienſis *hic n.* 2. in verbo, *aut paupertate*, Enric. Boyc. *poſt n.* 3. verſic. *aut ſunt nobiles*, Bellam. *n.* 2. Bald. *n.* 1. *in fine*, *n.* 10. Butrius *n.* 7. verſic. *dicit Gloſſa*, Anchart, *n.* 3. verſic. *nota*, Zaberela *col.* 1. *in principio & in fine*, verſic. *oppono ad hoc*, Abbas *ante n.* 1. *& in* 2. *not. n.* 8. Aret. *in dicta l. ad perſonas*, *n.* 2. *& ibi* Alexand. *poſt n.* 3 *ff. de Iureiurando.*

30 Verùm huic expoſitioni obſtat textus noſter in verſ. *ais paupertate depreſſi*, quatenùs nullâ factâ mentione de nobilitate ſimul cum paupertate, aut ſolam paupertatem habere priuilegium in hoc, vt Iudex mittat Notarium ad domum Teſtis, ad illum examinandum, ſic plures ex Doctoribus iam citatis intelligunt, & in terminis docent Maſcard *de probationib. lib.* 1. *in præfat. n.* 42. Federic Schenkia *tract. de Teſt. n.* 9. Campegius *in eodem tract. Regula* 288. verſic. *dic primò.*

31 Verùm pro concordia dico quod ſola paupertas ſine nobilitate, ſufficit vt Iudex mittat Notarium ad domum Teſtis, duobus concurrentibus, primò vt Teſtis ipſe ſit honeſtæ vitæ, licet non nobilis. Secundò vt ſit taliter pauper, quod propter veſtimentorum penuriam reputet ſibi dedecori domo exire, vel ita ſit pauper, vt habeat laborare domi pro expenſis ſuæ familiæ, & ſi recederet nihil lucraretur, & familia periret; ita Butrig. *hic*, *n.* 7. *in fine*, verſic. *puto quod poſſit intelligi*, Farinac *de Teſt. dicta quæſt.* 77. *n.* 208. vbi *n.* 209. ait regulam prædictam ampliari in Teſtibus nobilibus, etiamſi non ſint pauperes, vel tales, qui propter verecundiam non poſſint ad Iudicem venire ſecundùm Iaſon. *in dicta l. ad perſonas*, *n* 8. *ff. de iureiur.* reprobata contraria opinione Gloſſæ, *hic.*

32 Nec obſtat ſi dicas; quod pauper repellitur à teſtimonio ferendo, tanquam perſona vilis, quia faciliter poteſt corrumpi pretio, vt probat textus *in l.* 3 *ff. hoc tit.* ibi, *vel egens ſit, vel lucri cauſâ, quid facilè admittat*, vbi notat & cõmendat Odo-
33 fred. & docent alij. † Tamen reſpõdeo hoc intelligi quando eſt pauper & vilis perſona, vel ſumus in dubio, ſecus autem quando eſt honeſta perſona, & fide digna, quia tunc benè poteſt eſſe Teſtis, vt probatur ex iam dictis ad noſtrum textum, & docet textus *in l humilem*, *Cod. de inceſtis nupt. & l* 8 *tit* 1. 6. *p.* 3. *& l.* 9. *tit.* 8 *fol.* 12. Anton, Gomez *lib.* 3 *variarum*, *cap.* 12. *n.* 19. Plures refert Barb. *hic n.* 4. quos ſequitur, ſed qualiter pauper-
34 tas probetur, dico *infra ad hunc text.* † Et caſus in quibus teſtis à teſtimonio repellitur, latè congerit Maſcard. *de probat. concl.* 1160. *à n.* 1. vbi *n.* 32. *&* 33. ait quod pauperes ſæpè numero magis veritatem dicunt, quam diuites, & quod relinquitur Iudicis arbitrio, quatenùs pauperi ſit adhibenda fides. Et *n.* 26. dicit quod pauper qui non habet 50. aureos in bonis repellitur, tum ab accuſando; tum à ferendo etiam teſtimonio, *l. nonnulli. Cod. de accuſat.* imò Felin. *hic n.* 8. approbat Gloſſam *in Auth. de hæredib. & falc. § ſi verò*, in verbo *ſubſtantiam*, vbi dicitur quod probatur paupertas ad hoc vt à teſtimonio repellatur, ex eo quod non poſſideat tot bona, quot ea ſunt, de quibus ex controuerſia: alios refert Meſcardus *concl.* 1159. *n.* 43. ſed hoc Iudicis arbitrio relinquit Maſcard. *ſupra n. fin.*

Quare ex dictis non obſtat quod *ſupra adduxit, n.* 1. *ex textu in dicta l. ad perſonas ff. de iureiur.* 35
quia ex verbis illius ibi, *ad perſonas egregias, eoſque qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iurandum*: nam eadem doctrina reperitur, ac in noſtro textu, quatenùs ad Teſtes impeditos, ad quorum domum Iudex ire non tenetur vt eos examinet, ſed ſatis eſt vt mittat Examinatorem ad alia pro intellectu dictæ *l. ad perſonas*, videbis *in quæſt. ſequenti.*

QVÆSTIO II.

An perſonæ egregiæ, & illuſtres, aut nobiles tali priuilegio ſemper potiantur, vt Iudex debeat mittere ad eorum domus examinatorem: Et an hoc priuilegium, ab eis poſſit renuntiari: Et cuius expenſis debeat fieri miſſio ad examinandum abſentem ſeu impeditum?

SVMMARIVM.

1 *Perſona egregia non coguntur venire ad examen, ſed Iudex ad earum domus mittit, & quæ iſtæ tales dicãtur, n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *quid de DD. n.* 10. 11. 12. 13. 14. *quid in cauſis criminalibus. à n.* 17.

14 *Doctores primiores Romæ funguntur Procuratorum officio.*

16 *Miſſio Notarij ad examinandum Teſtes committitur partis citatione.*

19 *Perſona priuilegiata verius eſt vt queant renuntiare priuilegio, vt ad eorum domus mittatur, n.* 20. 21. 22 *fallit in Monialibus, n.* 23.

23 Cap. 2. de Iudiciis, lib. 6.

24 *Examen Teſtium abſentium, quando fiat expenſis petentis, n.* 25. 26. 27. *& de multis caſibus à num.* 30.

28 *Scholaris ſeu alter priuilegiatus expellens à domo fabrum causâ ſtrepitus non tenetur ſoluere æſtimationem domus, quam Faber poterit alteri locare*, lib. 3. tit. 7. lib. 4. recop.

AD primam partem ex dictis reſpondeo 1
quod egregiæ perſonæ non coguntur venire ad ſe examinandum coram Iudice, ſed Iudex mittit Notarium ad eorum domus pro illis examinandis, vt docet textus expreſſus, *in l. ad perſonas*, *ff de iureiur.* vbi DD. & Bart. *in Auth. apud eloquentiſſimum, in* 2. *lectura, n.* 3. verſic. *fallit in perſonas egregias*, *Cod. de fide inſtrument.* Gloſſa *hic* in verbo *valetudinarius*, vbi Butr. *n.* 5. Cardinal. Zabarella *Gloſſa* 1. Abbas *n.* 2. *ad medium*, verſic. *oppono*; & *n.* 4. Felin. *n.* 6. vbi extendit hanc Regulam, ad omnes perſonas illuſtres, & illuſtriſſimas: Idem tenet Gloſſa *in cap.* 1. *de Teſt. cogend.* in verbo *eorum nuncio*, vbi Butr. *n.* 8. Maſcardus *de probationibus*, *libro* 1. *in præfatione*, *numero* 42. verſic. *nec id etiam*, & videbis Gloſſam *in leg.* 1. *ff. de Officio eius*, & cum multis tenet Farinacius
de Teſtibus, *à num.* 203. † Qui *à numero* 210. hoc 2
extendit ad omnes Teſtes, qui ſint in dignitate conſtituti, vel tales, quos non deceat ad Iudicem venire.

Vnde

Digitized by Google

3 Vnde cum quilibet lo dignitate conſtitutus
dicatur egregia perſona, vt conſulendo tradit
Grammatic. *conſ.41.in fine*, Vibius *opinione* 928.
n.10. ideò dico quod ad examinandos Epiſco-
pos, tenetur Iudex mittere Notarium in eorum
domus, quia palàm eſt, quod iſti ſint in dignita-
te conſtituti iuxta Authenticam, *& ſi Iudex*, vbi
communiter Doctores *Cod. de Epiſcopis & Cleri-
cis*, *Gloſſa in dicta l. ad perſonas*, vbi Bartolus &
Albericus, Maſcardus *de probationib. ſupra n.* 42.
& aliis adductis, Farinac. *ſupra*, *n.*211. & viden-
4 dus, *q.*78. *n.*79. † Qui *dicta q.*77.*n.*213. cum Bu-
trio *hic n.*5. verſic. *de presbytero*, & Abbate *n.* 6.
Aretino *n.*5. Romano Sing. 367. ait ne dum in
Epiſcopis & Cardinalibus, ſed etiam in Clericis
intelligendam eſſe doctrinam.
5 Item extenditur noſtri textûs deciſio; *& dicta
l. ad perſonas, ff. de Iureiur.* etiam ad nobiles mu-
lieres, vel ad honeſtas Matronas, quas non de-
cet ad Iudicem ſubtilia venire, Gloſſa *in dicta l.
ad perſonas*, in verſic. *idem de Domino*, & ibi Odo-
fredus verſic. *idem eſt in honeſta Matrona*, Paulo
de Caſtro *n.*2. verſic. *item in mulieribus*, Romanus
*n.*1. Iaſon. verſic. *item ad mulieres*, & Laufranc.
*de Teſt. n.*17. *in fine*, ſimpliciter loquitur de mu-
lieribus, quæ ad Iudicem inuitæ trahi non de-
bent per textum, *in cap. mulieres de Iudiciis, lib.*6.
& applicabis quæ tradit Farinac. *in praxi*, *q.* 78.
6 *à n.*96. † Vbi docet idem de muliere grauida,
quæ non cogitur inuita ferre teſtimonium, &
Campegius *de Teſt. Regula* 152. declarat dicens
procedere quando mulier eſt partûs propinqua,
quia eſt timor ne pareat in via, ſed Foller. *in pra-
xi criminali*, in verbo *capiat*, *n.*4. ait quod iſtud
intelligi debet, vt non teneatur mulier prægnans
perſonaliter in Iudicio comparere, & ibidem iu-
7 rare, & teſtificari. † Benè tamen ad id tenebi-
tur, ſi Iudex ad eius domum mittat Notarium,
proùt Iudex mittere debet, etiam quod mulier
ſit prægnans; dummodò honeſta Matrona, aut
8 nobilis. † Et Fulgoſius & Iaſon. *in l 2. ff. de in
ius vocando*, docent hanc doctrinam non proce-
dere in prægnante muliere Ruſtica, quæ ſicut
vadit ad nemus pro lignis, ita etiam poteſt ire ad
domum Iudicis ad ſe examinandum.
9 Item & locum habet doctrina noſtri textus,
etiam in militibus, qui propterea cum dicantur
egregiæ perſonæ, ideò Iudex ad eos examinandos
mittit ad eorum domum, Iaſon *in dicta l. ad per-
ſonas*, *num.*1. verſic. *ſecundo aduerte*, Roman. *ſin-
gul.*397. *in principio*, Vibius *opinione* 918.
10 Item ampliatur reſpectu DD. qui non roguntur
tur ire ad Iudicem, vt examinentur ſecundùm
Gloſſam *in dicta l. ad perſonas*, *Gloſſa* 1. verſic. *de
legum Doctorib.* vbi Odofred. verſic. *& idem eſt in
profeſſoribus Iuris ciuilis.* Albetic. *n.*4. Aretin. *n.*3.
Iaſon. 10. Ant. de Butr. *hic n* 5. Abbas pariter, *n.*5.
Felin *n.*5. tradit Farinac. *dicta q.*77. *à n.* 214. vbi
à n. 215. ait DD. dici conſtitutos in dignitate.
11 † Quorum priuilegium extendit ad eorum filios,
& nepotes, & tam ad DD. iuris ciuilis, quam Ca-
nonici, etiamſi actu non legant; & ad licentia-
tos cum Iaſone *in dicta l. ad perſonas*, *ff. de Iureiur.*
12 *à n.*10. Albetic. *n.*4. Aretin *n.*3. † Imò & Iaſon
ſupra id ampliat, etiam in Aduocatis Reipub. vel
Fiſci, vel in Auditoribus ſacri Palatij; ſed in DD.
actu non legentibus, aliud dixit Alex. *poſt n.*6. *in d.
l. ad perſonas*, vbi loquitur in Aduocatu de-
putato de publico, etiam quod officium ſit fini-
13 tum. † Sed communiter DD. limitant in DD. qui
gerunt Procuratoris officium per textum *in leg.
vniuerſos*, *& l. ſi quis procurationem*, *Cod. de De-
curionibus, lib.*10. Quare Bartol. & Bald. *in l. hoc
dicto, ff. de poſtulando*, dixerunt, vt cum tale Pro-
curatoris officium vile ſit non denegari, illud
exercere infamibus de iure ciuili. † Quod pro- 14
cedit, niſi aliter ſtatuto, aut vſu receptum ſit, ſi-
cuti Romæ, vbi primiores etiam Iuriſconſulti
Procuratoris munere funguntur; & ſic nullo-
modò tale officium ſordidum in vrbe eſſe, ſed
nobile, quemadmodùm eſt officium Aduocato-
rum *ex l. prouidendum, ſi de poſtulando*, dixit Fari-
nac. *vbi ſupra*, *à n.*521. & Tyraquell. *de nobilitate.
cap.*31. *n.* 2. & benè comprobat Iacob. *ben. iur. in
tract. de Priuileg. Iuriſconſ p.*2. *in præfat. à n.*10.
Igitur dices vt generaliter Iudex teneatur 15
mittere Notarium, aut Tabellionem ad exami-
nandum in eorum domibus perſonas egregias, de
quibus in hac quæſtione ſenes veletudinarios,
aut aliàs impeditos, etiam, quod eos habeat pro
ſuſpectis, & ſubornatis, quod videtur eſſe con-
tra ea, quæ dico *infra in cap ſequenti*, ſed in termi-
nis contra aliquos docet, Farinac. *de Teſtibus*, *di-
cta q.*77. *à n* 233. & ipſe videndus *ibi*, *dicta quæ-
ſtione* 77. *à num.*25.
Itaque quoties Iudex interloquitur, vt mitta- 16
tur Notarius, ſiue Tabellio ad domum Teſtium
infirmorum, ſenium, & egregiarum perſonarum
pro illis examinandis, citanda eſt pars, vt docent
Baldus *hic n.*9. Abbas *n.*2. Felin. *n.*5. pro quo fa-
ciunt ea quæ adduxi latè, *in cap.*2. *hoc tit.*
Quod ſi dubites an perſonæ egregiæ gau- 17
deant prædicto priuilegio in cauſis criminalibus
ſeu ciuilibus magnis, dico quod primum eo non
gaudere: nam tenentur coram Iudice perſonali-
ter comparere, vt ab eo examinentur, vt tradit
Iaſon *in dicta l. ad perſonas*, *n.*7. *ibi*, Alexand. *n.*7.
Aretin. *n.*1. Innocent. *hic*, verſic. *& hoc ciuili*, *& non
in criminali*, Hoſtienſ *n.*1. Ioann. Andr. *n.*1. & cum
multis aliis docet Farin. *dicta q.*77. *de Teſt. n.*235.
qui *n* 236. *&* 237. declarat hoc procedere tan-
tùm in perſonis egregiis, non in ſenibus, & alias
impeditis, ſed de iſtis iam dixi *quæſt. præcedenti.*
† Quod ſi contingat eſſe magnæ dignitatis; ita vt 18
non deceat ire in domum Teſtium, & Teſtes ita
grauantur, vel ſunt impediti, vt nequeant rece-
dere ad præſentiam Iudicis; tunc Iudex pro illis
examinandis mittet Notarium in eorum domus,
licet cauſa ſit criminalis, ita Abbas *hic*, *n.*1. verſic.
ſi autem & Felin. *n.*2. Aretinus *n.*8. verſic. *niſi fortè.*
Et quoad ſecundum de cauſis ciuilibus magnis,
& arduis; Idem videtur dicendum, vt tenent
Abbas *hic n.*4. ad medium verſic. *puto ſic dicendum*
Felin. *n.*4. Campeg *de Teſt. regula* 228. *in tertio
caſu* Et applicabis quæ adduxi circa hoc *quæſtio-
ne præcedenti.*
Ad ſecundam quæſtionis partem, an egregia, 19
ſeu perſona illuſtris poſſit renuntiare priuilegio,
quod habet per textum *in dicta l. ad perſonas*, *ff.
de Iureiur.* de quo dixi, *à n.*1. Et in hoc puncto,
Alexand. *in dicta l. ad perſonas*, *n.*4 *in fine*, verſic.
quæro vtrum, poſt Gloſſam quam allegat *in l. nec
honore. Cod. de Epiſcopis*, *& Clericis*, vbi Cynus,
& Romanus *ſingulari* 169. Mench. *de ſucceſſionum
creatione*, §. 22. *n* 83. per text. *in cap.* 2. *de Iudic. lib.*6.
in verſ. *cæterùm fœmina* docent renuntiare non poſſe
eò quod tale priuilegiū fundatum eſt in reuerē-
tia perſonæ, & latè defendit Gom. *in d. c.* 2. *à n.*46.
Ego tamen exiſtimo contrariam ſententiam 20
veriorem eſſe, quam ſequuntur, Abbas *in cap.*

quamuis pactum 2. *p. in principio*, *n.*8. Baeza *de inope debitore*, *cap.*16. *à n.*41. Barboſa *in l. alia*, §. *eleganter ſoluto Matrimonio*, *num.* 11. Menochius *de arbitrariis*, *caſu* 70. Farinacius *de Teſtibus*, *dicta quæſtione* 77. *à num* 24. qui *num.* 243. ait ſecundùm practicam vidiſſe egregias, & nobiles perſonas ſæpiſſimè, ſic volentes venire ad Iudicis domum, & Notarij ad ſe examinandum, &
21 tradit Romanus *in dicta l. ad perſonas.*† Vbi Iaſon *n.*1. qui ait, quod non poſſunt generaliter tali priuilegio renuntiare, & ſe obligare, vt in futuris, quandocumque contigerit eos examinare perſonaliter coram Iudice comparere, & ſic cum hac declaratione exiſtimo tale priuilegium renuntiari poſſe, quando caſus occurrit, quod probo ex regula textus, *in l. penult. Cod. de pactis*, dum ait quod priuilegio competenti ratione dignitatis perſonæ renuntiari poteſt.

22 Vnde licet contraria ſententia fundetur in reuerentia competenti perſonæ; Tamen hoc procedit quando priuilegium conceditur non ſolùm ratione reuerentiæ, ſed etiam ſimul ratione pietatis, & dilectionis naturalis, quo caſu renuntiatio bonos mores offendit; alia tradit Balb. *in c.*1. *de foro comp q.*8. *à n.*86. vbi dicit quod egregia perſona habet priuilegium, ne inuita compellatur ire ad domum Iudicis pro ferendo teſtimonio, *ex dicto cap* 2. *de Iudiciis*, *lib.*6. ibi *inuitus*; ſi verò volens ierit actum fauere in priuilegio; non comprehenſum; itavt priuilegio renuntiate, aut contrauenire videatur, ſed hic modus ſatis deuinatorius eſt; verùm ex his quæ adduxi *ſupra*, *in cap. ſi diligenti de foro competenti* compertum eſt, poſſe quemlibet nobilem ſuo priuilegio renuntiare, vt ibi dixi, *propter Clericum*, *& alios*, de quibus ibi, *& quæſt.*10.

23 Et ſic non obeſt textus, *in dicto cap.* 2. *de Iudic*, *lib.*6 qui loquitur in monialibus, quæ etiam volentes à clauſtris Monaſterij exire non poſſunt ad teſtimonium ferendum, vt docet Felin. *hic n.*3. conſtat enim illud priuilegium non eis pertinere ratione dignitatis perſonæ, ſed quia ratione voti & Religionis profeſſæ, non poſſunt à clauſtris exire, quare ait Felin *ibi*, *n.*24. & adducti à Barb, *in dicta l. alia*, §. *& eleganter*, *ff ſoluto Matrimonio*, *n.*12. quod earum renuntiatio non debet valere arg. textus, *in l. pacta quæ contra*, *Cod. de pactis.*

24 Ad tertiam quæſtionis partem videtur dicendum quod in caſu, de quo loquimur, quando abſens eſt conſtitutus in dignitate, ſeu ratione infirmitatis, vel ſexûs eſt aliàs priuilegiatus, non teneatur perſonaliter comparere; tunc illam examinationem fieri expenſis petentis, & non priuilegiati ſeu impediti; quia aliàs priuilegiatus in hoc non plenè frueretur ſuo priuilegio, ſi ſuis expenſis id fieri deberet: Et huc pertinet Farinac. *de Teſt. q.*77. *n.*125. vbi cum Crauet. ad Veſtrium *lib.*6. *cap fin. n.*13. *ad medium*, & Seuerino *in tract. de remiſſionibus*, *cap* 29. *à n.*1. *&* 4. ait ſine difficultate remiſſoriam concedi expenſis illam petentis & producentis Teſtes, qui in ea nominati veniunt examinandi.

25 Quare Bald. *in l generaliter*, §. *de præſentib. C. de rebus creditis*, *& iureiur.* dixit mittendum eſſe ad examinandũ abſentem, vt eum iuramento abſoluat poſitiones, expenſis petentis, & ſic in Regalibus audientiis fit indiſtinctè expenſis petentis, vt docet Greg. Lopez. *in l.*22. in Gloſſa *ò ſi fuere otra parte in fine*, *tit.*5. *p.*3. ſequitur Guttier. *pract. lib.*1. *q.*63. *n.*2. vbi teſtatur de praxi in Superioribus Tribunalibus, ſed in inferioribus ceſſante conſuetudine, vel ſtylo in contrarium exiſtimat ſeruandam eſſe opinionem dicentium iſtud examen faciendum eſſe expenſis abſentis iuxta textum *in l.*2. §. *defendi*, *ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur*, ibi, *defendi autem videtur*, *qui per abſentiam ſuam in nullo deteriorem cauſam Aduerſarij ſui facit*, *non enim deterior fieri debet conditio litigantis propter abſentiam Aduerſarij*, *ſed ipſi abſenti debet abſentia obeſſe.* Ex his verbis exiſtimauit ibi Gloſſa *in dicto* §. *defendi*, verbo *deteriorem*, vbi Bart. Alberic. Angel. idem Bartol. *in l. fin. ff. de procurat. in* 2. *lectura*, & refert deciſum in Sacro Conſilio Neapol. Afflictis *deciſ.* 177. & in Capella Tholoſana, *deciſ.* 100. refert & ſequitur Menoch. *de arbitrariis*, *lib.*2. *centuria* 3. *caſu* 228.
*n.*3. *& à n.*10.† Vbi id verum eſſe etiam intelligit, 26
quando is abſens eſſet perſona egregia, & in dignitate conſtituta, quæ non poſſet cogi perſonaliter eſſe in Iudicio, ſed eſſet iuſiurandum domi tranſmittendum iuxtà textum *in dicta l. ad perſonas*, *ff. de iureiur.* quia adhuc illius expenſis tranſmittendum eſt, vt *in dicta deciſ. Capellæ Tholoſanæ*, reiecta opinione Speculatoris *in tit. de iuramento calumniæ*, §. *reſtat circa finem*, quoniam illius dignitas, atque nullitas non debet alteri detrimento eſſe.

Tamen in puncto noſtro non eſt recedendum 27
à prima opinione, licet quatenùs ſpectat ad iuramentum calumniæ, & ad abſoluendum poſitiones id fiat apud Tribunalia inferiora abſentis ſeu impediti expenſis, quia iſte caſus differt à caſu, de quo nos inquirimos, vt per ſe conſtat, & ob id ducuit idem Guttierr. *dicto n.* 2. *in fine cap.*63 *pract lib.*1.. quod ſi pars præſens petat, vt expenſis abſentis abſoluantur poſitiones, & iuretur de calumnia per ipſum abſentem, prætetquàm ſi præſens præter receptoriam, vel litteras requiſitorias ad producendos, vel examinandos ſuos Teſtes in loco, vbi eſt altera pars abſens, quia tunc ſimul expenſis petentis, vtrumque fieri poteſt, & debet nempe examinatio Teſtium, & partis abſentis, ſicut ſe vidiſſe communiter ſeruari teſtatur, & ſic conſidero dictum Baldi *in dicta l. generaliter*, §. *his præſentibus*, *Cod. de rebus creditis*, *& iureiurando.*

Vnde ſecundùm hoc videmus, quod ſchola- 28
ris, vel alius priuilegiatus expellens Fabrum, vel alium ſi in ſtudio perturbantem, etiam in propria domo commorantem iuxta tradita à Bartolo, & Doctoribus *in l.* 1. *in fine*, *ff. ſoluto Matrimonio*, non tenetur cum ſit priuilegiatus in hoc eidem Fabro expulſo, ſoluere æſtimationem domus, quia ipſe Faber poteſt domum ſuam alteri locare ſtrepitum non inferenti; vel eam vendere, & hoc quando domus illa relicta à Fabro vſui publico non deputaretur, aliàs enim ſi vſui publico deputaretur, putà Scholarum, vel ſimili de publico eſſet ſoluenda ei æſtimatio domûs, vt in terminis reſoluit Rebuffus *in tractatu*, *de priuilegiis Scholar. priuilegio* 3. *num.*7. *volumine* 11. *tractatu de diuerſor. Do-*
ctor. fol. 93. † Tradit Guttierrez *vbi ſuprà nu-* 29
mero 3. *in fine*, vbi expendit, *à numero* 1. *textum in l.*3. *tit* 7. *lib* 4. *recopilationis.*

Eſt ergo notanda Regula ex texto *in leg. ſed ſi* 30
hæreditas, §.1. *ff. ad exhibendum* eum teneri ad expenſas, cuius gratia actus celebratur, vbi Doctores, & ſic intereſt abſenti eius expenſis, erit ipſe examinandus iuxta relatam deciſionem,

Afflictis

Afflictis 176. & Capellæ Tholoſanæ, *deciſ.* 174.
31 Boërius *deciſ.* 305. † Et ob id ſi quis petat vt vocentur Teſtes de longinquis partibus erunt examinandi expenſis petentis, quibos debentur præſtari expenſæ victus & omnia, Chachert. *in*
32 *deciſ.* 45. † Item delatio iuramenti abſenti præſtaodaeſt, præſtanda expeoſis abſentis reſpondere debentis: dicta Capella Tholoſ. *in deciſ.* 100.
33 † Et ob id delinquentis remiſſio fieri debet expeoſis peteotis remiſſionem, Boërius *deciſ.* 303.
34 Ricc. *collect.* 1015. † Qui cum Francbis *deciſ.* 333. ait partos expoſiti cognitiooem fieri expenſis petentis cuſtodiam, & Franc. Marc. *in deciſ.* 221. docet cuius expenſis ſint mittendi Commiſſarij pro
35 examinandis Teſtibus. † Qoi *in deciſ.* 234. quem eſſe incarceraodum expenſis petentis carcerationem.
36 † Imò & Emptor denuntians Venditori litem ſibi motam noo tenetur omnia acta moleſtiæ ſuis ſomptibus exhibere, Theſ. *in deciſ.* 218.
37 † Et paoper litigans, ſi alioodè non habet, & præſomptiooem habet de bono iore litem perficit expenſis alterios partis, Creſcent. *in deciſ.* 8.
38 *de Iudiciis.* † Et Afflictis *in deciſ.* 74 ait qood Debitor carcerstos debet ali expenſis Creditoris.
39 † Et expoſitus eſt alendos expeoſis Epiſcopi,
40 Theſaur. *in deciſ.* 118. *Senat. Pedmont.* † Tamen caoſa committenda erit coosultori, ſumptibus commuoibus, Ioſeph, Ludooic. *in deciſ. peruſ.* 74.
41 † Excoſſio verò bonorum aliqoando fit expenſis alterius, quàm petentis, Minand. *in deciſ.* 16. alia dixi *in cap. finem litibus de dolo, & contumac.*

QVÆSTIO III.

Remiſſoria ad examinandos Teſtes quando ſit concedenda aut deneganda, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus: Coram quo Iudice præſentetur: An ſit neceſſaria citatio: De termino ad examinationem: Et an detur remiſſoria ad partes Iudicio cõfidentia?

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria ad Teſtes examinandos ſolet dari, vel ſi ſunt extra prouinciam, vel aliter abſentes, num.* 2. 3. 4.
5 *Remiſſoria in cauſis profanis, quando detur, datur ad examinandos Teſtes, ſenes impeditos, aut egregios, num.* 6. 7.
8 *Remiſſoria, quæ iure non conceditur benè datur, vbi morbo, vel alio impedimento Teſtes venire nequeunt, vel ſi producens Teſtes, nimis pauper ſit, n* 9.
10 *Remiſſoria in quibus caſibus concedatur, ſeu denegetur, n.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
19 *Remiſſoria à Iudice non denegatur, niſi ob iuſtam cauſam aliàs appellari quit. n.* 20. 21. 22. *&* 23.
23 *Remiſſoria datur ad probandum appellationem viuâ voce interpoſitam, non ſi in ſcriptis.*
24 *Remiſſoria multis in caſibus denegatur, vt ſi calumnioſè petatur, & aliis n.* 25. 26. 27. 28. *& à numero* 29.
39 *Remiſſoria in criminalibus datur, ſi neceſſitas vrget, aliàs non n.* 40. 41. 42 43. 44 45. 46. 47. 48. 49 50. 51.
49 *Remiſſoria in criminalibus denegata, Iudex poterit transmittere Notarium, ſeu Commiſſarium ad locum, ad quem petitur, n.* 50. 51.
52 *Articuli, ſuper quibus Teſtes examinandi ſunt, præſentantur coram Iudice mittente.*
53 *Remiſſoriam poſſunt concedere etiam delegati, & ſubdelegatus Principis, n.* 54. 56. *quid de Auditoribus ſacra Rota, n.* 55. *fallit in arbitris, & compromiſſariis n.* 57.
58 *Citatio eſt neceſſaria in remiſſoria, quæ conceditur ad examen Teſtium, & ad eorum aperturam, n.* 59. 60.
61 *Terminus ad examen Teſtium remiſſorialium, qualis prorogatur, n.* 62. 64. *currit à die præſentationis litterarum, n.* 63.
65 *Remiſſoria non datur poſt ſeruatum terminum ad articulandum.*
66 *Remiſſoria non datur ad partes Iudicio confidentia, & de ſtylo Romanæ Curiæ, n.* 69. *Nec dari ad probandum ſummariam, n.* 67 68. 70.
71. *Remiſſoria in beneficialibus non datur n.* 72. *nec ad probandam nullitatem penſionis, & ſi fortè concedenda ſit debet præcedere fumus reuelantia n.* 76. *quid de Rota Auditoribus, numero* 75.

Licet harum quæſtioonum DD. agant *in cap. cum cauſam.* 37. *hoc tit.* per verba ibi, *quia verò vtrique parti nimis exiſteret onerosum: vt Teſtes producerent coram nobis mandamus quatenus recipias Teſtes, &c.* vt docent Butr. *ibi n.* 2. Abbas, Felinus, Aretinus, & alij; tamen qoia hæc multùm ſpectaot ad doctrinam textûs noſtri, ideò de his omnibus inquiro, imò Beliam. *hic num.* 13. *in quinta quæſtione,* & Butr. *n.* 5. verſic. *dat ſimile,* & verſic. *fallit etiam,* doceot qnod in ciuilibus concedenda eſt remiſſoria ad examinandos Teſtes abſentes, & extra prouinciam exiſtentes, quod probat textus, *in l. Iudices,* & multi à Farinac. relati *de Teſt. q.* 77. *à n.* 1. vbi latiſſimè per tres capitulos agit de caſibus, in qoibos remiſſoria conceditur, necne, qoibos omnibos adiongo, qoæ coogerit Ricc. *collect.* 128. *ad text. in dicta l. Iudices cum Auth. ibi poſita, Cod de fide inſtrum. & collect.* 1586. *ad Authenthic. de Teſtibus. §. quoniam, & in collect.* 2026. *in dicta Auth. de Teſt. §. ſi verò,* qui omoes à contrario docent generaliter hanc remiſſoriam denegari io cauſis criminalibus: Et applicabis dicta *ſupra in cap. fin. de libelli oblatione, q.* 4. *§.* 9. vbi *de proceſſu, qui fit virtute remiſſorialium Curiæ Romanæ,* & ibi *à n.* 23. *de remiſſorialibus litteris ad canonicationem SS.* & ibi *à n.* 16. *de compulſorialibus:* Nonnolla applicabis de remiſſoria delinquentis, *in cap.* 14. ſupra, *de foro competenti.* 1

Quare ne longè agam breuis ero io aſſignatione caſuom: Et in primis dico remiſſoriam concedi ſolere, oon ſolùm ad examinandos Teſtes, qui ſunt extra Prouinciam abſentes, ſed etiam quaodo ſunt abſeores commorantes intra Prouinciam, veluti in aliqoa ciuitate aut loco, noo ſubiecto gubernio & regimioi Iudicis examinantis. † Imò ſolet concedi etiam loco ſubiecto gubernio, dummodò locus ille ſit longinquus, tradit Vocat. *in tractatu de litteris remiſſor. cap.* 30. *n.* 41. vbi pariter diſtinguit inter locum propinquum, & longinquom: Nam & propinqoom ſolent ire Teſtes ad Iudicem, vel ab eo mittitur Notarius, vt eos examinet iuxta dicta *quæſt.* 1. Tamen ſi locus longinquus eſt ſine dubio dandam eſſe remiſſoriam. † Et addit Siuetol. *in tractatu de remiſſionibus, cap.* 19. *à num.* 1. quod ſi iuſta cauſa nulla fuerit denegandi remiſſoriam illam eſſe coocedendam, ſiue io eadem Prouincia, ſiue io alia Teſtes fuerint.

Fermoſin. de Probationib. Tom. I.

5 Et ſic ſit vt remiſſoria concedatur in cauſis
profanis, quando articuli ſunt releuantes, &
ſufficit vnum Articulum eſſe releuantem, licet
alij ſint irreleuantes, tradit Ricc. *dict. collect.* 2026.
in principio, & quæ dicantur cauſæ profanæ ad
iſtum effectum, Farinac. *in deciſ.* 303. qui *deciſ.* 338.
agit an remiſſoria in profanis paſſim conceda-
tur abſque fumo, quando Articuli ſunt releuan-
tes, & etiam quod abſit præſumptio calumniæ
ſemel conceſſa, quando iterùm concedi debeat.

6 Igitur iuxta textus noſtri doctrinam, & tex-
tus *in dicta l. ad perſonas, ff. de iureiurando*, dico
multò magis dari remiſſoriam ad examinandos
Teſtes ſenes, valetudinarios, impeditos, egre-
gias perſonas, & alios, de quibus ſupra cum hac
diſtinctione, vt ſi præſentes ſint in loco Iudicij;
tunc mittet Iudex Notarium, vt eos examinet
domi, ſin autem abſentes ſint; tunc dandam
eſſe remiſſoriam ad illos examinandos ſecun-
dùm Gloſſam *hic*, vbi Innocentius in verſic. *vel
ad Iudicem*, Hoſtienſ. *n.* 1. Enric. *n.* 4. Bellamera
n. 2. Abbas *n.* 2. *in fine*, Cyn. *in dicta l. Iudices, Cod.
de fide instrument.* vbi quod de hoc nullos dubi-
7 tat cum aliis Farinac. *dicta q.* 77. *n.* 5. † Qui *n.* 6.
ait cum Felino *hic n.* 5. multò magis conceden-
dam eſſe remiſſoriam de conſenſu partium.

8 Notabis regulam maximè ſubſtantialem ad
hanc materiam remiſſoriæ, quod in caſibus, in
quibus de iure non creditur, benè datur, vbi
morbo, vel alio impedimento Teſtes venire non
poſſunt, ita docet Benint. *in deciſ.* 704. *n.* 4. Caſſ.
in deciſ. 4. *de dilat.* Ricc. *collect.* 1721. ad textum
in dicta l. Iudices, vbi cum Caſſard. *deciſ.* 5 *de ſe-
queſtrat. poſſeſſ. & fruct.* ait eo magis huiuſmodi
concluſionem procedere, vbi conſtaret in peten-
9 te calumniam abeſſe. † Et ob id addo cum Ho-
ſtienſe *hic*, *n* 3. verſic. *vel dic*, *& n.* 4. *&* 5. & cum
Ioanne Andrea *n.* 5. verſic. *poſſet*, Henrico Boyc.
n. 1. verſic *poſſet*, Butrio *n.* 7. verſic. *verum*, An-
chart. *n.* 4. Abbate *n.* 8. Felino *n.* 9. magis conce-
di remiſſoriam, quando producens Teſtes, ita
pauper eſt: vt non poſſit ſubminiſtrare expenſas
Teſtibus pro itinere ad locum Iudicij.

10 Et cum plures ſint caſus, in quibus remiſſoria
conceditur, quos ad extenſum congerit Virgil.
Vocat. *in tract. de literis remiſſor. cap.* 4. *per totum.*
vbi videbis; ideò nonnullos tantùm ſcribã, quo-
rum exemplis ad alios porriges, inter quos con-
ceditur, etiam in cauſa feudali, licet grauis ſit,
Afflictis *in tit. de inueſtitura inter Dominum &
Vaſſallum, cap.* 1. *à n.* 54. Carauit, *ſuper ritu magnæ
Curiæ* 158. *n.* 4. verſic. 4 *limita*, vbi quod præſti-
tu iuramento per Teſtes coram Iudice cauſæ
examen committitur, ſi verò, *l. de remiſ. cap.* 17.
n. 4. vbi facit generalem concluſionem, quod ſi
de feudo vel emphytheoſi lis fuerit remiſſoria
conceditur.

11 Item conceditur pro examinandis Teſtibus ad
comprobationem inſtrumenti in actis producti,
ac etiam ad inſpectionem alicuius inſtrumenti in
partibus exiſtentibus vt videam ſi eſt Authenti-
cum, vel non iuxta textum *in dicta l. Iudices*, ver-
ſic. *hoc etiam*, & ibi Gloſſa, vbi Bald. Bart. Cyn. Al-
beric. Fulgoſ. & Salicet. & addit Gailius *obſer-
uat.* 96. *ante n.* 1. *lib.* 1. dari etiam ad probandum
inſtrumentum, & concedi pro facienda proba-
tione partium per Teſtes, & partium per inſtru-
menta, & ad examinandos Teſtes pro recogni-
tione inſtrumentorum, & Sigillorum; ita cum
12 multis Farinac. *de Teſt. d. q.* 77. *à n.* 8. † Qui *n.* 12.
& 13. dicit eam non concedi pro extrahendis in-
ſtrumentis, nec ad probandum ea, quæ conſtare
per ſcripturam vel per inſtrumenta, & ſic intelli-
gitur Ricc. *dicta collect.* 1586. verſic. *amplia tertio*,
quatenùs dicit cõcedi poſſe, non dum ad compro-
bationem inſtrumenti, verùm etiam ad illius re-
probationem.

Sed an pro repulſandis Teſtibus concedatur, 13
& breuiter dico non concedi, præſertim quando
quis vellet examinare Teſtes ad pulſandum alios
Aduerſarij Teſtes examinatos à Iudice delegatos,
cui Teſtium remiſſio facta eſt, expendit Farinac.
cum aliis *dicta q.* 77. *à n.* 84. † Vbi *n.* 66. *&* 67. li- 14
mitat, quando fuiſſet delegato conceſſa poteſtas
examinandi Teſtes reprobatorios, vel quando
fuiſſet delegato conceſſa receptio Teſtium gene-
raliter, vel ſuper tota cauſa; nam his duobus ca-
ſibus delegatus receptus ad examinandum Te-
ſtes vnius partis, poterit etiam examinare Teſtes
reprobatorios alterius abſque noua remiſſoria,
Seuerol. *in tract. de remiſ. c.* 39. *in fine, & n.* 2. etiam
in fine, pro quo faciunt quæ adduxi *ſupra in c.* 2.
de cauſa poſſeſ. & propriet. † Et Virgil. Vocc. *in di-* 15
cto tract. de literis remiſ. c. 4. *n.* 4. ait hoc non pro-
cedere, quando petens remiſſoriam pro repulſan-
dis Teſtibus vellet probare illos fuiſſe corruptos:
nam tunc non denegatur. † Et Seuerol. *in d. tract.* 16
de remiſ. cap. 8 *à n.* 2. dixit quod conceditur remiſ-
ſoria ad faciendum Teſtium refutationem, quan-
do ex hac refutatione plenè probatur ius exci-
pientis, licet ſecus quando tale ius non probare-
tur, & ex his intelliguntur Bellam. *in deciſ.* 410. &
Cotta *in deciſ.* 259. quatenùs docent abſolutè non
concedi pro repulſandis Teſtib. ex aduerſo pro-
ductis; videbis Caputaq. *in deciſ.* 54. *p.* 3. Ricc. *dicta
collect.* 1586. *in fine &* 228. in verſic. *limita* 5.

Item conceditur remiſſoria in cauſa meri & 17
mixti Imperij, Minand. *deciſ.* 7 quem tradit Ricc.
dicta collect. 228. *in fine.* † Item licet de iure ſe- 18
cundùm aliquos in cauſa Matrimonij conceda-
tur, nempe ad probandum primum, vt ſecundum
dirimatur. Tamen iam hodie iuxta Tridentini De-
cretum *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. quo cauetur, vt antequàm
Matrimonium contrahatur illud tribus diebus
feſtiuis inter ſolemnia Miſſarum publicè denun-
tietur à Parrocho, qui librum habeat, in quo
Coniugum & Teſtium nomina, diemque, & lo-
cum contracti Matrimonij deſcribat, ac diligen-
ter apud ſe cuſtodiat, dubitat Virgil. Voccat. de
veritate huius ampliationis, quia ex dicta conci-
lij reſolutione, videtur ſolùm permiſſa probatio
Matrimonij publicè contracti per librum Parro-
chi, aliàs dicetur clandeſtinum, vt *in dicto cap.* 1.
& conſequenter non eſſe concedendam remiſſo-
riam ad probandum id quod per ſcripturam, hoc
eſt per librum Parrochi probari poteſt, ſed tunc
tantùm dari compulſoriam ſpecialẽ ad extrahen-
dam partitam libri ipſius Parrochi, vel pro reco-
gnitione ipſius libri, vel ſi ille liber Parrochi de-
perditus eſt; tunc dari poſſe ad effectum, vt tale
Matrimonium probetur per Teſtes, & faciunt
quæ adduxi *num. præcedenti.*

Notandum eſt tamen quod multi abſolutè 19
exiſtimant eſſe in arbitrio Iudicis, tum in ciuili-
bus, quàm in criminalibus remiſſoriam dare, vel
denegare, & ob id Caſſ. *in deciſ.* 2. *de dilat.* Capu-
taq. *in deciſ.* 68. *&* 70. *p.* 3. Put. *in deciſ.* 366. *lib.* 2.
Verall. *in deciſ.* 60. *p.* 3. & Ricc. *in collect.* 1721. do-
cent Iudicem prudentem & circumſpectum il-
lam dare, cum iudicauerint illam releuantem,
quia

Digitized by Google

quia fruſtra ſpectatur probatio, quę cũ probatur,
non releuaret, & ſic Bellam. *hîc n.* 10. verſ. *in vero*,
ait id Iudicẽ arbitrari ex qualitate teſtiũ ex loci
diſtantia, natura cauſæ, & conditione perſona-
20 rum. † Et Caſſad. *vbi ſuprà dicto n.* 2. *in fine*, di-
cit, quod remiſſoria datur, & negatur arbitrio
auditorum attentis probationibus alterius, vel
vtriuſque partis, & alibi dicit quod hæc mate-
ria eſt arbitraria; imò addit id procedere tam
21 in ciuilibus, quàm in criminalibus. † Vnde
quamuis alij relati à Farinacio *dicta q.* 77. *à n.* 52.
dicant nullo modo hoc conſiſtere in Iudicis ar-
bitrio, ſed quod tenetur illam omnino conce-
dere; ego dico ad id teneri, quando ſine cauſa
illam negare velit; quod ſi ſit cauſa; tunc pen-
dere ab eius arbitrio ex doctrina Felini *in cap.
cauſam* 37. *hoc tit. num.* 31. verſic. *& quamuis*, &
Ioannes Andreas *ibi*, Siuer. *in tract. de remiſſo*,
cap. 8. *num.* 3.

22 Vnde dico cum eodem Siuerolo *de remiſſ. c.* 18.
num. 3. *in fine*, & *in cap.* 1. *n.* 3. *in fine*, & *in cap.* 12.
à n. 3. quod ſi ſine iuſta cauſa negetur remiſſo-
ria, poteſt illam petens appellare à tali denega-
tione, veluti reſtitutione in integrum; econtra
tamen contingere quoties cauſa deneganda adeſt
in ciuilibus, non ſic in criminalibus, tradit Farin.
23 *d. q.* 77. *num.* 4. † Qui tamen *à n.* 18. ait remiſ-
ſoriam concedi etiam ad probandam appella-
tionem, quando apponitur non fuiſſe appella-
tum poſt litem conteſtatam, quia talis exceptio
peremptoria eſt; ſic cum Felino, & Ioanne An-
drea *in cap.* 1. *de appellat.* & Seneroi. *d. tract. de
remiſſ. cap.* 9. *à n.* 1. ait ſic procedere, quando
agitur de probando appellationem interpoſitam
viuâ voce, ſecus interpoſitam in ſcriptis, quia
tunc non datur remiſſoria, ſed compulſoria. Et
ibi *n.* 5. ait dari remiſſoriam ad probandam nul-
litatem ſententiæ, ſi ea peremptoriè fuerit ap-
poſita.

24 Ex his ergo iam vides multis in caſibus re-
miſſoriam denegari, veluti quando ea calum-
nioſè petitur Doctores, *in dicta l. Iudices*, *Cod.
de fide inſtrument. ad finem*, ibi, *& hoc ſi iuſtè peti
Iudex inuenerit*, vbi Baldus *num.* 1. Salicetus
num. 2. Caſtrenſis *n.* 3. & alij relati à Farinacio
dicta q. 77. *n.* 22. *&* 23. quibus addo Caſſad. *in
deciſ.* 5. *de ſequeſtrat. fruct.* Caputaq. *in dec.* 136 *p.* 1.
quatenus dicunt remiſſoriam concedi, ſi conſta-
ret in petente calumniam abeſſe; tradit Riccius
dicta collect. 1721. ad textum *in dicta l. Iudices*, &
collect. 1356. verſic. *nunc limita*, & latè, *col.* 2026.
vbi cum Farinacio *in deciſ.* 94. qui benè explicat,
quando dicatur calumnioſè petita, & *in dec* 98.
25 *&* 303. † Qui *deciſ.* 330. vt refert idem Ricc.
dicit remiſſoriam concedi regulariter ad exami-
nandos teſtes, non retardata expeditione cauſæ,
quando ſuſpicio eſt quod calumnioſè petatur,
qui etiam in *deciſ.* 306. agit de quæſtione an re-
miſſoria denegetur, quando abeſt calumnia, &
articuli ſunt releuantes, vbi quomodò dicatur
abeſſe calumnia; & quando articuli dicantur re-
26 leuantes. † Et *deciſ.* 198. tradit non denegari
remiſſoriam, quando conſtat de releuantia arti-
culorum, & non petitur calumnioſè, ſed de-
negari, quando agitur de probatione eius, quod
per Scripturam probari poteſt, qui etiam *in de-
ciſ.* 92. agit de alia quæſtione, an detur, quando
articuli continent inuerisimilia, quando ſunt
irreleuantes, & quando eſt vehemens calumniæ
præſumptio, & quando agitur de reprobatione
aliorum teſtium, & de detegendo crimine. † Et 27
ſic etiam Farinacius cum aliis *d. q.* 77. *de Teſti-
bus*, *n.* 23. *&* 24. dicit non concedi ad proban-
dum remiſſoriam, niſi prius probetur aliquis
fumus non exiſtentis calumniæ, ſed relinqui
Iudicis arbitrio ſuſpicionem fraudis, & calum-
niæ. † Itaque Odofred. *in Authent. apud elo-* 28
quentiſſimum, *n.* 2. verſic. *ſed circa*, *Cod. de fide
inſtrument.* & Albericus ibi *n.* 1. conſiderat pro
cauſa non concedendi remiſſoriam, quando Do-
minus loci; vbi ſunt examinandi teſtes valde
amicus eſt producentis, & inimicus illius con-
tra quem producuntur.

Abhinc reſolutiuè adjiciens alios caſus, in 29
quibus non conceditur remiſſoria, veluti quan-
do petens remiſſoriam fuerit negligens in pro-
ducendos teſtes exiſtentes in loco Iudicij, &
qui poſtea receſſerunt; ita Riccius *collect.* 1586.
in verſic. *limita* 4. idem cum Verallo *d. collect.* 228.
† Vbi etiam dicit non dari ei, qui potuit exa- 30
minare teſte in partibus lite pendente. † Nec 31
concedi ante litem conteſtatam, de quibus etiam
Farinacius *d. q.* 77. *num.* 39. *&* 44. † Qui etiam 32
n. 45. docet non concedi, quando loci conſue-
tudo, ita ſuadet. † Item quando petitur re- 33
miſſoria poſt publicationem aliorum teſtium
examinatorum ibi *n.* 47.

Vel poſt rem iudicatam, ibi *n.* 48. cum aliis, 34
quibus addo Riccium *dicta deciſ.* 228. *&* 486.
& 1721. quia poſt rem iudicatam eſt impoſitus
finis litibus, & probationes non ſunt recipien-
dæ, *cap. cum Bertholdus de re iud.* & teſtatur de-
ciſum Rub. *in deciſ.* 199. *p.* 1. Et an remiſſoria
impugnans rem iudicatam, ſit concedenda vel
lata ſententia, ſuper ſeparatione tori in conſe-
quentiam veniat lucrum dotis, Ricc. *collect.* 2026.
cum Farinacio *deciſ.* 134. † Vel quando petitur 35
ad probandum id, quod probatum non releuat,
vt iam dixi, & docet cum aliis Farinacius *n.* 46.
† Aut quando agitur de leui præiudicio, vel 36
in cauſa meri poſſeſſorij, ſi ita Iudici viſum ſit
idem Farinac. *à n.* 58. † Nec datur ad proban- 37
dum exceptiones dilatorias, aliáque incidentia
ex cauſa principali: ita Speculat. *in tit. de dilat.*
§. 1. *col.* 2. verſic. *illud quoque*, Siuerolus *in tract.
de remiſſ. cap.* 8. *n.* 1. † Vel quando petitur re- 38
miſſoria in tertia inſtantia, poſt duas ſententias,
latas aduerſùs eam petentem; idem Farinac.
n. 49. Et an remiſſoria ad examinandos teſtes,
quando articuli non ſunt releuantes, & quod
matrimonium non dicatur metu contractum;
refert Riccius *d. col.* 2026.

Ad ſecundum de criminalibus, abſolutè do- 39
cent remiſſoriam non concedi DD. per textum,
in Authentica apud eloquentiſſimum, *Cod. de fide
inſtrument.* & *in d. l. Iudices*, Innocentius *hîc*,
& Bellamera *n.* 5. & multis adductis Farinacius
videndus *d. q.* 77. *à n.* 71. † Vbi ait vt nec detur 40
remiſſoria pro reprendis Teſtibus procuræ in-
formatione examinatis, vbi *à num.* 51. agit eam
etiam denegari pro ciuilibus arduis, ſicut pro
criminalibus; ſed de hoc iam dixi, *q.* 1. videbis
Riccium *d. collect.* 228. & Farinac. addit nec dari
ad probandum periurium ibi *n.* 89.

Tamen hoc dictum fallit quando agitur de 41
examinandis Teſtibus ſenibus, aut aliàs impe-
ditis, vel indignitate conſtitutis tradit Farinac.
ſuprà n. 100. † Vbi *à n.* 104. *&* 105. cum aliis 42
dicit eam dari, quando examinandi ſunt teſtes
ad defenſionem rei inquiſiti, etiam quod adſit

43 timor ſubornationis. † Vel quando agitur de
44 crimine per viam exceptionis. † Vel ſi de eo
agatur ciuiliter, vel in cauſa hæreſis. Vel ſi pe-
titur remiſſoria ad inſtantiam fiſci, & non ac-
cuſatoris, ſi ſumus in caſu, quando teſtes ſunt
ſub aliena iuriſdictione, nec poſſunt teſtes cogi
venire ad locum iudicij: ita idem Farinacius ex-
pendit *ſuprà n.* 110. vbi ait extra hunc caſum non
dari, nec ad inſtantiam fiſci, nec accuſatoris.
45 † Et in delictis occultis difficilis probationis;
& in quibus veritas aliter haberi non poteſt, da-
46 tur etiam remiſſoria. † Vel quando petitur non
ad probandum delictum, ſed ad probandum in-
dicia remota, & adminiculata; idem Farinac.
*n.*112. qui contrarium refert, *n.*113.

47 Quare licet Baldus *hic num.* 1. *in fine*, Felinus
*n.*2. verſic. 2. dicant abſolutè ex noſtro texto
concedendam eſſe remiſſoriam, etiam in crimi-
nalibus: tamen eorum ſententia eſt tantùm in-
telligenda iuxta caſus ſuprà *n. præcedenti relatos*,
veluti quando neceſſitas vrgeret concedendi re-
miſſoriam putà, quia teſtes non ſunt de iuriſ-
dictione illius loci, vbi tractatur cauſa, & ſic
Iudex non poſſet compellere eos ad ſe venire,
tunc enim, ne veritas occultetur, vel pereat,
aut ne delicta maneant impunita, etiam in cri-
minalibus conceditur remiſſoria: ſic Baldus *in
d. Authent. apud eloquentiſſimum*, *n.*2. & 1. ex-
pendit cum multis Farinac. *d. q.*77. *à n.*92. vbi
benè declarat, & videndus *n.*72.

48 Itaque ſi teſtes non audeant venire ad locum
Iudicij, propter non tutum acceſſum, vel pro-
pter repreſalias; tunc etiam vbi cauſa crimina-
lis intentatur, eſt concedenda remiſſoria pro eis
examinandis, vt tradit Aretinus *in d. Authent.
apud eloquentiſſimum*, §. *ſed quid ſi*, Alberic. *n.*2.
verſic. *ſi iuſto metu*, pro quo faciunt quæ adduxi
ſuprà *in cap.*4. *vt lite non conteſtata*, vbi plura *de
exceptione loci non tuti*.

49 Vnùm tamen notabis quod etſi remiſſoria in
criminalibus non veniat concedenda: tamen
plerumque Iudex poterit, ſi ſibi videbitur tranſ-
mittere Notarium, ſeu commiſſarium ad locum,
ad quem petitur remiſſio, quia aliud eſt com-
mittere examen teſtium, & aliud remittere, &
ſic vbi Iudex eſt impeditus per ſeipſum exami-
nare poteſt alteri dictum examen committere,
quia idem eſt, ac ſi ipſemet examinaſſet, vt
ſentit Cardinalis Zabarella *hic col.*1. verſic. *hoc
non videtur*, vbi dicit quod licet in criminalibus
teſtes debeant eſſe in præſentia Iudicis; ille ta-
men qui mittitur à Iudice erit loco Iudicis.
50 † Vnde facilius tranſmittitur commiſſarius,
quàm conceditur remiſſoria ordinarijs locorum;
Videbis Farinacium vbi alia congerit *d q.*77. *de
Teſtibus*, *n.*114. Lancellot. *de attem. p* 3 *cap.*26.
*n.*137. Claudius ad Bertaxolium *conſ.*136 *in fine*,
*lib.*1. Grammat. *conſ.*41. *in fine*, *n.*19. verſic. *ex
51 quibus*. † vbi dicit quod ne anguſtetur facultas
probationum, ſi teſtes ſunt extra locum Iudi-
cij, nec Iudex ad eos examinandum accedere
poſſit; tunc eligitur vnus Doctor, cum aliquo
ſcriba, & eidem Doctori fit commiſſio pro exa-
minandis dictis Teſtibus nedum impeditis, ve-
rùm etiam ſanis, & qui venire ad curiam poſ-
ſint, quam praxim in his Regnis ex communi
ſtylo receptam eſſe video, tam in Curia Eccle-
ſiaſtica, quàm in Regia.

52 Ad tertiam partem quæſtionis breuiter dico,
quod articuli, ſuper quibus teſtes examinandi
ſunt, dandi erunt coram Iudice remittente, ad
hoc, vt is poſſit videre, an ſint releuantes, &
admittendi, necne, quod non poteſt facere Iu-
dex de cauſa non informatus: ſic Virgil. Voc-
cat. *in tract. de litteris remiſſ. cap.*5. *à num.*1. ex
Ioanne Paolo, quem allegat *deciſ.*2. Peregrinus
*deciſ.*221. dicit hanc concluſionem fore limi-
tandam duobus in caſibus. Primo quando ar-
ticuli continerent liquidationem fructuum. Se-
cundo in articulis reprobatoriis, in quibus di-
cit articulos eſſe producendos coram Iudice de-
legato.

Vnde non leue eſt dubium, an Iudices dele- 53
gati poſſint concedere litteras remiſſoriales ad
examinandum teſtes, vt conceduntur ab ordi-
nario, vel an is, cui remiſſa eſt teſtium exami-
natio, poſſit vices ſuas ſubdelegare. Et ad pri-
mum dico, quod omnes delegati, ſiue à Prin-
cipe, ſiue ab ordinario, poſſunt remiſſoriam
concedere, vt notant Doctores per textum, *in
d. l. Iudices*, *Cod. de fide inſtrum.* & *in cap. ſignifi-
cauit de officio ordinarij*, & *in cap. conſtitutus in
fine*, *de fideiuſſoribus*. † Quod idem in ſubdele- 54
gato Principis verum eſſe dicunt; nam, & is
Iudicij appellatione comprehenditur. Videbis
quæ tradit Bellamera *hic poſt num.*5. Siuerol. *in
tract. de remiſſ. cap.*4. *per totum*: alia congerit Fa-
rinacius *de Teſtibus*, *d. q.*77. *n.*149. † Vbi do- 55
cere videtur hoc non practicari in auditoribus
Sacræ Rotæ, qui non ſolent remiſſorias con-
cedere, niſi de partium conſenſu peteretur, vel
ſpeciali reſcripto mandatum eſſet; ſed exiſtimo
ſine difficultate has litteras poſſe ad articulum
examinandi concedi à Iudice delegato per ea,
quæ ſcribunt Balboa, & Doctores *in cap. cum
Bertholdus* 18. *de ſententia*, & *reiudicata*, *num.*21.
De ſecundo articulo videbis quæ dico infrà *in d.
cap. cum Bertholdus*: de quo agit Bellamera *hic
n.*4. & Zabarella *col.*2. *in fine*, cum multis Fari-
nac. *dicta q.*77. *à n.*150. vbi latiſſimè.

Vnum tamen notabis poſſe delegatum, cui 56
commiſſa eſt facultas recipiendi teſtes illos com-
pellere ad ſe examinandum, ſi ſe ſubtrahant, ſi
ita in litteris remiſſorialibus cautum ſit, aliàs
ſecus; ita Felinus *in cap.*1. *de Teſtibus cogendis*,
Farinac. *de Teſtibus*, *dicta quæſt.*77. *num.*171. &
latè *q.*78. *n.*23. vbi cum multis.

De Iudicibus arbitris, & compromiſſariis 57
dico non poſſe concedere has remiſſorias ad exa-
minandos teſtes extra locum Iudicij, cum iuriſ-
dictione careant, *ex l. priuatorum*, *Cod. de iuriſd.
omn. Iud.* niſi hoc fiat de conſenſu partium, vt
ait Virg. Voccat. *in tract. de litteris remiſſor. cap.*1.
*n.*4. *in fine*, cum Felino *hic num.*5. & Angelus *in
Authent. de Teſtibus*, §. *quoniam*, *n.*29. verſic. *ſe-
cus*, dicit concluſionem limitari in arbitrio iu-
ris electo ex forma ſtatuti: nam is habet iuriſ-
dictionem ordinariam & municipalem, *l. fin. Cod.
de Iudicijs*: ſequitur Siuerol. *in tract. de remiſſ.
cap.*3. *num.*2. vbi ait in arbitris electis lege mu-
nicipij ſine difficultate tenet, vt poſſint remiſ-
ſoriam dare, quia & arbitri Iudices appellantur,
& ſic intrare diſpoſitionem text. *in d. l. Iudices*,
Cod. de fide inſtrumentorum.

Ad quartam partem quæſtionis dico, quod 58
cum in conceſſione remiſſoriæ, requiratur cauſæ
cognitio, an ſi ſcilicet iuſtè petatur, vt notat
Ioan. Sicat. *in d. l. Iudices Cod. de fide inſtrument.
n.*3. *in fine*, verſic. *niſi cognita*, Siuer. *in tract.
de remiſſ. cap.*5. *n.*2. & *cap.*21. *n.*1. Voccat. *in*

tract.

Digitized by Google

tract. de litteris remiſſ. cap.2. n.1. in princip. Ideo
iuxta ea, quæ adduxi ſuprà *in cap 2. hoc tit.* aſ-
ſerendum, regulariter requiri citationem in
conceſſione remiſſoriæ coram Iudice eam con-
cedente, & antequam eam concedat, quæ de-
bet eſſe citatio ſpecialis ad videndum concedi
litteras remiſſoriales, nec ſufficit id tantùm, ſed
etiam debet concedi ad concordandum de Iu-
dice, & de loco, vbi teſtes examinari debeant,
59 & de loco liei. † Imò & citari debet pars ad
videndum litteras Claudi, & tradi Latori, &
eidem iuramentum deferri, de illis fideliter por-
tandis, & præſtandis, & quod etiam fiat in loco
60 deſtinati examinis. † Imò poſtquam examina
teſtium fuerint remiſſa à Iudice delegato Iudici,
qui remiſſoriam conceſſit, debet citari pars ad
videndum aperiri dicta examina, & ad viden-
dum ea in actis produci, & alia fieri de quibus
latè Alexand. Siat. *in ſua practica Iudic. cap.6. à
num.20.* vbi ponit quid agendum factâ dictâ ci-
tatione: videbis quos refert, & quæ congerit
Farinacius *in d.q.77. de Teſtib. à n.115.* & faciunt
verba textûs, vbi Doctores *in d. l. Iudices, Cod.
de fide inſtrument.* ibi *ſub vtriuſque partis præſentia.*
61 Ad quintum de termino ad examinationem
virtute remiſſoriæ, dico quod in conceſſione
remiſſoriæ, ſolet præfigi alius terminus ad in-
choandum, & perficiendum examen; ita Vir-
gil. Voccat. *de litteris remiſſ. cap.1. n.1.* Alexand.
Sciat. *in pract. Iud. cap.9. n.6.* videbis cum mul-
tis Farinac *d. q.77. de Teſtibus, à n.134.* vbi ait
hunc terminum dari, quandoque breuiorem,
quandoque longiorem, iuxta loci diſtantiam, &
ſi non aſſignatur; tunc intelligi datam eam di-
lationem, de qua *in l. 1. ff. de dilationibus*, vide-
licet in eadem prouincia tres menſes, ſi inconti-
nentes prouincias ſex; ſi vero in tranſmarinas
62 nouem. † Verùm & quod terminus in remiſſo-
ria præfixus ſoleat prorogari ſemel, vel pluries
ad probantis, vel reprobantis inſtantiam, arbi-
trio Iudicis, ceſſante calumniæ ſuſpicione, &
conſtito de impedimento: tradit idem Farina-
cius *ſuprà n.140.* dum tamen fiat, antequam fi-
niantur fatalia, aliàs ope reſtitutionis fiet ſe-
cundùm ea, quæ adduxi ſuprà *ad Rubricam, &
63 titulum de dilationibus.* † Et iſte terminus, ſeu
dilatio in remiſſorialibus aſſignata currit à die
præſentationis litterarum remiſſorialium Iudici,
cui fuerunt directè, & quod propterea à Iudice
remittente, debet eius arbitrio dari alius termi-
nus, ad præſentandum dictas litteras; ita Vir-
gil. Voccat. *de remiſſor. cap.7. n.10.* vbi quod
iſte terminus currit à die conſignatæ remiſſoriæ
64 portioni, & aliàs prout Iudex ſtatuet. † Quod
ſi Iudex diem arbitrio ſuo ſtatuerit datur pro-
rogatio, etiam causâ non probatâ, ſed Voccat.
ſup. à n.5. 11. & 12. ait ex ſtylo vrbis indiſtinctè
concedi primam, & ſecundam prorogationem,
etiam tertiâ parte non contradicente, & ſi con-
65 tradixerit; tunc opus eſſe reſcripto. † Itaque
ſi contingat quod teſtes iurauerint termino du-
rante; tunc poſſe examinari poſt dilationem, &
terminum datum; docet Voccat. *d. cap.7. n.13.*
ad quod applicabis quæ adduxi, *in tit. de dilat.
q.10.* Tamen ſi remiſſoria petitur, poſt ſeruatum
terminum ad articulandum: tunc denegandam
eſſe credo, cum Caſſad. *deciſ.2. de dilat.* & Riccio
collect.1586. verſic. *limita 5.*
66 Ad vltimam quæſtionis partem, an detur re-
miſſoria ad partes Iudicio confidentiæ, dico eam
non dari ex eo, quia non datur, quando ſumus
in prima, vel ſecunda inſtantia, ſed in crimine
confidentiæ; non datur appellatio, & ſic vnica
inſtantia: ergo in ea non datur remiſſoria. † Et 67
probatur iterum, quia pro Simonia non datur
remiſſoria, vt tradit Riccius *collect.1720.* verſic.
tertio, vbi adducit reſolutum in vna Mediolan.
præpoſituræ 11. Ianuarij 1555. coram Cardinali
Sanctæ Crucis. † Quod non eſt danda remiſſo- 68
ria in partibus ad recognoſcendum apocham Si-
moniam, quæ per vnum teſtem tantùm eſt re-
cognita, Caputaq. *in deciſ.61. p.3.* † Et ſic de 69
ſtylo Curiæ Romanæ fit, vt non detur remiſſo-
ria pro examinandis Teſtibus in partibus ſubdi-
tis, vel forſan in regione aliena Rota *in deciſ.10.
de appellat.* Balbus *in deciſ.52.* Albanus *in dec.99.*
Rota *in deciſ.7. de appellationibus*, in nouis ad-
dentes, *ad deciſ. 4. vt lite pendente*, in nouis
Caſſad. *in deciſ.9.* † Qui *in deciſ.4. de dilat.* di- 70
cit non dari ad probandam Simoniam Conuen-
tionalem; ita & Verallus *in deciſ.62. p.3.* Ricc.
d. collect.218. Videbis Farinacium cum Lancell.
d. q.77. de Teſtib. num.90.
Ex his dubitabis an in beneficialibus detur, 71
aut non remiſſoria, in quo articulo Veſtrius *in
practica Iud. lib.6. cap. fin. n 2.* verſic. *vſu quoque
receptum eſt*, dicit vſu receptum eſſe in Sacro
Palatio, quod in beneficialibus denegetur re-
miſſoria in prima, & in ſecunda inſtantia, niſi
illam petens appellationi renunciet; in tertia
autem concedi: latè tradit Siuerol. *in tract. de
remiſſ cap.17.* † Vbi ait quod ad hoc remiſſoria 72
concedatur in prima, vel in ſecunda inſtantia,
non ſolùm requiritur, vt litigatores appellationi
renuntient, ſed etiam vt ſi petens remiſſionem
poſſeſſor ſit, patiatur fructus beneficiis ſeque-
ſtrari; ſi verò non ſit poſſeſſor, futuræ ſeque-
ſtrationi renuntiet.
Et addo non concedi remiſſoriam ad proban- 73
dam nullitatem penſionum, ſtante clauſulâ,
quod procedatur ſine retardatione ſolutionis; ita do-
cet Caputaq. *in deciſ.55. p.3.* Ricc. *d. collect.228.*
† Et Farinac. *in deciſ.155.* quem refert Riccius 74
d. collect.2026. agit de quæſtione, an remiſſoria
non detur ad impediendam immiſſionem, ex re-
medio, *leg. fin. Cod. de edicto D. Adriani tol-
lend.* maximè, quando articuli ſunt irreleuantes,
& calumnioſi.
Sed ſi dubites an Rotæ auditores poſſint vi- 75
gore Innocentianæ, in quacumque inſtantia re-
miſſoriam concedere, & quid ſi ageretur de be-
neficio, non principaliter, Siuerolus *vbi ſuprà
d. cap.17. de remiſſ n.8.* concludit quod nec etiam
in tertia inſtantia concedi ſolet remiſſoria, niſi
præſtito iuramento calumniæ; & latè agens
Virg. Voccat. *de litteris remiſſ. cap.3. à n.21. 31.
& 67.* tradit de quæſtione an remiſſoria conce-
datur ad probandam vnionem beneficij. † Et 76
ibi *cap.4. n.3.* docet quod in cauſis beneficiali-
bus, antequam concedatur remiſſoria, debet in
actis dari fumus releuantiæ, vel per fidem ali-
cuius Notarij, vel per teſtes nulliter examina-
tos, & *num.4.* ait quod quandoque non ſufficit
dari fumum, ſed requiri ſufficientem proba-
tionem.

Quæſtio

QVÆSTIO IV.

Remiſſoria an poßit per partes renuntiari: Vel an poßit aliquid nouari termino illius pendente: Et an teſtium examen, & iuramentorum receptio, poßit remitti alicui non habenti iuriſdictionem: Et an remiſſoria ſemel conceſſa iterum concedatur, vel quando teſtes ſunt ſuſpecti de ſubornatione: Vel an Iudex, cui remittitur, poßit vt ſuſpectus recuſari: Et de aliis ad praxim?

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria quit per partem renuntiari, quoad ſuum intereſſe, ſecus ſi ſit partis aduerſa, n.2.*
3 *Remiſſoria termino pendente, non poteſt nouari, fallit, num.4. 5.*
5 *Examen teſtium, & Iuramenti receptio, non remittitur, cui Iuriſdictione caret, n.6.7.8. niſi ex conſenſu partium, n.9.*
10 *Remiſſoria ſecunda denegatur, niſi prima ſit amiſſa ſeu aliquo impedimento non exequatur, n.12. 13. & alijs modis, vbi ſæpius datur, ſæpius negatur; n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23.*
24 *Remiſſoria non conceditur, quando teſtes ſunt ſuſpecti de ſubornatione, fallit n.25.*
26 *Recuſari non poſſit Iudex remiſſoria.*
27 *Depoſitiones teſtium facta à delegato, debent ſigillatè remitti, & ſi pars eas aperiat adhuc probant, aperiens, verò punitur pœna falſi.*
28 *Remiſſoriarum forma, tam mittentis, quàm remittentis.*

1 AD primam quæſtionis partem reſpondeo ex dictis ſuprà *q.1. in ſecunda eius parte*, vbi docui poſſe priuilegium nobilibus conceſſum, de quo ibi renuntiari, pro quo etiam faciunt, quæ adduxi *in cap. ſi diligenti*, ſuprà *de foro compet.* vbi de multis, quæ poſſunt à partibus renuntiari, à quorum reſolutione pendet reſolutio huius difficultatis, ad quam in terminis, dico quod valet renuntiatio illius, qui eam petiit quantùm ad ſuas probationes; ſecus tamen quatenus ſpectat ad aduerſarium, cui ius quæſitum fuit: ita Franchus *in cap. ab eo*, verſic. *ſecundo infertur de electione, lib.6.* quem ſequitur
2 Siuerol. *in tract. de remiſſ. cap.22. n 4.* † Etenim ex quo decreta eſt remiſſoria vtrique parti communis eſt, *l. petenda in fine*, vbi DD. notant, *Cod. de temp. in integrum reſtitutione.*

3 Ad ſecundam partem quæſtionis videtur longè ſatisfaciendum, ex dictis ſuprà *in Rub. & tit. ve lite pendente nil innouetur*, & applicabis dicenda, *in cap.1. de appellat.* nunc verò dico cum Siuerolo *de remiſſionibus, cap.27. à num.1.* quod pendente termino ad probandum præfixo in litteris remiſſorialibus non poſſit aliquid nouari, quia pendente dilatione conquieſcit Iudicis officium, *cap. ſignificante*, & ibi Gloſſa *de appellationibus, l. ſiue pars, Cod. de dilat.* † Sed hæc do-
4 ctrina ſecundùm Siuerolum *ſuprà* ceſſat, quando de iure tertij colligitantis ageretur. Vel quando is; qui remiſſoria obtinuit, eſſet negligens, vel quando Iudex, qui remiſſionem decreuit, retinuit ſibi poteſtatem quando cumque iterum iudicandi.

Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpon- 5
deant Doctores, varia dixerunt: nam Bellamera
hic n.5. ait de conſuetudine committi ſolere No-
tario examen teſtium, & iuramenti receptionem,
& Baldus *in l. Iudices, Cod. de fide inſtrum. n.1.*
ad finem, verſic. *quæro nunquid.* † Sed Gloſſa 1. 6
in Authent. apud eloquentiſſimum, verſic. *Sed dic, Cod. de fide inſtrument.* vbi Odofredus, Bartolus *n.1.* Salicetus *num.1.* regulariter negant talem commiſſionem fieri poſſe, etiam ſi committatur Notario actuario: videbis quæ tradit Siuerol. *in tract. de remiſſ. cap.20. à n.8.*

Quod verum eſt ſi committatur non ſolùm 7
teſtium receptio, ſed etiam iuramentorum, ſecus ſi committatur ſola teſtium receptio vt tenet Cynus *in d. l. Iudices*; & multis aliis, Fari-
nacius *q.77. de Teſtibus*, videndus *à n.126.* † vbi 8
n.130. ait quod examen extra territorium Iudicis committentis, non poteſt committi, niſi habenti iuriſdictionem ſed poterit committi Notario in territorio ſubjecto Iudici commit-
tenti, vel alij non habẽti iuriſdictionem. † Quod 9
ſi partes conſentiant, vt teſtium examen cum iuramentum receptione committatur non habenti iuriſdictionem; tunc reuera legitime fiet remiſſio, vt docet *hic* Bellamera *poſt num.5.* & Paulus de Caſtro *in d. l. Iudices, n.2.* verſic. *niſi*, Siuerol. *in tract. de remiſſ. cap.20. num.1. & 2.* Alexand. Sciat. *in pract. Iudic. cap.16. n.15.*

Ad quartum an remiſſoria ſemel conceſſa ite- 10
rum concedatur, reſpondet Bellamera *in dec.225.* quem ſequitur Riccius *collect. 1586.* verſic. *limita 3.* tunc denegari ſiue actori, ſiue Reo fuerit conceſſa, & cum Siuerolo, & Voccat. tradit Farin. *d. q.77. à n.30.* Imò Ægidius *deciſ.427.* & Veſtrius *in pract. lib.6. cap fin.* dicunt procedere etiam, quod ei, qui habuit remiſſorias, nulla
fuerit præfixa dilatio ad probandum. † Et de- 11
negari debet etiamſi, petatur ad repetendum teſtes iam examinatos ſi forſan depoſuerunt contra producentem, propter præſumptam ca-
lumniam; ſic Siuerolus *ſuprà cap.6. n 5.* † Ve- 12
rum ſi præſumpta ceſſaret calumnia, veluti quia facto teſtium, vel partis aduerſæ, ſeu Iudicis impedimento denegatur: alia tradit Farinacios
cum multis *n.35.* † Item datur quando contin- 13
git, quod pars aduerſa obtinuit aliam remiſſoriam, quia hoc debet eſſe vtrique parti commune, *leg. petendo, Cod. de in integrum reſtitut.* Virgil. Voccat. *in tract. de lit. remiſſ. cap 4. n.50.* & Siuerolus *in tract de remiſſ. d. cap.6. n.11um.*
† Aſſerit eam concedi, quoties, cauſa eſt diuerſa, 14
veluti ſi ſemel conceſſa fuit in Iudicio poſſeſſorio, poteſt iterum concedi in Iudicio proprietas, eo quod Iudicia ſint diuerſa, iuxta ea, quæ adduxi, *in cap. fin. de Iud. & addit. de cauſa poſſeſſ. & prop.* & DD per textum, *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirenda poſſeſſione.* † Et
ſic etiam contingit, quando in priori Iudicio 15
fuit conceſſa, & poſtea agatur ex reſtitutione in integrum: argumento text. *in d. l. petenda.*
† Et Voccat. *de litteris remiſſ. cap.4. n.51.* dicit 16
etiam ſecundam concedi, quando intentatur
poſſeſſorium, quod eſt in ventre petitorij. † At 17
ſi remiſſoria ſecunda petatur ſuper nouis articolis, & in alia inſtantia denegari remiſſoriam; tradit Siuerol. *de remiſſ. d. cap.6. num.2.* verſic. *quod obtinet*; ſed Virgil. Voccat. *d. cap 4. n.52.* ait

Digitized by Google

ait quod ſuper diuerſis articulis in cauſa profa-
na, poteſt remiſſoria pluries concedi præſertim
18 ſi conſtat de fumo, qui tollit calumniam. † Qui
in dicto tractatu, & cap. num. 54. ait quod non da-
tur ſecunda remiſſoria propter nullitatem exa-
minis teſtium, ex alio defectu, quam citatio-
nis, Iurisdictionis, & mandati, & *in c. 9 n. 28.*
dixit quod teſtes nulliter examinati repetuntur,
cum noua remiſſoria ex quo prima non habet
bonum proceſſum, etiam ſi teſtes fuerint publi-
19 cati. † Quo in ſenſu accipitur Siuerolus *de re-
miſ. dicto, cap. 6. ſub n. 3.* docens quod ſi Iudi-
cis culpa, negligentia, imperitia, aut dolo, te-
ſtes vigore primæ remiſſoriæ non fuerint ritè
recepti, vt putà ſi is, cui mandata eſt teſtium re-
ceptio, non poterat illos de Iure recipere vel ſi
parte non vocatâ, aut aliàs ſine datis interroga-
20 toriis, teſtes examinati fuerint. † Et addit *ibi*
quod datur ſecunda remiſſoria, quando is qui
illam obtinuit morbo, aut alia iuſtâ cauſâ, erat
impeditus, vel probauerit Iudicem remiſſionis
metu, vel valetudine, aut aliâ de cauſâ noluiſſe
21 examinare † Et vocat *ſupra dict. cap. 4. num. 49.*
dixit quod ſecunda etiam conceditur, quando
22 prima ex aliqua Iuſta cauſa probata non eſt. †
Et pariter quod ſi prima remiſſoria fuit obten-
ta à procuratore malè informato datur ſecunda
procuratori melius informato ſuper meteriis
releuantibus; alia exempla ponit *in cap. 3. à n. 27.*
23 † Et Grauet *in additionib. ad Veſtrium, lib 6. pra-
cticarum. cap. fin. à num.* 24. Siuerol. *dicto, cap. 6.
de remiſſ dicto num.* 3. agunt, an ſufficiat Impe-
dimentum probari ſolo Iuramento, & an etiam
ſit neceſſaria proteſtatio.
24 Ad quartam quæſtionis partem, an conceda-
tur remiſſoria, quando teſtes ſuſpecti ſint, de ſu-
bornatione, reſpondebis ex his, quæ dico *in-
fra in cap. ſequenti*, & in terminis. Capicius *in
deciſ.* 90. Benint. *in deciſ. 74.* Riccius *collect.* 1586.
verſic. *limita ſecundo*, dicunt remiſſoriam non
concedi, quando teſtes ſunt ſuſpecti de ſubor-
natione dubitatque Iudex, num in eius abſen-
tia facilè mentiantur, & cum multis hoc idem
docet Farinacius *dicta q. 77 de Teſtibus à num.* 25.
Et ponit exemplum in Teſtibus illius loci in quo
de facili peierare conſueuerunt, & tali caſu
25 denegari remiſſoriam minori, aut Eccleſiæ. † Ta-
men ſi remiſſoria detur pro examinandis Teſti-
bus ad defenſam, vel quando examinantur per-
ſonæ egregiæ, Senes valetudinarij: tunc non de-
negatur, vt tradit ibi, *n 28. & 29.*
26 Ad vltimam quæſtionis partem, vt reſpon-
deas applicabis quæ adduxi *in cap. 4. de foro com-
petenti*, vbi latè egi *de recuſatione Iudicum, aut
aliarum perſonarum*, vbi *q. 26. de recuſatione Iudi-
cum compulſorialium, ſeu commiſſariorum ad reci-
piendos Teſtes*, de quo affirmatiuè reſpondet Fa-
rinacius *dicta q. 77. n. 23. & 24.* ibi videndus cum
multis ab eo relatis, quem non tranſcribo, eo
quod iam in loco citato hæc difficultas manet
ſcripta.
27 Pro complemento notabis quod depoſitio-
nes teſtium examinatorum à Iudice delegato
ſunt tranſmittendæ ſigillatæ Iudici deleganti,
quia committitur, & delegatur teſtium exami-
natio, non autem illarum publicatio, iuxta text.
in l. Iudices, Cod. de fide inſtrumentorum, vbi Bu-
trig. *in Summario*, ibi Bartol. *in 2. lectura, n. 1.
notab. vlt.* Salicetus *n. 2.* Zabarella *hic col. 1. poſt
medium*, verſic. *& in eo quod gloſſa dicit*, Veſtrius
in practicis Iudic. lib. 6. cap. fin. n. 10. verſic. *at vbi
denique*, qui ponit modum, & formam, quam
debet ſeruare Iudex qui examinauit teſtes in
tranſmittendo eorum examen Iudici cauſæ: Vi-
debis Gailium *obſeruat. 96. lib. 1. num. 9.* Siuerol. *in
tract. de remiſſ. cap. 23. num. 1. & 2. & cap 28. n. 1.*
Sed Farinacius *ſuprà n. 144.* cum Campegio *Re-
gula 788. in decimo caſu declarat.* vt ſi delegatus
non tranſmittat atteſtationes ſigillatas, non per
hoc dicta teſtium vitiari, nec inualida fieri dicta
eorum, eo quod pars ſine Iudice eas aperiat, li-
cet ita faciens, puniatur pœnâ falſi.
Quod ſi dubites de formula harũ litterarum 28
remiſſorialium, leges quæ tradit Speculator *in tit.
de teſte, §. qualiter arctem ſine teſtes producendi.*
Rubr. *Commiſſio receptionis teſtium poſt num* 16.
Vbi declarat ſingula verba ipſius formulæ, &
num. 23. Vbi etiam ponit formulam litterarum
Iudicis recipientis remiſſoriam, & recipientia
atteſtationes Siuerol. *in tractatu de remiſſ. cap. 21.
per totum*, Virg. Voecat, *in tractatu de litteris re-
miſ. cap* 8. & applicabis formulam, quàm tradit
Franciſ. Ottes de Salceda *in ſua Curia Eccleſiaſt.
fol. 65. & 64.* Vbi *de la comiſion, o receptoria pa-
ra probança, &c.* Et applicabis praxim quam ipſe
tradit *à fol.* 243. Vbi agit de inſtructione ad pro-
bationem per remiſſoriales Romæ, & quâ formâ
exequentur *& fol.* 251.

QVESTIO V.

An paupertas probetur per teſtes, vel aliis modis ſeu ſolo Iudicis arbitrio?

SVMMARIVM.

1 *Pauper quis præſumitur, niſi contrarium probe-
tur quod alij non admittunt id ponentes in ar-
bitrio iudicis, n. 3. fallit, n. 13.*
4 *Paupertas præſumitur ab inſpectione perſonarum
& qualitatum, n. 5. 6. 7. 8 9. 10. 11. & 12.*
14 *Paupertas quibus, & per quos probetur, n. 15.
16. 17. 18. 19 20. 21. 22. 23. 24. & 25.*
26 *Paupertas ſi per teſtes probetur, qualiter hi de-
ponent, n. 27. & 28.*
29 *Probandi onus incumbit ei qui aliquid præten-
dit, vel ob paupertatem, vel ob diuitias, n. 30.
fallit ſi excipiendo ſe opponeret adducens
paupertatem, n 31.*

QVia Felin. *hic n. 12.* agit de hoc puncto, nec 1
alibi in decretalibus ſit alius locus oppor-
tunior, ideo occaſione verborum noſtri textus
ibi, *aut paupertate depreſſi agam.*
Et licet pauper quiſque præſumatur niſi pro- 2
betur contrarium iuxta textum *in leg. ſi vero,
§ qui pro re, ff. qui ſatiſdare cog.* vbi Gloſſa, Bar-
tolus, Paolus, & reliqui, & Angeli. Salicet.
in leg. actor. Cod. de probat. latè Maſcardus *de pro-
bat. conclus.* 525. cum aliis ab eo relatis ex eo
quia qualitas diuitiarum eſt repugnans regulari-
ter naturæ, ſed lego Patianum *de probat. p. 1.
cap. 36. à n* 33. diſertè probantem hanc, quali-
tatem extrinſecam diuitiarum aut paupertatis,
alio non probato, nullo modo præſumi: nam
licet quis nudus naſcatur; tamen hoc non eſt
ſufficiens argumentum, ad præſumendam pau-
pertatem, cum natura fecerit homines indu-
ſtrios, propter quod homines præſumuntur
quotidie

quotidie acquirere, ſicut verſa vice, nec diui-
tiæ præſumeudæ ſint, quia licet bomo præſu-
matur ex induſtria naturali, acquirere tamen
impenſa quotidiana eſt etiam parata, quæ facit,
vt diuitiæ non poſſint præſumi, cum qootidie
cauſa victûs ſit facienda impenſa.

3 Quare videtor dicendum hauc qualitatem di-
uitiarum, ſeu paupertatis relinquendam eſſe Iu-
dicis arbitrio, vt æſtimer quis pauper; quis verò
diues ſit, vt docent Accurſius *in Authent. præ-
terea, Cod. vnde vir. & vxor.* Bartol. *in l. ſi con-
ſtante, n.14. ff. de ſoluto matrimonio*, multis ad-
ductis, Maſcardus *de Probationibus, concluſ.* 1159.
n.8. alios quamplures adducit, *hic* Zenedus *n.2.*
benè Couarr. *lib.5. Variarum, cap.6. per totum*,
præcipuè, *n.8.* Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 120.
n.9. ex eo quia cum ex regionum perſonarom:
& temporum qualitate diuitiæ æſtimentur dif-
ficile eſt certam, ac definitam huiuſce rei regu-
lam conſtituere: videbis quæ tradit Velaſcus
de priuileg. paup. q.1. per totam.

4 Igitur inſpectâ qualitate perſonarum, & fa-
ctorum, hoc inſpici dixerunt aliqui relati à Pe-
rez *in ordinat. reali, lib.3. tit.1. l.5.* Gloſſa *pobres*,
vbi ait ex qualitate perſonarum ſic iudicari; nam
vilis, & ruſticus reputabitur diues cum paucio-
ribus facultatibus, quam nobilis, iuxta text. *in
l. nepos proculo, ff. de verb. ſignif.* & *in leg. in con-
demnatione, ff. de regulis iuris*, Gloſſa *in l. ſed etſi*
5 *ſuſceperit, ff. de iudicijs.* † Ob idque Baldus *in
l. ſi quis ad declinandam, col 2.* per textum ibi, *C.
de Epiſcopis, & Clericis*, ait quod Epiſcopus ha-
bens aliquid erogare inter pauperes poterit no-
bili erogare, qui dato quod non ſit mendicans;
tamen ſecundùm conditionem ſuæ nobilitatis
commodè viuere non poteſt, vel ſi habeat plu-
6 res filios ad maritandum. † Nobilis enim ma-
ioribus indiget diuitiis, quàm ruſticus Gloſſa *in
7 leg. ſeruus, ff. de leg.3.* † Vbi quod ruſtici non
ſunt alendi delicatis cibis, ſed cœpis, & caſeo.
8 † Et Gloſſa *in l.1. § idem labeo, ff. mandati*,
quod ruſticus, non debet ire eques, ſed pedes.
9 † Item quod ruſtica, ſeu vilis tenetur lactare
filiam; ſecus tamen eſt io nobili. Azon *in ſumma,*
10 *Cod. de patria poteſtate in fine.* † Baldus *in l. ali-
menta, Cod. de negotiis geſtis*; Crotus *in dict. l. ſi
conſtante*, vbi dicit, quod nobilis non tenetur
11 vilia exercere. † Et propterea dicebat Bartol.
in l.1. Cod. de mend. lib.10. quod non tenetur ali-
menta miniſtrare filio valenti ſibi victum quæ-
rere, niſi pater eſſet nobilis: nam non poterit
dicere filio vade ad ligonicandum, & colen-
dum agrum, ſiue terram, cum ſit dedecus
filio artem illam exercere; Panormitauus *in
cap.2. column.2. de conuerſ. in fid.* Couarruuias
12 *de ſponſ. 2 p. cap.8. §.6. n.9. tit.9. p.4.* † Ex qua-
litate verò factorum Iudex arbitrabitur, quem
pauperem, vt ſi oneri injuncto non poteſt in-
ſeruire, ſed pro alimentis, eſt ſibi neceſſarium
victum quærere, *l. paupertas juncta gloſſa, ff. de
excuſatione tutorum.*

13 Notabis verò, quod vbi lex definit quem eſſe
diuitem, aut pauperem: tunc ceſſare Iudicis
arbitrium, vt voluit Bartolus *in d. l. ſi conſtante,
ff. ſoluto matrim.* Menochius *de Arbitrarijs, lib.2.*
14 *caſu* 65. † Et ſic etiam euenire, quod quamuis
arbitrio Iudicis ſit diſcernendum, qui pauperes
qui verò diuites ſint; ſint tamen varij ſunt ca-
ſus, vt per teſtes, aliiſve modis hæc qualitas
15 probetur, vt ſic Iudex melius diſcernat. † Et

ſic primo ſit vt ſi quis hoſtium victum quæritat
diſcalceatus, ſqualidus, panniſque obſitus pau-
per præſumitur, Baldus, & Angelus *in leg. ſi
vero, §. qui pro rei, ff. qui ſatiſdare agantur*, Ca-
noniſtæ, *in cap. Odnardus de ſolut.* † Imò ait Bald. 16
*in d. l. ſi quis ad declinandam, Cod. de Epiſcop. &
Clericis*, quod ſi quis degit in Hoſpitali, dici-
tur in eximia libertate: refert Didacus Perez
in d. gloſſa pauperes, & Maſcardus cum aliis *dicta
concluſ.* 1159. *n* 27. & 57. † Qui *n.28.* & 29. ait 17
pauperes probari eos, qui decoxerunt, Vulgo
Fallitos *l. in fundo, ff. de rei vindicatione*, & eos,
qui bonis cedunt. † Item probari ex eo, quod 18
quis ſit ſolitus fideiubere in magnis quantitati-
bus, ſecus in paruis. † Et quando quis retinet 19
pecuuias ſub vſuras, vt notatur. *in cap. quanto de
vſuris*, Gloſſa *in l.2. ff. ſoluto matrim.*

Item probatur per diſcuſſionem bonorum, & 20
nuntiorum, qoi referant tot eſſe in bonis, &
tot eſſe in debitis; Ita Didacus Perez *ſuprà*, in
verſic. ex qualitate. † Vbi ait idem etiam con- 21
tingere per librum æſtimum, vt ait Ioanns Cro-
tus *in d. l. ſi conſtante, ff. ſoluto*: Videbis Gloſſam
inſignem, *in l. cum de lege, ff. de Probat.* † Item 22
etiam probari per famam publicam, ſi fama ſu-
per qua deponerent teſtes, eſſet coniuncta cum
credulitate; id eſt cum ſcientia loquentium; ita
expendit, Maſcardus *ſuprà à n.19.* vbi *à num.23.*
cum Alexandro *in d. l. ſi conſtante, n.13.* & cum
aliis probari etiam per viciuos, ſi deponant ali-
quem eſſe pauperem, quia non habet, in bonis,
niſi tantùm & probatur, *ex leg. nonnulli, ff. de
accuſat.* vbi pauper dicitur, qui non habet in
bonis centum aureos, vel ad minus quiuqua-
ginta. † Vel ſi quis non habet vnde ſoluat de- 23
bitum, cuius reſpectu contenditur, *Authentica
de fideius, §. ſed neque*, Baldus *in Authent. præ-
terea Cod. vnde vir. & vxor.* Maſcardus *num.15.
& 18.* † Et ſi *num.34.* concludit quod probatur 24
pauperis, qui non habet bona, & ſimul non ha-
bet artem, ex qua ſe alere poſſit, aliàs, ſi artem
habet, aut propinquos qui ei alimenta ſubmini-
ſtrent, pauperes non dici. † Sed in puellis, quæ 25
uon habent vnde dotentur, licet ex artificio ſuo
viuere poſſint, adhuc pauperes erunt ad effectũ,
vt cõſequi poſſint legata relicta puellis pro dote,
vt docent Baldos *in dicta l. paupertas, ff. de ex-
cuſat. tut.* per textum ibi, quem refert Iaſon *in
d. l. ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio.* Et ſic ex-
peudes Gloſſam *in l. ſi quis argentum*, in verbo
de nouerit Cod. de donat: Itaque ſi per teſtes pro-
betur, deponere debent, Filium v.g habere
tot bona † Et ſi plura haberent ipſi ſcirent, nec 26
ſi haberet plus ipſi vllomodo ignorare poſſent
propter maximam, & peculiarem notitiam, pa-
trimonij notitiam, ſic voluit Gloſſa ſingularis
in Authent. de hered. & falcid. §. ſi vero adſunt &
Gloſſa *in l.1. ff. de itinere, actu que priuato* Couar.
videndus *in d. cap 6. lib.2. variarum, n.8.* quia *n.3.*
ait allegantem paupertatem debere eam legiti-
mè probare; & ſic Gratianus *diſcept. forenſ. cap.7.
n.9* cum aliis ab eo relatis † Videbis Maſcardum 27
ſupra vbi n 22. ait quod teſtes deponentes de fa-
ma publica paupertatis, vt probent, debent di-
cere, ne dum illum eſſe pauperem, ſed manifeſtè
eſſe pauperem, vt voluit Bartolus *in dicta leg. ſi
conſtante* per textum ibi in verbo *euidentiſſi-
mè*, vbi Doctores & ad alia videbis Couarruu.
vbi ſupra dicto cap.60. per totum vbi bene diſ-
putando diſſerit; alia adducit omnino vi-
denda

Digitized by Google

denda Maſcardus *vbi ſuprà, dicta concluſione* 1159. *& concluſ.* 1160. vbi ad noſtrum textum latè caſus expendit, in quibus caſibus pauper à teſtimonio repellatur, vel admittatur, de quo iam
28 dixi nonnulla *ſuprà quæſt.* 1. † Alia congerit Didacus Perez *in dicta l.* 1. *lib.* 3. *ordinamenti, tit.* 1. *in dicta Gloſſa pauperos circa finem*, qui etiam ait quod mendicans qui aliàs haberet vnde viuere poſſet, de ſuo tolerari non debet, ſed à Ciuitate expelli, iuxta textum *in l. vnica, Cod. de mendic. valetud. lib.* 11. & facit petitio 117. in curiis de Madrid, anni 1534.

29 Pro complemento notabis quod ſi quis, aut ratione diuitiarum, aut paupertatis petit ſe ad aliquid admitti, aut nititur intentionem aduerſarij, iam fundatam eneruare; tunc ſibi incumbet probare ſe eſſe diuitem, vel pauperem; Gloſſa *in dicta l. ſi verò §. qui pro rei*, in verbo *dubitetur, ff. qui ſatisdare cogantur*, vbi tradit quod qui vult admitti ad aliquid obtinendum, tanquam diues, probat diuitias, & qui vult excuſari tanquam
30 pauper, probat paupertatem. † Per quam Gloſſam dixit Bart. *ibi n.* 6. quod quando diuitiæ ſunt cauſa intentionis alicuius; tunc ille debet probare ſe diuitem, ſicut econuerſò, quando paupertas eſt fundamentum alicuius, ille debet probare ſe pauperem, quod eleganter notauit Angelus *in l.* 3. *in fine*, verſic. *ſed tu dic*, *Cod. de probat.* & multis adductis Patianus *de probat. lib.* 1. *cap.* 54. *n.* 10. legendus *in toto cap. idem ibi, cap.* 36. *in fin.* ſequitur Maſcardus *de probat. dicta concluſ.* 1159. *à*
31 *n.* 4. † Vbi *n.* 6. *&* 7. quod quiſque probare debet fundamentum intentionis ſuæ, etiam ſuper negatiua, ſed ſi excipiendo ſe opponeret adducens paupertatem: tunc onus probandi diuitias, transferre in aduerſarium: ſic eum Bertacol. *conſ.* 249. *in crim. n.* 1. eò quòd ſatis paupertas probata diceretur, ex quo excipiendo deducitur concomitante legis præſumptione. Alia de pauperum priuilegiis dicam *in cap. Oduardus de priuilegiis.*

AD TEXTVM
IN CAPITE IX.
Sicut vobis, hoc Tit. de Teſtibus.

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte diuerſam tangit materiam, & parum intricatam: nam Primò tangit *de teſtibus, quibus matrimonium diſſoluitur*, de quo *in cap.* 1. *de conſanguinitate & affinitate*; II. Item *de matrimonio ſecundo ſtante prim.* de quo *ad titulum de frigidis & maleficiatis*; item ad titulum *de ſecundis nuptiis. & ad tit de ſponſa duorum, & ad textum in cap. commiſſum de ſponſalibus.* III. Item agitur hîc *de teſtibus corruptis & periuriis*, de quo vltimo diſſeram *quæſtionibus ſequentib.* IV. Item per hunc textum Doctores diſputant de Teſtibus contraria dicentibus ſeu iurantibus, qualiter probent, de quo dixi iam *ſuprà in cap per tuas* in *de probat. à q.* 5. Et applicabis quæ tradit Faquinetus *lib.* 9. *cont. cap.* 84. *&* 85. Zeuallos *in pract. q.* 803. *& de teſte contraria iurante*, Couar. *lib.* 1 *var. cap.* 13. *n.* 7. verſic *ex quo, n.* 8. *&* 9. V. De teſte extra Iudicium vnum dicente, & alia intra dixi *in dicto cap. per tuas. dicta q* 5. Balboa *in cap.* *lator de ſententia & re iudic. & in cap.* 9. *de probat. n.* 35. Trulenc *de opere mor. lib.* 8. *cap.* 3. *dubio* 7. qui omnes alios plures referunt. Applicabis quæ dico *infra ad titulum de crimine falſi*, vbi *de pœna falſorum teſtium & à quo puniantur.* Et quæ dico *infra de periurio in cap querelam, & in cap. breui de Iureiurando*, vbi *de eius pœna & de oppoſitione contra teſtes*, dico *in cap.* 1. *de except. & de periuro in teſtem non admittendo*, dico *infra in cap teſtimonium, hoc tit.* De Iudice pecuniâ corrupto latiſſimè agit Farinac. *in praxi p.* 5. *de variis ac diuerſis quæſtionibus, à quæſt.* 111. *cum aliis*, & dico *in cap. cum ab omni* 10. *de vita & honeſtate Clericorum.*

QVÆSTIO I.

Quare retractanda ſit ſententia, ſi conſtat eam fuiſſe latam ad dictum corruptorum teſtium, cùm res ſemel iudicata pro veritate habeatur: Et an ſola corruptio teſtem repellat, ſi non conſtat de falſitate: Et vtrum detur reſtitutio aduersùs ſententiam, ſi teſtes falſum non depoſuerint, corrupti tamen fuerint, precibus, vel pecuniâ ad falſum deponendum?

SVMMARIVM.

1 L. res indicata, ff. de reg Iuris, l. 1. Cod. de errore calculi.
2 *Sententia lata ad dictum corruptorum teſtium, eſt retractanda, item ſi ex falſis inſtrumentis, à n.* 7. 8. *an ſit ipſo iure nulla, n* 3. 4. 5. *&* 6.
L. 1. Cod ſi ex falſis inſtrumentis.
3 L Diuus, ff de re iudicata.
4 L ſi prætor. §. fin ff de Iudiciis.
9 *Argumenta diluuntur, & n.* 10.
10 L quæro, §. fin. ff de edilitio edictò.
11 *Teſtes pecuniâ corrupti, etſi falſi non probentur, non probant, & pœnâ falſi puniuntur, n.* 12. 13. 14. 15. 16. *&* 17. *Reſpondetur contrariis, à num.* 19.
17 *Corruptionem & falſitatem opponens aduersùs teſtes, ſufficit vnum probare, vt eos euacuet, n.* 18. *& ſub n.* 20.
20 Cap. licet de probat.
21 L. 4 §. fin. ff de noxalibus actionibus.
22 L. habeat, ff. de actionibus.
23 *Reſtitutio non datur aduersùs ſententiam latam ad dictum corruptorum teſtium per preces, ſi deficit falſitas, n.* 26.

DIfficultatem facit ad primam partem textus *in l. res indicata, ff. de regulis Iuris*, vbi res indicata inter eaſdem perſonas pro veritate habetur. Secundò textus *in l.* 1. *Cod. de errore calculi*, vbi error calculi non nocet, niſi res iudicata ſit; ergo non debet reſcindi ſententia propter erroris defectum; & ſic nec ob falſum inſtrumentum, nec propter teſtes corruptos, & falſos: tum etiam quia ex eo, quod textus noſter iubet imponi pœnitentiam teſtibus, propter periurium: ſequitur dicendum ſententiam non retractari; ſed tantùm de falſitate puniri. 1

Adhuc tamen dicendum eſt quod ſi ſententia, feratur propter teſtimonium falſorum teſtium, eam eſſe retractandam iuxta textum noſtrum & 2

Gloſſam *in l. Diuus, ff. de re iud.* in verbo *corruptis*, quam *ibi* poſt alios probat Iaſon *n.* 58. Alexander *in l. ſi ex falſis, Cod. de tranſact.* Decius *in cap licèt de tranſact.* Zeuallos *de cognitione per viam violentiæ, quæſt.* 127. *n.* 2. Et facit textus *in l.* 1. *Cod. ſi ex falſis inſtrumentis*, ibi, *Si tabulæ teſtamenti quas ſequutus Proconſul, Vir Clariſſimus ſententiam dixit falſas dicere vis prabebis notionem ſuam, non obſtante præſcriptione rei iudicatæ, quia nondum de falſo quæſitum eſt*, quâ probant Doctores Bart. Bald. & alij ſententiam retractari, exceptione falſitatis oppoſitâ, & ſic aduertit Zeuallos *ſuprà n.* 1. verſic. *ſed his*, quod is, contra quem lata eſt ſententia, ex falſis inſtrumentis, poteſt falſitatem allegans retractare ſententiam; ita vt illi objici non poſſit quod ſciebat inſtrumenta falſa, & à ſententia non appellauit, & probat ex *dicta l.* 1. ibi, *quia nondum*, & ex generalitate textus *in l.* 2. *Cod. ſi ex falſis inſtrumentis*, ibi, *& qui non procurauerunt ſi inſtrumentis falſis ſe victos eſſe probare poſſunt, cum diſcrimine docuerint, ex integro de cauſa audiuntur*, quod firmanit Paulus ex Iuris regulis *in dicta l. Diuus. ff. de re iud. n.* 2. quid Felinus dicat *in cap. licet de probationibus, n.* 27. Videbis Marantam *de ordine Iudiciorum*, 6. *p. fol.* 536. *n.* 145.

3 Et ſi dicas cum Gloſſa *in l. ſi prætor* 75. § *fin. ff. de Iudiciis, var. ſciens*, ibi, *videtur ipſo Iure*, nullam eſſe ſententiam, ſi is, pro quo lata eſt, ſciat falſas eſſe probationes, vt notant Bartolus *ibi n.* 2. Iaſon. *in l ſcis ad quem, n.* 16. *ff de acquirenda hæreditate*, Felinus *in cap ſicut, de re iudicata:* tunc obeſt admodum textus *in dicta l. Diuus*, vbi ſcribitur huiuſmodi ſententiam eſſe validam, & per reſtitutionem reſcindendam igitur; ſed hæc difficultas componitur ſecundùm communem Doctorum, eo quòd textus *in dicta l. Diuus*, procedat, quando contra præſentem fuit lata ſententia.
4 † Textus verò & Gloſſa *in dicta l ſi prætor*, § *fin.* quando contra abſentem, nonnunquam enim contumax, melioris eſt conditionis, quàm præſens, & in noſtro caſu vrget ratio, ſiquidem pro abſente Iudex partes vicem ſumit, .. *ampliorem* 37. *in principio, Cod. de appellat.* & ibi Bart. ita intelligendus Alexander *in l. qui Romæ*, §. *qui duo fratres, num.* 14. *ff. de verb.* Iaſon. *in dicta l. Diuus, num.* 4. Pariſius *in cap. cum venerabilis, num.* 71. *de exceptionibus*; aliis adductis probat hanc diſtinctionem Riccius *collect.* 1502. *ad textum in dicta l. Decius*, verſic. *primò*, ita cum Capella Tholoſana *deciſ.* 282. & Balboa *in deciſ.* 359. Et ſic tenendum, licèt Fulgoſius prædictam concordiam improbet *in dicto* § *fin. num.* 3. *& in dicta l.* 1. *num.* 2. *Cod. de falſis inſtrumentis.*
5 † Eo quod abſurdum eſt abſentem, & ſic contumacem melioris eſſe conditionis, quàm præſentem & obedientem, *cap. contingit de dolo & contumacia, l. ſeruus, ff. quod vi aut clam.*
6 † Sed hoc fallit, cùm ille qui præſens eſt falſum fabricans Iudicem decipit, vt in noſtro caſu, & ob id durius cum eo agendum eſſe; dixit Zeuallos *de cognitione per viam violentiæ, dicta quæſt.* 127. *num.* 12. argumento textus *in l. debuit* 17. *ff. de his qui notantur infamiâ.*
7 † Et ſic Benedictus de Plumberio *in l. qui agnitis, ff. de exceptionib. à n.* 12. & Curtius *in l. admonendi, ff de Iureiurando, n* 35. dicunt ſententiam à Iudice prolatam in caſu præmiſſo eſſe nullam virtute falſi, & reſcindendam, ſaltim beneficio reſtitutionis, non per viam nullitatis.

8 Itaque textus noſtri ſpeciem, dico quòd ſententia lata ex falſis inſtrumentis ſeu teſtibus valida eſt, *ex d. l.* 1. *C. de falſis inſtrumentis*, quatenus aduerſus illam concedit reſtitutionem, quæ aduerſus actum validum conceditur, *l. in cauſa* 17. *in principio, ff de min.* Bartolus *in dicta l. Diuus, ff. de re indic.* communis ex Iaſone *n.* 8. *& in l. admonendi, n.* 10. *ff de Iureiurando*; licèt Pariſius *in d. cap cum venerabilis de exceptionibus*, putet ſententiam eſſe nullam, quod voluit etiam Gloſſa 1. *in* §. *appellatur, Inſtit. de except.* Sed verior eſt ſententia ex iam dictis.

Quibus iactis, non obſtant primæ duæ difficultates obiectæ, ad quas ſatis ex relatis reſponſum datur, nec obſtat vltima, cui ſatisfacies, ſi dixeris, quòd licèt teſtes contraria deponentes perjurium committant, & vt tali pœnâ falſi puniantur, & ad id eius teſtimonium admittatur; id tamen non procedet reſpectu ipſius teſtis, qui ſibi ipſi nocere poteſt; non verò reſpectu partis, cui ex priori teſtimonio, iam Ius quæſitum erat, quod ſine ipſius voluntate auferri non poterat; ſic reſpondet Graña *hic n.* 3. 9
† Et ſic intelligitur *l. quæro*, § *fin. ff de ædilitio edicto*, vbi teſtificanti de proprio facto credendum eſt, & ob id teſtes hîc deponentes de ſua correctione, & ita de facto proprio credi debuerunt in ſenſu relato, vt ipſe ait, cum Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 5. *num.* 8. *apud medium.* Quibus junges quæ tradit Rodriguez *de ordinando proceſſu, cap.* 9. *n.* 13. in verſic. *nec obſtabit, & n.* 14. De teſtibus ad gratiam, vel ſubornationis ſuſpectis, Oſualdus *ad Donellum, lib.* 25. *comment. cap.* 1. 10

Ad ſecundam difficultatis partem, an ſola corruptio repellat, ſi non conſtat de falſitate, videtur dicendum, quod vtrumque ſimul requiratur, eò quòd probationes debent eſſe concludentes per neceſſe & non per poſſibile, *l. nec tales, Cod. de probat.* ſed ſola probatio corruptionis non concludit falſitatem; ergo. Sic Panormitanus *hîc n.* 6. Innocentius, & Ioannes Andreas, & Aretinus *n.* 68. Philippus, Decius *n.* 20. per textum noſtrum in verſic. ibi, *ſe corruptos dicunt teſtimonium perhibuiſſe falſitatis*, & iterum ibi, *cum periuri ſint*, & facit textus *in cap. licet, de probat.* vbi benè de hac difficultate diſputat Balboa *à n.* 35. ex verbis ibi, *quod corrupti falſa dixiſſent*, & facit textus *in dicta l. Diuus, ff. de ſentent. & re iud.* vbi ad hoc vt retractetur ſententia, requiritur quod prætexto falſorum teſtium conſpiratione aduerſarij, aut pecunia, vel pretio corruptorum prolatam eſſe probetur. Et textum noſtrum ſingulariter expendit videndus hîc Barboſa *ſub num.* 1. verſic *ibidem*, & verſic. *ego*, vbi dicit ſpecialiter procedere in cauſa matrimonij, in qua licèt de falſitate, non conſtet probata tantùm corruptione interim, dum ſecundum matrimonium non contrahitur, reſultat præſumptio falſitatis, propter quam ſuppoſito fauore matrimonij ſententia diuortij reuocanda eſt ad effectum, vt ſeparati coniuges coniungantur, &c. 11

His tamen non obſtantibus exiſtimo dicendum ſolam corruptionem ſufficere, abſque probatione falſitatis, ad hoc vt teſtes repellantur à teſtimonio, vel eorum fides improbetur, & teſtis de falſo puniantur, & ſic dixit textus *in cap.* 2. *hoc tit.* quod teſtis corruptus promiſſione, pecuniâ, vel alia re, non probat, & de falſo accuſatur; ita iura relata ibi in Gloſſa, verbo pretio, & probant Doctores, Ananias *n.* 1. Felinus 5. Abbas 2. Decius *in dicto cap. licet de probat.* & alij relati à Farinacio *de Teſtibus, quæſt.* 67. *à num.* 236. 12

per

per verba dicti, cap. 1. ibi *placuit Sancto Concilio, vt*
13 *Teſtes non conducantur pretio.* † Vbi *à num.* 237. ait
etiam cum multis ab eo relatis quod Teſtis pe-
cuniam accipiens, præſumitur in dubio falſum
14 dixiſſe, & ei fidem tolli. † Imò & eo ipſo, quod
probetur Teſtem pecuniam accepiſſe; etiam quod
non probetur falſum dixiſſe poſſe de falſo accu-
ſari, & puniri, & ad minus, vt ſuſpectus de falſo
15 torqueri. † Et ſic procedere etiam in Teſte, qui
pecuniam accipit, vt verum dicat, quia & is re-
putatur falſus Teſtis, & de falſo punitur, & nihil
probas ad textum *in leg.* 1. § 1 *ff. de falſis*, ibi *ſed &*
ſi quis ob renuntiandum, remittendumue Teſtimo-
nium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepe-
rit, pœnâ legis Corneliæ afficietur, & ex texto *in*
cap. non ſane 4. quæſt. 5. ibi, *Sed non ideo debet Iudex*
vendere Iuſtum Iudicium, aut Teſtis verum Teſtimo-
nium: docent Abbas, Aunania, Anchartanus, Imo-
16 la, Felinus & alij *in dicto cap.* 1. † Sed huc intelli-
git Menochius *de arbitrariis lib.* 2. *caſu* 310 *à n.* 1.
Vt non puniantur pœnâ falſi ordinariâ, nec pœ-
nâ ſtatuti plectentis eum, qui falſum Teſtimo-
nium dixit, nec falſum Teſtem appellari, licet ali-
quo crimine non careat, quando aliunde conſtat
verum dixiſſe & ſic quod iſto caſu pœnâ falſi
non teneatur, pluribus comprobat Decius *in di-*
cto cap. à num. 4. Vbi contrariis reſpondet *ibi* om-
nino videndus.
17 Ita Doctores per textum *in lib.* 3. § *lege Iulia ff.*
de Teſtibus, & in dicto cap. 1. probant quod Teſtes
repelluntur à Teſtimonio, ob donum, pretium,
vel pecuniam acceptam, & facit quod ſententia
lata à corruptis Iudicibus, eſt ipſo Iure nulla, *l.*
venales, Cod. quando prouocare non eſt neceſſe, cap. ei,
qui, §. venales 2. *quæſt* 6. Quare licet ad veritatem
copulatiuè requiratur vtriuſque facti veritas, Iux-
ta textum *in l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtitut.*
Tamen quia ſecundùm Philoſophum, bonum di-
citur ex integra cauſa, malum verò ex quocunque
defectu; ideo venit dicendum quod ille qui di-
cit Teſtes falſos, & pecuniâ corruptos, non tenea-
tur, niſi alterum probare tantum, cum iniquitas,
& turpitudo Teſtis, ex quocumque vitio colliga-
tur; ſic reſoluit tenendum in praxi, Zeuallos *in*
pract. quæſt. 278. cum Bartolo *in dicta l. Diuus*, vbi
Iaſon *num* 215. docet Iulius Clarus, *lib.* 5. *ſenten-*
tiarum receptarum § *falſum, num* 12. ſequitur Ro-
driguez *de ordinando proceſſu, cap* 9. Videndus, *à*
num 11 Vbi bene loquitur de hac quæſtione Ite-
rum cum aliis Zeuallos *de cognitione per viam*
violentiæ, dicta quæſt. 127. *num* 6 Vbi adducit alios,
& textum *in l.* 2. §. 1. *in illa* Gloſſa verbo *aduoca-*
tionem, ff. de falſis & videbis Ricc. *in collect.* 1501.
ibi verſic. *ſecundo quæritur*, Capella Tholoſana
deciſ 283. Rubin *in deciſ* 99.
18 Vnde verſa vice dicendum eſt, quod ſi propo-
nat quis ſententiam fuiſſe latam per falſos Te-
ſtes, & pecuniâ corruptos, ſatis eſſe, vt probet
ſolam falſitatem, licet non probet corruptio-
nem, quia ea qualitas corruptionis, non debet
immutare falſitatis condemnationem ita docet
Alexander *in dicta l. Diuus ff. de re Iudicata*, *n* 22.
ex Gloſſa *ibi* verſic. *corruptis*: tenuit *ibi* Paulus,
num. 3 Baldus *in l.* 1 *num* 11. *Cod de conditione in-*
debiti. Quod tamen intelligit Zeuallos procede-
re *dicta quæſt.* 127. *de cognitione per viam violentiæ,*
num. 5. quando æquè principaliter corruptio pro-
ponitur, quia tunc ſufficit alterum probare ex
Gloſſ. 1. *in c.* 1. *de reſcriptis, & ex l propter litem* 24.
verſic. 1 *ff de excuſatione tutorum* & docet Barto-
lus *in d. l. Diuus, n.* 5. receptus ex Iaſon. *ibi, n.* 22. *ff.*
de re Iudicata.
Nec obſtant Iura, & fundamenta *ſupra* relata, 19
quæ docent vtrumque requiri, quia reſpondeo
procedere, & vera eſſe quoad effectum rettactan-
di ſententiam, quo caſu non ſufficiet probatio
corruptionis, niſi etiam probetur falſitas, vt pa-
ret in noſtro textu. † Nec textus *in dicto cap. li-* 20
cet de probat. quia reſpondetur cum Gloſſa *ibi,*
verbo *ſe adſtrinxit* communiter approbata à Do-
ctoribus partē communitatis obtuliſſe ſe proba-
turam falſitatem. Vnde non ſufficit vnum pro-
bare niſi impleuerit intentionem ſuam, ad quam
ſe obligauit: argumento textus *in l. fin. Cod de rei*
vind. quare cum ad vtrumque probandum com-
munitas ſruentina ſe adſtringeret non ſatis eſſe
ſolam corruptionem probare; licet per ſe ſuffi-
ceret ex iam dictis; ita docet Rodriguez *de ordi-*
nande proceſſu dicto cap. 9. *num.* 15. Vbi id prætetea
confirmat, quia *in dicto cap. licet* corruptio non
probabatur integraliter, ſed aliquid de ea depo-
nebant Teſtes, vt colligit clarè ex verſic. ibi *idem*
quoque: alia tradit, *ibi num.* 13. *&* 14. Videnda pro
declaratione textus noſtri, *& cap* 1. *hoc tit.* & pro
hac declaratione faciunt quæ adducit Zeuallos
in practicis quæſt 841. cùm Bartolo. & Alexandro
in dicta l. Diuus qui dixerunt; quod petens reſti-
tutionem aduerſùs ſententiam latam, ex falſis
probationibus obtinere debet, ſi ſe ad proban-
dum ſtrinxerit, dum tamen probet vtrumque,
quod non admittit idem Zeuallos *ibi à num.* 3.
cum Baldo, Cumano, & Sfortia *de reſtitu-*
tione 2. *part. quæſt.* 78. *art.* 6. *num.* 52. Verſic. ego
puto, vbi docet verius eſſe, vt non tenea-
tur; niſi vnum tantùm probare per textum *in*
l in delictis, § *ſi detracta, ff. de noxalibus l ſi cui fun-*
dum ff de fundo inſtructo, & per textum *in lib.* 10.
tit. 17. *lib* 4 *recep* & ſic reſpondet ad textum *in d.*
c. licet cauſam; ideo Syndicum non potuiſſe ob-
tinere, non quia non probauit vtrumque quod
probaturum; ſe obtulerat; ſed quia non pro-
bauit illud quod erat neceſſarium ad obtinen-
dum, & ſic dixit, Baldus *in dicta l ſi ex falſis, num.* 4.
quod qui allegat dolum, & falſitatem, id tantùm
tenetur probare quod ſibi ſufficit ad victoriam,
maximè quia ſi tantùm vnum allegaſſet; & pro-
baſſet, obtineret, quia vtile non debet per inutile
vitiari. Vide *num. ſequenti.*
Sed dubium facit textus *in l.* 4 § *fin. ff. de noxali-* 21
bus actionibus ibi *abſolutione facta*. Vbi probatur
quod deficiēte qualitate corruptionis debet reus
abſolui licet probetur crimen deductum, ſcilicet
falſitatis, ſed hoc verum eſt, vbi qualitas mutat
modum actionis, & condemnationis, vt *in l.* 2. *in*
princ. illo tit aliter enim ſequetur condemnatio ſi
non mutat, vt tradit Bartolus *in l denunciaſſe.* § *qui*
tamē, n. 2. *ff de adulteriis*, facit textus *in l. habeat* 13.
ff de inſtit. action. Alia tradit videnda Zeuallos *d.*
q. 127 *de cog per viam viol. n.* 5. Vbi ait prædicta in-
telligi, quando per modum qualitatis in eadem
oratione deducitur Teſtem fuiſſe pecuniâ cor-
ruptum, & falſum dixiſſe quia tunc qualitate nō
probatâ reus abſoluitur. † Ita etiam probata, *in l.* 22
habebat ff de actionib. Gloſſ. 2. *ibi*: Nam ſi actum eſt
ad mutuum, ex aliqua certa cauſa, ſiue qualitate,
ſi qualitas illa non probatur, debet reus abſolui,
quamuis mutuum probetur; ſic illum textum ad
hoc commendant plures citati per Tyraquellum
l. 2. *de retractu in fine n.* 99 & per Boëtiū *q.* 41. *n* 17.
Itaque Zeual, *ſup. n.* 7. tenet, & infert ad cōproba- 23

Digitized by Google

tionem Gloſſam *in l. Pomponius* 85. §. *rei*, verſ. *po-
teſt ad finem ff. de acquir hered.* iuxta interpretatio-
nem Bart. *ibi, n* 3. & Aretin. *n.* 8. quæ probat qood
licèt in libello criminali dies exprimi non de-
beat, *l.* 3. *ff. de accuſationibus*, ſi tamen exprimatur
24 debet probari, aliàs debet reus abſolui. † Verùm
hæc ita ſunt intelligenda, vt dixi *in cap.* 15. *de In-
dicius*, vbi egi *de abſolutoria*, quod nihilominus il-
lud poteſt peti io alio Iudicio, noo obſtante ex-
ceptione rei indicatæ, iuxta textum *in dicta l. ha-
bebat*, ex Alberico, Paulo, Fulgoſio *ibi*, & Pioelo
in l. 2. *Cod. de reſcindenda vindit pag.* 148. *n.* 32. Ze-
uallos *dicto n.* 7. *in fine*, vbi air in hoc limitari tex-
tum *in dicta l.* 4 §. *fin. ff. de noxalibus*.

25 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeas,
aduertes quod ſolet contingere, vt reſtes, licèt
ſint precibus corrupti, non depoſuerunt falſum,
ſed verum, & ſic reſponderont Bart. *in d. l. Dinus*,
n. 7. *ff de re iudic.* Paul. *n.* 3 Iaſon. *n.* 27. refert Sfor-
tia *de reſtitut.* 2. *p. q.* 78. *n.* 60. verſic. *in contrarium*,
dari reſtitutionem. Et pro hac opinione adduci-
tur textus *in d l. Venales, Cod. quando prouocare non
eſt neceſſe, l.* 3. *ff de teſtibus*, & textus ooſter. Verùm
eam denegari verius eſt, vt probat textus *in d. cap.
licet cauſam, de probationibus*, & textus *in cap cùm
Ioannes, in fine de re iudic. l. falſum, C. ſi ex falſis in-
ſtrument.* docent *in d. cap. licet*, Innocentius verſic.
nunquid fallis, & Ioan. Andreas, Decius *n.* 156. Fe-
lin. *n.* 29. ſequitur Sfortia Odus *vbi ſuprà, n.* 61. *&*
62. per textum *in d. cap cum Ioannes*, & docet Ze-
26 uallos *comm. contra com. q* 843. † Ex eo quia defi-
ciente læſione ceſſat reſtitutio, *l. nam & poſtea* §.
ſi minor ff. de minoribus, & ſic denegandam eſſe in-
ſtitutionem cùm læſio non conſideretur, falſita-
te non probatâ, *l. falſum, C. ſi ex falſis inſtrument.* Et
pro complemento adjunges quæ ex multis notat
Barboſa *in cap.* 1. *hoc tit. num.* 1. ex verſic. *collige*,
& num. 2.

Q v æ s t i o II.

Exceptio falſi, an poßit opponi antequam obtineatur reſtitutio aduerſus ſententiam ex falſis inſtrumentis latam: Et an falſitas per teſtes probari poßit: Et infra quòd tempus agi poßit: Et an vtens falſo inſtrumento, præſumatur falſarius: Et ex quibus teſtis præſumatur corruptus aut non: Et an eos corrumpens puniatur falſi pænâ?

S v m m a r i v m.

1 *Exceptio falſi quando poßit opponi aduerſùs ſententiam ex falſis inſtrumentis latam, n.* 2. 3. 4. *quod de Iure Regio, n.* 5.

3 *Exceptio falſi aduerſùs talem ſententiam quantum duret, n.* 4.

L. fin. Cod. ſi ex falſis inſtrumentis, l. penult. Cod. de tranſactionibus.

5 L. 1. tit. 8 lib. 4. recopilationis.

v *Exceptio falſitatis, ſubornationis, & corruptionis, poteſt opponi contra teſtes etiam poſt latam ſententiam.*

6 *Condemnatus falſis, ſeu corruptis teſtibus poteſt ad intereſſe agere infra* 30. *annos.*

7 *Index ordinarius, & appellationis poteſt infringere ſententiam latam falſis, ſeu corruptis Teſtibus infra* 20. *annos quis Index eos puniat.*

8 *Teſtium falſitas, & ſi communiter aliis non probetur ſed inſtrumentis, fallit, n.* 9. 10. *&* 14.

11 *Falſitas teſtium vt efficaciùs probetur duo concurrere debent, n* 12. 13. *&* 14.

16 *Falſum præſumitur fabricare vtens inſtrumento falſo.*

17 Cap. inter dilectos *verſic.* vnde exceſſibus prælat.

18 *Victor vtens falſò inſtrumento punietur de falſo, num.* 19.

20 *Corruptus teſtis ex quibus probetur, n.* 21. 22. 23. *&* 24. *ex quibus non, n.* 25. 26. 27. 28. 29. 30. *&* 31.

32 *Corrumpens teſtes punitur pænâ falſi, fallit ſi eos corrumpat, vt verum detegant, n.* 33. 34. *&* 35.

36 *Teſtis accipiens pecuniam vt dicat verum ante ſententiam non probat, ſeciùs ſi poſt.*

AD primam difficultatis partem, cùm de Iure 1
remedia ſint prodita aduerſùs ſententiam
latam à Iudice falſis inſtrumeotis, ſeo probatio-
nibus, vt conſtat *ex tit. Cod ſi ex falſis inſtrument.*
*ex l. Dinus, ff. de ſentent. & re iudic. l. eum qui agna-
tus ff. de except. l ſi ex falſis, C. de tranſactionib. & de
iure Regio, l.* 1. *& toto tit* 26. *p.* 3. ideò In reſpon-
dendo Doctores diſcordant: nam dicunt non-
nulli eam exceptiooem opponi poſſe antequam
obtineatur reſtitutio in iotegrum per textum *in
l.* 1. *&* 2. *C. ſi ex falſis inſtrument. d. l. qui agnatis, cap.
venerabilis, de exceptionibus*, Gloſſa, Bart. & Do-
ctores *in l. querelam, C. ad legem Corneliam de fal-
ſis*, Canoniſtæ *in d. cap. venerabilis*, Felinus *in cap.
licet, de probationibus, n.* 39. ibi Abbas *n.* 27. † Sed 2
Baldus *in d. l. querelam*, vbi Angelus & Cynus,
Paulus *in d. l. Dinus*, contrarium dixerunt, & Bal-
dus *in d. cap. licet, num.* 24. & Gloſſa *ibi*, Vantius *de
nullitate proceſſus, n.* 134. contrarium docuerunt,
alios plures refert pro vtraque opioione, Zeual-
los *in practicis, q.* 841. pro qua ſententia iura ſunt,
in l. nam & poſtea, §. *ſi minor, ff de Iureiurando, l. Pa-
pinianus*, § *ſi filius ff. de inofficioſo teſtamento, l. ſi præ-
torio, ff contra tabulas.* Tamen idem Zeuallos cùm
in loco relato oihil de iure communi reſoluiſſet,
poſtea de cognitiooe per viam violentiæ *c.* 127.
à n. 9. referens has duas; tenet magis communem
eſſe non poſſe excipi de falſitate antequam re-
ſtitutio imploretur. Quare licèt Socinus ſic te-
nendo *in d. l. qui agnatis, n.* 15. *ad finem*, qui benè
reſpondet ad textum *in d. cap. venerabilis, & in d.
cap licet*, qui probant poſſe excipi de falſitate nul-
lâ mentione factâ de reſtitutione priùs imperra-
tâ, quàm impugnando, Decius *in d. cap licet*; ni-
hilominus dicendum eſt ea iura intelligi debere
præhabitâ reſtitutione, vt docent Paulus, Imola
in d l. Dinus, ibi Alexander *n.* 18. Iaſon. *n.* 30. & Ze-
uallos *d. n.* 9. dicit ea Iura clarius intelligi de ex-
ceptione falſi, quæ in ſe includit petitionem re-
ſtitutionis, quia reſtitutio per viam exceptionis
peti poteſt, *dicta l. nam & poſtea.* §. *ſi minor, ff de
Iureiurando*, quæ tacitè peti videtur reſtitutio,
tanquam neceſſarius antecedens, Gloſſa *in cap.
conqueſtus*, verſic. *iuxta*, de Religioſis domibus.

Vnde infero quod licet exceptio ſit perpetua, 3
l pure, §. *fin. ff. de doli exceptione*: Tamen hæc
falſi reſtitutio, quia debet continere reſtitutionem
non durat vltra quadriennium, *d. l. nam & po-
ſtea*, §. *ſi minor, l. fin. C. de tempor. in integrum reſtit.*
facit, *d. l. Papinianus*, §. *filius*, *ff. de in officioſo*
vbi

vbi Paulus , & Angelus *dicta l. Diuus*, commo-
niter recepta, *ff. de re iudicata.* Quod tamen ve-
nit declarandum , quandn ciuiliter agitur : nam
ſi agatur criminaliter ; tunc ſi condemnatus agat
de falſo , poterit infra 20. annis , & per quan-
dam conſequentiam infringere ſententiam la-
tam , *dicta l.2. Cod. ſi ex falſis inſtrumentis* , ibi,
cum de crimine docuerit , Pariſius *in dicto cap. Ve-
nerabilis, n.69.* Imnla *in dicta l. Diuus* : Videndus
cum multis Zeuallos *dicta q.127. num.10.* vbi id
etiam prnbat *ex dicta l. Diuus* , quâ iubetur cri-
men puniri , & *ex leg. quarela , Cod. de falſis* , &
docet ita intelligi debere , *l. fin. Cod. ſi ex falſis
inſtrumentis* . *l. penult. Cod. de tranſactionibus.*

4 Et licet Sfortia *de reſtitutione 2.p. q.77. art.4.
n.16.* dicat effectum huius difficultatis magnum
eſſe , qnia ſi poteſt exceptio falſitatis opponi
abſque remedio reſtitutionis in integrum erit re-
medium perpetuum, & durabit 30. annis; ſi verò
non puſſet opponi, niſi obtentâ prius reſtitutin-
ne , non durare , niſi per quadriennium. Tamen
Zeuall. *in pract. d.q.841. contra Padillam, l ſi ex fal-
ſis , C. de tranſactionib. n.3.* ait iam hodie de Iure
Regin parum fructuoſam eſſe illam diſputatio-
nem, *ex l.2. tit.26. p.3.* vbi dicitur, quod illud re-
medium competit intra 20. annos, ſiue exceptio
opponatur ante reſtitutionem, vel poſt , videtur
tenere, Rodriguez *de ordinando proceſſu , cap.9. à
n.9. & 12.* videndus cum multis ab eo relatis.

5 Vnde infero ad intellectum text. *in l. 1. tit.8.
lib.4. recop.* qnod contra teſtes poteſt opponi ex-
ceptio falſitatis, vel ſubornationis, & corruptio-
nis , non ſolùm poſt publicationem teſtium , &
termino ſex dierum ibi dato ad proponēdas ob-
iectiones, & repulſas (de quo alibi dico.) & ante
ſententiam , ſed etiam poſt ſententiam probare
videtur text. *in l.17. tit.16. p.1. in fine*, vbi deciſum
eſt quod quamuis poſt teſtinm publicationem, &
terminum à Iudice aſſignatum, non poſſint in ea-
dem cauſa recipi aliæ probationes, vel alij teſtes,
poſſe tamen alteram partem pnſt publicatas at-
teſtationes, & terminum aſſignatum , opponere
exceptionem falſitatis , aut corruptionis docet
Greg. Lup. *ibi* verbo *mentira* ; eo caſu poſſe pro-
duci teſtes ſuper falſitate dictorum , & ſi non
allegetur teſtium corruptio , vel ſolam corru-
ptionem prnbari , ſufficere , & probat ex verbis
ibi *fueſe mentira , o que lo ficieron por auer , o por
otra coſa qualquier que les dieron , o que les prome-
tieron de dar.* Quod idem Gregor. eleganter *ibi*
intelligēdum dicit ex inſigni Gloſſa verbo *con-
trariis in Clem 2. de Teſtibus*, quandn per indire-
ctum, vult pars probare falſitatem , vt tunc eam
ſolùm probare ſufficiat , veluti ſi probet per ab-
ſentiam partis, vel Teſtis à loco , ſecundùm mo-
dum, & formam, de qua *in cap. ex tenore, de Teſti-
bus* : Nam ſuper directa contrarietate Teſtis, non
licet niſi opponeretur directa falſitas; Cum cor-
ruptione, quod notant Abbas, & Felinus *in dicto
c. licet de probat.* Et ſic Auendañus *lib.1. reſpon-
ſorum reſponſ. 21. num.53.* tenet poſt ſex dies à le-
ge Regia 1. nouæ collectionis conceſſos ad pro-
ponendas repulſas , & obiectiones Teſtium , &
pnſt latam ſententiam poſſe opponi reprobatio-
nem Teſtium, & corruptelam.

6 Secundò infero quod condemnatus, poteſt ad
intereſſe agere, iuxta textum *in l. qui nomine 25.
ff. de falſis*, & tunc poterit agere infra annos 30.
Glnſſ. fin. *in d.l. Diuus, ff. de ſententia, & re Iudica-
ta*, Glnſſ. etiam *in l. ſi prætor 73. verſic. admitatur, ſ.
Marcell. ff. de Iudiciis*, Decius *in d. c. licet, de proba
n.21. ad fin.* Tamen hoc in caſn ſententiam firmam
permanere dixit Alexander *in d.l. Diuus, num 16.*
Iaſon *n.29.* Zeuallos *de cognitione per viam violen-
tia, d. cap.147. n.11.* quia ſatis eſt actorem obtinere
intereſſe argumento textus , *in l. reſcriptum* , *§. ſi
pacto ff de pactis.*

Tertiò infern quod nnn ſulùm iudex nrdina- 7
rius qui protulit ſententiam , ſed iudex appella-
tinnis , poteſt intra viginti annos ſententiam in-
fringere *d l 2. tit.16 part 3.* Zeuallos *in practicis, d.
quæſt 842. n.4.* Et Riccius *collect. 1499.* ad textum
noſtrum cum aliis, ait qnnd ſi tales teſtes fuerint
laici, & falſum depoſuerint , poterunt pnniri ab
Eccleſiaſtico iudice ſi coram eo falſum deponāt,
de quo bene dixi *in c. at ſi Clerici, de Iudiciis*, bene
Capella Tholoſana, *in deciſ 369.* Latè Treuiſanus
in deciſ. venet. 7. part. 2. Latiſſimè per Afflictis *in
deciſ. 130.* quod procedit etiam, ſi falſum depone-
rent coram Iudice delegato: latè Idem Riccius *in
deciſ. 90. Curia Archienapol.* & à qun Iudice latiſ-
ſimè tractat Farinacius *quæſt. 67. à n.1.* de qnn *in-
fra ad titulum de crimine falſi.*

Ad ſecundam partem quæſtinnis , an falſitas 8
per teſtes probari poſſit , & videtur quod nnn ,
quia poſt publicatas atteſtationes alia probatio
quàm inſtrumētalis nnn admittitur, Glnſſ. verbo
productione, in fine *in Authentica, at qui ſemel. Cod.
quomodo, & quando Iudex notatur, in c. cum dilectus
de fide inſtrumentorum* , Vbi vſque ad concluſinnē
in cauſa admittuntur inſtrumenta, & poſt illam,
etiam in ſecunda inſtantia prnduci pnſſunt , quia
ceſſat timor ſubnrnationis, Pannrmitanus *ibi ad
fin.* Ordinatio *lib.3. tit.66 § penult. ampliando*, vt
per Gloſſ. *2. in fine, c. ſicut hoc tit.* & ibi Pannrmi-
tanus, *n.4.* ergn patet falſitatem non poſſe prnbari
per teſtes, quod regulare eſt, quia poſt latam ſen-
tentiam, & ſic poſt publicatas atteſtatinnes ſuper
eiſdem articulis, aut enntrariis admitti teſtes non
poſſunt *Clem. 2. hoc tit* Panormitanus *in d. c. licet,
de probationibus, n.21.* & ibi Felinus *n.14.* Socinus
Regula 405.

Sed adhuc dices dari nonnullos caſus, in qui- 9
bus per teſtes falſitas poteſt probari Primus quā-
do teſtes, aliqnid depoſnerunt, quod in articulis
non erat ſpecificatum : nam tunc poteſt contra-
rium probari per teſtes poſt publicatinnem te-
ſtium, *c. ex tenore 35. hoc tit.* ibi Panormitanus om-
nino videndus, *n.6* Barinlus *in dicta Authentica at
qui ſemel, n.27.* Baldus *in l. ſi quis, C. hoc tit, n.3.* † Se- 10
cundus quandn allegatur teſtes falſa depoſuiſſe
per corruptionem (vt in noſtrn textu.) quæ qua-
litas noua eſt, & nouus cenſetur articulus argu-
mento *l. Ius Ciuile 6. ff de iuſtitia, & Iure*: quare ad-
mitti poſſe Teſtes probatur *in c. fraternitatis hoc
tit.* docet Paulus *in d.l. Diuus, ff. de re Iudicata, col.2.
ad medium*, Imola, *n.2 ad fin.* Alexander *n.5.* Zeual-
los *de cognitione per vi. m violentia, d.q.127. n.3.*

Vnde infero , quod cum retractetur ſententia 11
ſi conſtet eam fuiſſe latam ad dictum ſubnrnato-
rum teſtium vt docet Gaſpar Theſaurus *in q.11.*
Riccius ad textum nnſtrum *collect.* 1499 & patet
ex iam dictis, *quæſt. 1.* ideò videndum eſt qualiter
hoc procedat; igitur dices duo hîc deſiderari co-
pulatiuè. Primo vt præfata ſubornatin vti mate-
ria criminis, & ndinſa concludenter probetur, vt
fuit in Rota deciſum in vna Vliſbonenſ. 3n. fe-
bruarij 1575. coram Cotta.

Secundò vt per alins teſtes, quàm per eos, qui 12
dicunt ſe fuiſſe ſubornatos probetur cuius re-

quiſiri duplex eſt ratio. Prima nam ex eo, quod
dicunt ſe corruptos dixiſſe falſum, oſtenduot
ſe fuiſſe periuros, & falſarios, & ob id ooo eis
credi Verallus *in deciſ.73. lib.1.* in manu ſcriptis
13 per textum, *in cap. teſtimonium hoc tit.* † Secun-
da quia præfati teſtes vti de facto proprio de-
pouenres non probant, vt latè per Beneditend.
in deciſ. Rota Bonon.71. per textum expreſſum,
in l. nullus, ff. hoc tit.
14 Notabis verò cum Puteo *in deciſ.476. lib.1.*
& Ricc. *in deciſion. collect.552.* verſic. *dubitatur
ſecundo* qualitatem inſtroctionis, & ſuborna-
tionis teſtium probari per teſtes de auditu.
15 Ad tertiam partem quæſtionis *infrà* quod
tempus agi poſſit, ſatis reſpondebis ex dictis *in
prima huius quæſtionis parte.*
16 Ad quartam partem quæſtionis, ao vtens fal-
ſo inſtrumento præſumatur falſarius, & dico
præſumi falſum fabricare, vt *in l. majorem, Cod.
de falſis* ibi, *ſi ſuam innocentiam probat.* Ex quo Bu-
trius & Baldus hoc colligunt, ſequitur Alexan-
der *concl.77. n.1. lib.1.* Iaſon *in l. vnus, n. fin. Cod.
de teſtam. & concl.169. n.1. lib.4.* Hipolyt. *in praxi
in §. diligenter, n.94.* Ordinatio *lib.5. tit.9.* quod eg
intelligo procedere ſi vtatur, vſque ad ſeoten-
tiam, aliàs enim ſi deſiſtat ceſſabit præſumptio,
nec punietur quaſi falſarius, vt colligitur ex
Gloſſa fin *in l.3. Cod. ſi reus vel accuſator*, & ex
17 Gloſſa fin. *in l.3. Cod. de fide inſtr.* † Quo pacto ait
Zeuallos de cognitione per viam violentiæ *dicta
q. 127. n.4.* non obſtare textum *in cap. inter dile-
ctos*, verſic. *unde* de exceſſibus prælator. qui
contrarium ſentire videtur, & ibi Palacios *n 4.*
Paulus *in l.2. C. de fide inſtrumentorum n.3.* Aymon
concl.315. per totum.
18 Vnde infero circa textum noſtrum, & in ter-
minis textûs *in dict. l. Dinus, ff. de ſententia & re
iud.* Quod ſi victor fuerit vſus Teſtibus falſis,
punietur de falſo, & ſi aliud non probetur ſi ita
vtatur vſque ad ſententiam, Iaſon ibi *n.12. & 19.*
Socious *in dicta l. qui agnatis, num.9. ff. de ex-
ceptionibus*, Decius *in cap.2. de reſcriptis, n.13.*
& *in cap. licet de probat.*
19 Et ob id cauendum eſt à Paulo, qui ibi poſt
principium dixit; ideo ibi probandam teſtium
corruptionem, quia ſi reprobaretur ſola falſitas
producens, non erat puniendus; ſed vt ait Ze-
uallos *de cognitione per viam viol. dicto cap.157.
num.9.* poſt medium, poteſt defendi traditio
Pauli, quia textos ille inquit rem eſſe vindi-
candam ſeuerè, & ſic pœna ordinaria, de qua
in l.1. §. fin. ff. de falſis, ad qoam neceſſario
probanda eſt corruptio, ſed licet qui fuit vſus
Teſtibus falſis, vſque ad ſententiam ſine illo-
rum corruptione extraordinariè puniretur, *leg.
falſis 13. §.1. ff. de falſis*, Cynus *in l.2. ff. de fide
inſtrumentorum*, Afflictis *q.81. num.3.* Hipolytus
in l. ſi in rixa, ff. de ſicarijs.
20 Ad quintam partem quæſtionis breuiter, dico
teſtis corruptionem probari indiciis, & coo-
iecturis, Maſcardus *de Probat. lib.3. concl.1340.
num.1.* Quod tamen intelligo quoad pœoam
extraordinariam, Felinos *in cap. afferte de præ-
ſumpt. poſt, num.6.* Nam quoad pœnam ordi-
nariam non ſolùm requiritur concludens, &
neceſſaria probatio, ſed etiam ſtrictior, & ma-
gis exquiſita, quàm in aliis delictis: tradit cum
multis Farinacius *de Teſtibus, quæſt.77. n.74.*
21 *& 75.* † Qui etiam cum aliis, *dicta quæſt.77.
numero 252.* ait quod teſtis dicitur corruptus,
& non probat etiam, quod pecuniam accipiat
à ſponte dante.
Item ex eo ſolùm quod ſperat aliquod lu- 22
crum facere, *ibi num 253.* Maſcardus *de Probat.
lib.1. concl.454. num 4.* † Imò & præſumuntur 23
teſtes corrupti, eo ſolùm quod vnus corruptus
ſit; idem Maſcardus *lib.3. concluſ.1340.* † Qui 24
etiam *dicta concluſ.454. num.8.* ait quod teſtis
corruptus poteſt inquam repelli Iudicis offi-
cio, etiam parte non opponente: de Butrius *in
cap. ſignificante, num.5. qui matrimonium accuſare
poſſunt, in cap. exceptionem de except.* vbi de com-
muni Doctorum opinione.
Econtra tamen teſtis corruptus, ſi pecuniam 25
accepit publicè, & palam; ſed probari docet
Baldus *in cap. fin. n.12. de appellationibus*: alia
dicit Farinacius *dicta quæſt.77. num.269.* † Item 26
non dicitur corruptus ſi teſti pecunia datur pro
expenſis in itinere, & pro operis omiſſo, cum
tales expenſæ de iure debeantur Teſtibus, quas
licitè recipiunt textus, *in cap. ſtatutum in fine
de reſcriptis, lib.6. & §. venturis 13. quæſt.4. l. quo-
niam liberi, Cod. de Teſtibus*, Buttius, Felinus,
Anchartanus, Annania, Zabarella *in cap.1. hoc
tit.* multis adductis Farinacius *de Teſtibus dicta
quæſtione 77. à num.270.* † Vbi cum dicat de 27
aliis contrarium dicentibus, *ibi à num.274.* di-
cit hoc præſertim procedere quando teſtis no-
lebat accedere ad teſtimonium, niſi ſoluto pre-
tio operarum omiſſarum, quod limitat in caſu,
qoo pecuniæ datæ pro expenſis, & operis omnis
excederent illarum æſtimationem, quia tunc iam
eſſet color quæſitus, & teſtis diceretur corru-
ptus; quod optimè Iudex arbitrabitur ex condi-
tione perſonæ, & ex quantitate ſummæ, Meno-
chius *de Arbitrarijs caſu 310. n.10.* verſic. *Sed
hic*, Gailius *Obſeruat.99. n.3. & 4 lib.1.*
Item nec teſtis dicitur corruptus, ſi poſt de- 28
poſitionem, pecuniam accepit, dum tamen nil
ante promiſſum ſit; ita Marſilius *in l.1. ff. de fal-
ſis à n.5.* Farinac. *ſuprà n.277. & 278.* vbi dicit
quod iſte teſtis ſaltim quoad probatiooem,
eſſet multùm ſuſpectus. † Et addit cum eo- 29
dem Marſilio *num.11.* quod ſi teſtis pecuniam
accipit, vt ſic aliquid ſpecialiter dicat corru-
ptus; cenſetur ſecus, ſi ſibi data pecunia fuit,
ſine tali promiſſione de ſic ſpecialiter deponen-
do, ſed generaliter, vt ius dantis haberet com-
mendatum. Tamen quomodocumque eam ac-
cipiat credo cum Farinacio non carere ſuſpicio-
ne. † Item etiam teſtis corruptus, licet non pro- 30
bet pro corrumpente, probat tamen contra
ipſum; Felin. *in d. cap. licet cauſam de probat. n.7.
in 9. notabili*, Iaſon *in l.1. n.21. ff. de ſeruis*, econtra
hoc plura conſiderauit Maſcardus *de Probationi-
bus, lib.1. concluſ.454. à n.10.* Sed videbis ipſum
pro reſponſione *ibi n.13.* † Et Farinac. *ſuprà* 31
n.281. per textum, *in dicta l. ſi quis Teſtibus, Cod.
hoc tit.* ait quod teſtis corruptus, tunc probet
pro corrumpente; quando producitur ab eo,
contra quem fuit corruptus. Et de teſtium ſub-
ornatorum pœna, Theſaurus *in deciſ.15. p.1.* vbi
dicit eſſe pœnam falſitatis, & quod teſtes ſub-
ornati non probant; dixit Riccius cum Rota
in deciſ.234. collect 552. verſic. *tertio.*
Ad vltimam partem an corrumpens teſtes 32
puniatur pœnâ falſi dico quod eos corrumpens,
& ſubornans, punitur pœnâ falſi, Marſilius *in
dicta l.1. ff. de falſis*, vbi qui corrumpit & corrum-
pere tentauit, punitur pœna falſi, & Simancas
de

Digitized by Google

de Catholicis inſtitut. tit.64. num.96. Pegna *in directorio inquiſit.p.3.ad quæſtionem 77.comment.123. fol.676.col.2.* verſic. *neque hoc ipſum*, ducent, vt corrumpens Teſtes in cauſa criminali punitur eâdem pœnâ, quâ puniendus erat is, contra quem Teſtis fuit corruptus: Et Salicetus poſt Gloſſam *in l.ſi falſis in primo q. n.* 3. quem latè defendit Bertacol. *conſ 218. per totum*, quod corrumpens Teſtes punitur, ſiue ſit pars litigans, ſiue tertius.
33 † Et licet Nell. *de Teſtibus, num.203. in fine,* verſic. *dans pecuniam*, dicat quod punitur non ſolùm corrumpens Teſtes, & dans pecuniam, vt falſum dicant, ſed etiam vt verum. Tamen Farin. *ſupra n.261. & 262.* ait, quod non punitur pœnâ falſi, ſed aliqualiter, & nihil punietur, quando quia dat pecuniam, vt verum dicat Teſtis, qui aliàs ſine pecunia nolebat deponere, Bald. *in cap. fin. de appellat.* vel quando pariter datur pecunia Teſti vt falſitatem, quam depoſuerat in Iudicio deroget, & ſic vt quod falsò dixerat reuocet, Boſius docet benè *in tit. de opposit. contra Teſt. n.149. ad finem:* Surdus *conſ.132. lib.1. à num* 49.
34 † Et Farinacius *ſupra n.265.* ait quod ſicut Teſtis dicitur falſus, qui tacet verum, & ſicut punitur Teſtis corruptus ad tacendum, verùm & ad non ferendum Teſtimonium, ita corrumpens ad tacendum verum, punietur ne dum ad falſum deponendum: Sic cum Cardinali *in clement. 2. de Teſtibus, in princ. in 3. notab.*
35 Et docet idem Farinacius *ſupra dicta quæſt. 78. n.255.* quod Teſtes corrumpens punitur, etiam quod illis poſteà vſus non fuit; quod intelligo, vt iam dixi, ſi durauit vſque ad ſententiam.
36 Vnum tamen notabis, quod Teſtis accipiens pecuniam ante ſententiam, etiam vt dicat verum, non probat, secùs verò ſi poſt ſententiam, & quoad illam retractandam, quia tunc probat; licet de falsò puniatur: tradit Boſius *in tit. de falſis num 68.* verſic. *credo*, Farinac. *dicta quæſt.77. n.345* Et applicabis quæ notat Ricc. *collect.1502.* ad textum *in dicta l. Diuus,* in verſic. *tertio*, vt dicit quod eò ipſo quod quis accipit pecuniam, vt dicat Teſtimonium ſtatim committit falſum etiamſi verum dixerit, ad hoc nempe vt dicatur corruptus.

QVÆSTIO III.

An Teſtis inſtructus à parte probet: Et Teſtis à parte prece inductus ad teſtificandum dicatur corruptus: Et an Teſtis à parte falſus in totum talis reputetur: Vbi de Teſte nulliter, & inutiliter deponente falſum, quando probet, ſeu puniatur: Et quid de Teſte qui tacendo veritatem falſum deponit: Et ſubornatus an teneatur ad reſtitutionem?

SVMMARIVM.

1 *Teſtis inſtructus à parte, quando probet, numero 2 3 4 5.6.*
7 *Inſtruere Teſtes intereſſentes negotia vt apertè verba dicant, non eſt peccatum, n.8.*
9 *Reuelans Teſtis ſuam depoſitionem, an puniatur.*
10 *Teſtis prece inductus, non dicitur corruptus, ſecus ſi pretio, & qua ſit differentia.*
11 *Falſus Teſtis in vno non probat in aliis.*
13 *Teſtis ſi vt falſum dicat pecunias accipit, num ſi obligatus reſtitutioni.*

AD primam quæſtionis partem, quæ apertè 1
pertinet ad tractationem, de qua loquimur breuiter dicendum eſt, quod inſtructus à parte regulariter non probat, Maſcardus *de probationibus, lib.3. concluſ.1358. n.3.* Campegius *de Teſtibus regula 216. in princ.* qui idem tenent in Teſte inſtructo ab Aduocato, & addit Felinus *in cap. præterea de Teſtibus cogend. num.12*, vt Teſtis præſumatur inſtructus eò ipſo, quod ante examen alloquutus fuerit partem.

Verùm quia, vt ait Rebuffus *de Teſt. Gloſſa 7.* 2
num.42. poteſt pars perquirere à Teſte examinando, quid pro veritate deponere poteſt in cauſa; imò & poteſt coram Teſtibus Articulos legere ſuper quibus ſint examinandi, vel quod
ipſi legant, vt experti deponant. † Et de re Iu-
dici notulam Articulorum, ſuper quibus Teſtes 3
examinandos poſſit interrogare, pro quo faciunt quæ dicit Farinacius *de Teſtibus, quæſt.77. n.193.*
† Vbi dicit quidquid in Teſte inſtructo; ſecùs 4
tamen eſſe in eo qui partibus reuelat id quod dictuus eſt, is enim à Teſtimonio non repellitur, quod verum eſt, ſi Teſtis non ſpontè, & diuiſum vtrique parti ſe offerat, vt dicat aliquid in eius fauorem, quia tunc falſus apparet volens deponere pro vtraque parte, ſecùs ergò vbi tantùm vni parti veritatem reuelat, quam ſcit. Quo pacto ſunt intelligendi relati à Farinacio *ibi, num.204.*

Itaque Teſtis inſtructus bona fide ad dicen- 5
dum veritatem non repellitur, ſicut nec Teſtis inſtructus, vt congruè deponat, & vt ſui rationem reddat, Decius *in cap.1 hoc tit. n.16* Sed Felinus *in dicto cap. præterea dicto num.12.* ait hoc non procedere, quando Teſtis fuit inſtructus, & edoctus à parte, vt benediceret quid ſit notorium, quia tunc videtur ſubornatus, & non probat.

Vnde notandum primò eſt, quod ſi Teſtis di- 6
cit ſe inſtructum, nihilominùs probat cum debeat inſtructus intelligi de licita inſtructione. Verùm ſi dicat ſe inſtructum, & reperiatur, quod ſit inſtructus, non eſt in hoc periurus, quia intelligitur de illicita, non autem de licita inſtructione, Rebuffus *in tractatu de Teſtibus Gloſſa 7 numero 4.*

Notabis ſecundò cum Ripa *in leg.1. num. 36.* 7
verſic. *ſi quid; ff. ſi certum petatur*, & cum Nell. *de Teſtibus, num 102.* quod inſtruere Teſtes qui interfuerunt negotio, vt plenè, & apertè verba dicant non eſt peccatum, ſequitur Rebuffus *ſupradicta Gloſſa 7. num.43.* † Vbi quod inſtruere 8
Teſtes, vt aptè & apertè deponant, dummodò non inducantur ad mentiendum, vel vt à veritate diſcedant licitum eſt; cum aliis Maſcardus *lib.3. de probationibus, concluſione 1358. numero 4.*

Tertiò vt ſcias an puniatur Teſtis reuelans 9
ſuam depoſitionem iam factam, & an id poſſit, & quando; & an probet, leges Speculatorem *tit. de Teſte, §. 4. num.2.* Abbatem *in cap. fraternitatis, hoc tit. num.13.* vbi de Iudice præſtante iuramentum Teſti de non reuelando ſuum examen, & Federicus Senen. *de Teſtibus num.54* ait quod talis Teſtis reuelans ſuum dictum ante publicationem punitur, Bellamera *in cap. delicto-*

rum num. 11. *&* 12. *de Teſtibus cogendis* : videbia quæ adducit Farinacius *in lib.* 3. *quæſtione* 74 *numero* 18.

10 Ad ſecundam difficultatis partem præmittes aliqua quæ adduxi *ſupra, quæſt.* 1. *in fine*: Sed in terminis, quod licet aliquis dicatur corruptus pecuniâ, vel prætio ſeu promiſſione, non tamen dicetur ſi prece, & rogatus deponat: quia tunc probant, docent Hoſtienſis *in cap.* 1. *hoc tit. in fine*, in verbo *pretio*, Ioannes Andreas, *n.* 1. Aretinus *n.* 2. Butrius *n.* 5. Abbas *in fine, princ. in* 1. *notabili, & in num.* 1. *ad medium*, vbi reddit rationem diuerſitas, quare Teſtis corrumpatur pretio, & non prece, Bellamer. *à num.* 1. verſic. *imò permiſſum eſt precibus*, vbi exuroat Felinus *num.* 1. *poſt medium*. Quod ego intelligo procedere, dummodò corruptio abſit, & ſic dummodò preces effuodantur pro dicendo vero; ſecùs ſi ad falſum dicendum Teſtis rogaretur, quia non ſolùm pecuniâ, ſed etiam timore, amore, vel odio corrumpuntur Teſtes, *cap. quoties, hoc tit.* tradunt Hoſtienſis, & Doctores ibi, Farinacios *de Teſtibus, quæſt.* 77. *à num.* 226. quo pacto intelligo Speculatorem *in tit. de Teſte*, §. 1. *num.* 43. verſic. *item opponitur Teſti, quod recipit à quocumque pretium, vel preces*, Campegius *de Teſtibus, regula* 49. *in principio*, Baldus Salicetus, & alij relati a Maſcardo *lib.* 1. *concluſ.* 454. *num.* 3. *& lib* 3. *concluſ.* 1358. *num.* 5. *de probationibus*, qui abſolutè docent Teſtes etiam corrumpi precibus.

11 Ad tertiam quæſtionis partem breuiter dico, quod Teſtis in parte falſus, in totum talis reputatur, & ob id falſus in vno non probat in aliis ratione iuramenti, quod eſt indiuiduum, & hæc regula procedit, ſiue in capitulis connexis, ſiue ſeparatis, & hoc ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, de quo dico latè, *in cap.* 1. *de crimine falſi*, vbi adduco diuerſas declarationes ad hanc partem.

12 Ad quartam, & quintam difficultatis partem videbis etiam quæ latè adduco *in dicto cap.* 1. *de crimine falſi*; interim leges ad has tres quæſtiunculas, quæ adducit Farinacius *de Teſtibus, q.* 77. *à n.* 111. *à n.* 187. *& à n.* 220.

13 Ad ſextam quæſtionis partem, an ſubornatus Teſtis teneatur ad reſtitutionem, Trulenc. *in opere morali, lib* 8. *cap.* 3. *n.* 9. vbi ait quod ſi Teſtis vt falſum deponat pecunias accipit ante teſtimonium, tenetur deſiſtere, & pecunias danti reſtituere poſt, poterit eas ſibi retinere: Videbis Leſſium *de Iuſtitia, lib.* 2. *cap.* 14. Bonac. *tom.* 2. *diſputat.* 10 *num.* 17. latè Trulenc. *lib.* 7. *cap.* 14. *dubio* 6.

14 Hic agi poterat de Iudice pecunia corrupto; Sed de hoc latiſſimè Farinacius citatus ſupra in paraphraſi: De quo dico *in cap. cum ab omni* 10. *de vita, & honeſtate Clericorum*.

AD TEXTVM
IN CAPITE X.
Veniens, de Teſtibus.

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte diuerſam continet materiam, ſiquidem in eo poteſt agi de Simonia in illis verbis ibi *veniens ad nos, l. Presbyter ſua relatione monſtrauit, quod ei obiectum fuit, quod in Eccleſia Doonem Canonicum non habuiſſet ingreſſum, quia promiſiſſet vnicuique Parracianorum quinque Barrillos vini remittere, quia Sacerdoti ibi pro tempore ſeruienti conſueuerant pro beneficio dari.* I. Ex quibus nonnullæ oriebantur diſputandæ quæſtiones. Prima Simonia in beneficialibus, an priuet ab ingreſſu beneficij & Eccleſiæ, vel plectatur ſub aliis pœnis dico latè *infra ad Rubricam de Simonia, & in capitibus eiuſdem tituli.* II. Et an qui promittit liberare aliquem ab onere ſoluendi conſueto, committat Simoniam, ſi id faciat prætextu conſequendi à ſoluentibus præſentationem, aut aſſenſum, de hoc dico *in dicto tit. de Simonia.*

III. Et an cõſuetudine effici poſſit, vt gratis aliquid offeratur pro adminiſtratione Sacramentorum, aut aſſecutione beneficij, de hoc dico *in cap. ad Apoſtolicam* 42. *de Simonia.* IV. Et hîc, vt tradit Couarruuias *pract. cap* 21. *num.* 7. poteſt agi de probatione antiquitatis, ſed ad hoc applicabis quæ adduxi *ſupra, de probationibus in cap. cum cauſam.* 13. & dicit Couarr. *leuiores ſufficere probationes.*

V. Et ibi *veriùs cum duo apparuiſſent.* Et ibi, *nec vnius teſtimonium ad condemnationem ſufficiat alicuius.* Ex his verbis colligitur quis numerus Teſtium requiratur ad aliquem condemnandum, de quo *infra, in cap licet,* 23. *& in cap. cum à nobis* 28. *hoc tit.* VI. Et ibi *qui eodem erat infectus crimine*, hic agitur de ſocio criminis admittendo in Teſtem, aut non, de quo dico ad ſaturitatem *in cap. fin. de Teſtibus cogendis.*

VII. Et ibi *nulliquo de ſe confeſſo aduerſus alium in eodem crimine ſit credendum.* Ad quod applicabis quæ dico *infra de Teſtibus ſimili morbo laborantibus, in cap. per tuas,* 20. *hoc tit.* Et applicabis dicta *in cap.* 1. *de confeſſis.* VIII. Et ad materiam huius decretalis *de Teſtibus, & eorum requiſitis*, vt admittantur in materia Simoniæ, dico *infra in capite licet, Hely* 31. *cap. per tuas* 31. *de Simonia.*

IX. Et ad quæſtionem Gloſſæ 1. hîc, an qui remittit debitum dare intelligatur, ſeu donare affirmatiuè reſpondetur ex his quæ Couarruuias *lib.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 7. *in fine, & n.* 8. Abbas & Felinus hic, Tiraquellus latiſſimè *in l. ſi vnquam, Cod. de reuocandis donationibus*, in verbo *donatione largitus*, num. 143. & præter iura hic à Gloſſa adducta probatur, *ex l. in ædibus*, § *in princ. ff. de donationibus, l. peculium*, vbi Bartolus *ff de peculio, optimus textus in l. ſicut.* §. *an paciſci, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca ſoluatur*: faciunt iura *in l.* 1. *ff. de donat. l. donari, ff. de reg. iuris.* X. Agunt etiam hic Doctores de Teſtibus ſingularibus, & eorum probatione: Videbis quæ dico *in cap. tam litteris* 33. *hoc tit.*

QVÆSTIO I.

An Simonia ad effectum priuationis ſit plenè probanda: Et quomodo ſcientia probetur ad hunc effectum?

SVMMARIVM.

1 *Simonia ad effectum priuationis, eſt plenè probanda, & per quos, n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Scientia

Digitized by Google

9 *Scientia Simoniæ ad effectum priuandi à iure quæſito, debet eſſe plena; à iure tamen acquirendo, ſufficit præſumpta, n.10.*

1 QVi poſſint eſſe Teſtes ad probandam Simoniam dico *in cap. tanta 6. de Simonia*, & qualiter deponere *in cap. licet, Hely 31. & in cap. ſequenti, eodem tit.* Sed quia per textum noſtrum inuenio Riccium de his duabus quæſtionibus loquentem in locis *infra*, de ferendis; Ideò breuiter ad verba textus noſtri ibi, *& cum altero illorum pactum illud factum fuiſſe*, dico quod Simonia ad effectum priuationis eſt plenè probanda, ſicut fuit reſolutum in Rota in vna firmana, Capellaniæ 7. Maij, 1589. coram Clemente VIII. Tunc Auditore; tradit Riccius *collect.* 1739. ſuper hunc textum, & eius Gloſſam.

2 Et notat vbi agitur ad repellendũ aliquem ab
exequutione beneficij nondum obtenti, ſufficit
hoc fieri per leuiores probationes; Sic Rota
diuerſa *in deciſ.* 47. *p.*2. & iterùm eadem Rota
reſoluit in vna Canonicatus 10. Maij 1581. co-
3 ram Comitulo. † Imò ait Biſignir. *in deciſ.* 1.
de Simonia, neceſſum eſſe, vt coniecturæ ſint
euidentes in omnibus caſibus, in quibus in hac
materia ſufficiunt leniores probationes.

4 Ex quo infertur quod dictum reſignantis, qui aſſerit ſe reſignaſſe Parochialem ſub promiſſione cuiuſdam ſummæ pecuniarum equi, & quarundam aliarum rerum; Nam probat, quia, cum ſit confeſſio cedentis facta poſt ceſſionem, non nocet Ceſſionario, Afflictis *in deciſ.* 165. Chacher *in deciſ.* 45. Caputaq. *in deciſ.* 185. *p.* 1. Lanfranc. *in deciſ.* 59. Nec enim obſtat confeſſio probata per Teſtes ſingulares, vt probat Afflictis *in deciſ.* Cardinalis Puteus *in deciſ.* 3. *de probat. & in deciſ.* 172. Rota *diuerſor. in deciſ.* 191. *parte* 1.

5 Quare iuxta noſtrum textum dico, quod nec
ſocius criminis admittitur in hac materia, ma-
ximè, vbi agitur ad effectum priuationis, Faber
6 *in deciſ.* 47. *p* 2. Thoming. *in deciſ.* 191. † Nec
etiam admitti debent Teſtes deponentes de fa-
ma, quia ad effectum priuationis non admitti-
tur; etiamſi ciuiliter agatur: Ita Cardinalis Pu-
teus *in deciſ.* 172. *in fine lib.* 2. & fuit dictum in
Rota vna, Imol. confidentiæ 12. Februarij 1599.
7 coram Pamphilo. † Imò ait idem Puteus, &
Mohedan. *in deciſ.* 166. Nec obſtare Teſtes de-
ponentes de ſolutione pecuniarum, quandò
neſciunt abſque cauſa fuiſſe ſolutas, vt fuit re-
ſolutum in vna Cuſentina confidentiæ 13. Ianu-
8 arij 1601. coram Orano. † Et tradit Riccius
ſupra in Rota Roman. in vna Britonen. penſionis 13.
Feb. 1600. coram Epiſcopo, nihil probare Teſtes
aſſerentes audiuiſſe patrem reſignatarium dicen-
tem ſe non fore ingratum, quia hæc verba gene-
ralia non probant.

9 Ad ſecundam quæſtionis partem ex dictis infertur, & reſumptiuè dico circa hanc ſententiam probandam duos diſtingui caſus, vnus quando agitur de probando aliquo delicto ad effectum priuationis Rei, ſeu iuris quæſiti iam, & in hoc plena & concludens probatio requiritur; etiam ſi ciuiliter agatur, quod regulariter verum eſt in omnibus delictis, in quibus agitur ad priuationem iuris, ſeu rei iam quæſitæ, ita Rota in multis cauſis amplexa eſt, & ſignanter in vna firmana Capellaniæ die 7. Maij 1582. coram Clement. VIII. Auditore, & alias ſæpè reſolutum
tradit Mohedan. *in deciſ.* 160. incipit, *fuit reſolutum aliàs 4. de probationibus.* † Alter caſus eſt 10
quando tractatur de lucro, ſeu amiſſione iuris,
quærendi, & tunc ſufficere probationem præ-
ſumptam: dixerunt Puteus *in deciſ.* 6. *in fine, de
probat.* Mohedan. *in dicta deciſ.* 160. *ſiue 4. de pro-
bationibus in fine*, quas ſequuta fuit Rota in cau-
ſa Burgen. Abbatiæ de Foucea 7. Februarij 1596.
coram Cantuuio, & Riccius tradit eum Rota
recollecta à Farinacio *in deciſ.* 216. *volum.* 2. ſic
diſtinguente ſuper Gloſſam textus noſtri, *col-
lect.* 1659. Applicabis dicenda alibi *de probatione
delictorum*, & nonnulla *ſupra in Rubrica de pro-
bationibus.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XI.
Cauſam, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

HVivs textûs Theſis lucem accipit ex his quæ adduxi *ſupra, in cap. fin. de probationibus*, & in locis *ibi reſumptiuè* relatis: quæ videbis, & conſiderabis, vt hic plenè agere poſſes. Et faciunt quæ adducunt Doctores *infra* per iura *in cap.* 17. 18. *&* 19. *hoc tit.*

QVÆSTIO I.

An dicta Teſtium in vno Iudicio faciant fidem in alio: Et an perempta inſtantia pereant, & eius effectus? Et quid de litis ordinatoriis?

SVMMARIVM.

1 *Dicta Teſtium coram Iudice ordinario, probant in alio Iudicio: Quid ſi coram Arbitro, numero 2. 3. vide à num. 9. vbi expenditur, & numero 3.*

4 *Inſtantia perempta non periit effectus perfectus eius, quid in cauſa criminali tranſactione partium, num. 5.*

6 *Inſtantia perempta non pereunt litis ordinatoria inter eaſdem perſonas, & in eadem cauſa, num. 7. 8.*

10 *Acta facta in vno Iudicio, non probant in alio inter diuerſas perſonas.*

11 *Actorum productio facta coram vno arbitrio ex pluribus eſt nulla.*

12 *Acta dicuntur eſſe ſcriptura, quarum copia data ſit parti.*

PRo perfecta enodatione noſtri text. ſuppoſi- 1
tis aſſignatis *ſupra in eius Epigraphe* ſolent diſ-
partiuntur DD hic de his tribus quæſtionibus, &
quo ad primam, an dicta Teſtium in vno Iudi-
cio faciant fidem in alio, & in hoc dubio exiſti-
mo diſtinguendum; nam vel Teſtes recepti fue-
runt coram Iudice ordinario, vel coram Arbitro,
& in primo caſu dico taliter Teſtes receptos co-
ram Iudice, probare etiam in alio Iudicio, vt
nullatenùs opus ſit alia examinatione, docet
Bart. *in l. fin. Cod. de Teſtibus*; cui diſplicet opi-

nio

Digitized by Google

nio Gloſſæ, *ibi*, non conſtituentis differentiam in hoc caſu ioter arbitrum, & Iodicem ordinarium: ſequitur Padilla *in l. ſi ex falſis*, *num.* 13. *Cod. de tranſact.* benè declarat Aotonius Gomez. *var. tom.* 3. *cap.* 1. *num.* 37. vbi dicitur, quod ita practicatur, vt euitentur circuitus: Docent DD. *ibi* ſecundùm Paulum, & *in l. properandum*, §. *fin. Cod. de Iudiciis*, *num.* 4. & *in dicta l. fin. Cod. hoc tit. ſecundùm eundem num.* 1. vbi aſſignat rationem, nempè vt potiùs præſumatur pro examinatis coram Iudice, qui poteſt Teſtes caſtigare.

a † Sin autem recipiantur Teſtes coram arbitro, aliter dicendum eſt, nempè vt perempta inſtantia coram Arbitris, ſi iterùm agitetur cauſa coram ordinario debeant reperi, & examinari Teſtes de nouo ſi viuunt; ſi verò mortui ſint, facient fidem, & plenam probatiooem in ſecunda noua inſtantia, vt probat textus, *in dicta l. fin. Cod. hoc tit.* quem reputat ſingularem, & vnicum Paulus de Caſtro, & cæteri Doctores *ibi*, & confirmatur per textum *in l. penult.* §. *fin. Cod. de Arbitris*, & *in cap præſentata* 52. *hoc tit.* & idem diſponit, *l.* 38. *tit.* 16. *p.* 3. vbi Gregorius & hanc partem dixit expreſsè communem Franciſcus Curtius *in l. de edendo*, vbi Alexander latè, *col.* 6. *Art.* 2. Iaſon *in dicta l. properandum*, §. *fin.* & *in dicta l.* 2. Et ex iuris Canonici profeſſoribus docet Innocentius hic, & *in cap. ſignificauit eodem*, & *in dicto cap. fin. de probationibus*, vbi Abbas, & *in dicto cap. præſentata*, *num.* 9 aſſignans rationem differentiæ, quam ſequitur Felinus *num.* 10, & adducit Zeuallos *in practicis*, *q.* 487. qui dicit eam eſſe quia Arbiter non poteſt caſtigare Teſtes coram ſe examinatos.

3 Vnde licet Baldus *in dicta l.* 2. *Cod. de edendo*, *n.* 11. & *in d. l. properandum* § *fin. Cod. de Iudiciis*, vbi Gloſſa, dicant quod prædicta diſtinctio mortuorum, ſiue viuentium Teſtium, ne dum locum habeat in Arbitro, ſed in Iudice ordinario per textum *in dicta l. fin. Cod hoc tit* & *in dicta l. Regni* 38. *tit.* 16. *p.* 3. nempe quod ſi Teſtes mortui ſint, non requiratur noua examinatio, ſi autem viuunt, requiratur quod de nouò examinentur; Itaque prædicta Gloſſa, quæ communis eſt ſecundùm Albericum *in dicto* § *fin. col. fin. n.* 35. concludit quod ſi Teſtes mortui ſint non requiratur quod de nouò examinentur; econtrà autem ſi viuunt, taliter, quod deciſio *dicta l. fin. Cod. hoc tit.* quæ loquitur de probatione facta coram arbitro, habeat etiam locum in probationibus quæ fiunt coram Ordinario; tamen ex *ſupra dictis*, *a num.* 1. practicabilior eſt contraria doctrina, etiam inter eaſdem perſonas: Et applicabis quæ adducit Riccius *collect.* 1238. & 1435. *ad textum noſtrum*.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an perempta inſtantiâ perimatur effectus; Dico quod etſi Gloſſa ſingularis *in l.* 1. *Cod. de fructibus & litium expenſis*, quamplures ſequuntur, quos citauit Tyraquellus *de vtroque retractu*, §. 15. *Gloſſa* 2. *num.* 9 dicat inſtantia perempta, & perimi eius effectum: Tamen Abbas *hic n.* 9. & Innocentius contrariam ſententiam, docent nempe, vt effectus perfectus ante peremptionem inſtantiæ non perimatur inſtantia perempta: docet cum aliis Zeuallos *in practicis*, *q.* 467. qui docet ita tenendum in Iudicando & conſulendo, eò quod actus perfectus, & conſumatus non vitiatur, licet perueniret ad caſum, à quo non poſſit inchoari, *l. fin. Cod. de Nuptiis*, ex qua lege plura ad propoſitum congeſſit videndus Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 5. *Ordinamenti*, *col.* 148. Tiraquellus ceſſante causâ *limitatione* 12. & *in l. ſi vnquam*, verbo, *donatione largitus*, *num.* 230. & verbo *ſuſceperit liberos*, *n.* 151.

5 Hodie tamen de conſuetudine perempta inſtantia in cauſa criminali, tranſactione partium, vel morte accuſatorum, vel ex alia cauſa poterit alius Accuſator, vel Iudex ex Officio repetere, proſequive eandem inſtantiam & proceſſum, quocumque tempore, etiam poſt triginta dies; ita tenet ſolus Angelus *in l. transfigere*, *Cod. de tranſactionibus*, *num.* 7. ſequitur Gomezius *lib.* 3. *cap. pract. num.* 37 in verſic. *adde*, vbi dicit ita fortè practicari oportere, propter vitandos circuitus.

6 Ad tertiam quæſtionis partem fluit reſponſio ex adductis *num. præcedenti*, & ſic dicendum eſt, quod litis ordinariæ, quæ non reſpiciunt inſtantiam, non pereunt perempta inſtantia, quandò in eadem cauſa litigatur, & inter eaſdem perſonas, docet Bart. *in l.* 2. *ff. Iudicatum ſolui*, *col.* 2. Iaſon *in l. is apud quem*, *Cod. de edendo*, vbi duobus limitat modis: Tradit Gratianus *Regul.* 302. melius limitat quatuor modis videndus *hic*, Felinus *col.* 1. verſic. *fallit primò*, refert Bernardus Diez *in Regula* 11.

7 Et confirmatur exemplo litis conteſtationis, qua quis efficitur malæ fidei poſſeſſor, *textus in l. nemo*, *Cod. de acquirenda poſſeſ. l. certum*, *Cod. de Rei vindicat.* Pichardus *in* §. *ſi quis à non Domino Inſtitut. de rerum diuiſione*, & perpetuatur actio, *l. fin. Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum*. Et res efficitur litigioſa, *Cod de litigioſis*, *de cuius effectibus* dixi plura ad Rubricam de litis conſtitutione; Sed iſte effectus iam *perfectus* non perimitur, inſtantiâ peremptâ, vt docent Abbas *hic dicto num.* 9. & Innocentius, & tenet Bart. *in l. cum lite*. *ff. Iudicatum ſolui*: Tradit Zeuallos *dicta quæſt.* 467. *pract. in princ.* Videbis quæ congerit Farinacius *lib cons. cap.* 73. & *lib.* 1. *q.* 60. vbi benè ad duas quæſtiones.

8 † Plura de inſtantia, & eius inſufflatione videbis *ad textum in cap. venerabilis* 10. *de Iud.* vbi latiſſimè.

9 Nunc verò reſumptiuè cum Riccio *in collect.* 1238. & 1435. *ad textum noſtrum* ad vberiorem intelligentiam textus noſtri, dico quod ſi coram eodem Iudice, & inter easdem perſonas vertantur duæ inſtantiæ dicendum ſit, quod geſta in vna earum, non probant niſi productio fiat apud acta vtriuſque cauſæ, & ob id quod ad effectum acquirendi quaſi poſſeſſionem ex remedio, *l. fin. Cod de edicto Diui Adriani* non ſufficere, quod Teſtamentum exhibeatur Iudici, ſed debere fieri productionem in actis, nec ſufficere ſcientiam Iudicis, & prædicta tantò magis procedere, quando productio facta in alio Iudicio eſt limitata ad certum finem, & effectum. Nam ad alium diuerſum finem non debet ſuffragari, talemque productionem debere eſſe realem cum ſpecificatione iurium, & termino ad opponendum; nam verbalis tantùm non ſufficit, nec Iudex in illa ſe fundare poteſt, quod procedere ait, etiam in cauſis ſummariis? & vbi mandatum procedit de plano, & mano Regia: ſic probat ex aliis deciſionibus,

10 Et ſimiliter quod acta facta in vno Iudicio, non probant in alio: ſcilicet inter diuerſas perſonas, quemadmodùm non nocent acta ei, qui nunquam fuit citatus ad cauſam ſaltem per proclama,

clama, quod contra intereſſe putantes de ſtylo fieri ſolet, nec acta, etiam facta in alio Iudicio probare ait, niſi producantur, ſicut & ſimiliter acta reproducta, parte non legitimè citata non annullant proceſſum, quando non conſtat, quod fuerint tranſportata vel quando ſumus in diuer-
21 ſa cauſa coram eodem, aliàs ſecùs. † Et quod productio Actorum facta coram vno Arbitro tantùm eſt nulla, niſi fiat coram omnibus; ſed poterit talis actus conualidari, ſi pariter fiat coram aliis parte præſentata, ſecus ſi parte abſente & non citata.

22 Obiter notabis in praxi, quod acta dicuntur illæ ſcripturæ; quarum copia data fuit parti, non autem reliquus proceſſus, Farinac. *in decis.* 372. vbi *in decis.* 344. ait quod ad probandam Actorum deperditionem, non defertur iuramentum.
23 † Et quod quando acta non fuerunt tranſportata propter impedimentum à parte præſtitutum procedi poteſt, prout in prima: ita ex aliis tradit
24 Riccius *dicta collect.* 1435. *in fine.* † Et ibi ait quod acta pendente appellatione ſunt nulla, quemadmodum nulla ſunt acta facta cum Procuratore Fiſcali, non ad probandum in Iudicio ciuili.

AD TEXTVM
IN CAPITE XII.
Cum Nuntius, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

HVivs textus materia latè agitata eſt *ſupra, in cap. inſuper* 6. *hoc tit.* & ibi *quæſtione, fin* & coadatur ex dictis *in cap.* 5. *loco de probationibus.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XIII.
Super eo, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD hunc textum latè dico *in cap.* 1. *de exceptionibus*, vbi ago *de criminibus oppoſitis contra Teſtes*, & applicabis dicta *ſupra*, *in cap.* 9. *hoc tit.* vel *in cap. Teſtimonium infra, hoc tit.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XIIII.
De cætero, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD materiam huius textus applicabis plura, quæ adduxi *ſupra in cap. at ſi Clerici de Iudiciis, & alibi in eo tit. & in tit. de foro competenti,* vbi *de incapacitate, ſeu inhabilitate Laicorum. reſpectu Clericorum.* Et de his proſequuntur ſuam, vel ſuorum iniuriam, dico *in tit. de iniuriis, & iam alibi*: Et applicari poſſunt quæ dico *in cap.* 1. *de exceptionibus*; vbi *de inhabilitate Teſtium,* de quo iam dixi nonnulla.

QVÆSTIO I.

An Laicus poſſit eſſe Teſtis contra Clericos in ciuilibus, & in criminalibus: Et an in criminalibus admittantur ad teſtificandum contra eos, ſi agitur de delicto commiſſo in Villa, vel alio loco, vbi non habetur copia aliorum Clericorum: Et an laicus in criminalibus, poſſit accuſare Clericum non infamatum: Et econtrà Clerici poſſint eſſe Teſtes contra laicos?

SVMMARIVM.

1 *Laicus poteſt eſſe Teſtis contra Clericum in ciuilibus, & in criminalibus ciuiliter intentatis etiam ſuper priuatione beneficij, n.* 2.3. *ſecus ſi de delicto criminaliter agatur, n.*4. *& & etiam contra ſolum tonſuratum, n.*5. *fallit in nonnullis criminibus. n.*8. 9. *&* 11.
3 Cap. tam litteris, hoc tit. cap. veniens 10. cap. quoniam 3. hoc tit.
6 *Mutilatus aliquo membro verius eſt, vt poſſit eſſe Teſtis.*
7 Cap. Apoſtolici 3. q. 7.
10 *Laici ad fauorem Clericorum admittuntur.*
12 *Laicus aduerſus Clericum non admittitur, etiamſi de crimine agatur per viam inquiſitionis.*
13 *Laici in criminibus in ſubſidium aduerſus Clericos, verius eſt vt poſſint eſſe Teſtes n.*16.
17 *Laicus accuſare poterit Clericum infamatum de crimine; ſecus ſi infamatus non ſit.*
18 *Laici examinati contra Clericum, ſi ſunt plures, & ſi non probent, faciunt indicium ad Torturam, n* 19. *ſi deponant immediatè circa delictum n.* 20.
21 *Mulier, an poſſit eſſe Teſtis contra Clericum infamatum.*
22 *Clericus Teſtis eſſe nequit contra laicum in cauſa criminali & ſanguinis, n.*23. *etiamſi tantum ſit primæ tonſuræ, n.*24. *ſecus in ciuilibus inſtrumentis*, ibi in fine, & num. 25. *fallit Regula, n.*26.27.28.29.
Cap. ſuper prudentia, §. poteſt 14. q. 2.
30 *Clericus quoties Teſtis admitti poteſt Teſtis contra laicum, debet eſſe de licentia Epiſcopi, qua non eget tempore peſtis, vel ſi examinetur idem Superior, n.*31.
31 *Clericus examinatus contra laicum facit fidem, etiamſi licentia Superioris non præceſſerit: qui denegatur in cauſa ſanguinis, n.*32.
33 *Clericus falſum deponens coram laico, & contra laicum, punitur de falſo à ſolo ſuo Iudice, Eccleſiaſtico Iudice.*
34 *Licentia vt Clericus deponat, debet præcedere, & de ea anteà conſtare.*
35 *Clerici Teſtes magis creduntur, quàm laici, fallit ſi deponant pro ſua Eccleſia, n.*36.
37 *Clericus ad teſtificandum contra laicum, quando veritas haberi nequit, poteſt cogi per ſolum Eccleſiaſticum, n.*38.39.40.41.42.43.44.

AD primam quæſtionis partem, vt reſpondeam, ſuppono, quod laicus in cauſa mere 1 ciuili

ciuili poterit eſſe Teſtis contra Clericum, quia
in tali cauſa nihil eſt quod impediat vt Teſtis
ſit contra Clericum; docent *hic n. 3. in* verſic.
item aduerto, Henricus Boyc *n 1.* Prepoſitus *in
cap. teſtimonium hoc tit. n. 3.* vbi etiam Archidia-
conus, & docent communiter, & ſic videmus
quod in his cauſis poſſit Clericus Teſtificari con-
tra laicum, quia nullus eſt timor irregularitatis,
vt tradit Gomez *lib. 3. var. cap. 12. n. 19.* verſic.
inciuili, & Doctores *in dictis iuribus*, Farinacius
2 *de Teſtibus, quaſt. 61. n. 78. & n. 122.* † Et addo
quod ſi de crimine agatur ciuiliter, etiamſi de
probatione agatur beneficij, poſſe laicum teſti-
ficari contra Clericum: docent hic Hoſtienſis,
Ioannes Andreas, Butrius, *n. 3.* Abbas 6. Felinus
n. 9. Et confirmatur, quia econtra Clericus quan-
do agitur ciuiliter de crimine, poteſt eſſe Teſtis
cóntra laicum: ita Felinus *hic n. 2* verſic. *ſed
conſidera*, Henricus Boyc, *n. 1.* verſic. *in crimin.*
aliis adductis, Farinac. *ſupra, n. 77 & 120.* quod
verum eſt in praxi receptum, licet Archidiaco-
nus *in cap. quia iuxta 5. q. 6.* dixerit, vt quocum-
que modo agatur contra Clericum, ſiue ciuili-
ter, ſiue criminaliter, ſiue etiam ad ſuſpenſionem
3 laici repellantur. † Et de crimine ciuiliter in-
tentato, docet *hic*, Barboſa intelligi textum *in
cap. tam litteris, hoc tit.* quem expendit *ſub n. 2.*
verſic. *non obſtat*, & text. *in c. veniens 10. hoc tit.
& in cap. quoniam 3.* ſecundùm Maſcardum *con-
cluſ. 965. n 13.* quem melius expendit idem Bar-
boſa, docens, quod etſi ille textus loquatur de
crimine ciuiliter intentato, nihilominùs teſti-
monium illarum mulierum à Pontifice non ap-
probari, ſed tantùm conſtituiſſe vocandas eſſe
cum aliis, vt magis Iudex inſtitueretur, & veritas
inquireretur vt patet ex verbis finalibus ibi *poſ-
ſint, quæ vera ſint aperiri*: videbis eũdem Barb *n. 4.*
4 Si tamen cauſa ſit criminalis; Tunc reuerà ex
noſtro textu laicus non debet admitti in Teſtem
contra Clericum, cuius dicti videtur ratio
prima ex reuerentia, quam laicus debet Clerico,
qui Dei legatione fungitur *c. accuſat. in fine 2. q. 7.
c. ſi quis dubitet, & c. duo ſunt 96. diſtinct.* ſecundò
propter generalem inimicitiam, quæ intercedit
inter laicos & Clericos, cum laici ſint Clericis
infeſti, *c. laici. & c. laicus 2. q. 7.* docet Boſius *de
oppoſit. contra Teſt. n. 41.* Tertiò quia ſicut Cleri-
cus non poteſt contra laicum teſtimonium ferre;
ita ratione æqualitatis ſeruandæ, nec id poterit
laicus contra Clericum: tenent per textum no-
ſtrum Ioann. Andr. Anania *n. 1.* Baldus *in ſum-
mario*, Ancharranus *n 1.* Imola *in princ. in primò
notab.* Butrio *in ſummario, in 1. notab.* Abbas *n. 1.*
Felinus, & Aretinus *in ſummario*, multis adductis
Maſcardus *de probat. lib 2. concluſ. 962. n. 1.* vbi
dicit ita hoc concludere omnes ſcribentes per
textum noſtrum: alios plures adducit Farinac.
5 *dicta q. 72. à n. 98.* † Vbi *n. 101.* cum Felino *hic
in princ.* verſic. *& procedit etiam*, & cum aliis ait
textum noſtrum, etiam intelligi in Clericis pri-
mæ tonſuræ contra quos, nec laicus poteſt eſſe
Teſtis; facit *textus in cap. Clericos, & ibi* Gloſſ.
in verbo *pſalmiſtas 11. diſt.* pro quo faciunt e
omnia, quæ adduxi *in cap. 1. de foro competenti*,
vbi adduxi multa *de priuilegiis Clericorum prima
6 tonſura quo ad forum.* † Imò docent Felinus *in
cap. 1. de exceptionibus in princ.* & Decius *ibi. n. 13.*
multò minus admitti teſtimonium eorum, qui
membro aliquo mutilati, vel corpore taliter vi-
tiati ſunt, vt non poſſint ad ſacros Ordinas
promoueri, videbis quæ adducit Couarruuias
pract. cap. 18. n. 2. verſic. *ſed ſi verum*, vbi poſt-
quam plures adduxit, dubitat de hac ampliatio-
ne, & ſaltem eam non procedere affirmat in Cle-
ricis mutilatis, aut corpore vitiatis; Eſt ergo
aduertendum integritatem fidei conſiderari tan-
tùm in teſt. iuxta text. *in l. 1. & 3. ff. hoc tit.* ſed fides
nullam patitur læſionẽ ex corporis maſculi ægre-
tudinibus, & vitiis, ſed ex animi labe, eiuſque de-
trimentis, ergo euenit vt non ex eo minus poſſit
eſſe Teſtis integer, quod vitium corporis habeat
impediens Ordinis Eccleſiaſtici ſtatum; itaque
ſi Clericus ſit, & ab initio pateretur illud vi-
tium, quod ab initio impediret illum ordinari
profectò ait Couarruuias ſe non videri cur hic
ſi à teſtimonio repellendus in cauſa criminali
quæ contra Clericum criminaliter agitur, niſi
vitium corporis ex aliquo crimine, aut aliqua
equidem animi labe contraxerit. † Quo pacto 7
loquitur, vt interpretetur Fabiani Papæ ſenten-
tiam *in cap. ipſi Apoſtolici 3. q. 7.* vbi adducitur
quod in criminalibus non debet adduci in Te-
ſtem contra Clericum, qui tale patiatur corpo-
ris vitium, quod à promotione & Sacerdotio
repellatur: hanc partem multis comprobat Bar-
boſa *hic, num 2.*
Hæc tamen generalis concluſio, quæ iſta com- 8
probatur, etiam ex adductis ab Andrea Vallenſi
in Rubrica hic, § 2. num. 24. fallit in nonnullis
criminibus, in quibus poteſt laicus eſſe Teſtis
contra Clericos, quæ recenſet Lopez *ad Ber-
nardum Diez in practica crim. cap. 4.* vt ſunt hæ-
reſis, læſæ maieſtatis, dilapidationis bonorum
Eccleſiæ, Simoniæ, Sacrilegij. Notarij crimi-
nis; Item dum ſemel admiſſus eſt Laicus dum
ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, *vt hic*,
vel Parochianus ſuum Paſtorem dènuntiat,
quia illius intereſt habere bonum, licet, *Ca-
non. 8. 11. q. 7.* non permittat laicum accuſare
ſuum Superiorem, niſi in fide errauerit. Et de-
nique dum Patronus Presbyterum male curan-
tem, aut dilapidantem bona Eccleſiæ accuſat,
etenim in his laicis contra Clericum non prohi-
betur teſtimonium ferre iuxta Gloſſam *in cap.
Mancenilla de accuſat.* item Gloſſa hic in verbo
ſuam, vbi Innocentius in verbo *admittendo*, An-
tonius de Butrio *n. 4.* verſic. *oppono quod ad teſti-
ficandum*, Abbas *n. 6. in 5. limitatione*, Felinus
n. 9. in fine, verſic. *limita 6.* vbi quod ita tenent
ibi Gloſſa, & omnes Doctores, Aretinus *n. 4.
in fine*, Henric. Boyc. *à n. 5.* † Vbi declarat has 9
limitationes non procedere, quando laicus non
pateretur alios defectus: putà quod eſſet ſocius
criminis inimicus, vel alios malæ famæ, vt ipſe
benè exemplificat, *& in cap. veniens, n. 4 hoc tit.*
videbis Maſcardum *de probat. lib. 2. concluſ. 462.
n. 14. & concluſ 962. n. 10 & concluſ. 1358. n 58.*
& cum aliis Farinacius *dicta q. 61. de Teſtibus, à
n. 104.* † Vbi *n. 115.* ait cum Felino *hic n 8.* per 10
textum *in cap. peruenit, & l. 2. de Teſtibus cogend.*
quod etſi laici contra Clericos non admittantur
in Teſtes, admittuntur tamen ad eorum fauo-
rem, & ſic ad defenſam, & facit textus *in cap.
ſi Hæreticus, & cap. ſequenti 2. quaſt. 7.* Vbi Hæ-
reticus contra Catholicum, non admittitur in
Teſtem, ſed benè probare ad eius defenſam, de
quo dico *infra in cap. Iudæi hoc tit.* † Et Imola *in* 11
cap. cum non ab homine de Iudiciis, n. 7. ait lai-
cum Teſtem admitti contra Clericum infa-
matum. Et quando cum laico examinaretur
alter

alter Clericus Laïcum in Teſtem admitti, quia Clerici fides ſupplet inhabilitatem Laïci; dixit Maſcardus *dicto lib. 3. de probationibus, concluſ.* 1358. *à num.* 59. ad quod faciunt quæ dico *in cap. per tuas, de Arbitris*, & quæ adduxi *in capite quanto* 3. *de Iudiciis*, docet Farinacius *num.* 116. & 117. Qui *numero* 119. dicit cum Maſcardo *dicta concluſione* 1358. *numero* 49. & *aliis*, admitti Laicum contra Clericum in probatione famæ. Nonnullos caſus adiungit Barboſa *hîc, ſub num.* 4. cum Doctoribus ab eo relatis.

12 Et licet Federicus de Senis, *conſilio* 23. incipit Titius Electus, quem ſequuti ſunt Felinus *hic poſt num* 9. Abbas *num.* 6. verſicul. *item ſi agatur*, Maſcardus *de probationibus, lib.* 2. *concluſione* 962. *num.* 9. & *dicta concluſione* 1358. *num.* 55. & 66. doceat Regulam textus noſtri non procedere, quando agitur contra Clericum per viam inquiſitionis, vel denuntiationis, quia tunc non videtur agi de crimine criminaliter, ſed ciuiliter. Tamen quia multùm ea hoc reſtringitur deciſio textus noſtri, & crediderim, quod etiã quando agitur de denuntiatione, ſeu inquiſitione regulariter agatur criminaliter, ſicut contingit in accuſatione; Ideò recedendum non eſſe à Regula noſtri textus, niſi quando inquiſitio, ſeu denuntiatio moueretur, vt ciuiliter, quemadmodum iam dixi *numero* 1. *de crimine ciuiliter intento*: Docet Crotus *in tractatu de Teſtibus, numero* 64. Farinacius *ſupra, numero* 113. & facit: Nam vt *infra* dicam *ad titulum de accuſat.* tripliciter crimina diſquiruntur, aut accuſatione, denuntiatione, ſeu inquiſitione, quibus remediis criminaliter agitur regulariter.

13 Ad ſecundam quæſtionis partem, an in ſubſidium Laici admittantur in Teſtes contra Clericos, veluti quando delictum committitur in Villa, in qua alij Clerici commorantur, & ſic attendas ad litteram noſtri textus ibi, *Laicos contra Clericum in cauſa criminali non eſſe aliquatenùs admittendos*, videtur dicendum, nec in hoc caſu admittendos eſſe, tum quia hæc verba ſatis ſunt generalia, quæ omnem caſum excludunt; Tum etiam quia in eo, vt iam dixi *numero* 2. militat ratio ſuſpicionis debitæ alicuius erga Clericos; Item, quia Clerici Laicis ſunt infenſi, *capite nullus, cap. Laicos, & capite Laicos* 2. *quæſtione* 7. Sed hæ rationes habent locum, etiam quando delictum commiſſum eſt in occultis ergo.

14 Tum etiam quoniam & ſi dicas ex hoc euenire poſſe, vt ſæpiùs delicta manerent impunita, & daretur occaſio Clericis delinquendi. Tamen reſpondetur omnia fuiſſe conſiderata à Conditoribus Sacrorum Canonum, & nihilominùs decreuerunt Laïcos Teſtificari non poſſe, non vt darent Clericis occaſionem delinquendi, ſed vt Laïcis auferrent occaſionem eis nocendi, quos ſumma reuerentia proſequi debent. Et pro hac doctrina addo, quia cum potuiſſent Canones diſtinguere inter crimina occulta, & cætera minùs occulta, noluerunt diſtinguere his, & aliis; Sic docent Aretinus *hic numero* 10. Felinus *à numero* 4. dicit communem, Monaldus *concluſione* 72. *numero* 47. & *ſequentibus, lib.* 1. & *concluſione* 137. *numero* 10. & 11. *lib.* 2. Ferret. *conſilio* 238. *num* 12. *lib.* 2. Vbi teſtatur hanc eſſe communem, eam acerrimè defendit Faquinetus *lib.* 12. *controuerſ. capite* 77. per relata verba textus noſtri † Vbi 15
in fine, ait contrariam ſententiam ſibi vendicare locum in criminibus exceptis, In quibus contra Clericos Laïci admittuntur in Teſtes, vt iam adduxi, & retuli.

Sed in praxi receptius videtur, vt in ſub- 16
ſidium Laici admittantur in Teſtes, vt docent, Abbas *hic numero* 3. Crotus *de Teſtibus, numero* 51. Aufrerius *de probat. Teſtium, numero* 62. Campegius *de Teſtibus, Regula* 98. *in* 1 *folio*, Rebuffus *de reprobat. Teſtium, num.* 237. Decianus *conſ.* 63. *n.* 35. *lib.* 3. alij etiam multi, quos refert, & ſequitur Farinacius *dicta quæſtione* 61. *de Teſtibus, numero* 107. Iaſon, *in leg. fin. in fine, Cod. de his, quibus, vt indignis*, Diaz *in practica criminali Canonica, cap.* 120. verſiculo *quod tamen limita*, iuncto verſiculo, *ſed quia*, vbi relata benè comprobata Aretini ſententia concludit, tandem quod ſi hæc Abbatis opinio non ſeruaretur, eſſet dare cauſam Presbyteris, qui ſoli habitant in Oppidis ruſticanis, vt ſecurè, & impunè plura committerent delicta, etiam præſentibus Laicis, & ideò dicit ſe credere, quod eadem hæc opinio poſſet ſeruari habità prudenti conſideratione per Iudicem qualitatis perſonæ Clerici delinquentis Teſtium delicti patrati, & etiam particulariter, an ille Clericus ſit inuiſus, aut gratus Oppidanis illius loci, & Decianus *conſilio* 63. *numero* 35. verſicul. *Tamen fallit in* 3. *volum.* ait quod iſto caſu Laïci non tantùm admittuntur, ſed etiam coguntur teſtificare, Maſcardus *de probationibus, lib.* 9. *dicta concluſione* 1358. *num.* 46. ait hanc partem magis receptam eſſe à Doctoribus, & ſi contrarium latè firmauerit, *vbi ſupra*, Aretinus *hic n.* 10. & 11.

Ad tertiam quæſtionis partem, de qua Feli- 17
nos *hic num.* 9. verſicul. *limita* 6. videtur dicendum, quod quemadmodum Laïcus in criminibus exceptis, de quibus *ſupra dixi*, admittitur ad teſtificandum contra Clericum, etiam non infamatum de crimine, ſic & ad eum accuſandum in eiſdem criminibus; Sic Gloſſa hic, & quæ illa ſint crimina videbis etiam *in Gloſſa cap. cum P. de accuſationibus, & in ſumma* 2. *quæſt.* 7. & *in cap. per tuas, el primero de Simonia.* Tamen Hoſtienſis *in cap veniens*, 10. *ſupra hoc tit. in principio*, Dueñas Regula 315. Zeuallos *in pract. quæſtione* 649. docent quod etiam in criminibus exceptis, in quibus Laïci admittuntur contra Clericos, vt eos accuſent, vel contra eos Teſtificentur neceſſarium eſt, quod Clericus ſit infamatus de crimine; & probatur ex his, quæ adduxi *ſupra*, cum dixerim contra Clericum infamatum poſſe Laicum teſtificari ex Imola *in dicto cap. cum non ab homine de Iudiciis, numero* 7. Mill. *in ſuo repertorio*, verbo *Teſtis*, *numero* 46. Montical *in ſuo repertorio*, verbo *Teſt.* in verbo *Laicus contra Clericum*, *fol* 47. *col.* 1. verſiculo penultimo. Farinacius *dicta quæſtione* 61. *fol.* 116. quantum doctrina eſt intelligenda in exceptis.

Notandum verò eſt, quod etſi Laici con- 18
tra Clericum examinari non debeant; Tamen faciunt contra ipſum indicium ad Torturam, Panormitanus *hic*, & cum eo Andreas Valenſis *hic, in Rubrica*, §. 2. *dicto numero* 24. Abbas *hic numero* 5. Felinus *numero* 7. qui reſpondet rationibus Aretini, contrarium

ſentientis, & Crotus *de Teſtibus à numero* 62. qui pariter eiſdem fundamentis Aretini reſpondet, Maſcardus *de probationib. lib.* 3. *dicta concluſ.* 1358. *à num.* 51. vbi aliis relatis Teſtatur de communi.

19 Quæ declaratio vera eſt, dum tamen Laïci examinati contra Clericum ſint plures, ſecùs ſi ſit vnus tantùm, ita Farinacius *dicta quæſt.* 61. *de Teſtib. num.* 111. qui ad hoc dicendum mouetur ex duplici fundamento. Primùm quia propter generalem inimicitiam, quam habent Laici cum Clericis, certom eſt in omni caſu eos non aſſe integros, & omni exceptione maiores. Secundum quia ratio propter quam Doctores volunt, vt Laici faciant indiciom contra Clericos ad Torturam, ea communiter eſt, quia ſcilicet ea, quæ in ciuilibus faciunt plenam probationem, in criminalibos faciunt indicium ad torquendum. Sed ſic eſt, quod in ciuilibus vnus Laicus contra Clericum non plenè probat, argò nec in criminalibus faciet indicium per ea, quæ in ſimili arguendo conſuluit, Hypolitus Rimin. *in conſ.* 213. *num* 91. *lib.* 2. & licet Boſius *in tit. de oppoſit. contra Teſtes, num.* 91. *in fine principij*, dicat quod ipſe in practica non curaret, an Teſtis contra Clericum examinatus eſſet magis Clericus, quàm Laïcus, quod & ego video vſitatum apud Tribunalia Eccleſiaſtica: Tamen de Iure verior eſt relata doctrina.

20 † Item etiam dicta *in præcedenti notabili*, veniunt intelligenda, quando Teſtes Laïci deponunt contra Clericum immediatè ſuper delicto de viſu, quia tunc facient indicium ad Torturam; ſecùs ſi ſuper remotis, tantummodò deponant: Sequitur Maſcardus *de probationibus, lib.* 2. *dicta concluſ.* 962. *num.* 5. Farinacius *ſupra. num.* 112. Ferret. *conſ.* 238. *num.* 13. *&* 14. & ſecundùm has diſtinctiones, verùm eſt iam dictum in notabili, quibus in caſibus debent intelligi, Aretinus *ſupra* citatus & addentes ad Abbatem *hic, num.* 5. *littera C.* qui dixerunt contrariom.

21 Quod ſi dubites an mulier poſſit eſſe Teſtis contra Clericum, quando de crimine infamatus eſt, Conſules Maſcardum *de probationib. vol.* 2. *concluſ.* 1459. *num.* 44. & Salcedum *in practica ad Berardum Diez cap.* 4 quos refert, Zeuallos *dicta concluſ* 649. *in fine*, ſed curaui videre, & legere & non inueni præcitatos aliquid de hoc dicere quare recurres ad ea, quæ dico *infra de Teſtimonio mulierum. in cap. ſuper eo* 22. *hoc tit* & in terminis, quod mulieres poſſint eſſe Teſtes contra Clericos in criminalibus, docet textus *in cap.* 3. *hoc tit* vbi adducit plures Barboſa, quæ tamen veniunt intelligenda ſub diſtinctione relata de Laïco reſpectu Clerici.

Ad vltimam quæſtionis partem, An Clerici
22 ſint legitimi Teſtes contra Laicos, Abbas *hic poſt num.* 1. Felinus *ante num.* 1. Henric. Boyc *n.* 3. docent quod Clericus non poteſt contra Laïcum in cauſa criminali examinari, Sequitur Riccius *in collect* 697. *ad textum* 11. *quæſt* 1. *cap. Teſtimonium* ibi *Teſtimonium Clerici aduerſus Laicum nemo recipiat*, & ibi Gloſſa, & Archidiaconus *num* 3. Præpoſitus 1. & Farinacius *de Teſti-*
23 *bus, quæſt.* 61. *à num.* 57 † Vbi *à num.* 59. ait hoc multùm magis procedere, quando Clericus examinaretur in crimine, pro quo Laicus puniendus eſſet pœna ſanguinis, quia tunc adeſt periculum irregularitatis, etiamſi veritas haberi non poſſit, quàm per ipſos Clericos, & etiam ſi ipſi proteſtentur ſe examinari citra pœnam, ac intentionem ſanguinis, vt conſiderant *hic*, Felinus *num.* 1. Aretinus *num.* 2. Gomezius *lib.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 19. verſic. *repellitur Clericus*, Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 306. verſic. *quod verum, num.* 6. † Et idem Farinacius cum 24
multis ab eo relatis concluſionem procedere declarat, *à num.* 60. ne dum in Clericis in ſacris, ſed etiam in minoribus ordinibus conſtitutis per ea, quæ in ſimili de Laïco examinando contra Clericum dictum eſt, *&* *num.* 62. *ad textum in cap. quamquam* 14. *quæſt* 2. vbi omnes dicit, quod generaliter Clerici in omnibus ſæcularibus negotiis, & coram Laïco Teſtes eſſe nequeant, tradit Abbas *in cap. cum Nuntius, n.* 3. *in princ. hoc tit.* Nec etiam Clericos recipiendos eſſe Teſtes in conficiendis Laicorum inſtrumentis, *cap ſuper prudentia*, § *poteſt* 14. *quæſt.* 2. ibi, *in conficiendis autem inſtrumentis ſæcularium negotiorum, Presbyteri non vocentur ad Teſtimonium*, & ibi Gloſſa in verbo *poteſt*, & *in dicto cap. quamquam* ibi, *aut conficiendis inſtrumentis non rogentur, quia eos in talibus eſſe rebus non conuenit*, & ibi, Gloſſ ſed Felin. *in cap. cum Nuntius, num.* 3 *col.* 2 *in fine. num.* 3. ait quod textus, *in dicto cap. ſuper, prudentia*, procedit potius de honeſtate, quàm neceſſitate, & mihi videtur dicendum iam ex generali conſuetudine Clericos in omnibus contractibus in Teſtes haberi, etiam ſine licentia Superioris.

Sunt tamen multi caſus, in quibus Clerici 25
admittuntur in Teſtes contra Laicos, quos congerunt Doctores *hic, & in dicto cap. cum Nuntius*, & latè Farinacius *ſupra dicta quæſtione* 61. *de Teſtibus, à num.* 63. apud quem plures alios Doctores videbis, quibus omnibus addo Riccium *collect.* 597. vbi dicit quod prohibitio tantùm procedit in criminalibus, non in ciuilibus.
† Item in cauſis criminalibus ad defenſionem 26
& vt ait ipſe *in deciſ.* 42. Archiep. Neapolit. poterit etiam eſſe Teſtis in crimine contra Laicum in Iudicio ſæculari, vbi non venit imponenda pœna ſanguinis, ſed agitur ciuiliter ad pœnam carcerationis, & ſimiles.

Item etiam poterunt Clerici deponere contra 27
Laicos in criminibus exceptis, de quibus *ſupra* dixi, vt potà in Hæreſi, aut læſa maieſtate, Henric. Boye *hic num.* 6. *&* 7. quod ita erit, dummodò non ſint Conſpiratores, ſeu capitales ini-
mici. † Item contra Laicum poterunt examina- 28
ri coram Eccleſiaſtico, non coram Laico. † Item 29
& generaliter admittentur in caſibus; vbi veritas aliàs haberi non poſſit, vt iam *ſupra* dixi de Laico contra Clericum, veluti ſi ex natura negotij id contingat, nec alij Teſtas interfuerunt, nec intereſſe potuerunt, vt cum multis declarat Farinacius. *ſupra numero* 71. *&* 72. qui alia tradit videnda.

Pro complemento dico quod quoties contin- 30
git, vt Clerici recipiantur in Teſtes, etiam in caſibus permiſſis contra Laicos, & coram Iudice Laico id non intelligatur, niſi de Superioris, & Epiſcopi licentia: Sic Doctores *ad textum in dicto cap. ſuper prudentia*, §. *poteſt in fine*, ibi *iubente Epiſcopo*, & Gloſſa in verbo *poteſt*, *& in dicto capite quamquam*, verſiculo *ſi autem euenta*, & ibi, *Gloſſa in figuratione caſus* 14. *q.* 2. Campegius *de Teſtibus Regula* 91. *in prima fallentia*, & facit textus *in capite* 1. *de Iuramento*

calumnia,

Digitized by Google

calumnia, dum prohibet Clerico Iuramentum,
ſine ſuperioris licentia, ibi *quiſquis Clericus in con-
ſiſtro, prælato ſuo minime iurare audiat*, & faciunt
quæ adduxi *ſup. de foro comp. cap.* 1. *quæſt.* 4. *&* 5. &
quæ adduxi *ibi in cap. ſignific.* 18. & dicta *de Mo-
nachis* ſupra *in c.* 9. *de Iudiciis*, vbi multa de aſſen-
ſu ſuperioris ad alios actus Iudiciales.

31 Quæ tamen licentia non eſt neceſſaria in tem-
pore peſtis, vel quando examinatur idem ſupe-
riore, qui ſubditis licentiā præſtare ſolet, vel quā-
do Clericus, & Religioſus examinaterur ſimul
cum ſuperiore; ita cum multis declarat Farina-
cius *ſup. num.* 85. qui *num.* 84 enm Abbate *in d. c.
cum nuntius, num.* 3, & cum Felino *num.* 3. & aliis
ait quod & ſi Clericus in caſu, aliàs permiſſo, nō
poſſit examinari, ſine licentia ſuperioris exami-
natus tamen ſine licentia valeat, & teneat illius
depoſitio, quod regulariter video practicari in
omnibus tribunalibus, vbi parum circa cauſas ci-
uiles curatur de hac licentia, vt clerici coram lai-
co, & contra laicos deponant. Et tradit Riccius
dict. col. 597. in verſic. *declaratur tertio*, cum Anna-
nia *in ſingulari* 128.

32 Notabis quod in caſibus relatis, & in aliis, in
quibus conceditur Clerico licentia deponendi
coram laico, & contra laicum, quando venit im-
ponenda pœna ſanguinis ſuper delicto in genere
tantum, cum veritas per alios haberi non poſſet.
Tunc eam licentiam denegari, vt tenet, & ſentit
Bellon. *in deciſ.* 3 Riccius *dicta collect.* 597. verſic.
ſed pulcherrima.

33 Notabis ſecundò quod in caſibus, in quibus
conceditur prædicta licentia deponendi coram
Iudice ſæculari, ſi reperiatur falſum prædictos
Clericos coram eo commiſiſſe tunc remittendos
eſſe Iudici Eccleſiaſtico, ſicut deciderunt nōnulla
Italiæ Tribunalia, pro vt Sacrum Concilium Ne-
apol. teſte Afflict. *in deciſ.* 230. & Rota venet. teſte
Treuis, *in deciſ.* 8. *part.* 2. & Rota Florent. penes
Magon *in decif.* 12. Riccius *vbi ſupra d. collect.* 597.
in fine, & faciunt adducta *ſupra in cap. at ſi Clerici
de Iudiciis*, vbi dixi puniendos eſſe Clericos fal-
ſum cōmittentes corā laico à iudice Eccleſiaſtico.

34 Notabis tertiò, quod ſi dubitatur, an licentia ſit
petita à Iudice Eccleſiaſtico, vt Clericus coram
laico deponat, debet de ea conſtare; aliter quam
per aſſertionem notarij, dicentis, *putà talis frater,
&c.* teſtis citatus Iuratus, & de licentia ſuperio-
ris examinatus, quia licentia eſt quid facti, facta-
que non præſumantur, niſi probentur, *l.* 1. *l. cum res
C. de probat l. aſſeueratio, § fin Cod. de non numerata
pecunia*: Videbis Ioannem de Amicis *in conſ.* 77.
n. 18. & Curtium *in tract. de Teſtib. in concl* 49. *in fin.
o*, verſic. *oportet*: ergo, ſed contrarium conſulendo
tenuiſſe ſyluan, *coſ.* 88. verſic. *plus d. n* 7. *&* 8. refert
Farinacius *ſup d. q.* 61. *n.* 88.

35 Notabis quartò quod in omni caſu, in quo
Clerici admittuntur ad teſtificandum magis eis
credatur, quàm laicis, cum à Iure reputentur om-
ni exceptione maiores, & tantùm valere teſtimo-
nium quatuor Clericorum, quam ſex laicorum;
tenuit Gloſſa *in c. monachus* verbo *compendia* 77.
diſtinctione, Decius *in cap ex litteris, n.* 24 *de proba-
tion.* Maſcardus *de probat lib.* 1. *concluſ.* 306. *à n.* 1.
36 Farinacius *dict quæſt.* 61. *à num.* 8. † Qui *num.* 81.
& 82. hoc limitat, quando Clerici deponerent
pro ſua Eccleſia, quia tunc non magis creditur,
quàm laicis, imo in concurſu minus credi ait la-
tè *de Teſtibus, quæſt.* 60. *num.* 134. Vel quando
laici deponerent pro reo, & Clerici contra

reum, quia tunc pariter Clericis erit minus cre-
dendum, vt ait idem Maſcardus *de probationi-
bus, lib.* 1. *concluſione* 234. *num.* 5. *& lib.* 2. *conclu-
ſione* 1003. *num.* 4.

Notabis quintò quod & ſi regula Clericos 37
non cogatur deponere in nonnullis caſibus, de
quibus dixi admitti contra laicum, vt ait Bu-
trius *in cap. cum nuntius, num.* 5. *hoc tit.* Præpo-
ſitus *in dicto cap. teſtimonium, num.* 3. verſic. *co-
gi* 11. *quæſt.* 1. non ſolùm in criminalibus, ve-
rùm nec in ciuilibus, niſi vbi veritas haberi
non poteſt, pro vt docent Butrius *in cap. dile-
ctorum, col. fin.* verſic. *ad primum de Teſtibus co-
gendis*, vbi Abbas *col.* 3. *in fine*, verſic *& om-
nia prædicta.* † Et multò magis in cauſa crimi- 38
nali ciuiliter intentata, in qua non aliter Cle-
ricus cogitur ad teſtificandum, niſi quando ve-
ritas aliter haberi non poteſt; Butrius *in dicto
cap delictorum, col. fin.* verſic. *ſecundò caſu*, qui,
& col 5. *in fin.* verſic. *ſi vero.*

Ait multò minus poſſe cogi ad ferendum te- 39
ſtimonium in cauſa criminali inferente ſangui-
nis pœnam, quia & in ea, nec volens exami-
nari poteſt, vt iam dixi, Albert. de Malet. *de
Teſtibus, cap.* 6. verſic. *& eſt notandum*, vbi id
ampliat procedere in hoc caſu, etiam ſi veritas
aliter haberi non poſſet: docet Crotus *de Te-
ſtibus, num.* 69. verſic. *prima ſit concluſio*: docet
Farinacius *dicta quæſt.* 61. *de Teſtibus, à num* 88.
† vbi, *num* 92. ait quod Clericus in crimine 40
læſæ maieſtatis ad ſe examinandum cogi non
poteſt; quando agitur Decius pœna ſanguinis
ſecus ſi ageretur de ſola pœna confiſcationis bo-
norum, quando memoria defuncti damnatur.
† Tamen Felinus *hic num.* 1. poſt verſic. *fallit.* 2. 41
& Aretinus *num.* 3. & Gloſſa 1. *in cap. quan-
quam*, in Verbo *occultetur* 14. *quæſt.* 2. docent
generalem regulam propoſitam in hoc corolla-
rio limitari; quando veritas aliter haberi non
poſſit, quia tunc Clericus ad teſtificandum vo-
lens admittitur; ita vt nollens poteſt cogi tam
in Ciuilibus, quam etiam in Criminalibus. † 42
Quod porrigit Farinacius cum multis DD. *in c.
nuntius hoc tit ſupra dicta quæſt.* 62. *num.* 94. proce-
dere ita, vt Clericus cogatur teſtificari contra
ſuam Eccleſiam, quando aliàs veritas haberi non
poteſt, alia tradit *à n* 95. † qui n. 97. concludit, 43
quod in caſu, omni quo Clericus cogi po-
teſt ad teſtificandum intelligi debet, vt cogatur
à Iudice Eccleſiaſtico, non autem à Iudice lai-
co. Boſſius *de oppoſit. cont. Teſtibus, num.* 91.
poſt verſic. *idemque*, Abbas *in dicto cap. delicto-
rum, de Teſtibus cogendis, col.* 3. *poſt medium.* † 44
Eſt enim certum, quod Iudex Eccleſiaſticus fa-
cit præceptum Clerico, vt deponat coram laico,
ſed non dat laico licentiam, vt cogat Clericum
ad teſtificandum coram ipſo: plura dicit Idem
Farinacius *quæſt.* 78. *de oppoſit contra Teſtes, à n.* 74.
& 78. & faciunt quæ adduxi *ſupra in cap. qualiter
de ind quæſt.* 7.

AD TEXTVM
IN CAPITE XV.
In cauſis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. DVAS continet partes textus iſte, prima enim habet quod in cauſis Eccleſiaſticis, & ciuilibus, poſſunt fieri tres productiones Teſtium, ſed quartam fieri non debere abſque ſolemnitate legari, ſed quia de hac parte ago, *infra in cap. vltra tertiam 55. hoc tit.* ideò ad *ibi* dicta recurres. II. Secunda autē pars, de qua ibi, *& ſuper dictis Teſt. cum fuerint publicè publicata poteſt diſputari*; agit de eo, quod vulgò vocamus *alegar de bien probado, y dar enformaciones en derecho alos iuezes, &c.* de qua parte oune agere iotendo. Item agi poterat, *hic* de repulſis contra Teſtes, de quo *infra in capite præſentium, hoc titulo, & infra cap. 54. & in cap. 1. de except.*

QVÆSTIO I.

Quare ſuper dictis Teſtium, cum fuerint publicata poſſit publicè diſputari. ſiquidem ex quo partes non habeant quid dicant contra Teſtes, iam totum negotium ſpectat ad Iudicem?

SVMMARIVM.

1 *Repulſæ contra Teſtes de iure ante publicationem erant proponenda, & probanda ante concluſionem, n. 2. quid de iure Regio, ibi.*

3 *Diſputant partes litigantes publicè publicatis iam atteſtationibus vulgo* alegando de bien probando *per ſuos Aduocatos, n. 4. 5. 6.*

4 *Allegatio de benè probato, quæ dicatur, & de eius libello.*

5 *Aduocatus quæ debeat conſiderare, vt alleget de benè probato n. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*

6 *Fides vnius Teſtis parum idonei ſuppletur cum alia Teſtis maioris exceptionis.*

7 *Reſtitutio aduerſus omiſſam probationem, quando peti poſſit à priuilegiato, cui competit latè in*fra in cap. 17. q. 3 à n. 12.

8 *Aduocatus quandoque allegat in fine libelli ſe habere Iudicem pro ſuſpecto vel ſententiam.*

10 *Allegatio Iuridica in fine cauſa, ſolet ad inſtructionem, ab Aduocatis partium fieri viſo proceſſu, qui allegant ibi leges, & iura, ſed non in libellis, n. 15. & 16.*

17 *Deciſiones cauſarum, ſecundum quem Ordinem iurium, & ſtyli, debeant à Iudicibus diſcerni, num. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. & 26.*

20. *Regio iure deficiente, controuerſia decernuntur per ius Canonicum. n 23.*

1 DIfficultatem facit: nam ex quo tam Actor quàm Reus deduxerunt in Iudicio intentionem, ſiue defenſionem ſuam, videtur vt poſt probationes deductas in Iudicio, poſtque earum publicationem, iam nihil amplius habeant, quam opponere contra Teſtes allegando, & repreſentando Iudici eorum defectus, quibus eis minus credi debeat iuxta notanda *infra in cap. præſentium hoc tit.* Sed ſi Actor, aut Reus nihil habeat, quod opponat in Teſtes iam nihil habent in ordinatoriis proceſſus, cum ſolùm ſpectent cauſæ exitum per ſententiam à Iudice proferendam. vt communiter profitetur in iure, ergo non eſt cur neceſſarim ſit, vt poſt publicatiooem Teſtium partes ad allegandum, ſeu diſputandum amplius admittantur.

Verùm dici debet, quod etſi de communi *in dicto cap. præſentium hoc tit.* repulſæ contra Teſtes eſſent opponendæ ante publicationem eorum iuxta formam *ibi* præſcriptam, quam approbant *ibi* Panormitanus *num. 3.* Decius *num. 2.* & Mantua *num 9. de exceptionibus*, Maranta *de ordine iudiciorum 3. p. actu 13. num 8.* & erant probandæ ante concluſum in cauſa ad ſententiam, vt probatur *in dicto cap. 1. de exceptionibus, cap cum dilectus de fide inſtrument.* & notant Panormitanus & omnes *in dicto cap. 1.* & Couarruuias *in practicis, cap. 18. num 15.* & tradit Paz *in praxi, p. 1. temp 9. num. 7.* Quibus magis confirmatur dubium propoſitum, *ſupra num. præcedenti*: Tamen, quia iam de iure Regio, & communi ſtylo per textum, *in leg. 1. tit. 8. lib. 4. recop.* prædictam oppoſitionem contra Teſtes poſſit opponi ab vtraque parte intra ſex dies, poſt latam publicationem Teſtium; ideò euenit, vt iam non ſolùm partes publicatis atteſtationibus, poſſint ex noſtro textu ſuper dictis Teſtium diſputare, verùm & opponere in Teſtes, quo pacto, vt præſuppoſui, poſſet *hic* longe diſputari de eorum repulſis, de quibus dico *in dicto capite præſentium, &c.* 2

Vnde fit, quod poſtquam de obiectionibus Teſtium, & eorum repulſis actum ſit per terminum iure Regio ſtatutum in vltimo loco, partes adhuc recipiendæ ſint ad allegandum benè, & ſufficienter per ſe probatum eſſe in proceſſo; Ita communis obſeruat praxis, & probatur ex textu, *in cap. bona memoria de poſtulatione Prælatorum*, ibi, *nos igitur auditis, quæ de facto, & de iure fuerant allegata, & in capite dudum. 1. de electione audiuerit allegationes vtrinque*, & in Authentica, *ſi Teſtes productos*, ibi *tempore verò diſputationum ſeruentur huiuſmodi quæſtiones.* Et hodie de iure Regio apertè probat textus, *in leg. 4. titulo 16. lib. 2. recopilationis*, ibi *y concluſſo entonçes cada vna de las partes, o Abogados, o Procuradores, por palabra, o por eſcrito ante de la ſentenzia informen, al Iuez, de ſu derecho allegando leyes y decretos y decretales, partidas, y fueros, como entendieron que mas les cumple*: Videbis Speculatorem *in titulo, de diſputationibus, & allegationibus in principio*, Marantam *de Ordine Iudiciorum, part. 6. actu 16. de diſputatione, & allegatione cauſæ*, Amatorem Rodriguez *de examinando proceſſu, capite 10. à numero 1.* de quo Doctores practici communiter. 3

Quare, vt id rectè perficiatur, ſolet pars litigans tam Actor, quàm Reus recurrere ad ſuos Aduocatos, qui tunc inſpiciendo, atque rimando ſingulos proceſſus, ſtatus facient allegatum, 4

quod

Digitized by Google

quod vulgò vocatur *debien probado*, cuius tenorem ad praxim videbis conceptum per Paz *in ſua praxi, dicto 1. p. & tempore 9. num. 13.* quod primò porrigit Actor, quo præſentato coram Iudice cauſæ ipſe de eo copiam dare mandat Reo, qui tunc accipit proceſſum. Quo viſo eius Aduocatus facit alium allegatum reſponſorium *de bien probado*, vt ſic ſemper in praxi vidi, & exercui.

5 Cumque in hoc puncto præcitatus Amator Rodriguez, *vbi ſupra dicto cap. 10. num. 4. de proceſſu fulminando*, plura adducat de ſcientia, & peritia, qua debet Aduocatus pollere, vt ſatis queat defendere ſuum Clientulum; cuius officium non ſolùm prærequiritur in hoc ſtatu cauſæ, quando agitur de concludendo proceſſu, & ſatius eſt, vt hoc inſpiciatur quando tractat de introducendo ſuum Clientulum ad litigandum; Ideò applicabis *hic*, quæ de Aduocato adduxi *ſupra*, latiſſimè *in cap. paſtoralis 14. de Iudiciis.*

6 Quo ſuppoſito in actu, de quo nunc inquirimus, dico Aduocatum in primis conſiderare debere an ſuus Clientulus ſit Actor, vel Reus, & an pars aduerſa per Procuratorem litigauerit, quo caſu videre debet mandatum, vtrum ſit ſufficiens necne, & an pars aduerſa habeat legitimam perſonam ſtandi in Iudicio, ad quod applicabis dicta *in Rubr. de Iudiciis*, & quæ de mandato dixi *in dicto cap. 9. & in dicto cap. paſtoral. 14. de Iudiciis, & alibi.*

7 Deinde debet inſpicere probationem ſui Clientuli, & an Articuli eius fuerint poſiti propoſitionibus parti aduerſæ ſecundùm ea quæ adduxi *in cap. 1. de litis conteſt.* & vide etiam an pars aduerſa fuerit confeſſa prædictos Articulos.

8 Poſtmodum videt atteſtationes in Articulis principalibus actionis vel exceptionis, & ſi inuenerit aliquem Articulum probatum, illum in margine ſignabit aliquo charactere, & ſi Teſtes ſuæ partis in aliquo Articulo diſcordent, curet eos componere, quia contrarietas Teſtium omninò vitanda eſt, iuxta textum *in c. cum in tua 44. de Teſtibus*, vbi Doctores, & ego dico *in cap cum in ſtatim ſequenti.*

9 Iterùm aduertet, quod ſi in fauorem ſui Clientuli fuerit productus aliquis Teſtis minus idoneus cum alio Teſte omni exceptione maiore concordante cum depoſitione illius Teſtis minus idonei, quod tunc fides vnius ſupplet defectum alterius, vt ait Hypolitus *in l. de minore, §. tormenta, ff. de quaſt. col 1. in fine*, per doctrinam Baldi, & Angeli *in l. ſi quis ex argentariis, §. 1. ff. de edendo* idem firmat Iaſon *in l. dictantibus, col. 2. Cod. de Teſtament* & Curtius *in tract de Teſte, col. 1.* Plures congerit Farinacius *de Teſtib. q. 62. à num. 328.*

10 Similiter aduertere debet Aduocatus, an pars eius ſit perſona, quæ debeat gaudere beneficio reſtitutionis, quia ſi eius intentio plenè probata non ſit, debebit reſtitutionem petere aduerſus omiſſam probationem, ad quod videbis nonnulla; quæ adduxi *ſupra ad titulum de dilationibus, & in Rubrica de litis conteſtatione.* vbi *de perſonis hanc reſtitutionem merentibus de praxi*, videndus eſt Paz *p. 1. tempore 8. à n 119.* vbi de petitione concipienda ſermone Hiſpano, & de ſententia; qua conceditur talis reſtitutio ad probandum *ibi, à num. 117. & 128. & de interrogatorio, n. 126.*

11 His conſideratis deinde Aduocatus inſpiciet probationes partis aduerſæ, & ſi interuenerit intentionem ſuam probatam, curabit eam deſtruere obiiciendo repulſas contra perſonas, & atteſtationes ſuorum Teſtium; quæ quando ſint proponendæ, dico *infra in dicto c. præſentium.*

In vltimo autem loco ſi hæc omnia, aut aliqua obiecta ſint, vel non faciet Adnocatus allegatum vulgò *de bien probado*, in quo reſumit & ponderat omnia quæ faciunt in proceſſu pro ſuo Clientulo, ea admodùm exagerans de facto; & de iure abſque iurium allegationibus, & ſatisfacit probationi Aduerſarij dicens non eſſe releuatam per rationes ſingulares, quas conſiderabit; & quod reſpectu probationis ſui Clientuli, nullius, aut parui ponderis eſt. Quam praxim inter alios clariſſimè concipit Paz *1 p. temp. 9 à n. 12.* vbi *n. 13.* concipit Hiſpano ſermone allegatum vulgò *de bien probado*, eiuſque ſingulas partes expendit, *à num. 15.* 12

Item ſi pars aliqua habuerit Iudicem coram quo litigat pro ſuſpecto opponet in fine libelli illius probatorij *por vno troſi*, ſe illum ad ſententiam ferendam ſuſpectum habere, & ſic petit vt ſe abſtineat, vel quod adhibeatur ſocius litteratus cum eo, ſecundùm ea, quæ latè adduxi *ſupra, in cap. 4. de foro competenti*, vbi benè *de recuſationibus Iudicum*, videbis. 13

Vltimo autem loco poſteà, quam viſus eſt proceſſus, à Iudice, vel ante ſecundùm ſtylum cuiuſlibet curiæ ſi cauſa non ſit leuis, ſolent partes petere proceſſum, vt quælibet cum ſuo Aduocato, faciat informationem, quæ vulgò vocatur *enderecho* ſiue in voce coram Iudice, ſiue in ſcripto ei porrigendo informationem ſcriptam, ſeu impreſſam cum ſuis iuris allegationibus, vt patet ex verbis *d l. 4. tit. 16. lib. 2. recop.* ibi *por palabra, o por eſcrito ante de la ſentençia informe al juez de ſu derecho alegando leyes y decretos, y decretales partidas y fueros, &c.* 14

Ex quibus verbis, & ex iam dictis apparet poſſe Aduocatum in præcitato actu allegare pro ſuo Clientulo iura, non verò in libellis, nec in actibus cauſæ, vbi non diſputationi, ſed allegationi tantùm locus datur, & vbi lex deficit, ratio naturalis ſufficere debet, quod ita notat ibi Azeued, *n. 9.* ex doctrina Rebuffi ab eo relati in commentariis *in præmio* verbo *iura citare*, & aliorum, quos ibidem refert. 15

Cumque ex præcitata lege & ex vltimis illius verbis Aduocatus teneatur allegare leges, decreta, decretales, & leges partitarum, & fori, vt dictum eſt, & conſtat, quod iam poſteriori iure huius Regni, aliterque, & longè diuerſo ordine cauſæ decidantur, quam per eam legem præſcribitur, ideò Aduocatus conſiderare debet, circa obſeruantiam iuris huius Regni, ordinem & formam ſequentem attendendam eſſe, vt ſic pro deciſione cauſæ ſuæ partis ſciat allegare, & Iudici inſtruere iuxta formam præſcriptam *in l. 1 Tauri* vbi latè Gomez. tradit, quæ refertur *in l. 3 tit. 1. lib. 2 recop* & ex pragmatica poſita in princ. eiuſdem libri nouæ recop. refert Paz *in ſua praxi, in annotatione 5, n 25.* & eruditè Abiles *in cap. Prætor. c. 19 in fine*, gloſſ. verbo *guardar à n. 1.* vbi conſulit Aduocatos; quomodò ius Regni debeant articulare. 16

Igitur cum Iudices etiam debeant eſſe periti & ſimili modo Aduocati eos debeant ad Iudicandum inſtruere primo loco ſcient cauſas eſſe decidendas per leges Regias nouiſſimas, vulgò 17

Digitized by Google

pragmaticas. Nam cum ſint poſteriores, prioribus præferentur, ex Textu *in l. non eſt nouum & in l. ſed & poſteriores, ff. de legibus*, Bartol. & Bald. *in l. pacta nouiſſima, Cod. de pactis, num. 3.* Gloſſa, & DD. *in cap.1. de conſtit. lib. 6.* & facit Textus, *in cap.1. verſic. penultimo de cognat. ſpiritnali dicta, l.1. Tauri, lib. 3. tit.1. lib.x. recop.* ibi *o per algunas leyes deordinamientos, y pragmaticas de los Reyes, que de nos Vinieron.*

18 Item per leges nuuæ recopilatiunis magis autiquas. Deinde per leges urdinamenti realis, & ptagmaticarum, nuu ubſtante quod nou ſint in vſu, nec fuerint ubſeruatæ, *dict. leg.1. Tauri*
19 in verſic. *ordenamos y mandamos.* † Et cauſæ, quæ per dictas leges determinatæ non fuerint, decidantur per legem furi, vel per furus municipales cuiuſlibet villæ, vel uppidi, quatenus fuerint in vſu in dictis villis, vel locis, dummodo non ſint euntrariæ dictis legibus recop; pragmaticarem, aut urdiuamenti, in illu, quud in eis determinatum eſt, vel in futurum, per
20 Regem fuerit determinatum. † Et ſi per dictas leges illæ dacifæ nuu fuerint; Tunc tecurrendum eſt ad leges partitatum Regis Alphunſi, vt habetur *in dict. l.1. Tauri*, ibi *y an lo que por ellas*, & ibi *mandamos, & in dicta, leg.3. noua recop. lib 4. tit 4. lib 1. ordinamenti.* Videbis Gregorium lupez *in lib.6. tit.4. part.3.* Gluſſa verbu *por las leyes de eſte libro.*

21 Vbi dixit maximum pericultum imminere Iudicibus illas leges ignorantibus, & earum medillam, non guſtantibus, quando vtique ſui labutis in ais Gluſandis iucentiuum fuiſſe ait, & vt latè hæc umnia & alias apptehendas, leges quæ aducit Amatur Rudriguez umninu videndus, *dicto cap.10. à num.14.* cum altis, vbi lungè agit; nunnulla congerit Villalubos *in ſumma, part. 1. tract 2. de legibus definitione 7.* & videbis quæ adduxi *ſupra in cap.8. de Iudiciis, & in cap.9. de foro competenti.*

22 Quare lieet maximum ſit dubium, an deficientibus legibus Regiis, ſtatim recurreudum ſit ad Ius Canunicum, vel ad ius Ciuile: tamen ex Textu *in cap.1. & 2. de noui operis nunciati & in cap.2. de arbitris, lib 6.* quatenus ex eis colligitur Ius Ciuile, eſſe Ius laicutum, quod iu ſuu quuque foru ſeruendum, aſt, & ex Textu *in cap fin. de exceptionibus, l.6.* ibi cunſtituitur vuum quodque Ius in ſuo, foru ſeruari debere: ergo videtur vt Canonicum ſaruetur à ſuo Iudica Ec-
23 cleſiaſtico, Ciuile autem à Iudiee ſæculari † Cæterum dieandum eſt, quod deficiente Iure Regio, tecurratur ad Canonicum Ius, iuxta verba textus *in dicta lib.3. tit.16. lib.2. recop.* ibi, *a legando leyas, y decretos, y decretales. y partidas, y fueros Come entendieren que mas leſcumple*, Caſtillo *in dicta l 1. Tauri* in Gloſſa, verbo *que ſon contra dos*, Abiles *in capitibus pratorum, cap.29.* Alphunſus Villadiego in Gloſſa, *lib. 9. num. 3. & 4 lib 2. tit del fuero Iurgo:* plura congerit idem Rodriguez *dicto cap.9. à num.25.* omnino videndus, qui *à num.28.* ait vtendum aſſe legibus Imperatorum, tanquam tatione naturali, ſad fundatut in aa, non tanquam legibus, vt tenet Ab-
24 bas *in cap Eccleſia ſancta Maria de conſtit.* † Itaque ex, *lib.5. tit 4. lib.1. ordinamenti*, aduertendum aſt, quud cauſæ Ciuiles, & temporales, in terris ſubiactis Eccleſiæ, quæ intra fines huius regni reſident Regio Iura, & non Canunico, erunt decidendæ: videbis Baldum *in l. priuilegia, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, num.3.* Sed in hac Cancellaria Valiſuletana & Matriti in conſiliis ſupramis video & vidi legibus ciuilibus conſulturum & imperatorum adhiberi maximum fidem quod intelligu ſecundùm partitionem iactam & videbis quæ dixi *ſup.* in Rubr. *de conſtit. quæſt.4.* verſic. *ad quartam.*

His ergu deficientibus recurrendem eſt ad 25
couſuetudiuem legitimè præſcriptam, ſpatio decem annutum, & pluritata actuum, *l. de quibus, ff. de legibus, l.1. Cod. que ſit longa conſuetudo*, Gumezius *in dicta lib.1. Tauri, num.8.* & credo eam probandam ab eu, quis ſe fundat iu ea, per ea, quæ adducit Rodtiguez, *d cap.9. à num.18.*
Imu his deficientibus recutrandum aſt ad Do- 26
ctorum communem opinionam, vt notant Gomezius *in dicta l.1. Tauri, num.9. ad finem*, Zeuallus *in practicis, num.30. in præfatione per textum in l. 1. ff. de quaſt. l. athlatas, ff. de his qui notantur infamiâ*, Rodriguez *ſupra, num. 34.* Vbi alia adducit. Applica Villalubos *in ſumma 1. p.8, tract.1, diſicult.15.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XVI.
Cum tu, hoc Tit.
PRÆMISSVM.

NOaiesm continet materiam Textua iſte, licet ſub compendiu verburum cum eius ſeries tendat ad componendos Teſtes inter ſe diſcordantes, vt ſic fidem faciant in Iudicio.
I. Quare huc ſpectat materia variationis, & ſibi 1
cuntrariorum Taſtium; ad quud videbis, & applicabis ea omnia, quæ adduxi *ſupra in cap. per tuas 10. de probat à quæſt.5.* item & adducta *ſupra in cap. ſicut Nobis 9. hoc tit.* II. *Et ibi con-* 2
ſtet Teſtes veſtros iuraſſe, quod poſt appellationem excommunicationis ſententiam tulerit, & Archiepiſcopi Teſtes ſimiliter iuraſſe, quod ante appellationem. Ex his verbis puſſuut Doctoras agere de affectibus appellatiunis, ab exeummunicatione, an eius effectum ſuſpendat, aut non, ad quod videbis quæ adducu *infra in cap. paſtoralis, §. verum de appellat.* & quæ ſit differentia, ſi appellatio intarponatur, anta latam exeommunicationem', vel poſt. III. Item Gloſſa iu verſic. *beni-* 3
gnè; aliqua muuet umuino euuſideranda, inter quæ, an in dubio quis præſumatur exeommunicatus, de quu dico *infra ad Rubricam de ſententia excommunicat.* Cuuatruuias *in cap. alma, 1. part. § 2. num. 5.* & applicabis quæ dico *in cap. ad audientiam, cap. ſignificaſti de homicidio*, an in dubiu quis cenſeatur irregularis. IV. Et appli- 4
cabis quæ adduxi *in cap. cum ab homine 10 de Iudiciis, quæſt. 31.* Vbi an prolata excummunicatio ſimpliciter intelligatur da maiori, vel minori.
V. Et ibi *nos dicta Teſtium benignè interpretari* 5
volentes; ex his varbis agitur de acceptabili materia noſtri Textus, de qua nunc agere intendo. Et applicabis quæ dico *infra in cap. in noſtra 32. hoc tit.* Vbi quibus Taſtibus ſibi contrariis magis credatur.
VI. Et ibi *ne periuriis reatu.* Applicabis dicta 6
de periurio *in cap. breui 27. de iureiur.*

QVÆSTIO

Q V Æ S T I O I.

Quare ſi Teſtis vna vice deponit vnum & altera vice aliud ſit per Iudicem ad concordiam reducendus, cum potius eius primæ depoſitioni ſtandum ſit, aut neutra.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtis intelligitur, à num. 13. 14. 15.*
2 *Teſtis varij dictum, debet in quantum poſſit concordari, & qualiter, num. 3. contra Bartolum, num. 4. & quid Iudex faciet, num. 7. & 16.*
3 *Varietas in vno Teſte, minus concordabilis eſt, quam in pluribus, n. 5. 6.*
8 *Varietas Teſtis, in quibus inſpiciatur, numero ſequentibus.*
9 *Varius Teſtis non dicitur, vel quando dixit ſe non recordari, ſeu exprimo dicto illegitimo, aut ſi dubitatiuè reſpondet, n. 10. 11. 12. Vbi quid ſit ex credulitate.*
17 *Varietas euidens Teſtis ſibi contrarij, non eſt concordabilis.*
18 *Varietas Teſtis in criminalibus, concordabilis an ſit, n. 19. & in Ciuilibus ſub qua diſtinctione concordatur.*
20 *Varia inſtrumenta concordari debent.*

1 DIfficilem reddunt deciſionem Textus noſtri ea omnia, quæ adduxi *ſupra in dicto cap. per tuas deprobationibus, à 9. 5. 6. & 7.*

2 Tamen non eſt recedendum à communi, & probata concluſione Textus noſtri, quia probatur, quod ſi vnicus Teſtis ſibi varius, & contrarius eſt, omnibus modis concordandus eſt, vt varietas euertetur, tradit Bartolus *in l. non ſolum, § ſed & probari, ſub. num. 3. ff. de noui operis nunciatione*, Burtius *Hîc num. 41.* Felinus *n. 1.* Vbi etiam dicit, *num. 2.* quod varietas in vno Teſte, eſt minus concordabilis, quàm in pluribus Teſtibus, & pro hac parte faciunt quæ dico *infra quaſt. ſequenti*, de pluribus Teſtibus concordandis, & Conradus *in practica de Teſtibus*, Rubrica *de contrarietate Teſtium poſt, num. 12. fol 121. col. 1. ad finem*, ait taliter in eodem Teſte ſibi vario, & contrario concordiam eſſe faciendam omnino, ne dum eius verba impropriè ſed impropriiſſimè intelligendo, & cum aliis docet Farinacius *de Teſtibus, quaſt. 67. num. 317.* eam concordiam fieri poſſe etiam per ſubaudítos intellectus, & ſit per interpretationem ſuppletiuam. Multis adductis probat. Hic Barboſa *n a* vbi dicit, & in dubio fieri interpretationem, pro concordia Teſtium, ad excludendum periurium.

4 Et licet idem Bartolus *in l. eos in fine, ff. ad legem Corneliam de falſis* duxerit præfatam concluſionem, in vnico Teſte, ſibi vario, aut contrario, locum non habere, eius tamen aſſertio in hoc communiter à Doctoribus reprobatur, & illi poſt alios bona reſpondet Boſius *in tit. de oppoſitione contra Teſtes in principio, num. 10.* Vel Bart. debet intelligi, quando varietas teſtis, & cõtrarietas eſſet euidens, quæ nullo pacto poſſet, ad concordiam reduci, docent Baldus *in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. ſed & ſi verum, ff. de iureiurando.* Alexander *in l. inter ſtipulantem, §. 2. col. 3. in princ. ff. de verb. oblig. & conſ. 26. num. 3. lib. 4.* Felinus *num. 1. in fine*, verſic. *& procedit ſecundum iſtos*, Boſius *in tit. de publicatione proceſſus, num. 35.* verſic *ſed vbi.*

Vnde ſi dicas hæc dicta non adaptari ad no- 5
ſtrum textum: cùm hic non agatur de vnico teſte ſibi vario, aut contrario concordando; ſed de pluribus, ſecundùm dicenda *quaſt. ſequenti*, vt patet hîc, ſiquidem Canonici pro ſe Teſtes adduxerunt, & Archiepiſcopus alios, vel ſi idem fuerunt plures tamen erant. Adhuc tamen non dicedas à propoſita concluſione, *num. 1.* nam cùm officium Iudicis ſit dicta diuerſa concordare, ſi poteſt: & inſuper oporteat, vt falſitas, ſiue periurium in Teſte euitetur ex noſtro textu ibi *ne periurij reatu notentur.* † Non 6
enim dicta Teſtium calumnianda ſunt, ſed iuuanda ex Doctrina Bartoli *in Rubrica de rerum diuiſione, col. fin. & in l. de quibus, ff. de legibus*, cum aliis, quos in hoc articulo refert Morla *in emporio, tit. 11. n. 65.*

Et ob id à doctoribus fuit communiter recepta Bartoli cautela, de qua *in l. 2. §. creditum; num. 10. ff. ſi certum petatur.* vt in hoc caſu iterum Teſtem, aut Teſtes ad iudicium vocaret: & examinaret ſuper eorum depoſitiones ſigillatim, aliquid interrogando, vt ſic ſe declarare valeant, quia ſi iſta depoſuerint confuiſſe, quod veritas declarari nequeat; tunc licebit Iudici, etiam atteſtationibus publicatis, eos examinare ad effectum, vt eorum dicta declarentur, & ſic veritas eluceſcat, Iuxta textum *in cap. cum clamor de Teſtibus* Vbi notant Doctores, & ego dico interim videbis Gomezium, *lib. 3 varo, c. 12. n. 10.* Riccium *collect. 171. 91.* 7

Sed hic congruum erat repetere caſus, In quibus Teſtis prima facie varius, & contrarius concordatur, ideo recurres ad Abbatem *Hîc num. 3. in fine*, verſic. *quandoque receptionem* ad Tindarum *in tractatu de Teſtibus, part 3. cap. 7. à num 5. ad Crotum de Teſtibus, part. 7. num. 138.* verſic. *primo agitur*, & ad Ianfrancum *de Teſtibus, n. 27.* verſic. *plus & ibi in addit litter. T.* ad Perram, *in tractatu de fidei commiſſ. quaſt. à num. 970. vſque ad num 109. & in num. 1345. quis, num. 975. 985. 987. 981. 968. & 1346.* ponit alios caſus, in quibus Teſtis varius, & contrarius nullo pacto ad concordiam reducitur. Sed ego exempli cauſa nonnullos annumerabo, vt quid generaliter, dictum eſt ſpecialiter intelligi queat. 8

Et ſic ſi Teſtis primo loco, examinatus affirmatiuè depoſuit, deinde in eodem facto, in quo depoſuit interrogatus, dixit ſe non recordari, non videtur varius, aut contrarius; ita quod vitietur primum dictum; ſic colligo ex Bartol *in l. in exercendis*, verſic. *quare quid Cod. de fide inſtrument* Baldus *in l. in col 16 l. 1. in fine, Cod. de re Iudicaria*, nec dicentit Nouell. *de Teſtibus, num. 198.* qua poteſt ſtare quod quis hodie non recordetur, de eo quod antea recordabatur quod intelligit idem Nouell, 198 verſic. *ſi vero valeat*, quod & ſi in iſto caſu Teſtis ſaluetur à contrarietate, ſed non probare; ita ſtandum ſit primæ aut ſecundæ depoſitioni. † Et Tolerius *in practica cri-* 9
min. verſic. *& demum, num. 7.* idem docet quando primum examen non eſt legitimum, veluti in criminalibus, parte non citata, & ſecundum, ſic nam tunc primum examen nihil probat, licet Teſtes ſaluentur à contrarietate, *& in l. depoſitione nihil ponunt in ſe*; ſi quidem cum de- 10

ponunt ſe non recordati, nihil affit mare, aut negare videntur.

11 Quo fit, vt dicendum ſit, quando Teſtis primò dixit *ſe non recordari*, deinde dixit *ſe recordari & ſcire* illum probare, quia poteſt ſtare, quod hodie quis tecordetur de eo, de quo antea non recordabatur, Atetinus *in c. Cum cauſa. n. 10. hoc tit.* Felinus *in c. preterea de Teſtibus cogendis ad fin.* verſic. *quod autem.* Multis adductis Farinacius *d. q. 67. n. 331.* quod *n. ſeq.* dicit non procedere, ſi Teſtis tunc in vltima depoſitione dixit ſe recordari, ſi cum parte loquutus ſit, quia præſumitut ſubornatus vt ait idem Felinus *ſup.* in verſic *ſed aduerte*; & faciunt quæ dixi *ſup. in d. c. 9. hoc tit.*

12 Et idem Farinacius cum multis ab eo relatis, *dicta quaſt. 66. à num. 34.* ait quod ſi primo dubitatiuè reſpondet, & ſecundo affirmatiue concordatur, & probat in ſecundo dicto, ſed illud limitat, quando ſumus in diuerſis examinibus non ſi in eodem examine. Et *à n. 336.* addit quod ſi teſtis primo dixit ſe credere deinde dixit ſe ſcire cõcordatur, & probat in ſecundo dicto, ſed tripliciter hoc limitat, primò dummodo cauſam nouæ certitudinis, & ſcientiæ allegat, vel dummodo ſimus in caſu, in quo licita ſit correctio, vel in caſu, in quo credatur Teſti de credulitate. Et *à num. 340.* Idem docet de Teſte, qui primo dicit ſibi videri, deinde dicit ſe ſcire, vel per aliud verbum veritatis affirmat: nam tunc concordatur, & probat in ſecundo dicto; idem alia plura exempla adducit *ibi à num. 341.* Videnda Et in hunc ſanè modum adduxi exempla *in dicto cap. per tuas de probationibus à quaſt. 5.* vbi retuli caſus, in quibus quandoque ſtatut ſecundo dicto Teſtis, aut primo.

13 Quibus ergo ſuppoſitis, manet ergo ſcrupulus circa rationem Textûs noſtri, quatenus in dicto verſic. *nos dicta Teſtium benigne interpretari volentes*: addit Pontifex *ibi* rationem ſcilicet, *ne periurij reatu notemur*, quam ſequitur Alciatus *Reg. 3. praſumptione 16. num. 4.* quod ſequi videtur Zeuallos *comm. cont. quaſt. 600.* Videndus cum multis, *quaſt. 86. & 87.* Verum ſi legas Couarr. *in cap. Alma mater 1. part. §. 2. à num. 4. & 5.* inuenies aliter hunc noſtrum Textum intelligentem: nam poſtquam *in dicto num. 4.* egerit de ea quæſtione, ſcilicet an fama excommunicationis ſufficeret ad vitandum excommunicatum pergens, *ad num. 5.* agit de ea quæſtione propria Textus noſtri, an in dubio, excommunicatio lata præſumatur ante appellationem; conſtat ergo ex Textu noſtro quoſdam Teſtes dixiſſe, iam latam eſſe, alios autem dixiſſe ante latam excommunicationem fuiſſe appellatum, & ſic dubiam eſſe quæſtionem ideoque ex hoc noſtro Textu probari in dubio, quem nulla eſſe effectum excommunicatione.

14 Verum ipſe ait reſponſionem Textus noſtri habere rationem ſpecialem; nam cum vtrinque adductis Teſtibus dubium conſtitueretur, an excommunicatio lata fuerit poſt appellationem, vel ante eam is, qui alleganit latam fuiſſe poſt appellationem, vt ea nulla iudicaretur, id legitimè probauit per Teſtes, hoc ipſum apertiſſimè Teſtificantes, nec enim ait hanc probationem confundi per probationem alterius, quâ Teſtes aſſeuerant, excommunicationem latam fuiſſe, ante appellationem, cum potuerit verè excommunicatio, de qua hi Teſtes intelligunt ferri ante appellationem ſecundo repetitam, & interpoſitam; non tamen ante omnem appellationem eam latam fuiſſe, & ſic neceſſarium eſſe præſumi potius ſæpius appellatum, quam ſæpe latam fuiſſe excommunicationem, cum ex natura rei appareat frequentiſſimè appellationem repeti, non ita excommunicationem, quæ cum ſit ſententia grauis debet maturo conſilio ferri, iuxta notata in Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 3. de reformatione*, & ſic Textum noſtrum interpretari, Felinum, Panormitanum, & alios *ibi* tradit, & Iaſon *in leg. 2. Cod. de bonorum poſſeſſ. ſecundùm tabulas* 15

Vnde miſſam facit reſponſionem, Alciati, *vbi ſupra*, & Doctores *in dicta leg. 2.* & canoniſtarum aliquorum poſt Gloſſam *hîc* dicentium Pontificem in noſtro textu præſumpſiſſe ſæpe appellationem propoſitam fuiſſe ad vitandum ſcilicet periurium in Teſtibus, quam rationem ipſe Couarruuias *in dicto num 5.* dicit inſufficientem, & ob id communiter refelli cum Felino *hîc col. pen*: nam hic Romanus Pontifex pronuntiat ſententiam excommunicationis eſſe nullam, quia lata poſt appellationem, non enim tractat de periurio teſtium excuſando, ſed potius de præſumenda Iuſtitia ipſius actûs, licet eadem præſumptione vtatur ad hoc, ne teſtes reatu periurij notentur. Et videbis Gloſſam *hic*, quæ eſt optima.

Sed multi Doctores dixerunt regulam deductam ex noſtro textu, nempe vnicus teſtis ſibi varius, & contrarius omnibus modis concordantibus ſit, vt euitetur varietas id ad illum; nempe contingere effectum, vt euitetur falſum, non vt teſtis probet, vt dixit Imola *hîc num. 4. col 3* verſic. *ſed aduerte*, & relati à Felino, *num. 2.* Alexander *conſil. 20. num. 3. lib. 4. & conſil. 43. num. 5. lib. 4. & conſil. 190. num. 1. lib. 9.* Tindatus *in tractatu de Teſtibus, part 3. cap. 11. in fine*, verſic. *vnum, & cap fin. num. 1.* vbi reddit rationem Crotus *de teſt p. 7. n. 328. in princ.* iunctu verſic. *ſed ad illum Textum*, vbi reſpondet contrariæ rationi, *& poſt, num 130.* quod hæc concluſio communiter approbatur Boſius *in tit. de appoſit cont. teſtes, num 11.* & faciunt pro hac parte multa, quæ adducit Farinacius *de Teſtibus, quaſt 65. n. 6.* quod videtur deſumi ex relatis *ſupra* a verſic. *quibus ergo ſuppoſitis.* Tamen Felinus *hîc num. 3.* Aretinus *a num. 3.* Puteus ex Rota *in deciſ. 28. num. 3. part. 3.* docent in præcitato caſu concordandum eſſe teſtem varium, aut contrarium ad effectum, vt etiam probat. † Et ob id dixerunt alij Doctores has opiniones concordari, nempe vt ſi contrarietas, aut varietas in teſte, eſt euidens, & manifeſta: tunc non fieri concordiam ad effectum, vt probet; ſi verò contrarietas ſit tantùm præſumpta, & aliquo modo apparens & quæ non cum ſumma fieret difficultate; tunc videri, vt teſtis concordatus probet; ſic Petra *in tractatu de Teſtibus, quaſt. 12. num 923 686. 938. & 441.* & ante eum Boſius *in tit de oppoſit contra teſtes, num. 11.* verſic. *hanc communem*, & ſic in contrarietate apparente, & præſumpta, loquitur Felinus *dicto num 3.* alia refert Farinacius *dicta quaſtione 65. num 77. & 80* qui *in quaſtione 67 a num 326.* hanc diſtinctionem non admittens, quia ſi conſtat de varietate, ſeu contrarietate, nulla concordia admittitur, ideo *num 327. & 328.* Vt reſpondeat. † Dicit ſic diſtinguendum in hoc articulo, nempè quod in criminalibus: & contrarium teſtis ſibi varius, & concordatus nunquam probet per ea, quæ in

16 (margin, beside "Sed multi Doctores") 17 (margin, beside "Et ob id dixerunt") 18 (margin, beside "Dicit ſic di-")

ſimili

ſimili de pluribus Teſtibus ſibi contrariis dixit *in dicta q.65. num.*106. & in ſpecie tradit Boſſios (licet dubitatiuè loquatur) *in tit. de opponit, contra teſtes num.*12. In ciuilibus tamen ſi concordiam, fit per intellectam repetionem ſermonis: tunc ex teſte vario concordata oriri etiam probationem, ſecus ſi per actuum multiplicationem, vel per improprietatem verborum, per ea, quæ ipſe adduxit de Teſtibus pluribus contrariis *dicta quæſtione* 65. *à n.* 86. & io ſpecie hac adnotauit Tindarus *de Teſtibus p.*3. *cap. fin. n* 4. verſic. *ſed aduerte, & n* 5. quam ſequitur Crotus *in tractatibus de Teſtibus p* 7. *n* 330. verſic. *qua limita.* Et ex his ſatis venit intelligendus Barboſa *hic toto num.*3. Vbi plures intellectus adducit ad textum noſtrum.

19 Iam ergo ex dictis, quæ incontrarium poterant conſiderari aſſignata *num.*1. lucem accipiunt;ita vt nec alium intellectum prærequirant.

20 Applicabis verò textum noſtrum procedere etiam in inſtrumentis, quæ in iudicio producuntur, ſecundùm dicta *infrà in cap. inter dilectos eodem.* ſecondo procedere, etiam quando teſtes cum partis aſſertione contrariantur, de quo *in cap. cum Ioannes de fide inſtrumentorum.* Tertio procedere non ſolum in cauſis ciuilibus ſed etiam in criminalibus: de quo videbis quæ addit Barboſa *in cap. in noſtra hoc tit.* tradit Barboſa *hic n.*3 *applica*, vbi idem dicit ſi teſtes ab vno, & eodem litigante producuntur.

QVÆSTIO II.

An ſi teſtes diuerſi hinc indéque varia, & contraria dicant, ſint per Iudicem ad concordiam reducendi: vel an poſſit Iudex teſtes concordare, datâ eorum imparitate in numero: Et an viua voci plus credatur, quàm mortuæ?

SVMMARIVM.

1 *Concordia Variorum teſtium, quo pacto à Iudicibus fiat, eorum dicta interpretando, num.*2 *&* 3.

4 *Contrarietas. ſeu teſtium varietas, qua ſit concordabilis, exemplis patefit, n* 5. 6. *&* 7.

8 *Concordare poteſt Iudex teſtes, etiam datâ imparitate in numero, n.*9. 10. 11. *&* 12.

10 *Probationes omnes ſunt arbitrariæ, & dependent ex mero Iudicis arbitrio.*

13 *Voci viuæ plus creditur, quàm mortuæ.*

14 *Teſtibus vel peritis diſcordantibus ſtatur numero majori, & veriſimiliora deponentibus.*

1 Quia ſuprà *quæſtione precedenti* plura adduxi, quibos hæc noſtræ quæſtionis 1. pars diſſolui poteſt, ideo hic nonnulla tantùm breuiter dicam & ſic regula erit, nempe quod omnis interpretatio facienda eſt in depoſitionibus teſtium, vt inter illos contrarietas euitetur; ita Doctores omnes tenent per textum noſtrum, & Gloſſam, quam leges, quia optima eſt, Butrius *hic n.*1. *&* 2. Abbas *n* 2. *in fine*, Ioannes *in ſummario*, Maſcardus *de Probat. lib.*3. *concluſ.*1361. *n.*10. Menochius *de præſumptionibus, lib.*5. *præſumptione* 23. *n.*19. videbis, quæ de Teſtibus ſingularibus dixit Farinacius *quæſt.*64. *num.*1223. ipſe latè videndus, *q.*65. *à n.*37. vbi cum Butrio, Abbate, Felino, & aliis hic declarat teſtes contrarios omnibus modis eſſe concordandos, etiam per multiplicationem actûs, & ſic etiam præſumendo pluralitatem factorum, ſi actus ſit iterabilia, ſecus de vnico tantùm actu, vt benè hic Felinus conſideret, *n.*4. & faciunt quæ pro intellectu huius textûs adduxi, *ſuprà q.*1. à verſic. *quibus ergo*; imò etiam ſunt concordandi per impropriationem verborum depoſitionis eorum; ita Butrius, Abbas, Felinus *hic*, & etiam ſi ea concordia fiat, cum aliqua difficultate, & etiam per interpretationem ſuppletiuam, vt ex hoc textu colligitur, ſiquidem Papa pro concordia teſtium ſupplet, præſumendo bis fuiſſe appellatum: plura addit Farinacius, cum infinitis omnino videnda, vt perfectè materiam textûs noſtri intelligas, & difficultatis qui *à n.*76. hanc regulam limitat pluribus aliis modis, qoi ſufficienter intelligentur ex dictis, *quæſt. præcedenti*, & Zeuallos *in pract. q* 86. agens de hac quæſtione dicit teſtes contraria dicentes in quantum fieri poteſt, reducendos eſſe ad concordiam per textum noſtrum contra Gloſſam *in cap. cum contingat de officio delegati*, & verum eſſe ait, niſi caſu, *leg. fin Cod. de rebus creditis*, cur conſonat, *l.*15. *&* 25. *tit.*11. *p.*3. *l.*12. *&* 18. *tit.*22. *p* 3. notat illum textum Alciatus *libro* 4. *parad. cap.*13. & *in l.*1. §. *ſtipulanti, n.*37. *ff. de verb.* copioſè Iaſon *in l. ſi petitor.* §. *item ſi iuramento, n.*30. *ff. de iureiur.* & *in l.*1. *n* 6 *ff de noui operis nuntiatione*, & *in l. item videndum, ff de petit. hæredit.* vbi Baldus. † Sed hanc interpre- 2
tationem debere eſſe probabilem, conſonam, & congruam veritati, alias non ſolùm teſtes concordandos non eſſe, verum, & falſos reputandos dixit Felinus *hic n.*11. verſic. *tertio nota*, Farinacius cum multis *ſuprà n.*90. † vbi 91. dicit 3
congruam in Teſtibus interpretationem dici, quæ non eſt extranea & extraneam dici quæ non benè auribus volgi conſonat, & incongruam, aut ineptam dici, ſi non obſeruatur ratio recti ſermonis, iuxta *l. Plautius, ff. de auro, & argent legat. & n* 101. ait quod ſi contrarietas eſt inter Teſtes, & partem non admittitur, quia tunc magis ſtatur confeſſioni partis, & teſtes, vt falſi reputantur, niſi pars allegaret errorem ſuæ confeſſionis, quia tunc potius probant teſtes; ita Butrig. *hic n.*4. Abbas *n.*4. Felinus *num* 9. qui *num.*11. ait quod ſi aliquo modo ſunt dubia, teſtium dicta debent concordari cum confeſſione partis.

Quod ſi ſcire deſideras de nonnullis exem- 4
plis, qoibus varietas regulæ præfatæ clareſcat; ideo ſi duo ſunt teſtes, & vnus dicat id factum fuiſſe in domo, vel in oſtio, alter verò dicit juxta domum, vel iuxta oſtium; tunc communis Doctorum traditio docet iſtos teſtes contrarios eſſe, & non concordandos, quia dictio *Iuxta* notat intrinſicitatem, *l.*1. §. *in flumine, ff. de flum.* Baldus *in leg. Gallus*, §. *fin. ff. de liberis, & poſthumis*, & propterea tantùm eſſe dicere *in domo*, quantum *intus domus.* Et licet Bartolus *in dicta l. Gallus*, § *fin. n* 3. & ibi Alexand. contrarium dixerunt, dicentes tunc teſtes eſſe reducendos. Tamen hæc concordando dicta dico Bartol. opinionem eſſe intelligendam, quando eſt quæſtio, de vno, & eodem teſte, qoi in vna depoſitione dixit *in domo*; deinde dixerit *iuxta domum*, quia tunc, ne in vna eadem depoſitione teſtem de contrarietate arguamus; ſic ſaluendum

eſſe

eſſe interpretationem, vt illa dictio inſtet præ
iuxta provt probare videtur textus, *in l. ſi ſtatuas,*
ff. de iniurys, vt poſt eundem Bartol. & Baldus
in locis per eum relatis optimè declarat Petra
de fideicommiſſis, *q.12. n.834.* multis adductis
Farinac. *d. quaſt.65. à n.245.* Qui *n.248.* contra
alios docet minimè etiam eſſe concordandos
teſtes, ſi vous dixit factum fuiſſe in domo, alter
verò dicit factum in porticu domûs.

5 Sed ſi vous teſtis dicit quid factum fuiſſe præ-
ſente Titio, Titius autem negat ſe fuiſſe præſen-
tem, licet Baldus *in l. Teſtium. Cod. hoc tit.* &
alij relatiâ Farinacio *d. q.65. de Teſtib. à n.172.*
doceant iſtos non eſſe ſingulares, ſed poſſe re-
duci ad concordiam: tamen cum multis idem
Farin. dicit *à n.274* verius eſſe, vt non concor-
dentur, quia dum de præſentia agitur in Teſti-
bus, intelligitur de corporali, non de mentali.

6 † Et *à num.276.* ait hoc in caſu ſine dubio fieri
concordiam, ſi ſecus dixerit quid factum præ-
ſente Titio, & Titius dicat ſe hoc *neſcire*, non
vidiſſe, vel non *audiuiſſe*, quia poteſt ſtare, quod
Titius fuerit præſens, & quod nihil viderit, vel
audiuerit, & *n.279.* ait multùm eſſe tribuendum
Iudicis arbitrio, multos caſus refert Petra *ſu-
prà de fideicommiſſ.* vbi teſtes non concordantur,
q.12. n.1167. & 1177. cum duobus ſeqq. 1212. 1347.
& duobus ſeqq. 1355. 1357. 1360. 1361.

7 At quando duo ſunt teſtes, & vnus dicit Sem-
pronium continuè, & ſemper poſſediſſe talem
agrum, alter verò dicit Sempronium abſentem
fuiſſe per vel aliquod tempus; tunc hos teſtes
reduci ad concordiam, dicit Felinus *hîc n.13.*
verſic. *tertio:* nam qui ciuiliter poſſidet, etiam
abſens dicitur poſſidere, declarat optimè Fari-
nacius *d. q.65. à n.252.* tribus exemplificando
modis. Qui *n.154* idem dicit ſi vnus teſtis di-
xit quod Titius *ſemper poſſedit*; aliter verò *quod
non ſemper poſſedit*, vbi etiam tripliciter exem-
plificat, qui *à n.215.* alios caſus ponit, & de
aliis videbis Felinum *hîc col.4.* verſic. *datur etiam
alius modus ſecundùm Doctores*, & *d. col.4. in fine*,
verſic. *cæterum quoniam infinitum ferè*, & *col.15.
vſque ad n.13.* Nell *in tract. de Teſtib. n.22* Crotus
in eod. tract. p.7. n.332. & ibi, *in addit. littera A.
maiuſcula*, Petra *de fideicommiſſ. q.12. n.1116. 1120.*
& *à num.1126. vſque ad num.1181.* vbi latiſſimè,
& *à n.1103. 1341. cum ſeqq. & 1364.*

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, an Iudex
poſſit concordare dicta teſtium, data ipſorum
imparitate, nonnulli Doctores dicunt non poſſe,
ſed potiùs debere ipſum ſtare maiori parti, &
ſecundum ipſorum dicta ferre ſententiam; ſic
Innocentius *in d. cap. cum contingat de officio de-
legati*, Bartol. *in 2. §. creditum ff. ſi certum pe-
tatur*, vbi Fulgoſios, Paulus & Iaſon, quem
ſequitur Baldus *in d. cap. cum contingat*, vbi
Gloſſa Ordinaria, & hanc eſſe communem opi-
nionem dixerunt Socinus *in d. §. creditum, col.3.*
vbi Decius *lect.1. n.9.* Bartol. *in l. Gallus, §. ille
caſus, n.3. ff. de liberis, & poſthum.* Imola *in l. in-
ter ſtipulantem, §.1. ff. de verb. obligat.* vbi dicit
quod hæc opinio ſeruatur in practica: videbis
quæ adducit Zeuallos *in pract. d. q.86. & 87.*

9 Sed adhuc dicendum eſt, poſſe etiam Iudi-
cem in hoc caſu reducere teſtes ad concordiam,
ſecundùm quod id poſſit in iure, iuxta iam
dicta in hac quæſtione, quæ opinio verior in
puncto iuris videtur, quia arbitrio Iudicis ſem-
per relinquitur quanta fides Teſtibus adhiben-
da ſit, *l.3. §.1. ff. de Teſtibus.* † Ex quo notat 10
Paulus *in l. admonendi, ff. de Iureiurando*, quod
omnes probationes ſunt arbitrariæ, & depen-
dent ex mero Iudicis arbitrio iuxta textum ſic
intelligendum, *in l.1. §. ſed non vtique*, verſic.
vt Papinianus ff. ad Trebellianum, ibi, *facti quæſtio
in arbitrio Iudicis eſt*, id eſt probationes, & de-
poſitiones teſtium, Gloſſa *in cap. ſi teſtes*, quæ
hanc opinionem docet, quam ſequuntur Socin.
& Alexander *in d. §. creditum*, & eſt communior
ſecundùm Alexandrum *in d. l. Gallus, §. ille ca-
ſus, n.16.* dicit communem Felinus *in d. cap. cum
contingat:* ſequitur Zeuallos *in pract. q.884. in
fine*, Menochaca *controuerſiarum vſu frequentium*,
tradit duas communes, & hæc probatur per
textum noſtrum ibi *nos d. teſtium benigna inter-
pretari volentes, ne periury reatu notentur.* Ex cu-
ius contextura patet diuerſos eſſe teſtes vtriuſ-
que partis, & ob id inæquales eſſent in numero.
† Et confirmatur ex his, quæ adducit Farinac. 11
de Teſtibus dicta quæſtione 65. part.3. de Teſtibus,
vbi ante, *num.107.* acturus ibi de Teſtibus hinc
inde contrariis, & inter ſe contradicentibus,
quibus magis credendum ſit ait Iudicem ad
hanc tractationem venire, quando teſtes diſ-
cordantes aliquo modo, non potuerunt per Iu-
dicem concordari. Sed in terminis ipſum vide-
bis de hac quæſtiuncula agentem, *dicta quæſt.65.
à num.68. & à num.76.* † Vide quæ Rodriguez 12
adducit, *de ordinando proceſſu, cap.7. num.72. in
fine*, vbi dicit, quod ſi inter teſtes manifeſta eſt
diſcordia, & contrarietas, nullo modo ſunt
reducendi ad concordiam, ſed eorum teſtimo-
nia ſequenda, & prævalere, qui numero vel
fide, & dignitate aliis antecellunt, vt dico *in
cap. in noſtra 32. hoc tit.* & tradit Gloſſa *1. ibi.*

Ad tertiam quæſtionis partem, quam Docto- 13
ctores per textum noſtrum, in eius integra ibi
Archiepiſcopo aſſerente, &c. agere ſolent, vide-
tur dicendum ex hoc noſtro texto plus eſſe cre-
dendum viuæ voci, quam mortuæ, vt pro-
batur *in Authentico de inſtrument. cautela, &
fide, §. ſi verò tale, col.6.* Applicabis quæ conſi-
derat Balboa *in cap. poſt ceſſionem 7. de probat.
à num.11.* Sed quia difficultas huius quæſtio-
nis, ſpectat ad eam ſcilicet, an probatio per
teſtes ſit efficacior, quam per inſtrumenta. Re-
curres ad ea quæ dico infrà *in cap. in noſtra
hoc tit. & in Rubrica de fide inſtrument.* Et appli-
cabis quæ adduxi ſuprà *in cap. quoties 5. hoc tit.
q.4.* verſic. *ad ſecundam*, vbi ago *de q. an teſtes
præcisè debeat voce deponere, vel ſufficiat, ſi dictum
ſuum in ſcriptis porrigat.*

Notabis quod teſtibus & peritis inter ſe diſ- 14
cordantibus ſtatur numero maiori, vt videbis
extra *infrà in cap.32.* verſic. *mandamus, hoc tit.* Fa-
rin. plenè *quæſt.65. num.106.* & in peritis tradunt
Corſetus verbo *teſtis, ſingul.15.* Patian. *de probat.
tit.1. cap.47. à n.166.* Tiriacus *contr.61. num.2.* vbi
num.3. cum multis probat, vt credatur teſtibus
& peritis veriſimiliora deponentibus, *ex l. ob car-
men 21. §. ſi teſtes, ff. de teſt.* ibi Bald. Alberic. Flo-
rian. Iacobin. Farin. & Patian. *ſuprà.*

AD

AD TEXTVM IN CAPITE XVII. Fraternitatis, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

POrbat *hic* applicari materia text. *cap. intimauit* 18. *& cap. cauſam* 9.14. *cap. cum veniſſet* 25. *cap. ſeries* 26. *cap. conſtitutus* 50. *cap. præſentium* 32. *cap. ex tenore* 55. *cap. veniens* 58. *cap. cum cauſa* 42. *cap. cum in tua Diaceſi* 44. *cap. conſtitutus* 46. *cap. per tuas* 48. *cap. præſentata* 50. *cap. cum clamor* 53. *& cap. vltra* 55. *hoc tit.* vbi agitur an recipi poſſint teſtes publicatione facta iam recepti. Et applicatis dicenda *infra in cap. cum dilectus de fide inſtrumentorum*, vbi dicitur quod publicatis atteſtationibus, poſſunt inſtrumenta produci.

I. Et ibi *vtrum recipiendi ſint teſtes ſuper quæſt. Iudicata, in qua teſtibus renuntiatum conſtet vtrinque.* Ad hæc verba facit *deciſio dicti cap. intimauit ſtatim, ſequenti*, quatenus ait, quod qui Iurauit teſtimonium non dicere, adhuc teſtificari compellitur, & applicabis dicta *infra in cap.* 19. *de Teſtibus.*

II. Et ibi *receptis prius ab ipſis ſecundum formam recipiendorum teſtium Iuramenti.* Applicabis quæ adduxi *ſupra in cap. quoties* 5. *hoc tit.* vbi *de Iuramento præſtando à teſte in Iudicio deponente de veritate dicenda quæſt.* 3. Cætera tamen quæ continentur ſub noſtri Textus contextura dicam *quæſtionibus ſequentibus.* Ad quæſtionem videbis dicta *ſupra in cap.* 4. *de probat. quæſt.* 4. verſic. *ad tertiam.*

QVÆSTIO I.

Quare facta teſtium publicatione in prima inſtantia poßint alij teſtes examinari in cauſa appellationis: Et an teſtis inane, atque diminutè examinatus poßit iterum poſt publicatas atteſtationes examinari: Et an ſi addatur de nouo capitulo, ſeu articulo primo; etiamſi videatur idem articulus: Et an publicatione teſtium facta coram arbitro, expiratoque compromiſſo, & cauſa introducta coram ordinaria, poßit vna ex partibus aliâ inuitâ, examinare nouos teſtes, & habere terminum ad faciendas nouas probationes?

SVMMARIVM.

1 Clementina 2. de Teſtibus, n.20. & 25.
Authentico de Teſtibus, §. quia vero, & à num.20.
L.4. tit.9. lib.4. recop. & à n.20.
L. eos, §. ſi quid autem, C. de appellat.
3 L. per hanc, Cod de temp. appellat.
4 L. fin. Cod. de Teſtibus.
5 L. 38. tit.16. p 3.
6 *Textus noſter intelligitur, & à n.10.*
7 *Teſtes vbi admittuntur poſt publicationem admittuntur in eodem in cauſa appellationis, num.*8. *&* 9.
10 *Examinari non poſſunt teſtes poſt dedicita teſtificata, n.*11 *fallit, n* 32.
13 *Examinari nequeunt teſtes, nec ſuper eiſdem articulis, nec directa contrarijs poſt publicationem, fallit independentibus, num.*14. 15. 16. 17. *&* 18.
19 *Examinati teſtes in prima inſtantia non examinantur in ſecunda appellationis, num.*20. 21. *&* 22.
23 *Teſtes noui ſuper nouis capitulis, tantùm poſſunt induci in cauſa appellationis ſuper nouis interrogationibus, non item niſi, quando teſtes erant abſentes in prima inſtantia, n* 24. 25. *&* 26 *vel ſi non fuerunt examinati ſuper deductis, n.*27. *& in alijs caſibus, num.*28. *ad* 37. vide *n.*48. *&* 49.
38 *Teſtis ineptè examinatus, non examinatur iterum, n.*39. 40. *&* 44. *niſi malè examinaretur à Iudice, n.*41. 42. 43. *& alijs modis, n.*45. 46, *&* 47.
40 L. 5. tit.6. lib.4. recop.
44 *Teſtis ineptè examinatus, quando dicatur.*
48 *Articulus additus, capitula, vel articula primo, ſuſtinetur.*
51 *Teſtes producere coram Iudice ordinaria, quando lites, factâ iam publicatione coram arbitrio, num* 52. *&* 53. *ſecus teſtes producere licebit coram arbitrio, factâ publicatione coram ordinario. n.*54.
56 *Teſtis, qui depoſuit virtute monitorialium, repeti poteſt in forma Iudicij, & ſe referre ad iam dictum.*

DIfficultatem facit primo *clem.*2. *hoc tit.* vbi probatur, quod teſtes produci non poſſunt in cauſa appellationis, poſt publicatas atteſtationes in prima inſtantia. Præterea facit Textus *in Authentico de Teſtibus*, §. *quia vero*, vbi qui produxit teſtes & eorum dicta didicit, non habet licentiam vlterius teſtes producendi, qui Textus cum generaliter loquitur, non magis intelligendus de prima, quàm de ſecunda inſtantia, vt notat Aretinus *hic num.*9. Et hodie de Iure Regio probatur *in lib.*4. *tit.*9. *lib.*4. *recopilat.* per quam legem lites, & controuerſiæ opinionum dirimuntur, & ponitur pœna contra aduocatos partis, qui faciunt articulos, ſuper eiſdem articulis primæ inſtantiæ, vbi Azeuedo, *num.*2. refert aliquas limitationes. Et eſt etiam optima lex partitæ (declaratoria Iuris communis, 19. *tit.*16. *part.*3. quam dicit notabilem Suarez *allegat.* 5. *num.*6. Videbis quæ dico *infra in cap. teſtimonium, quæſt.* 4. imo hanc partem ex multis videtur tenere Barboſa *hic ſub n* 1. verſic. *amplia primo*, vbi idem dicit in cauſa criminali, *ex cap. placuit.* verſic. *item in criminali* 4. *quæſt.* 3. & ſatis factis ibi Iuribus contrariis, & videbis qualiter explicet *ibi n.*2. *& à n.*3. quod ſatis patet ex *infra* relatis. *q.*3. 1

Sed pro contrariâ opinione, nempe quod licitum ſit in ipſa cauſa appellationis examinare teſtes ſuper articulis productis in cauſa principali; & ſuper quibus iam teſtes fuerunt examinati, & publicati, eſt textus *in l. eos*, §. *ſi quid autem*, vbi Gloſſa Verbo *proſequatur*, *Cod. de appellat.* Vbi ſuccumbens in cauſa principali, quia minus allegaſſe credit, poteſt plus probare in ſecunda 2

cunda inſtantia coram Iudice, qui de appella-
tione cognoſcit, vbi Gloſſa illud docet, verbo
addendo, inducendo teſtes ſuper eodem, &
3 connexo capitulo, vbi Baldus, & Paulus. † Et
confirmatur *ex l. per hanc, C. de temp. appellat. iuncta*
Gloſſ. fin. in fine, vbi ſi in cauſa principali oppoſui
aliquam exceptionem, quam vel non probaui in
totum, vel minus legitimè probaui, vel produxi
aliquod inſtrumentum, quod ſuſpectum erat, po-
tero abſque aliqua difficultate in cauſa appella-
tionis plenè probare, vt veritas rei non obum-
4 bretur. † Et facit textus *in l. fin. Cod. hoc tit.*
vbi teſtes, qui fuerunt examinati, & publicati
coram arbitro, poſſunt iterum coram Iudice
5 ordinario ſuper eiſdem capitolis examinari. † Et
idem probat *in lib 38. tit. 16. part 3.* vbi Greg.
cap. veniens, hoc tit. Vbi teſtes poſſunt examinari
ſuper capitulis antiquis, & in prima inſtantia
productis.

6 Tamen & ſi quæſtio iam ponderata taliter ſit
difficillima apud ſcribentes, vt ex conſenſu eo-
rum indigeret cæſareâ deciſione vt ſentit Ze-
uallos *de cognit.* per viam violentiæ, *quaſt. 153.*
ante, *n. 1.* & ſic pateat ex multis quos pro vtra-
que parte adducit Farinacius *de Teſtibus*. *q. 75.*
à num. 302. adhuc deciſionem noſtri Textûs non
turbat, ſi quidem hic loquitur Papa de nouis
articulis oblatis, ſuper quibus poſſunt teſtes exa-
minari poſt publicationem, in cauſa appellatio-
nis, docent *hic* Hoſtienſis *num.* 2. in verbo *ali-
quid*, Ioannes Andreas, *num. 1. in ſummario*,
Baldus *num. 3 in primo notab.* Bellamera *ante n. 1.*
& num. 55. in fine, verſic. *ſed ſuper aliis*, Enric.
Roye, *num. 9 ad finem*, Imola *in ſummario*, An-
charranus *in ſumma*, Annania *num. 1. & 5.* Ab-
bas *in ſummario*, Aretinus *ante*, *num. 1.* Maria-
nus *num. 85. & 96.* Felinus *in ſummario*, & mul-
tis adductis Farinacius *dicta quaſt 75. de Teſtibus*,
num. 316. vbi *num. 417.* hoc declarat procedere
ſuper articulis nouis annexis: tamen, & depen-
dentibus à primis, ita ſcripſit Gloſſa *hic* in ver-
bo *nouis*. *ibi* Innocentius, Hoſtienſis, Maria-
nus, & alij, Campegius *Reg. 177. in prima fal-
lentia*, & Baldus *in ſummario*, *& num. 3. 4. & 5.*
7. 8. 9. declarat quæ ſint iſta capitula originem,
dependentiam, ſeu coniunctionem habentia
cum antiquis, *& n 13.*

7 Eſt enim ad noſtrum textum generaliter di-
cendum, in omni caſu, in quo in cauſa principali,
admittuntur teſtes poſt publicationem, admitti
etiam in eodem in cauſa appellationis: docet
Butrius *hic num. 15.* verſic. *ſecundo quod*, Marianus
num. 106. verſic. *& ſic predictis*, Abbas *in Au-
thentica at qui ſemel*, *Cod. de probat. num. 6. in fin.*
verſic. *credo etiam*, Farinacius *ſupra dicta quaſtio-*
8 *ne 75. à n. 318.* † vbi refert cum eodem Mariano
hic num. 107. in fine, *& à num. 118.* vt factâ pu-
blicatione in cauſa principali poſſint produci te-
ſtes in cauſa appellationis, quando non fuerunt
dedicita teſtificata, & idem Marianus *num. 111.*
hic reſpondens contrariis probat id obſeruari;
quando certum eſt non dediciſſe teſtificata, ſe-
9 cus quando eſſemus in dubio. † Quod ſi teſtes
non admittuntur in cauſa principali poſt publi-
cationem, nec etiam admittentur in cauſa ap-
pellationis; ita Butrius *hic dicto num. 15.* verſic. *hoc
ſi pro regula*, & quando dicatur dediciſſe teſtifi-
cata, docet latè videndus Farinacius *vbi ſupra à
num* 34.

10 Vnde ad declarationẽ Textus noſtri, inferun-
tur plura, quia in tantùm verùm eſt, poſt dedi-
cita teſtificata, non poſſe teſtes examinari, quod
hoc procedat, ſiue quis per ſe, ſiue etiam per
alium teſtificata ſciuerit Textus *in dicta Authen-
tica de Teſtibus*, *§. quia verò*, verſic. *ſi vero*, ibi,
aut omnino pro eo agens, *& in dicta Authentica at
qui ſemel*, *Cod. de probationibus*, ibi, *vel alius pro
eo agens*, ibi Gloſſa, in verſic. *acceperit*, & pro-
bat Textus *in cap. pen. hic* ibi, *nec per alium*, vbi
dico qualiter teſtificata dedicita eſſe dicantur, Et
hoc procedere dico, etiam quod non ſit facta
eorum publicatio, vt *in dicta Authentica at qui
ſemel*, vbi ad impediendum examen conſideran-
tur teſtificata dedicita, & de publicatione nul-
lum verbum ibi fit, ita Gloſſa *ibi* verbo *produ-
ctio littera G. & in cap. ex tenore* in verbo *admit-
tendas* verſic. *& ita eſt argumentum hoc tit.* Bella-
mera *hic num. 23. in fine*, Enric, Roye, *num. 6.*
in fine, Marianus *num. 46. & 61.* Felinus *num. 7.*
& cum aliis Farinacius *dicta quaſt. 75. à num. 86.*
† Vbi *num. 89.* ait per textum *in dicta Authenti- 11
ca* at qui ſemel procedere non ſolum quando te-
ſticata dedicerit ſua, ſed etiam quando didicit
teſtificata partis aduerſæ, Bellamera *hic n. 32.*
in fine, & Butrius *num. 14. col. 8.* Marianus *n. 46.*
verſic. *eſt aduertendum.* † Quod tamen intelligi 12
debet in parte vna, quæ ſic didicit teſtificata,
ſed non de alia, quæ ea non didicit, quia tunc
iſta non excluditur à probando: docet Farina-
cius cum Alberico *in dicta Authentica qui ſemel*,
num. 6. & facit textus *in dicto*, *§. quia vero Au-
thentico de Teſtibus in dicto* verſic. *ſi verò* ibi *ad-
uerſarius autem eius acceperit ſolus*, & quæ *ibi* ſe-
quuntur verba.

Secundò teſtes poſt publicationem, non poſ- 13
ſunt examinari non ſolùm ſuper eiſdem, vel
directo contrariis, ſed etiam ſuper aliis, &
diuerſis incluſis; tamen in primis de neceſſi-
tate probationis, & facti, Barr. *in dicta Authen-
tica at qui ſemel*, *Cod. de probat. num. 24.* Angelus
in dicta Authentica de Teſtibus, *§. quia vero*, *n. 19.*
Innocentius *hic num. 2.* verſic. *ſed quidem ibi* Ho-
ſtiens. *num. 8.* Andreas *poſt num. 50* verſic. *& ibi.*
Baldus *poſt*, *num. 1.* verſic. *dicit Innocent.* Butrius
num 13. Imola 9. Marianus *num. 65.* quod eo
exemplo declarat Farinacius, *ſupra num 92.* Ve-
luti quando primi articuli continent præſum-
ptionem; ſecundi verò continent titulum, vel
poſſeſſionem: nam titulus, & poſſeſſio, ſub
præſcriptione continentur, & ſic factâ publica-
catione ſuper præſcriptione, non debent ad-
mitti ſecundi ſuper titulo, aut poſſeſſione.

Quod tamen fallit quando agitur de proban- 14
do aliquid, quod continetur ſub primis articulis,
de neceſſitate facti, & non de neceſſitate pro-
bationis, Butrius *hic num. 13.* verſic. *quadam*
Imola *num 9.* Abbas *num. 8.* cum multis Fari-
nacius *ſupra à num. 205.* qui ita tenet contra
Aretinum *hic*, qui *num. 36.* dubitat de hoc, *&
num. 206.* exemplificat in eo, qui vult probare
tempus, & locum contractus in primis arti-
culis deducti & declarat eum Mâriano Socino
hic num. 66.

Imò, & Ioannes Andreas *hic n. 22.* Bellamera 15
n. 16. Butrius *n. 13.* Abbas *n. 8.* Bart. *in dicta Au-
thent. qui ſemel*, *num. 25.* & cum aliis Farinacius
à n 210. dicta q. 75. docent quod quando agi-
tur, de probando aliquam qualitatem, contra-
ctûs iam in primis articuli deducti, & probari;
tũc non impedire publicationem factam teſtium
examina

examinatorum, & procedit quando principa-
lis contractus, fuit in primis articulis plenè pro-
batus: nam tunc poteſt formari ſuper qualita-
te nouus articulus, ſecus ſi teſtes non proba-
runt ſuper primo articulo: docet Marianus *hic*
16 *dicto num.* 66. Bellamera 15. † Et idem dicunt
Doctores *hic* quando in primis articulis fuit de-
ducta excommunicatio, quia ſi fuit probata,
poſſunt teſtes recipi poſt publicationem ſuper
qualitate excommunicationis, veluti an maior,
vel quod eſſet talis publicè excommunicatus,
Ioannes Andreas *num.* 22. Bellamera 16. Bu-
trius 11. Anchatranus 15. Abbas 9. Aretinus
num. 59. Felinus 11. Farinacius declarat *d. q.* 75.
17 *à num.* 213. † Qui *num* 217. ait quod ſi quis in
primis articulis probauit contractum, vel in-
greſſum religionis pro eius validitate; tunc
poſt publicationem poſſe admitti ad proban-
dam ætatem requiſitam in illo contractu, vt
docent Butrius *hic num.* 10. Zabatella *num.* 3.
Marianus *num.* 67. *&* 68. Campegius *de Teſtibus.*
18 Item Hoſtienſis *hic num.* 10. Baldus *num.* 1.
Bellamera 14. Butrius 14. Marianus 78. Feli-
nus 9. docent quod ſi teſtes ſuper primis ar-
ticulis inducti depoſuerunt extra articulos, ſu-
per aliquibus dependentibus ab eis: tunc poſt
publicationem poterunt alij examinari ſuper
eiſdem dependentibus, ſuper quibus depo-
ſuerunt primi. Quod locum habere Marianus
numero 79. hic verſic. *intelligendo*, docet quem
ſequitur Farinacius, quando ſimpliciter primi
teſtes fuerunt producti, non ſuper tota clau-
ſula, ſed ſimpliciter ſuper articulis; ſecus ta-
men, ſi producti eſſent, non ſolùm ſuper ar-
ticulis, ſed etiam ſuper tota cauſa, plura con-
gerit omnino videnda Farinacius *de Teſtibus,*
tota q 75. cum pluribus, ab eo relatis, quibus
addo Riccium ad textum noſtrum, *collect.* 132.
& *collect* 216. ad textum. *in d. l. fin. C. hoc tit. &*
collect. 918. ad Bartolum *in l. legata, ff. de leg.* 1.
19 Quare vt addoctæ difficultati teſtis fiat di-
cendum eſt, vt ſuper eiſdem articulis, qui
dati fuerunt in prima inſtantia ad teſtium exa-
minationem, non ſint admittendi teſtes in ſe-
cunda inſtantia, nec ſuper eiſdem delecto con-
trariis reiecta in hoc. Gloſſa verbo *productio in*
dicta Authentica qui ſemel Cod. de Probationi-
bus, & communi Legiſtarum ſententia, quæ
ſe fundat in adductis *ſuprà numero* 1. vt docet
Gloſſa hic verbo *nouis*, *& in dicta Clementina* 2.
de Teſtibus, verbo *in appellationis cauſa*, ap-
probata in hoc Canoniſtarum opinione, ſe-
cundùm Couarruuiam *in pract. cap.* 18. *num* 6.
Didac. Perez *in leg* 4. *titulo* 11. *libro* 3. *ordina-*
menti, in Gloſſa verbo *que ſi los teſtigos*, plures
relati per Azeuedum *in l.* 4. *tit.* 9. *lib.* 4. *recopila-*
tionis, quæ expreſsè approbata eſt, *in dicta Cle-*
mentina 2. *hoc titulo*, & *in dicta l.* 4 *tit.* 9. *lib.* 4.
recopilat notat Olanus *in concordia Iuris litte-*
ra T. numero 23. cuius ea nempe ratio eſt, vt
euitentur teſtium ſubornationes, vt colligitur,
ex dicta Clementina 2. tradit Amator Rodri-
guez *de ordinando proceſſu cap.* 8. *num.* 7. addu-
cit quamplures Zeuallos *dicta quæſtione* 153. *de*
cognitione per viam violentiæ, *à numero* 10. plu-
res tradit Farinacius *dicta quæſtione* 75. *à n.* 69.
qui contra Ioannem Andream *hic num.* 24. Ab-
batem *num.* 6. Bellameram 18. & alios dicen-
tes, ideo etiam eſſe, vt imponatur aliquis ter-
minus probationibus, ipſe cum Mariano Socino
hic num. 21. Pariſio *num.* 20. dicit ſolam ſubor-
nationem eſſe cauſam huius deciſionis.

Nec obſtat dicere quod Legiſtæ contrariam 20
ſequantur ſententiam ex adductis, *ſuprà à n.* 1.
& ex eo, quia quantùm præſtat minoribus re-
ſtitutio in integrum tantùm præſtat maioribus
appellatio, *leg. præfecti, ff. de minoribus*, ſed ſic
quod minor reſtitutus ad probandum, poteſt
publicatis atteſtationibus probare eidem per te-
ſtes meliores, & digniores, & omni exceptione
maiores, *l.* 1. *§. aduerſus. ff. de noui operis nun-*
tiat: ergo ſequitur vt idem dicendum ſit in ma-
ioribus, vt eis nempe licet teſtes de nouo exa-
minare ſuper eiſdem articulis maximè, quia
vbi variatur finis agendi, & ſic diuerſitas Iu-
diciorum operetur effectum, quod teſtes poſ-
ſint examinari ſuper capitulis antiquis, & in
prima inſtantia productis. † Et ob id multi 21
plenâ manu congeſti à Farinacio *dicta quæſt.* 75.
à numero 302. dixerunt diſtinctionem eſſe adhi-
bendam, vt de Iure Ciuili publicatis atteſta-
tionibus, teſtes recipiantur in cauſa appellatio-
nis, non ſic de iure Canonico ipſe plenè ad-
ducit, *vſque ad num.* 13. vbi *num.* 308. adducit
plures Legiſtas tenentes idem, quod de Iure
Canonico, ſeruandum etiam de Iure Ciuili,
inter quos Bartol. *in dicta leg per hanc, Cod de*
temp. appellat. num 5. Salicetus *num.* 3. vbi latè
reſpondet contrariis Caſtrenſis *num.* 4. alios ad-
ducit Zeuallos *ſuprà dicto cap.* 153. *de cognit. per*
viam viol. à num. 9. quia reſpondeo illud, quod
dictum eſt de reſtitutione, habere aliam inſpe-
ctionem, ſeu priuilegium, de quo dico *infrà.*

Nec obſtes dicendo, quod textus, *in dicta* 22
Clementina 2. *hoc tit.* loquitur ſecundùm æqui-
tatem Iuris Canonici, & ſic infero ſæculari id
ius ſeruandum; quia reſpondeo, quod cum de
Iure Cæſareo, ſint in hoc variæ opiniones Do-
ctorum, vt proximè retuli, & reperiamus tex-
tum expreſſum de Iure Canonico, illius deci-
ſioni ſtandum erit, cum leges non dedignentur
Sacros imitari Canones, *cap.* 1. *&* 2. *de noui ope-*
ris nuntiat, præcipuè quia ſi in dubio recurri-
mus ad conſuetudinem, vt *in l. ſi de interpreta-*
tione, ff. de Legibus, à fortiori in tanta diuerſi-
tate opinionum, debemus recurrere ad Ius Ca-
nonicum, vt docet Abbas *in cap. cum tempore*
in fine, de Arbitris; ſequitur Zeuallos *ſupra dicta*
quæſtione 153. *à num.* 10. pro quo faciunt quæ
adduxi, *ſuprà in cap. in cauſis* 15. *hoc titulo.* Cùm-
que iam hæc pars de Iure Regio ſit ſtabilita ex
adductis *ſuprà n.* 10. nulli dubium eſſe debebit.

Vnde infero nec etiam permitti, vt ſuper no- 23
uis articulis, & interrogationibus in cauſa ap-
pellationis noui teſtes inducantur, vel per iam
productos, & receptos aliquid comprobetur,
ſed ſolùm ſuper nouis Capitulis, & interroga-
tionibus pendentibus ex veteribus, & quæ ex il-
lis oriantur, vt iam adduxi, & dicit Gloſſa *hic*
verbo *nouis*, & ſic in prima inſtantia non alle-
gata, & approbata dependentia, tamen ex priori-
bus allegationibus allegari, & probari conſtitu-
tum fuit à Iuſtiniano *in d. l. per hanc, C. de temp.*
appellationum, & probatur, *in cap. cum Ioannes de*
fide inſtrumentorum, vbi notat *gloſſa*, verbo *pen-*
debat, *& gloſſa hic.*

Quæ tamen illatio limitatur, primo quan- 24
do teſtes erant abſentes in prima inſtantia,
aut de his pars non fuit recordata, quando
alios produxit, & ſic de nouo reperiantur, vt
expreſsè

expreſsè probat, *l.29. titulo 16. parte 3. &* tra-
dit *ibi* Gregor. dicens legem ſingularem eſſe,
vt per Rodericum Suarez *in allegat. 5. num. 9.*
& 11. qui dicit teſtes nouiter repertos poſt
concluſionem in cauſa poſſe produci, & reci-
25 piendos eſſe ſuper eodem articulo. † Et licet
Gregorius Lopez *in l.34. dicto titulo 16. part.3.*
in Gloſſa verbo *abiertos*, exiſtimet, quod in
caſu, quo teſtes producti non ſunt in prima
inſtantia, quia elapſi ſint termini probato-
rij, & factâ iam teſtium publicatione, & quia,
vel erant abſentes, vel aliâ iuſtâ cauſâ impe-
diti, aut nouiter reperti poſt ſententiam in
cauſa appellationis per beneficium reſtitutio-
nis partium ſubueniri debere, ad hoc, vt ite-
rum recipiantur in ſecunda inſtantia ſuper eiſ-
dem articulis, & quod talis reſtitutio præ-
ſtanda ſit reo, non actori, cui imputari debet,
quod litem mouit cum non haberet iura in
promptu, reus verò quid ſibi non potuit pro-
uidere, qui neceſſitatus trahitur ad Iudicium,
26 & ſic gaudere beneficio reſtitutionis. † Ta-
men adhuc exiſtimo ex generalitate, *dicta l.29.*
titulo 16. parte 3. ſufficere actorem iurare ſe
ignoraſſe de illo teſte, & aliquo iuſto titulo, &
cauſa iuſtificare ſe non malitiosè, aut dolosè,
aut dilatandi cauſa id facere, ad hoc, vt in
ſecunda cauſa teſtes nouiter reperti ſuper eiſ-
dem articulis admittantur, & paritérque id pro-
cedere, & admitti debere, tam in Actore,
quam in reo, cum in vtro eadem ignorantiæ
cauſa militet. & verſetur; ſic Azeuedus *in d.*
l. 4. titulo 9. libro 4. recop. numero 3. & ſenſiſſe
videtur Rodericus Suarez *dicta allegatione 5.*
numero 11. ex doctrina Innocentij *in cap. cum*
veniſſet hoc titulo, & hoc probatur: argumento
textus, *in cap. paſtoralis 4. de exceptionibus*, &
per ea, quæ *ibi* dico *de exceptionibus admittendis*
de nouo repertis poſt terminum.

27 Secundò limitatur eo in caſu, quo teſtes in
prima inſtantia non fuerunt examinati ſuper
deductis articulis: nam tunc poterit quis in
cauſa appellationis teſtes producere ad proba-
tionem eorum, quæ ante ſententiam allegaue-
rit, & quæ ſunt directè contraria iis allega-
tionibus, quas eius aduerſarius in Iudicio de-
duxerit, modo non fuerint teſtes de his in-
terrogati, nec examinati ſecundùm Cardina-
lem, Innocentium, & Felinum *in cap. cum Ioan-*
nes de fide inſtrument. numero 34. vt reſoluit Co-
uarruuias *dicto cap.* 18. *practic. numero 6.* Pere-
rius *in l.4 ordinam. titulo* 11. Gloſſa 1. verbo *non*
tamen, fol.674. dicens id obſeruandum eſſe, &
notatu dignum cenſeri.

28 Tertiò poſſunt etiam examinari multis in
aliis caſibus, veluti quando pars ex articulis
partis aduerſæ, non potuit inſtrui de eo, ſu-
per quo vult producere teſtes, vel quando pri-
mus aduerſarij articulos, fuit confusè forma-
tus; ita vt ex eo producens plenè inſtrui, aut
informari, non poteſt, Butrius *hic numero* 13.
& 14. Marianus *num.* 168. aliis adductis Fari-
nacius *dicta quæſtione 75. à num.* 169. qui docet
idem *num.*171. quando producuntur teſtes ſu-
per Notario per textum, *in cap. dudum delect.*
29 Abbas *hic num.*1. Marianus *num.* 170. † Vel
quando quis vult probare contrarium per eui-
dentiam publicatio facta non obſtat, niſi in-
ſpectio requireret artis peritiam, Felinus *n.*10.
addentes ad Abbatem *num.4. in fine, littera C.*

Aretinus *numero* 55. verſicul. *quod dictum.*
Qui *num.*61. & Felinus *num.7. ad finem*, quos 30
ſequitur Farinacius *dicta quæſtione 75, num.*172.
docent idem dici ſuper fama, reſpectu teſtium
examinatorum ſuper veritate facti, etiam ſi di-
xiſſent iſti teſtes iam examinati, ſe nihil am-
plius ſcire. † Item vbi agitur de periculo ani- 31
marum: nam tunc *in* 2. inſtantia poſſunt te-
ſtes examinari, Henricus Boyc. *poſt num.* 10.
Butrius *numero* 16. Marianus *num.* 180. Abbas
num. 5. † Idem in cauſis beneficialibus, vbi in 32
cauſis Monachatûs. † Vel vbi de conſenſu 33
partium id fiat, niſi materia tangat bonum pu-
blicum: ſic Farinacius *à num.*176. * Vbi *nu-* 34
mero 187. idem dicit, ſi pars non opponat: nam
talis receptio poſt publicationem non eſt ipſo
iure nulla. Hoſtienſis *hic n.* 3. Marianus *n.*188.
* Vel quando Iudex vult examinare teſtes poſt 35
publicationem ex officio, & non ad inſtan-
tiam partis, Aretinus *hic num* 14. Felin. *num 9.*
Baldus *num.*11. * Vel ſi poſt publicationem 36
pars nominat teſtes ad aures Iudicis, & poſtea
ſe abſentat, quia tunc ceſſat ſubornationis ti-
mor addentes ad Felinum *hic littera A. in fine*,
ſed hæc declaratio non placet Mariano Socino
hic numero 166. & aliis, quos ſequitur Farina-
cius *dicta quæſtione 75. numero* 187. eo quod
ridiculum eſt dicere, quod ex abſentia partium
ceſſet ſubornatio: aliàs plures congerit decla-
rationes idem Farinacius *dicta quæſtione 75. à*
numero 188. Riccius *in locis ſupracitatis*, vbi vi-
debis Menochium *de Arbitrariis Iudic. libro* 1.
quæſtione 34. & alij adducti à Guttierrez *practic.*
libro 1. *quæſtione 57. ante num.* 1. Afflictis *deciſ.*
Neap 37. Boſſios *in practic titulo de publicat.*
*proceſſûs, & eſt à fol.*426. Videbis cum pluri-
bus quæ adducit Zeuallos *in pract.q.*310.*&* 351.
* Et quæ notat Barboſa *hic ſub numero* 1. verſic. 37
limita, vbi declarat text. noſtrum non procede-
re in cauſa matrimoniali, iuxta addita ad textum,
in cap iurauit de Probationibus, ſecundo in cau-
ſa hæreticæ probitatis, *cap. fin.* verſic. *iubemus*
de hæreticis, libro 6. Et quando de falſitate op-
ponitur ſuper dictis teſtium, de quo videbis
addita à Barboſa *in cap. feriæ 26. hoc tit.* vel
quando petitur reſtitutio ad producendos teſtes
pro Eccleſia, de quo videbis quæ adducit, *in*
cap. auditis de in integrum reſtitutione, tomo 6.
Quare iam acturus venio ad quæſtiones, quas
ſuprà propoſui diſputandas, in quibus bre-
uis ero.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an teſtis 38
inanè atque inepiè examinatus, poſſit iterum
poſt publicatas atteſtationes examinari, faci-
lè reſponderi poteſt ex iam præhabitis, ſed
quia dubium facit: nam etiam in hoc caſu ſu-
ſpicio ſubornationis aderit ad quam tollendam
iure communi, & Regio prohibetur produ-
ctio, examinatióque teſtium, poſt dedicitate
teſtificata, ideo videtur pro regula conſtituen-
dum, vt in hoc loco, non ſint admittendi te-
ſtes. * Tum etiam, quia ſi culpa partis id con- 39
tingat ſibi imputet; ſi verò culpa Iudicis; tunc
petat pars ab eo damnum, ſiue id, quod inter-
eſt in Syndicatu. * Quod etiam confirmari vi- 40
detur ex generalitate, *l.5. titulo 6. libro 5. reco-*
pilat. ibi, *y que deſpues de publicados no puedan ſer*
tomados, ni traidos otros en primera inſtancia.
Adhuc tamen dicendum eſt, quod culpa Iudi- 41
cis teſtis malè examinatus eſt, vel ſi obſcurè de-

ponat

ponat poſſe teſtem inutilites receptum poſt pu-
blicatas atteſtationes examinari, quia poterit
idem Iudex, tum ex officio, tum parte peten-
te, iterum eundem teſtem obſcurè depouentem
examinate poſt publicationem, qui licet ad id
minimè teneatur, poterit illud facere abſque
eo, quod ab altera parte in ſyndicatu argui poſ-
ſit, & ſic tradit Gutiertex *dicto lib. practicarum,
quaſt* 57. rectum, & Iudicem Chriſtianum ad
id teneri, ne ſuâ culpâ, vel negligentiâ para in-
debitè damnum patiatur,& ſic in praxi obtinuiſ-
ſe teſtatur.

42 Et ſic Tyndarus *in tractatu de Teſtibus, libro* 1.
cap.4. *n*.6. *&* 7. *fol*.224. ait quod in dubio præ-
ſumitur negligentia, vel malitia Iudicis in hoc,
quod fieri poteſt ſecundùm ipſum, etiam quan-
do teſtis non fuit interrogatus de cauſa ſcientiæ:
Nam poteſt ad inſtantiam partis interrogari de
ea, etiam poſt publicationem; ſecus autem ſi
teſtis interrogatur de cauſa ſcientiæ, aperte non
reſpondiſſet, quia ſufficit, quod de cauſa ſcien-
tiæ fuerit interrogatus, vt tenuit Boſius *ſupra*
43 *num*.26. Surdus *conſ*.8. *a*.6. † Sin verò culpa
ipſius partis, teſtis diminutè & imperfectè de-
ponat, vt quia deficit aliquid in interrogatoriis;
tunc Iudex ad inſtantiam partis poſt publicatio-
nem teſtium minimè poterit eundem examina-
re, niſi contrariam partem grauando, vt colli-
gitur ex Gloſſa 1. *circa finem in cap. per tuas hoc
tit*. ibi Abbas, & Imola optimè Alexander. cum
Paulo de Caſtro, quem refert *conſ*. 238. *num* 4.
vel.6. Tiraquellus *in l. Vona*, §. *hoc ſermone nu-
mero* 21. *ff. de verb. ſignif*. Menochius *vbi ſupra
quaſt*.34.*num* 15. Itaque iuxta *ſupra* diſtinctio-
nem docet Gutiert.eſſe intelligendam *l*.30. *tit*.16.
p.3. ibi *pero fiel. iurgador*.

Quod ſi velis ſcire amplius quando dicatur te-
44 ſtis, non rite receptus, dico id percipi, vel fa-
cto producentis, vel facto Iudicis recipientis,vt
iam dixi,vel facto teſtis iurantis, vel facto par-
tis aduerſæ, contra quam producitur; ita ſin-
gularites exemplificando declarat Bonifacius *in
clem*.2. *hoc tit. à num*.13.*vſque ad* 105, Zabarella
n.4.in verſic.*quaro*,Marianus Socinus *hic n*.38.

45 Ex dictis euenit dicendum, quod poſſunt alij
teſtes examinari poſt publicationem teſtium,
nulliter; vel non ritè examinatorum, vt pro-
bant Doctores per Textum *in dicta clem* 2. *hoc
tit*. in verbo *ibi* rite ſumpto argumento à con-
trario ſenſu, *& ibi Gloſſa*, Imola *num*.1. Anchar-
ranus *num* 11. Zabarella 1. Bonifacius *num*. 11.
Baldus *hic num*.10. *ad ſinem*, Bellamera 20. Ma-
rianus Socinus *à num* 29. & alij quam plures ad-
ducti à Farinacio *dicta quaſt*.77. *de Teſtibus a nu-
46 mero* 358. † Et etiam quod ſit facta publicatio
ad inſtantiam partis, teſtes producere volentis,
ſic Butrius *hic num*. 14. Marianus *poſt num*.32.
quæ tamen doctrina procedit quando fundatus
receptio teſtis, eſſet nulla ipſo Iure, ſecus ſi ope
exceptionis poſſet repelli, quia tunc ſibi impu-
47 tare debet para, quæ non excepit. † Item pro-
cedit, quando nullitas conſiſtit in examine, vel
ratione Iudicij nulli,quod nullitas reſpiciat,non
ſolùm acta ordinaria, ſed etiam probatoria,& in
teſtium examen influat, vt putà quando Iudex
carebat Iuriſdictione, vel quia omiſſa litis con-
teſtatio, aut alia formalis ſolemnitas; ita Soci-
nus *hic num*.113. verſic. *vnde*, ſecus contra, vt
putà, ſi nullitas conſiſtit in ſententia, & non in
interiori proceſſu, idem Marianus verſic. *aut nul-*

litas, vbi reſpondet contrariis. Quo pacto & di-
ſtinctione intelliguntur adductæ pro hac quæ-
ſtiuncula,& videbis Farinacium *in dict q* 75.*n*.98.
Nonnulla dico *in cap.praſentium infra q*.2. verſic.
ad ſecundam.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſi aliquid 48
addatur de nouo capitulo, vel articulo, primò
etiam, ſi videatur idem articulus, procedat no-
ſtri Textûs doctrina, & videtur negatiuè reſ-
pondendum, quia ſi aliud diceretur, eſſet vna
via admittere quod alia prohibetur; item dare-
tur locus fraudibus,& cautelis faciléque elude-
retur deciſio Textus *in lib*.4. *tit*.9. *lib*.4 *recop* vbi
cauetur *que ſobre las miſmos articulos,o derecha men-
te contrarios, ſobre que en la inſtantia, a inſtantias
paſſadas, fueron traydos, o recebidos teſtigos, na
ſe pueda, nis aga probanza par teſtigos &c*,

Verùm quod prædictus articulus ſuſtinea- 49
tur ratione noui additi articulo priori; tradit
Rodericus Suarez, *in allegatione* 5. *numero* 6.
Sequitur Gutierrez *pract*. *parte* 1. *quaſtione* 71.
Vbi addit, *numero* 1. hoc procedere, etiam ſi
articulus, non varietur in ſubſtantia, quia
variatur modus ad idem tendens, & conclu-
dens, vt *in cap. atteſtationibus de ſponſal. impub*.
Vbi Butrius tener, ſic Socinus *regula* 403. *fal-
lent*. 20. Alia adducis, idem Gutierrez viden-
da, quæ non repeto, quia iam *ſupra in quaſtio-
ne* 1. dicta ſunt. † Quod ſi ſcire deſideras ca- 50
ſus, in quibus poſt publicatas atteſtationes te-
ſtes recipi poſſunt: leges Barboſam *in cap. ex te-
nore* 35. *infra hoc tit. à num*. 4. Vbi ponit de-
cem declarationes ex plutibus Doctoribus ab eo
relatis, quas ex doctrina ſupra relata ſatis ex-
planabis.

Ad quartam difficultatis partem breuiter di- 51
cendum eſt, quæſtionem hanc decidi per Tex-
tum *in dicta leg*.1. *Cod de Teſtibus*, de qua benè
ad hoc loquitur Gutierrez *pract libro* 1. *quaſt*.58.
igitur Butrius *hic numero* 17.verſic *ſed ſi jam pu-
blicati*, Marianus *numero* 132. poſt medium,ver-
ſic. *aut viuunt*, Pariſius *numero* 49. docent, vt
factâ publicatione teſtium examinatorum co-
ram arbitro, non impediatur quis alios produ-
cere teſtes coram Iudice ordinario, ex quo ſu-
mus in diuerſo Iudicio: tradit Farinacius cum
multis *dicta quaſtione* 75. *de Teſtibus*, *à num*. 112.
Eſt enim hæc noua inſtantia, quare fit, vt om-
nia acta Iudicij ordinaria, debent reiterari, *vt in
l*.2. *l. cum apud*, *ff. Iudic. ſolu*, *& in l. per. Cod.
de arbitris*. & ibi Batt. Gutierrez *dicta quaſtio-
ne* 58. Vbi ait tunc debere coram Iudice ordi-
nario de nouo libellum offerri, litem conteſta-
ri, Iurari de calumnia. † Quod declaratur 52
procedere, quando pars tacet, aut non conſen-
tiat, ſeu contra dicit ſecus ſi expreſsè conſen-
tiat, vt ſtatur actis factis coram arbitro, ſeu ar-
bitratore vt tradit Menochius *libro* 1. *de arbitriis
dicta quaſtione* 34. *numero* 131 Gutiertex, *vbi ſu-
pra dicto numero* 21 *in fine*. Farinacius, *ſupra à
numero* 116. Vbi ait quod ſi teſtes examinati co-
ram arbitro mortui ſint, tunc ſuſtineantur etiam
coram Ordinario *ex dicta lege fin. & ex capite
praſentata hoc tit*. tradit, & expendit idem Gu-
tierrez, *dicta quaſt*.58. *numero* 1. † Et adiun- 53
ges quæ tradit Barboſa *hic ſub numero* 1. ver-
ſiculo *nec obſtat*, vbi hæc duo iura expen-
dis dicens loqui de Iudicio arbitrorum, in
quo licet Teſtium atteſtationes publicentur,
non vſque adeo illæ ſuſtinentur quo mi-

Digitized by Google

nus exriocto illo Indicio, & alio ſuperuenien-
ti provt contingit, *in dicto cap. præſentata*, ad-
uerſarius poſſit à Iudice poſtulare, vt non ob-
ſtante idem teſtes, vel alij in Indicio exami-
nentur; iterum eo quod propter defectum io-
riſdictionis, qui præcedit per talem publica-
tionem depoſitionis teſtium, non in publica
monumenta transferuntur, ſed priuatæ Seri-
54 pturæ appellantur, *ex dicta leg fin.* † Econ-
tra tamen ſi facta ſit teſtium publicatio co-
ram Iudice ordinario, non poſſunt iidem,
aut alij teſtes coram arbitro examinari, cum
arbitria ſint redacta adinſtar Iudiciorum, *l. 1.
ff. de Arbitris:* docet hîc Marianus Socinus *d.
numero* 132. *in principio*, vſque ad verſicul. *vt
55 quis.* † Sed non id ſuſtineri, quando Iudicium
mutatur de Iudice ad arbitratorem, ſeu ami-
cabilem compoſitorem, quia tunc, dicit Ma-
rianus *ſuprà*, & Gabriel *de Teſtibus. lib. 1. con-
cluſione* 21. *numero* 62. poſſe eoſdem, vel alios
teſtes coram tali arbitratore examinari, & hoc
in vim poteſtatis arbitrorum. Videbis quæ dico
infrà *in cap. præſentata* 50.
56 Addo etiam quod teſtis, qui virtute Moni-
torialium depoſuit, repetendus eſt in forma
Iudicij, & poteſt ſe ad primum examen referre,
Antonius Faber *in deciſione* 40. *hoc tit.* Riccius
collect. 298. *in fine.*

QVÆSTIO II.

An teſtium publicatio, facta in ſummario, impediat examen teſtium, in plenario poſſeſſorio, aut petitorio: Et quid de facta in vno Iudicio reſpectu alterius: Et quid quando inſtantia, eſt perempta: Seu quando primæ atteſtationes deperditæ ſunt: Quid in cauſa matrimonij, aut quando publicatio fuit nulla?

SVMMARIVM.

1 *Publicatio teſtium, facta in ſummariſſimo, non impedit quod fiat in plenario poſſeſſionis, num* 2 *&* 3.
3 *Publicatio facta teſtium in petitorio, non impedit in poſſeſſorio, niſi eſſent plenariè, recepti in ſummario.*
4 *Productio teſtium in vno Iudicio, non impedit alterum in alio, num.* 5. *&* 6. *& quando perſonæ ſunt diuerſæ, & agendi cauſa petitur aliud, num.* 7. *& quando contra primam ſententiam nullitas allegatur, n.* 8.
9 *Inſtantia perempta poſſunt alij teſtes poſt publicationem examinari, etiam ſi perempta ſit lapſu triennij, n.* 16.
11 *Teſtes alij poſſunt examinari, ſi poſt publicationes, atteſtationes ſint deperditæ, & nequeant apparere, n.* 12.
13 *Publicatio facta teſtium in cauſa matrimonij, non impedit, vt alij teſtes recipiantur, niſi tranſiret in rem iudicatam, vel ſi cauſa eſſet ſuper extrinſecis, num.* 14. 15. 16 *&* 17.
17 Cap conſtitutus 46. hoc tit.
18 *Publicatio nulla teſtium, ritè examinatorum, non impedit, vt alij examinentur, ſi nullitas influit in receptionem, n.* 19.

AD primam quæſtionis partem, dicen- 1
dum exiſtimo, quod factâ publicatione
teſtium in ſummario, quod vocatur *del in-
terim*, non impedit, vt poſtea in plenario
poſſeſſorio eiuſdem rei, poſſint teſtes recipi,
ita colligo ex his, quæ adduxi ſuprà *in cap.
licet* 9. *de probat.* & *in cap. paſtoralis de cauſa poſ-
ſeſſionis & proprietatis.* † Et probatur itidem, 2
quia & ſimili modo facta publicatione in Iudi-
cio plenario poſſeſſionis, non impeditur fieri
productio teſtium in altero petitionis Iudicio:
docent *hic* Butrius *numero* 17. verſiculo *ſi in-
ter eaſdem perſonas*, ibi etiam Imola *numero* 8.
poſt medium, verſiculo *item*, Aretinus *num.* 14.
Marianus *numero* 131. verſiculo *& idem*, Pari-
ſius *numero* 57. Campegius *de Teſtibus, reg.* 268.
fallentia 9. *&* 65. Gabriel *in tit. de Teſtibus, con-
cluſ.* 21. *num.* 61.
Item contra facta publicatione teſtium in 3
petitorio, poſſunt teſtes examinari in poſſeſſo-
rio, ex quo agitur ad diuerſum finem; ita Fa-
rinacius *de Teſtibus, quæſtione* 75. *numero* 119.
cum Rota *de fide inſtrument. in antiquis deci-
ſione* 23. *alias* 417. quod limitat Butrius *hic nu-
mero* 17. verſic. *ſalue*, non procedere, quan-
do in Iudicio ſummario, teſtes eſſent plena-
riè recepti, quia tunc eorum publicatio ob-
ſtat etiam in plenario Iudicio: ſic Aretinus *nu-
mero* 14. *poſt medium*, verſiculo *& idem dicit*,
vbi loquitur, quando in prima inſtantia ſum-
maria plenè fuit cognitum, vltra naturam Iu-
dicij, docet Campegius *de Teſtibus, regula* 268.
in 9. *fallentia*, verſic. *niſi teſtet.* Et ſic Abbas
in cap cum inter, numero 8. *hoc titulo*, Aretinus
num 9. Butrig. *in cap. per tuas hoc tit.* & relati à
Farinacio *de Teſtibus, quæſt.* 66. *num* 299. dixe-
runt, quod teſtes examinati in ſummario poſ-
ſunt quandocunque reperi in plenario quia tunc
ceſſat ſubornationis timor.
Ad ſecundam partem difficultatis, dico 4
quod in diuerſa inſtantia, ac diuerſo Iudicio,
non impeditur productio teſtium in alio, ex
eo quod ſit facta publicatio in primo, aut io
alio Iudicio, Bartolus *in Authentica qui ſemel,
numero* 30. & *ibi* Angelus *numero* 2. *Codice de
Probationibus*, Henricus Boyc. *in præſenti, nu-
mero* 3. *&* 10. *ad finem*, verſic. *ſed fallit*, Bella-
mera *numero* 21. Butrius 7. Aretinus 8 multis
adductis Farinacius *dicta quæſt* 75. *à num.* 102.
vbi docet id procedere, quando Iudicia, &
diſtantiæ ſunt taliter diuerſæ, vt exceptio rei
iudicatæ in vno non obſtet in alio, ſecus au-
tem, quando exceptio rei iudicatæ in vno ob-
ſtaret in alio; ita Marianus Socinus *num.* 141.
& 116. † Et ſic quando in prima inſtantia 5
fuiſſet plenè cognitum; ita quod ſententia lata
in ea pareret exceptionem rei iudicatæ in alio;
tum publicatio obſtat, quare noſtra doctrina
procedit, quando in vno Iudicio teſtes ſunt
examinati ad vnum finem, & in alio Iudicio
producuntur ad alium finem, aliàs ſecus Are-
tinus *hîc numero* 19. cum aliis Farinacius *ſu-
prà numero* 106. † Qui *à numero* 104. *&* 105. 6
cum Aretino *numero* 15. *&* 16. ait doctrinam
noſtram procedere, quando adeſt ſola publi-
catio, ſed teſtificata non ſint dedicita, quia ſi
vltra publicationem pars dedicit teſtificata;
tunc in diuerſa inſtantia non poterit alios te-
ſtes examinare; ita contraria concordat, Are-
tinus *dicto numero* 15. *&* 16. † Itémque regu- 7
lam

Digitized by Google

lam procedere, quando in ſecundo Iudicio, & inſtantia perſonæ ſunt diuerſæ, & agendi cauſa, petitur aliud, ſecus quando perſonæ ſunt eædem, & eadem agendi cauſa, ac etiam idem petitur, quia tunc publicatio obſtat etiam quod eramus in diuerſa inſtantia; ita Angelus *in Authentica de Teſtibus, § quia verò n.19.*

8 Vnde infero quod ſi quis principaliter de nullitate agit, & poſt in primo Iudicio reportauit ſententiam, & contra porrigit libellum nullitatis primi Iudicij; tunc teſtium publicatio facta in primo Iudicio, non impedier in hor Iudicio nullitatis alios teſtes examinati, quia diuerſæ ſunt inſtantiæ, ac diuerſa Iudicia, Butrius *bic numero* 16. *&* 19. Marianus *numero* 112. & Farinacius *dicta quæſtione 75. numero* 119. qui *num.*20. ait hoc procedere, quando teſtes produci in Iudicio nullitatis, non tendunt ad eundem finem ad quem tendebant producti in primo Iudicio ſic cum Butrio *bic numero* 16. & Mariano *numero* 115. qui *numero* 112. *& dicto numero* 115. & Burrius *dicto numero* 16 agunt de caſu, nempe quid dicendum quandò nullitas in nouo Iudicio intentata reſpicit non defectum ordinis Iudiciarij, ſed merita cauſæ.

9 Ad tertiam quæſtionis partem, venit illatinè ex præcedentibus reſpondendum: nam quando inſtantia eſt perempta poſſunt poſt publicationem teſtes examinari, Hoſtienſis *bic numero* 31. verſiculo *item*, Bellamera *numero* 18. Zabarella *numero* 3. Abbas *numero* 4 Marianus *numero* 113. & multis adductis, Farinacius *dicta quæſtione* 75. *à numero* 122. vbi *numero* 123. ait procedere hoc quando ex peremptione inſtantiæ, reſultat etiam atteſtationum nullitas, vt putà, quando inſtantia perijt, vel propter ineptitudinem libelli, vel propter non conteſtationem litis ibi
10 cum multis expendit. * Et quod perempta inſtantia ex lapſu triennij, poſſint etiam teſtes examinari, poſt publicationem ſcripſerunt, Hoſtienſis *bic numero* 3. verſiculo *non habet*, Ioannes Andreas *numero* 25. Bellamera *numero* 19. Abbas 4. *ſub* 4. *limit.* addentes ad Felinum *littera A.*

11 Ad quartam partem dico etiam, publicatis atteſtationibus poſſe examinari teſtes quando atteſtationes eſſent deperditæ, Ioannes Andreas *bic numero* 25. Baldus 10. Butrius *numero* 14. pluribus adductis Farinacius *dicta quæſtione* 75. *numero* 235. Vbi *à numero* 136. hoc procedere ait, quando atteſtationes deperduntur, vel à Iudice, vel à notario, ſecus ſi deperdantur ab ipſo producere volente, quia tunc, niſi probet ſe ſine culpa perdidiſſe non poterit poſt publicationem, alios producere teſtes, Bu-
12 trius *bic numero* 14. * Et tunc etiam procedere, quando taliter eſſent deperditæ, quod non poſſent Amplius apparere, vt putà incendio, ſecus ſi aliquo modo apparere poſſent, & Pariſius *bic numero* 34. *in fine*, verſiculo *& quæro*, ait hoc relinquendum Iudicis arbitrio, qui & æſtimauit, quando reuerà atteſtationes deperditæ ſunt, & hoc idem in materia repetitionis teſtium: tradit cum multis Farinacius *quæſtione* 66. *numero* 295.

13 Ad quartam difficultatis partem de cauſa matrimonij, dico, quod in cauſa matrimoniali poſſunt publicatis atteſtationibus teſtes examinari, vt probat Textus *in cap. ſeries hoc tit.* & communit *ibi* Doctores, cum multis Farinacius *q.* 75. *à n.*383. Vbi dicit procedere multo magis, quando Iudex procedit ex officio, & etiam in cauſa. Matrimonii ſpiritualis, quod ſi ſententia lata in cauſa Matrimoniali tranſeat in rem Iudicatam: tunc non habet locum ſecunda teſtium productio, niſi iuxta formam iam *à quæſtione* 1. traditam. Item nec procedet, quando teſtes producuntur ſuper extrinſecis à vinculo Matrimonij, vel quando agitur de impugnando proceſſum in cauſa matrimonij: alia tradit Farinacius cum multis, quibus addo Riccium *collect.* 1769. *ad Textum in dicto cap. ſe-*
ries † Vbi ait procedere concluſionem, quan- 14
do teſtes non producuntur contra Matrimonium, ſecus è contra. † & addit quod tunc re- 15
ceptio teſtium, debet fieri per Iudicem, non ita paſſim, & indifferenter, ſed ex cauſa, & cum aliquali cognitione, vt ſcilicet ceſſet ſubornationis timor, venatio partium, & elongatio Iudicij, & declarat Pariſius *hic numero* 27. alia tradit idem Farinacius *vbi ſupra à*
numero 385. * Videodus *dicta quæſtione* 75. *nu-* 16
mero 1.3. & probatur eà generali regulâ; nam quoties ſententia non tranſit in rem Iudicatam, & ſic quando non obſtat, exceptio rei Iudicatæ, tunc poſt publicationem poterunt teſtea examinari, ita Hoſtienſis *bic numero* 3. Henric, Royc, *numero* 10. Ioannes Andreas *numero* 15. Ancharraous *numero* 12. Abbas *numero* 4. pluribus adductis Farinacius *ſupra numero* 121. & ſic ad hoc intelligendum applicabis omnia, quæ dico *in cap. lator, & cap. tenor de ſent & re Iud.*

Ex his intelliges Textum *in cap.conſtitutus* 46. 17
hoc tit. qui videtur loqui contra noſtrum, quia intelligitur de cauſa matrimoniali, in qua non obſtante publicatione atteſtationum ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis teſtes recipiuntur, vel rurſus reſpondet publicationem, de qua *ibi* nulliter factam fuiſſe putà in audita parte, quæ non potuit obligare, vt probaret propter impedimentum eidem oppoſitum; vt probat Barboſa *hic num.*1. verſic. *non obſtat.* ex verbis *ipſa* iunctis aliis *ibi* cum non renunciauerit, vel quia pars non didicerat teſtificata.

Ad vltimam quæſtionis partem, etiam dico, 18
quod ſi teſtes ſint rite & recepti examinati, & eorum publicatio ſit nulla, tunc poterunt poſt publicationem examinari alij, & multò magis in eiſdem teſtibus repetendis, tam de Iure ciuili, quàm de Iure canonico. Et DD. per Textum *in cap. ex tenore hoc tit & in dicto cap. ſeries*
Marianus *hic num* 35. *& num.*33. † Vbi etiam 19
diſtinguit, quod ſi nullitas publicationis influit in receptionem teſtium; tunc ea non obſtante poſſunt idem teſtes recepti, examinari ſi pars non didicit teſtificata; ſecus quando non influit, proſequitur Farinacius *dict.quæſt.*75. qui *à n.*370. cum Butrio, & aliis *hic* limitat, quando pars didicit teſtificata. Et quando publicatio eſt facta ad inſtantiam, eius, qui vult producere teſtes: alia dicit Marianus *n.*24.

QVÆSTIO III.

An in cauſis criminalibus facta publicatione poſſint, & alij teſtes examinari? Et aliquibus concedatur reſtitutio ad examinandum teſtes poſt publicationem: Et an quæ dicta ſunt porrigantur, etiam ad teſtium receptionem, quæ quando contingat: Et quid in cauſis nobilium?

SVMMARIVM.

1 *Publicatio facta in criminalibus non impedit, vt alij examinari queant teſtes, n.* 2.3.4.5.6.7.8. 9.10. Contra *Pax, num.* 11.

7 Cap 2. de purgatione canon.

12 *Publicatio facta teſtium, non impedit, vt minor Eccleſia, ciuitas, ſeu alia perſona priuilegiata reſtituantur ad aliam probationem teſtium, n.*13.14.15. *declaratur, à n.*16. *Vbi de termino ad reſtitutionem.*

20 *Minor quando reſtituatur aduerſùs omiſſam probationem, num.* 21. 22. 23. 24. 25. 26. *&* 27.

28 *Reſpublica reſtituitur aduerſùs omiſſam probationem.*

29 *Fiſcus reſtituitur ad probandum.*

30 *Eccleſia aduerſùs omiſſam probationem, quando reſtituatur, n.*31.32.33.

34 *Maior poſt publicationem, quando, & qualiter aduerſùs omiſſam probationem reſtituatur mulier, ſeu ruſticus,* 35.36.37.38.39.

40 *Reſtitutio, vt fiat aduerſùs omiſſam probationem debet præcedere ſummaria cognitio cauſæ & de aliis, n.*41.42.43.44.

45 *Reſtitutio aduerſùs omiſſam probationem petitur* infra 15. dies *applicatione facta.*

47 *Repetitio teſtium facta publcatione, officio Iudicis competit, vt dictum dubium declaretur, num.* 48. 49. 50. *præcedere citatione partis, n.* 51.

52 *Teſtes publicationem in cauſis nobilium, quando ſuper eiſdem, vel directè contrarius recipiantur, n.* 53.56. *in cauſa ſtatûs, n.* 54 *monachatus, n.* 55.

57 *Articuli continentes idem, quod primi ſunt reyciendi, ſecus ſi ſint diuerſi ſecundi à primis iam productis, n.* 58.59.60,61 62.

1 AD primam quæſtionis partem poſt Abbatem & addentes ibi *littera C.* Marianum Socinum *numero* 178. & alios, qoos refert Farinacius, leges quæ tradit Riccius *collect.* 1768. ad doctrioam Panormit, hic, & Gutierrez *lib.* 3. *pract. cap.* 33. Vbi longè agit de reſtitutiooe io integrum aduerſùs omiſſam probatiooem, Sic ergo breuiter dico teſtes in criminalibos poſſe examinari poſt publicatiooem eo, quod in his cauſis nunquam concloditur, & ſic in bis cauſis poterunt poſt publicationem, non ſolùm examinari alij teſtes, verum & idem.

2 Et moliò magis procedet in crimine hæreſis; ita ait Attamenus *deciſ.*6. *de Teſtibus,* Riccius *ſu-*
3 *pra.* † Qoi hoc limitat, quando ad inſtantiam partis, teſtes ad offenſam poſt publicationem admittuntor, Baldos *hic* & refert deciſum Gai-
4 lius *deciſ.*18. *lib.* 1. Vrſilis *deciſ.* 216. *num.* 4. † Item non proeedit quando Iudex procedit exiſtente promotore, vel alio aliquo inſtitutore, aut ſponte ſe offerente, ad inſtigandam inqoiſitionem; ita Theſaurus *in deciſ.*256. † Et idem 5
Riccius *ſupra in deciſ.*300. Curiæ Archiep. tunc demum ait poſſe Iudicem poſt publicarionem admittere teſtes pro reperienda ſcilicet veritate, quando certus eſt nullam adeſſe ſubornationem, & dummodo concurrat Iuſta, & magna cauſa; alia tradit Farinacius *ſupra* cum multis ab eo relatis. † Quibus omnibus, & dicendis 6
Videtur obſtare Barboſa *hic ſub. n.* 2. verſic. *ſecundo amplia*, docens textum noſtrom procedere nulla habita differentia inter cauſam ciuilem, & criminalem, nec ab eius regula eſſe recedendum, niſi particularis deciſio in cauſa criminali inueniatur ex regula textus *in l. in fraudem*, §. *fin. in fine, ff. de militari teſtamento.* † Et ſic ait 7
non obſtare Textum *in cap.* 2. *de purg. can.* qoia omiſſis Gloſſa, & Abbas *num* 4. & communis *ibi*, ait recipi teſtes, & probationes poſt ſententiam, non quidem ex natura cauſæ criminalis, ſed ſecundùm Iuris regulas, ſi quidem ſententia, de qua ibi nollitatem continebat, eo quod prolata fuit contra ſolitum ordinem Iudiciorum; nempe per modum illicitum purgationis ferri candentis.

Vnde licet dubium eſſet, an in his caoſis ad- 8
mitterentur teſtes poſt publicationem, iam vides io qoibus caſibus hoc permittatur, igitur vera reſolutio eſt poſt publicatas atteſtationes ex parte rei ad ſuam defenſionem, ſiue agatur per viam accuſationis, ſiue per viam inquiſitionis, non obſtante publicatione poſſe teſtes produci, & examinari, reſoluit eleganter Iulius Clarus *lib.* 5. *recept. ſent*, § *fin quæſt.* 61. *à n.*2. poſt Gregor. Lopez *in lib.* 37. *tit.* 16. *part.* 3. † 9
Sed ex parte accuſatoris poſt publicationem atteſtationum non poſſe recipi, & examinari de nouo teſtes, quaſi, ſecus ſit in reo dixit *ſupra* idem Clarus *ex Textu in l. Vnius*, § *cognitiorum*, ibi *quamuis defenſionem quocunque tempore poſtulanti reo negari non oportet, ff. de quæſt.* † Et hoc eſt, 10
quod quotidie dicitur quod in cauſa criminali non concluditur in cauſa, ex doctrina Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 33. notant Azeuedus *in lib.* 3. *tit* 10 *lib.* 4 *recop.*

Itaqoe infero malè contrarium tenuiſſe Pax 11
in praxi tempore 8. *num.* 141. *part.* 1. *prax.* quod in bis cauſis poſt publicationem teſtium, & poſtquam renuntiatum eſt allegationibus, & probationibus, non vlterius admittantur partes ad aliquid probandum, cum iam didicerint dicta teſtium ex regula Textus noſtri, *& Clem.* 1. *hoc tit.* cum aliis, qoia iuxta ſuperiorem doctrinam in reo nequaquam admittendum eſſe, ait Rodriguez *de ordin. proceſſu cap.* 8. *num.* 14. licet in actore procedere poſſit, ſecundùm rectè tradita à Iulio Claro *dict. quæſt.* 63. Plura videbis per Farinacium *quæſt.* 66. *à num* 309. Aliqua *infra in cap. cum clamor* 53. *quæſtione* 2. aliqua Riccius *ſub collect.* 1333.

Ad ſecundam quæſtionis partem, vt ſatius reſ- 12
pondeas applicabis quæ adduxi *ſupra in Rubrica de litis conteſtatione, quæſt.* 15. nunc verò illis ſuppoſitis non longe agam, quia ad ſaturitatem videbis quæ adducit Farinacius *de Teſtibus, dicta quæſt.* 75. *à num* 415. aliqua notat Pax *in praxi* 1. *p. temp.* 8. *à num.* 181. vbi alios refert Zeuallos *de cognitione per viam violentiæ, p.* 2. *q.* 153. *à n.* 20. *in fine*, Ioannes Guttierrez *lib.* 3. *pract. q.* 33. vbi de

Digitized by Google

de reſtituto minore aduerſùs omiſſam pro-
bationem : Vide *infra cap. Teſtimonium , hoc tit. quæſtione* 4. verſic. *ad ſecundam , & ibi*, in verſic.
itaut.
13 Vnde breuiter dico, quod elapſis iam termi-
nis probatoriis, & facta Teſtium publicatione,
ſolet dici præcluſam eſſe viam omnis probatio-
nis *l.*34. *&* 37. *tit.*16. *p.*3. vt iam *ſupra* dixi, niſi
in caſibus *ſupra* adductis de iure ordinario poſt
Teſtium publicationem partes non admittuntur,
14 vt iterùm probent. † Sed hoc fallit, niſi quan-
do aliqua pars ſit minor mulier, vel Eccleſia,
aut alia perſona, ſeu communitas priuilegiata,
cui reſtitutionis beneficium competere debeat
iuxta textum, *in l.fin. tit.*19. *p.* 6. vbi latè Gre-
gorius, videbis Ioannem Andream *hic num.* 15.
Bellamer. *num.* 19. Henric Boyc *num* 10. Buttig.
num. 14. Abbas *n.*4. Marian. *num* 226. Felinus
15 *n.*6. qui de maiori loquuntur. † Ob idque ſi ab
his reſtitutio petatur, conuenit vt à Iudice con-
cedatur ex iuſta cauſa, Doctores *in cap. auditis
de reſtitutione in integrum*, ibi Panormit. *leg. mi-
nor* 25. *Annus omiſſam allegationem , ff. de minori-
bus*, *l.*3. *tit.* 29. *p.*6. Felinus *hic*, *num* 6. Antonius
16 Gomez *variarum , lib.*2. *cap.* 14. *num.*5. † Sed
hodie iam terminus aſſignatus eſt de iure, quo
minor Eccleſia, vniuerſitas, & aliæ priuilegiatæ
perſonæ reſtituuntur aduerſùs omiſſam proba-
tionem, allegationem, & lapſum termini pro-
batorij, ſi intra quindecim dies poſt factam Te-
ſtium probationem reſtitutionis beneficium à
Iudice poſtulauerint, & hoc in prima inſtantia,
quibus tranſactis vlterius non admittetur minor
vel alia priuilegiata perſona, etiam per integrum
17 reſtitutionis beneficium. † Qui quidem termi-
nus conceſſus eis ad probandum, non debet
continere maiorem dilationem, quam medie-
tatem termini probatorij conceſſi in principali
18 negotio. † Et in ſententia, in qua reſtitutio con-
ceditur, erit deneganda alia quæuis reſtitu-
tio petenti, vt diſpoſitum eſt omne id, *in l.* 5.
19 *tit.*8. *l.*4. *noua recopilationis.* † Et licet hoc pro-
cedat in prima inſtantia, in ſecunda, & in ap-
pellationis cauſa idem ferè conſtitutum eſt, vt
habetur *in l* 5. *tit* 9. *eodem , lib.*4. *recop.* Et con-
firmatur ex doctrina textus noſtri, & ex iam
dictis, *à quæſt.* 1. quamuis ex diſpoſitione *leg.*10.
tit 4. *ordinam. lib.* 2. poſt Teſtium publicatio-
nem, & lapſum termini probatorij, etiam per
viam reſtitutionis, non admittantur etiam huiuſ-
modi priuilegiatæ perſonæ, quod vtique reno-
uatur *per dictam legem* 6. *tit.*9. *lib.*4. *recop.* Vbi
Azeuedo *n.*4. Alia adduxi *in præcitata quæſt.* 15.
in Rubrica de litis conteſtatione : Et de quibuſlibet
nonnulla ſigillatim dico.
20 Primò enim reſtituitur minor aduerſus omiſ-
ſam probationem, modo prædicto, vt notant
hic Ioann. Andr. *n.*25. Bellamera *n.*19. Henr. Boye
*n.*10. Marianus *n.*118. Abbas *n.*8. Aretinus *n.*46.
pluribus adductis Farinacius *dicta quæſtione* 75.
à num. 444. vbi cum Mariano *n.* 129. & aliis de-
clarat, quod reſtitutio conceſſa minori prodeſt
etiam maiori conſorti habenti cauſam commu-
nem cum minore contra alium, quando nego-
21 tium erat connexum. † Et hæc doctrina venit
intelligenda, quando cauſa eſt magni præiudi-
cij, non ſi parui, prout eſt exceptio dilatoria,
vel declinatoria, quæ non concernit merita cau-
22 ſæ, Aretinus *hic poſt Gloſſam num.*51. † Item
procedit, dummodò conſtet de læſione, Maria-
nus *hic num.* 128. *ad finem* Pariſius *poſt num.* 43.
Et idem Marianus *n.*130. & Aretinus *n.* 46. po-
nunt modos probandi læſionem in hoc caſu.
† Sed ſi minor fuiſſet diligẽs in perquirendis te- 23
ſtibus, non reſtituitur, quia dici non poteſt læ-
ſus Felinus *hic num.*6. † Item nec reſtituetur in 24
criminalibus, & ad offenſam, quia minor ac-
cuſans, non poteſt poſt publicationem Teſtes
examinare, Sfortia Odus *de reſtitutione in inte-
grum , quæſt.*65 *num.*56. ibi videndus *num.*52. vbi
concordat contraria, & ponit tres caſus. † Vbi 25
quando etiam ſi conſtaret de dolo, & ſuborna-
tione minoris : Tunc non admittatur ad reſtitu-
tionem. † Nec etiam admitti poſſe poſt publi- 26
cationem in cauſa reſtitutionis conceſſæ ex alio
capite, quàm aduerſus omiſſas probationes, di-
xit Buttrig. *hic num.*16 *ad finem* verſic. *aut peti-
tur.* † Et licet reſtitutio conceſſa minori, 27
non proſit eius Aduerſario, vt probet : Ta-
men hoc fallit quando maior omiſit ſuam pro-
bationem, eò quod minor in termino antea aſ-
ſignato nihil probauit : Marianus *hic num.* 127.
Aretinus 53. Felinus *n.*6. aliis adductis, Farina-
cius *ſupra n.*456.
Secundò de ciuitate, ſeu Republica, dico 28
reſtitui etiam ad examinandos Teſtes poſt pu-
blicationem ; ita Panormitanus *hic num.*43. qui
in hoc æquiparat Rempublicam cum minori, &
Eccleſia, Gabriel *tit. de Teſtibus, concluſ.* 11. *nu-
mero* 47. Sfortia *de reſtitutione p.* 2. *quæſtione* 65.
Art. 22. *num.*58. *&* 59. vbi idem in caſtris, &
vniuerſitatibus.
Tertiò quod Fiſcus etiam iſto caſu reſtituatur 29
ſcripſit Aretinus *conſ.* 20. Alciatus *in l.* 1. §. *nun-
tiatio, num* 73. *ff. de noui operis nuntiat.* Sfortia
Odus *dicta quæſtione* 65. *art.* 11. vbi remiſſiuè
declarat.
Quartò Eccleſia reſtituitur, etiam ex eo quod 30.
negligentia Prælati, non debet nocere Eccleſiæ
& quia non eſt præſumendum perſonas Eccle-
ſiaſticas calumniare velle : Ioannes Andreas *hic
num.*13. Bellamera *num.*19. Henric. Boye *n.* 10.
Abbas *num.*4. *in* 8. *fallentia* Marianus *num.* 125.
Felin. *n* 6. aliis adducti à Farinacio *dicta quæſt.* 77.
*à num.*465. & hoc eſt verum, licet contra te-
neat Zabatella *in dicta clem.* 2. *hoc tit. num.* 13.
† Sed hæc regula non procedit quando Procu- 31
rator Eccleſiæ fuiſſet diligens in perquirendis
Teſtibus. Item quando vult probata ſuper ex-
ceptionibus dilatoriis, & declinatoriis. † Vel 32
ad finem opponendi crimina contra Aduer-
ſarium ; Videbis Farinacium *ſupra n.*468.
Vbi ait etiam non procedere, vt reſtituatur 33
Eccleſia contra aliam Eccleſiam, & addes Ric-
cium *collect.* 132. *ad noſtrum textum in fine* cum
Marco Antonio de Amatis *in deciſione Rotæ*,
March. 78.
Sed an maior Annis 25. mulier, ſiue Ruſticus 34
in hoc caſu reſtitui valeant, & aliæ priuilegiatæ
perſonæ potiantur reſtitutionis priuilegio, ſicut
minores, & aliæ perſonæ priuilegiatæ, & vide-
tur quod ſic : Nam mulier minor, & Ruſticus
plerumque æquiparantur in Iudicio per textum;
*in l.*2. § *fin ff. de Iure Fiſci , & in l.* 1. § *edenda,*
verſic. *vltimo , ff. de edendo , ibi eis , qui ob ætatem,
vel Ruſticitatem , vel ob ſexum lapſi non ediderunt,*
vel ex alia iuſta cauſa ſubuenietur, † Cum & in 35
Iure ſimplicitati ſubueniatur, & imperitiæ ſem-
per pareatur *l.*1. *ff. de dolo , cap. cum vniuerſorum
de rerum permutat.* tradit Gloſſa verbo *ſimplici-
tatem. in cap. ſuper, litteris de reſcript.*
Ob id Oroſcius *in l. vbi exigitur, ff. de edendo*, 36

Digitized by Google

dixit mulierem & Ruſticum, ſicut minores poſt
factam publicationem Teſtium admitti per in
integrum reſtitotionem ad omiſſam allegatio-
nem,& probationem,& ſic Matthæus de Afflictis
ſemper in practica obſeruari teſtatur vidiſſe, *in
deciſ. Neap.* 216. *num.*2. Menochius *de arbitrariis
q.*34. *num.*11. *lib.*1.

37 Sed quia contrarium regulariter teſtantur
Doctores, quos adducit Farinac *dicta quaſt.* 75.
*à num.*457. inter quos Marianus *hic à num.* 124.
Aretinus 49. Felinus 6. & plures relati à Paz. *in
practicis, tempore* 8. *num.*145. Azeuedo *in leg.*3.
*tit.*11. *cum ſequentibus*, qui de muliere loquuntur.
Et idem de Ruſtico teneant ipſi, & alij adducti
à Farinacio *ſupra, à num.*460. Ideò dicend um eſt
mulieri & Ruſtico minoribus competere reme-
diom dictæ legis Regiæ 3. & reſtitutionem eis
coocedendam fore ex clauſula generali, *ſi qua
mihi iuſta cauſa videbitur*, de qua *in l.* 1. *ff. ex qui-
bus cauſis maiores*, & hoc quoties læſio cauſa-
retur ex fragilitate, vel ex ruſticitate: Ita Amath.
Ropriguez *de ordinande proceſſu, cap.*8. *num* 24.
in fine, Pariſius *hic num.*44. Alex. Strat. *pract. Iu-
dic. cap.*18. *num.*45. tradit Farinacius *ſupra nume-
ro* 459. *&* 464. Menochius *de arbitr. caſu* 144.
38 *num.*25.† Et ſic fit quod ſi Ruſticus non potuiſſet
conſulere peritiores; tunc reſtituetur ad exami-
nandum Teſtes poſt publicationem, Felinus *hic,
num.*6. *in fine* poſt Baldum & Salicetum, Riccius
*collect.*132. *ad noſtrum textum.*

39 Itaque ex hac eadem cauſa maioribus 25 annis
ſuccorrendum ad propoſitum, de quo loquimur
dixerunt Ioannes Andreas *hic n.* 25. *ad medium*,
Bellamera *num.*19. *&* 27 Henricus Boyc *num.*10.
verſic. *item fallit*, Butrig. *num* 24. Abbas *num.*4.
poſt octauam fallentiam, Marianus *num.* 225.
Pariſios *num.* 44. pluribus adductis, Farinacius
dicta quaſtione 75. *à num* 431. vbi adducit cauſas
concedendi reſtitutionem, veluti ex impedi-
mento cauſato ex facto Iudicis, vel quando Te-
ſtes erant captiui, & non poterant examinari,
vel ex capite ignorantiæ, quando eſt cauſata do-
lo & malitia Aduerſarij: Vel quando nihil po-
reſt imputari producenti. quod ante publica-
tionem Teſtes non produxerit, vel ſi reſtitutio
ex æquitate ſuadeatur: Item ex communi cauſa
ex qua conceditur reſtitutio ad ſententiam.

40 His ergo ſuppoſitis notandum eſt, quod pe-
tita in integrum reſtitutione ab huiuſmodi pri-
uilegiatis perſonis intra tempus à lege defini-
tum, vt à Iudice concedatur præcedere debe-
re ſummariam ſaltem cognitionem cauſæ, quà
probetur & conſtet de minori ætate & priuile-
gio perſonæ petentis reſtitutionis beneficium,&
de damno ex omiſſione probantis, reſultante ſic
appareat ex dicta *l. Regia* 3. *tit* 8. *lib.*4. *recopila-
tionis*, ibi *por ſer en caſſo que aya lugar depedir re-
reſtituçion, l. verùm* §. *ſciendum l in cauſa*, §. *cau-
ſa autem cognita, l non omnia, ff. de minor. leg.* 2.
*tit.*19. *p.*6. ibi *probando el daño ò menos cano, y que
era menor de Veinteycinco años*: probat Azeuedus
in dicta l. 3 *recop. num* 4. Alia ex multis adducit
Rodriguez *de ordinando proceſſu, cap.*8 *à num* 21.
qui expendens iura *in l. quod ſi minor*, §. *non ſem-
per cum aliis, ff de min. & l. nam poſtea*, §. *ſi mi-
nor* in verſic. *ſed plerumque, ff. de Iureiurando*,
quibus probari videtur probandam eſſe mino-
rem ætatem, & in ſimul, vt conſtet minorem
circunſcriptum eſſe, & *ibi* Gloſſa, & Bartolus,
& probat textus *in leg. minoribus, Cod. de in inte-
grum, reſtit. l.* 2. *tit.* 19. *p.*6. vbi Gregorius Go-
mez *var. lib* 2. *cap.*14. *num* 5. *in fine* & Doctores
in Iuribus adductis. † Nihilominùs ait adhuc 41
eſſe reſtitutionem concedendam minori, & Ec-
cleſiæ conſtito de minoritate abſque eo, quod
conſtet de damno, quia eò ipſo, quod minor
ætas probata eſt, & probatur circunſcriptio, &
læſio; ſic probat ex textu *in l. interdùm* 20. *iun-
cta Gloſſa, ff. de minoribus*, ibi *hoc enim ipſo de-
ceptus videtur.* † Et ſic ſatis eſſe ſummariè pro- 42
bare de minori ætate, ſic contra Bartolum, &
Iaſonem per textum *in dicto cap. auditis de in in-
tegrum reſtitutione*, vbi ex ſola allegatione Pro-
curatoris aſſerentis omiſiſſe probationes conce-
ditur reſtitutio in integrum, Afflictis *deciſio-
ne* 390. *num.*5. & de praxi docet omnium Tri-
bunalium Azeuedos *ſupra numero* 5. Menchaca
*contr. vſu frequent. cap.*31. *num.* 11. *&* 12. † Vbi 43
inducit pro hac ſententia *leg.*5. *tit.* 9. *eodem lib.*4
recopilationis, dum ad hanc ſententiam conce-
dendam in cauſa appellationis ſolùm videtur re-
quirere, vt iuret, *quod de malitia non petitur*, nec
vllam etiam informationem, nec cauſæ cogni-
tionem ad eam exigendam, requirit conſtando
de priuilegio perſonæ eam petentis, & facit tex-
tus *in leg ſi minor* 35 §. 1. *ff. de minoribus* Panor-
mitanus *in dicto cap. auditis, num.*7. quæ praxis
ſemper à me viſa eſt in omnibus Tribunalibus.
† Videbis quæ tradit Farinacius *dicta quaſt.* 75. 44
à num. 442 cum Butrig. *hic, num* 14. Mariano,
Socino *num* 156. vbi ait quod reſtitutio ad exa-
minandum Teſtes poſt publicationem non con-
ceditur, niſi præſtito Iuramento calumniæ.

Itemque notandum eſt prædictam reſtitutio- 45
nem conceſſam, & petitam intra quindecim
dies poſt factam talem publicationem iuxta for-
mam *dicta legis Regia* 3. non ſolùm minoribus Ec-
cleſiis, & Reipublicæ, ſed etiam aliis perſonis,
quæ habent priuilegiom competere, vt reſti-
tuantur in his, quibus læduntur, vt colligitur
ex eadem *leg.*3. ibi *o perſona, o vniuerſidad, que
tenga priuilegio*, & ſic Villam, Caſtrum, & aliam
Vniuerſitatem gaudere prædicto priuilegio: Te-
nent Baldus *in leg. Reſpublica, Cod. quibus ex
cauſis maiores*, contra Gloſſam, *ibi*, verbo *Reſpu-
blica in fine*, eleganter Gragorius Lopez per tex-
rum, *in leg. fin. tit.*19 *p.*6. verbo *conçejos*. Aze-
uedo *in leg.*3. *recopilat. num.*7. Alia conſiderat
Gutierrez omninò videnda, *lib.*3. *pract quaſt* 3.
Videbis quæ dico *infra in cap. præſentium, quaſt.*2.
verſic. *ad quartam.*

Ad tertiam quæſtionis partem de repetitione 46
Teſtium facienda à Iudice poſt publicationem
dico reſpondendum eſſe ex his, quæ adduxi *ſu-
pra à quaſtione* 1 quibus ſuppoſitis quia Docto-
res de hoc caſu, amplè loquuntur, *in cap. per
tuas, hoc tit.* & Farinacius *quaſtione* 66 *parte* 8.
à num. 255. Ideò breuiter dico hanc repetitio-
nem, non fieri ad inſtantiam partis, nec vt ſe
corrigant, nec vt addant, nec vt declarent, nec
ex interuallo, nec in continenti, nec ad effe-
ctum declarandi, dubiam eorum depoſitio-
nem, nec quando Teſtis culpa partis obſcurè
depoſuit.

Iudicis tamen officio benè poterit dubietas
depoſitionis declarari per Teſtem, vt docet gloſſ. 47
in dicto cap. per tuas, in verbo *ad dicendum*, verſic.
Iudex ex officio, quod eſt negligendum, videli-
cet, ſi eius depoſitio nullo modo poſſet ſine de-
claratione intelligi, quamuis in praxi quælibet
ſufficiat

Digitized by Google

ſufficiat ſecundùm Hoſtienſem *in cap. clamor hoc*
tit. & hoc etiam ſi culpa Iudicis teſtis obſcurè
depoſuiſſet, non ſi culpa partis articulantis, ſed
ad id Iudex cogendus non eſt, & poſt primam
declarationem factam teſtis, non eſt, amplius
interrogandus, vt iterum illam declaret; alios
caſus adducit videndus Farinacius, quibus addo
Riccium *collect.* 918. ad textum, *in l. legata, ff de*
48 *leg.* 1. † Vbi ait quod ſi teſtes ſe referant ad
primum dictum in omnibus, & per omnia pro-
bant, licet primum examen eſſet nullum, ex
defectu ſolemnitatum ex Verallo 187. *part.* 1.
quia teſtis primo examinatus, ſi contingat il-
lum repeti liberum eſt ei ad primum examen ſe
conferre, Balbus *in deciſ.* 19.
49 Quod intelligitur ſi per extenſum deponat
aliàs, non item, vt docet Paponius *lib.* 24. *tit.* 8.
50 *Arreſto* 6. Mynſing. *obſeruat.* 64. *cent* 3. † Item
etiam dummodo in repetitione procedat partis
51 citatio, ſecundùm Capicium *in deciſ.* 35. † Imò
& Guido Pap. *deciſ.* 72. ait quod Iudex poteſt
facere iterato examinari teſtem poſt dedicita
teſtificata, & ſi deponens referat ſe primo exa-
mini valet, & idem Papon *lib.* 9. *tit* 1. *Arreſto* 23.
ſcribit docens quando repeti poſſint teſtes exa-
minati ad perpetuam rei memoriam, & ad ma-
teriam. Gomezius *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 12. *n.* 10.
verſic. *vnum tamen.*
52 Ad quartam quæſtionis partem, an teſtes ad-
mittendi ſint poſt publicationem teſtium ſuper
eiſdem articulis, vel directo contrariis in cau-
ſis nobilium; igitur Zeuallos *de cognitione per*
viam violentiæ, *q* 153. *n.* 10. affirmatiuam tenet
ſententiam ex fundamentis ſuprà *de minoribus,*
& alijs priuilegiatis, iam dictis; ſed cum tempo-
re Didaci de Cou. non leue fuiſſet dubium ipſe
ex propoſito poſtquam egit, *in practicis, cap* 18.
n. 6. de materia noſtri text. poſtea in verſic. *illud*,
de hoc dubio tractat per textum, *in l.* 17. *tit.* 11.
lib. 2. *recop* & quia iſta lex reſpondiſſet ſimpli-
citer, tantùm ſeruandam eſſe veterem legem
Regiarum obſeruationum, & per hoc tandem,
quibuſdam viſum eſſe, vt lex vetus ſeruaretur,
& aliis placuiſſe hanc controuerſiam ſub Iudice
eſſe; ideo ipſe recordatus de praxi, Granatenſis
Senatus ait, quod recipiuntur teſtes poſt pri-
mam ſententiam. & examinantur ſuper eiſdem
articulis, & directo contrariis, licet quibuſ-
dam ex Regiis Auditoribus: tunc temporis vi-
deretur non omnino adhibendam eſſe fidem hiſ-
ce teſtimoniis, propter ſuſpicionem, quæ vel
ex corruptione, vel aliundè poſt publicationem
eorundem teſtium priorum intepræſumi poſſet.
53 Et ſi dubites de origine praxis huiuſce, dico
potuiſſe vſum forenſem hinc originem ducere eo
quod cauſæ nobilitatûm vulgò *hydalguias*, perti-
nent ad ſtatum hominum, ob libertatem illam,
quæ à muneribus perſonalibus, & in dictorum,
ac ſuper indictorum collatione, nobilibus, lege
54 Hiſpanâ verè competit. † Et quia cauſæ ſtatus,
libertatis in quam, & ingenuitatis, pares ferè
cenſentur, cauſis matrimonialibus & crimi-
nalibus, *leg. non diſtinguemus*; § *idem ius*, vbi
Gloſſa, *ff de arbitris*, *cap. fin. de ſent.* & *re Iud.*
Sed in cauſa matrimonij, vt iam adduxi *quæſt.*
precedenti, teſtes admittuntur poſt publicatio-
nem ſuper eiſdem articulis, & directo contra-
55 riis, vt iam dixi *quæſt. precedenti*, † Idemque
eſſe in cauſa Monachatus per Gloſſam *in cap.*
præſens 10. *quæſt.* 3. verbo *patrem*, cuius meminit
Felinus *hic num.* 80 Ergo. † ſed quia ego con- 56
ſiderem in his nobilium cauſis, non eſſe maio-
rem cauſam, quam inueniri poteſt inter Cleri-
cos; imo priuilegia horum magis perpetua, &
rationabilia ſint, iuxta *dicta ſuprà in cap. ſi dili-*
genti de foro compet, nec militare rationem quæ
in cauſa matrimoniali, & in cauſis minorum,
credo, quod nobiles ſint mouendi in caſu, de
quo loquuti ſumus ad inſtar aliarum perſona-
rum, non priuilegiatarum, ſeu Clericorum, in
quorum cauſis obſeruatur Textûs noſtri diſpo-
ſitio in forma communi, de qua latè loquutus
fui: Et ad materiam Textûs noſtri videbis plu-
res, quos cogerit Zenedo *in collect. ad Textum in*
cap. intimauit 18. *hoc tit. num.* 2. Videbis quæ dicit
Zeuallos *in pract. quæſt.* 350. vbi quid in cauſis no-
bilium, *n.* 9.
Pro complemento breuiter notandum eſt, 57
quod quis prohibetur articulare ſuper eiſdem
vel directo contrariis, vt notant Doctores *in*
cap. ex tenore infra hoc tit. & Riccius *collect.* 1312.
ſuper illum Textum, vbi refert primo, quod
articuli in cauſa liquidationis præſentati, illud
ipſum continentes, quod in primo termino in
cauſa principali poſitum fuit; ſunt rejiciendi, ſi
illud ſpecificè continere videntur ſecus ſi gene-
ricè, quemadmodum articuli impertinentes ſunt
ſtatim in cauſa reclamationis rejiciendi. Gram-
maticus *deciſ.* 45. Myſing. *deciſ.* 56. *cent.* 2. &
Afflictis *in deciſ.* 216. quod articuli præſentati in
termino repulſæ illud continentes, quod poſi-
tum fuerat in primis articulis, vel directo con-
trariis articulis partis aduerſæ ſunt rejiciendi,
niſi per viam reſtitutionis, quidquid dicat de
Amatis Rotæ March. *in deciſ.* 78.
Verum ipſe Afflictis *deciſ.* 13. dixit quod ar- 58
ticuli præſentati per reum conuentum ſuper
poſſeſſione recuperanda, ſi concernunt factum
proprietatis, non ſunt tanquam in pertinentes
rejiciendi, vt voluit etiam Anna *allegat.* 77. Fa-
ber *deciſ.* 89. *Cod. vnde vi.* * Nec etiam rejicien- 59
di ſunt articuli, in quibus continetur ſimulatio
priuilegij: nam ſi fuerint allegati impertinen-
tes, eo quod non fuerint declaratæ ſpecies ſimu-
lationis, non ſunt rejiciendi, Anna *dicta allega-*
tione 77. Riccius *ſuprà.*
Vbi ait etiam quod licet parti articulos con- 60
trarios ponere, quando perempta ſit inſtantia,
& noua inchoatur. Et cum aliis addit quod li-
cet parti articulos de directo contrariis articu-
lis partis aduerſæ, in cauſa appellationis præ-
ſentare, & inducere teſtes ſuper eis, quando
teſtes in termino, probatorio ſuper articulis
partis non plenè probarunt, Afflictis *d. deciſ.* 13.
num. 4. * Qui *num.* 5. addit idem procedere, 61
quando articularetur, quod teſtes examinati
falſum depoſuerunt ſuper articulos partis ad-
uerſæ, ſiue corrupti, aut ſubornati. * Et *in* 62
dicta num. 4 addit, quod articulus in termino
præſentatus, ſi pars aduerſa contrarium proba-
uerit, facta publicatione in termino repulſato-
rio, vel in cauſa appellationis, poteſt eundem
articulum præſentare, & inducere alios teſtes
ad probandum illud idem: alios duos caſus
adducit Riccius, & Capicius ab eo relatus *in*
deciſione 72.

AD

AD TEXTVM IN CAPITE XVIII.

Intimauit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Secreta ſub Sigillo confeſſionis; ea tamen ſi Sacramentalis, non ſit, non obligant ſub eo, ſed tantùm Sigillo ſæculari, taliter quod Iuridicè interrogatus debeat ea Iudici propalare* infra quæſt. 2.

I TExtvs iſte agit de eo, qui iurauit Teſtimonium non dicere, & ita alicui promiſit, an hoc Iuramentum ei obliget, vel eo non obſtante teneatur nihilominùs in cauſa, ad quam citatus eſt deponere, & decidit Pontifex teneri ad deponendum, non obſtante Iuramento, & reddit rationem Gloſſa *hic*, verbo *Iuramento*, quia vt iniquum tale Iuramentum non obligat iuxta dicenda *infra in cap. ad noſtram 2. cap. quintabalis, cap. ſicut, de Iuramento*, & de ratione dico *infra ad titulum de Teſtibus cogendis.*

II. Et *ibi* in verſic. *ſi eorum Teſtimonium publicatum non eſt, nec eſt abrenuntiatum, &c.* ex his verbis applicari quit integra materia, de qua *in cap. præcedenti.* Et quia *hic* agunt communiter Doctores de Teſtibus abrenuntiantibus; Ideò videbis dictum *quæſt. ſequenti.*

III. Et in dicto verſ. *ibi Iuramento contingit* Doctores agunt de obligatione detegendi ſecretum, & de illa quæſtione, nempe quod vulgatis conſuetudo detegendi aliis ſecreta, etiam ſub Sigillo confeſſionis, & ſi genibus flexis ſignum Crucis, & confiteor præmittatur, niſi fiat integra Sacramentalis Confeſſio omnium peccatorum, non obligat ad Sigillum confeſſionis, ſed ad Sigillum ſæculare, & ideò ſi quis interrogatur Iuridicè à Iudice, aut in teſtem vocatus ſit, poteſt, ac debet talia ſecreta, etiam nullo obſtante Iuramento ſeruandi reuelare Iudici: docent Abbas *in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſ. num. 25. in cap. dilectus, de exceſſibus Prælatorum num. 5. & in cap. qualiter, & quando, & l. 1. num. 7. & ibi* Innocent. *de accuſat.* Nauarros *in Manuali Latino, cap. 18. num. 54. in fine, & in cap. inter verba 11. quæſt. 3. Corolar. 63. num. 703.* Sotus *lib 5. de Iuſtitia, & Iure quæſt. 7. Art. 1. ad primum*, Abbas *in cap. ſi Sacerdos de Officio Ordinarij num. 7.* & plures, quos adducit Zenedus *in collect. 27. ad hunc textum num. 1.* & ad vberiorem tractatum huius difficultatis applicabis quæ adduxi *ſupra in cap. nouit, de Iudiciis quæſt. 28. 35. 36. 38. & aliis* Et applicabis multa quæ dico *in dicto cap. ſi Sacerdos de Officio Ordinarij:* Videbis quæ notat Barboſa *hic.*

QVÆSTIO I.

An ſi Teſtibus, allegationibus, & probationibus per partes ſit renuntiatum, poſſint amplius in eadem cauſa produci poſt publicationem: Vel in cauſa appellationis: Et quid ante publicationem?

SVMMARIVM.

1 *Teſtes amplius produci nequeunt, poſtquam à partibus eſt eis, & allegationibus renuntiatum ſpecialiter, quid ſi generaliter, n. 2. 3. 4. fallit in criminalibus Matrimonialibus numero 5. 6. 7. 8.*

9 *Renuntiatio Teſtium nocet quo ad Teſtes, qui poterunt produci tempore renuntiationis, non quo ad alios impeditos.*

10 *Renuntiatio Teſtium vnius partis, non præiudicat alteri non renuntianti n. 11. 12.*

13 *Renuntiatio facta Teſtium in prima inſtantia, non porrigitur ad ſecundam, nec ad Articulos dependentes. n. 14. 15. 16. 17.*

18 *Renuntiatio generalis Teſtium ante publicationem non ſufficit, quin renuntians admittatur ad probandum, num. 19.*

20 *Renuntiantem Teſtibus, poteſt Iudices ex iuſta cauſa admittere ad probandum, n. 21.*

VT ad difficultates huius quæſtionis principalis reſpondeam, dico, vt quemadmodum poſt publicatas atteſtationes, & dedicitâ teſtificatâ, pars non poteſt deinceps Teſtibus vti, iuxta tradita *in cap. præcedenti*, ita & ſi à partibus Teſtibus, & allegationibus renuntiatum ſit non poterunt ampliùs produci in eadem cauſa ex textu noſtro *hic, & in cap. de Teſtibus*, ibi *niſi forſitan ſufficiens productio Teſtium ſuper principali facta fuerit, vt renuntiatum Teſtibus, vel depoſitiones Teſtium fuerint publicata, & in cap. cum veniſſent iuncta Gloſſa* verbo *renuntiatum hoc tit. docet Gloſſa in cap. conſtitutus eodem*, docent hic communiter Doctores per verbum, nec eſt *abrenuntiatum* ſumpto argumento à contrario ſenſu, Butrig. *in 2. notab. n. 1.* Imola *col. 1. in princ.* verſic. *item nota duos*, Ancharanus *num 4. & 6. Gloſſa in dicto cap. cum veniſſet*, in verbo *renuntiatum*, quæ adducit tres rationes pluribus adductis; Sequitur Farinacios *de Teſtibus q. 75. à num. 275.* vbi ait hanc doctrinam procedere, quando eſt ſpecialiter renuntiatum productioni Teſtium ſuper certo Articulo expreſſo in renuntiatione, quia tunc in cauſa principali Teſtes non poſſunt examinari ſuper certo illo Articulo, cui renuntiandum eſt, Imola *in cap. Fraternitatis ſupra hoc tit. n. 5.* verſic. *circa*, Hentic. Boyc. *num 3. & in dicto cap. cum veniſſet*, vbi Baldus *n. 7.* Bellameta *n. 9.* Butrius 4. & alii communiter. 1

Videtur obſtare huic tamen doctrinæ, *Gloſſa in Auth. iubemus, Cod. de* Iudiciis, *& in Auth. de Teſtibus, §. quia verò multi,* verbo, *quartam productionem*, vbi habetur ſolam renuntiationem ſine Teſtium publicatione, vt abſque eo, quod altera pars teſtificata dedicerit non ſufficere ad ad hoc, vt alterius non producantur de nouo Teſtes in eadem inſtantia. † Et ita ſequitur Angelus *in dicto §. quia verè num. 24.* vbi quod licet Canoniſtæ teneant primam opinionem; Ipſe verò ſequitur hanc contrariam, quando renuntiatio 2 3

tio eſt generalis, & non facta ſuper certo Articulo; quo pacto iam hæc ſententia, non contrauenit primæ relatæ: Vide quos congerit Farinacius *ſupra num 276.* Abbas *in dicto cap. fraternitatis num 6.* Bart. *in Auth. at qui ſemel, Cod. de probationibus num.12.* Rodriguez *de ordin.proceſſu cap. 8. num.6.*

4 Ratio autem deducitur ex his, quæ latè adduxi *in cap. ſi diligenti, de foro comp.* Eſt enim cuique liberum iuri ſuo renuntiare, *cap. quia periculoſum 7. q. 1. l. ſi quis in conſcribendo, Cod. de pactis*, & ſicut alicui, licet renuntiare inſtrumentorum productioni, vt probat textus *in l. 3. Cod. de fide inſtrument.* Ita & licitum renuntiare Teſtium productioni; docuit Gloſſa *in dicto cap. de Teſtibus.* verbo *renuntiatum*, & Bartolus *vbi ſupra in dicta Auth. at qui ſemel num.6.* & confirmatur ex textu, *in l. quaritur 14.. § ſi Venditor, ff. de adilitio edicto*, vbi non datur amplius regreſſus ad actiones eis, qui eas remittunt.

5 Verùm textus *in cap cauſam, quæ & l. a. hoc tit.* vbi Ioannes Andreas *in ſummario*, Baldus *col 1. in princip.* Butrius *n. 1.* Imola *in ſummario & n.4.* Ancharranus, Zabarella *in princ.* Anna *n.1.* Aretinus *ante num 1.* Felinus *in ſummario, & in dicto cap fraternitatis*, docent prædictam regulam procedere quo ad Articulos iam productos; ſecùs quo ad Articulos producendos, quia Teſtium renuntiatio in certis capitulis, non præiudicat procedere volenti in aliis vel nouis capitulis, videndus Pariſius *à n. 17 18.* & *19.* in verſic. *conſideratis*, vbi relatis. & reprobatis contrariis, benè probat Campegius *de Teſtibus, Regula 175. in 3. fallentia*, vbi tamen loquitur de nouis capitulis pertinentibus, & ita tenendum eſſe docet Farinacius *ſupra à n. 288.* licet Guill. de Monte Laud. *in Clement 2 hoc tit. n 2. poſt medium*, verſic. *fallit, vbi eſſet renuntiatum de Teſtibus*, dicat renuntiationem obſtare, etiam volenti producere Teſtes ſuper nouis Articulis, & capitulis.

6 Vnde fit quod regula textus noſtri non procedat in multis, veluti in cauſa criminali, vbi etiam ſi probationibus renuntiatum ſit adhuc partes admittuntur ad probandum, Baldus *in dicto cap. cum veniſſet n.7.* verſic. *fallit 10.* Ancharranus *à n.14.* vbi latiſſimè ponunt, quando valeat talis renuntiatio, tam ex parte Rei, quam ex parte Actoris, Bart. *in dicta Auth. at qui ſemel, n.14.* vide Farinacium *ſupra n. 290.* & latiſſimè *lib. 2. in practicis crimin. tit. de indiciis, & Tortura q. 39. num. 51.*

7 Item etiam non procedit renuntiatio in cauſa Matrimoniali; quia adhuc recipiuntur Teſtes, non obſtante ea, ſic Hoſtienſis *in cap. conſtituntus, & l. 2. hoc tit. col. cum fin. in fine*, in verbo *renuntiauerint*, per textum *in cap. ficut, §. fin. de ſponſ. & in cap. tuus extra hoc tit.* Albericus *in dicta Auth. at qu. ſemel num.7.* Vbi tamen loquitur in Iudice Te-
8 ſtes ex officio recipiente. † Et Baldus *in dicto cap. cum veniſſet, n.7.* verſic. *item fallit*, ait Regulam non procedere, quando quis formaret Articulum indirectè contrarium primo, quia tunc poteſt ſuper eo Teſtes examinare. Et ob id videtur dicendum, quod poſt renuntiationem admittatur renuntians ad probandum aliquam exceptionem, & iterùm ſuper illa exceptione admittentur ad excipiendum, vel per Teſtes, aut alio modo, Angelus *in dicta Authentica, at qui ſemel poſt num.4. Cod. de probat.* Innocentius *in dicto cap. cum veniſſet, n. 1.* in verſic. *renuntiatum*, Bellamera *num.9. num.10.* Baldus *n. 7.* Abbas *n. 3.* & cum aliis Farinac. *n. 296.* † Vbi *n. 298* ait quod 9
renuntiatio nocet, quoad Teſtes, qui poterant produci tempore renuntiationis, ſecùs quo ad illos qui produci non poterant propter ignorantiam; quia tunc talis renuntiatio non eſt impedimento, quin de nouo producantur adhibito Iuramento, Bart. *in dicta Auth. qui ſemel*, per textum *ibi*, vbi addit rationem, quia renuntiatio non trahitur ad ignota, *l. mater ff. de inofficioſo Teſtamento, l. legitimam, ff. de petitione hereditatis*, & quia non valet renuntiatio probationis Teſtium, niſi fuerit iurata, iuxta Felinum *in dicto cap ſi diligenti de foro comp. n. 14.*

Et venit amplius declaranda regula ſupra dicta, vt ſcilicet renuntiatio vnius partis non præiudicet alteri non renuntianti, & producere volenti, Bart. *in dicta Auth. at qui ſemel, num.15.* per textum, *in dicta Auth. iubemus. Cod. de Iud.* cum aliis Farinacius *de Teſtibus, dicta quaſt. 75. num.292.* vbi *num.293.* cum Aretino *in dicto cap. cum veniſſet, n.4.* contra Baldum per eum allegatum, ait id etiam procedere in renuntiatione, parte abſente, quæ non nocet. † Imò & Mon- 11
ticel. *in repertorio Teſt. Rubr. Teſtium productioni, quomodo renunc. col. 2. verſic. a. fol. 117. & 116. col. a.* verſic. *tertio*, dixit quod non obſtante renuntiatione poteſt quis producere Teſtes & inſtrumenta ſimul, & multò magis poſt renuntiationem Teſtium, poſſe produci inſtrumenta ſolùm, de quo dico *in capite cum dilectus, de fide inſtrumentorum*, docet Abbas *in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſ. & prop. num. 7.* prout refert
Monticel. † Qui ait ampliùs, vt ſi quis renun- 12
tiaret Teſtium & inſtrumentorum productioni, talis renuntiatio non valeret: Sequitur Farinac. *ſupra, num. 300. & 301.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, Innocentius 13
in cap. fraternitatis ſupra hoc tit. in verbo vtetque ibi Hoſtienſis, *in princ.* in verbo *noui*, Baldus *num.4.* verſic. *quinto nota*, Butrius *num. 2. in 2. notabili, & n. 3. in 4. notab.* Ancharranus *n. 3. in 2. notabili* Zabarella *col. 1.* Abbas *n. 4.* Aretinus *n. 5.* Pariſius *poſt num. 3.* verſic. *item dum*, docent quod talis renuntiatio trahitur etiam ad cauſam appellationis, itavt renuntians Teſtium productioni non vſque ampliùs poſſit ſuper eiſdem Articulis Teſtes producere, non ſolùm in prima inſtantia, ſed nec etiam in ſecunda, & Pariſius *vbi ſupra* id probat *ex dicto cap. fraternitatis*, ponderans illum, & *dicto n.7. in princ.* vſque ad verſiculum, *quo fit*, vbi refert contraria, & illis reſpondet, & *n.8.* poſt medium, verſ. *verùm quia.*

Sed quia multi alij Doctores doceant quod re- 14
nuntiatio facta in prima inſtantia ſine publicatione, non impediat, vt vnuſquiſque litigantium poſſit in ſecunda, & tertia inſtantia ſuper antiquis & primis Articulis producere Teſtes ſpecialiter *in tit. de Teſte. §. ſatis vtiliter n 9.* verſic. *ſi verò*, Lanf. *de Teſtibus, num.44. in diſcurſu*, Campegius *in eodem tractatu, Regula 175. in 4. fallent.* & Pariſius *in dicto cap fraternitatis, dicto n.7.* verſ. *in curia, & n 8. ante medium*, verſic. *ſed quando, & poſt medium*, verſic. *tamen vt dixi, & num.19. poſt medium*, verſic. *quæ concluſio*, vbi quod non obſtante renuntiatione, facta in prima inſtantia poſſunt in cauſa appellationis produci Teſtes ſuper primis Articulis, ſiue renuntiatio fuerit generalis, ſiue ſpecialis, niſi tamen fuerit expreſſa ad cauſam appellationis. † Ideò alij, in- 15
ter

ter qnos Bart. *in dicta Auth. at qui ſemel*, *Cod. de
probationibus*, *num.* 16. Et ibi Angelus *num.* 4. *in
fine* Innoc. *in dicto cap. cum veniſſet*, *hoc tit. n.* 3.
ibi Hoſtienſis *n.*6. Andreas *n.* 5. Henric. Boye. *à
n.*1, *iuncto num.*3. Baldus *n* 6. & alij relati à Fa-
rinacio *dicta q.*75. *à n.*181. dixeruut quod ſi re-
nuntiatio facta in ptima inſtantia eſt generalis,
nullà factâ mentione de cauſa appellationis, tunc
vtique ad ſecundam inſtantiam non trahi, & his
in terminis poſſe procedete bane ſecundam opi-
nionem, ſin autem renuntiatio ſit ſpecialis, & ex-
preſſa, etiam ad cauſam appellationis : Tunc ad
eam trahi ſine dubitatione, & boc in caſu proce-
dere primam ſententiam.

16 Et ſic Hoſtienſis *in dicto cap. fraternitatis*, *n.*2.
in verbo aliquid, Baldus *in ſummario* Imola *n.* 1.
in 1. *notab.* & *n.*6. Ancbartanus *n.* 3. Zabarella
*col.*1. Abbas *in ſummario ante num.* 1. Aretinus
*ante num.*1. & *n.*4. Marianns *n.*1. *in primo notabili*,
Pariſius 3. & 8 & *n.*19. Campegius *de Teſtibus*,
*Reg.*175. docent dicta in bac ſecundæ quæſtio-
nis parte non procedere, quod noua capitula, ſu-
per quibus renuntiatio facta in cauſa principali,
non obſtat in cauſa appellationis, quod colligi-
tur ex verbis expreſſis *dicti cap. fraternitatis*, ibi
in qua Teſtibus renuntiatum conſtet, & ibi, *& eos
credimus poſſe recipi ſuper nouis, dumtaxat capitulis*,
17 Farinacius *dicta q.*75. *n.*284. † Qui *n.*286. hoc
dictum verum dicit reſpectu nouorum capitulo-
rum dependentium à primis, ſuper quibus Te-
ſtes benè poterunt examinari, non obſtante re-
nuntiatione factâ in prima inſtantia, & Ioannes
Andreas *n.* 5. *ante medium*, verſic. *ſi verò*, am-
pliat hoc procedere, ſiue renuntiatio ſit genera-
lis, ſiue etiam ſpecialis : Sequitur Henric. Boyc.
*n.*2. *ad finem*, Bellam *n* 9. & 10. Butrius *n.* 4. ſe-
cus autem ſi Articuli ſunt omninò noui, non
pertinentes ad cauſam, neque dependentes à
primis, iuxta Gloſſam *in dicto cap. fraternitatis*, in
verbo *nouis* & iuxta ea quæ dixi *ibi*, latè, quo pa-
cto exiſtimo componendum eſſe, Bellamer *in di-
cto cap. fraternitatis n.*33. in diſcurſu contrarium
iactæ declarationis tenentem, vt per Marianum
ibi, *n.*6. *in fine*, verſic. *in Gloſſa penultima*.

18 Ad tertiam quæſtionis partem breuiter dico,
qnod Gloſſa *in §. quia verò*, verſic. *ſi verò Auth.
de Teſtibus* in verbo *quartam*, verſic. *ſed an ſuffi-
ciat tantũ renuntiaſſe ibi*, Angel. *n.*4. ait contra Ca-
noniſtas, qnod ſola renuntiatio ſine publicatione
non ſufficiat, quando ſcilicet renuntiatio gene-
ralis fuerit, & non facta ſuper certo articulo
multis adductis refert Farinacius *dicta quaſt.* 75.
*de Teſtibus num.*276.

19 Qui *n.* 287. dicit regulam, de qua nunc lo-
quimur procedere, etiam quod renuntians ante
renuntiationem nullos produxerit Teſtes, vt
probat Gloſſa fin. *in dicto cap. cum veniſſet*, *hoc
tit* per illum textum ibi, *ſuper quibus, vel Teſtes non
fuerint producti, vel renuntiatum*, & ibi Butr. *n.* 8.
Imola 6. Abbas *poſt n.*1. Aret. *n.*24. vbi teſtatur
de communi opinione, licet contra eam aliquas
rationes adducat.

20 Pro complemento notabis poſſe Iudicem ex
aliqua iuſta cauſa, quæ ibi iuſta viſa ſit admitte-
re probandum eum, qui renuntiauit Teſtium pro-
ductioni, & probationibus, Bald. *in dicto cap. cum
veniſſet*, *n.*7. Henr. Boyc. *n.*1. Bellam. *poſt n.* 10.
verſic. *niſi*, etenim Huſtienſ. *hic n.*3. Ioann. Andr.
*n.*3. Bald. *col.*1. verſic. *ſed pone*. Bellam. *n.*1. & 4.
Butr. *num.*3. docent ex generali elauſula, *ſi qua
mihi iuſta cauſa*, & poſſe concedi reſtitutionem ad
examinandum Teſtes, non obſtante renuntia-
tione, & Butr. dicit præſertim procedere, quan-
do producens fuit bannitus. † Et Imola *col.* 2. 21
verſic. *vltimo attende*, idem docet de reſtitutione
ex cauſa impedimenti, ſiue ex facto Iudicis, ſi-
ue ex facto Aduerſarij : Optimè exemplis decla-
rat Aretinus *à num.*5. Abbas *num.* 5. & Felinus
à num 2. & 3. omninò videndi, alios refert Fa-
rinacius *dicta q.*75. *n.*194 & 195.

QVÆSTIO II.

*An ſecretorum fides ſit ſub Præcepto Diui-
no, & poſitiuo : Et an liceat Iudici in-
formationem vnius Litigantis alteri tra-
dere?*

SVMMARIVM.

1 *Secretorum receptum, etiam ſub ſecreto natu-
rali verius eſt, vt iuſta cauſa probari queat;
itavt non peccet propalans, à num. 7. exor-
natur, num. 3. 4. 5. 6. & num. 8. 9. & 10.
vbi exemplificatur in Religioſo in Teſtibus, &
ob vitandum graue damnum proximi, nec
licet Iudici informationem vnius tradere alij
litiganti, num.*10.

PEr hunc textum DD. agunt de hac difficulta- 1
te quemadmodum notat Ricc. *in collect.*961. *ad
textum hunc*, vbi ait taliter ſub præcepto eſſe ſe-
cretorum fidem, quod ad eam cuſtodiendam qui-
libet tenetur Diuino & poſitiuo iure, & probat
ex illo Matthæi 18. *ſi peccauerit in te frater tuus,
corripe eum inter te, & ipſum ſolum*. de quo dixi la-
tiſſimè *in cap. nouit, de Iud. à q.*17. vbi latè egi *de
modo obſeruando in correctione fraterna*. † Et ſic in- 2
fert Ricc. cum Francb. *deciſ.*484. quod Executor,
cui eſt commiſſa ſecretè legati diſtributio in per-
ſonam ei per Teſtatorem nominatam cogi non
poſſit ad eam declarandam. † Item ſecundo in- 3
fert ad deciſionem Annei Roberti *lib.* 1. *rerum
Iudicatarum*, vbi fuit dictum Religioſum, cui ſe-
cretè à Teſtatore fuit commiſſa diſtributio legati
ſiue pecuniarum non poſſe cogi à Superiore ad
declarandam mentem Teſtatoris, & ad propalan-
dum ſecretum, quam notat ad Gloſſam celebrem
in l. Lucius Titius, ff. de leg. 2. & ad Bart. *in l. qui hæ-
redi, ff. de rebus dubiis*. † Et tertiò infert ad re- 4
ſolutionem ſacræ Congregationis Illuſtriſſimo-
rum Interpretum Tridentini Synodis *ſuper ceſ-
ſione* 24. *cap.* 2. *de regular*. Ex quibus ſatis contra
noſtrum textum videbatur dicendum non tene-
ri ad teſtificandum illum, qui ſub Iuramento, &
ſub ſecreto aliquid ab alio ſciuerit.

Cumque lege naturæ obligemur, non reuelare 5
ſecretum proximi, niſi ob publicum bonum, vt
in caſu hæreſis, & ſimilibus, iuxta ea, quæ addu-
xi *ſupra in dicto cap. nouit*, *q.*28. 35. 36. & 38. Ideò
euenit vt ſi ſecretum concernat bonum publi-
cum, teneamur illud ſeruare etiam cum periculo
mortis, quia naturalis ratio ſic dictat multis ad-
ductis exemplificat Diana *p.*6. *tract.* 6. *reſ.*60. Fa-
gund. *in præcepta Decalogi*, *lib.*8. *cap.*6. *n.*11. Na-
uarr. *de reſtitutione*, *lib.*2 *cap.*4. *n.*130. † Et ob id 6
Turr. *in* 2a. *D. Thom. diſp* 53. *dubio* 8 *n.*1. & alij
docent quod qui ſine cauſa iuſta manifeſtat de-
lictum proximi occultum vni, vel duobus viris
pruden

prudentibus, quos ſcit non euulgaturos peccare mortaliter, quia diffamare proximum apud vnum virum magni nominis, eſt maioris detrimenti, quàm apud decem plebeios: Videbis quæ tradit Diana *p. 3. tractatu 5. reſ. 33. & p. 2. tract. 17. reſ. 22.* Ergo.

7 Sed nihilominùs in caſu, de quo loquimur textus noſter aliter res ſe habet, quia etſi tibi ego ſub iuramento promiſiſſem non reuelare, quod ego à te ſciuiſſem, ſeu alio modo ſub ſecreto; Tamen ſi legitimè interroger à Iudice, ſeu ad inſtantiam partis, non teneor ad obſeruantiã illius ſecreti iurati ex eo, quia vt ait Gloſſa *hic*, eo ipſo quod voluiſti ſubtrahere copiã probationis aduerſario ſuo præſumeris fouere cauſam iniuſtam, & experiri debes ante Iudicis authoritatem eluſam iuxta textum *in cap. infames* verſic. *ſi quis autem 3. q. 7.* & facit textus, & *ibi dicta in cap. peruenit, de Teſtibus cogendis.*

8 Vnde fit vt non obſtante Iuramento tali (de quo hic) quod iniquè fuit extortum, tanquam contra bonos mores debent Teſtes iurare de dicenda veritate ſuper negotio principali, cum illud Iuramentum illicitum fuerit, & ſine peccato obſeruari non poſſet, cum celare veritatem ſit peccatum mortale, vt latè dico *infra in cap. 1. de crimine falſi*, & ſic Teſtis, ſiue Teſtes denuntiandi ſunt ſe illo Iuramento non teneri iuxta textum *in cap. conſtitutus, hoc tit.* vti habetur *in cap. olim infra de accuſat.* Et probat iterùm Gloſſa *hic* quia temerarium iuramentum non repellit à promotorio, *in cap ſicut, de Iureiur.*. & ſic nec à teſtimonio, vt *hic*.

9 Itaque quemadmodùm ad vitandum graue damnum v. g. torturam poteris licitè alterius crimen occultum, & peccatum tibi ſub ſecreto reuelatum manifeſtare; Etiamſi inde mors illi immineat, aut infamia ſequatur, modo illud ſecretum ſine vi & fraude ab eo acceperis; ita ſimiliter cum ſecretum, ſeu iuramentum non deponendi. de quo *hic* ſpectatet ad bonum particulare illius, qui illud extorſit, & ex alia parte expectet ad bonum Reipublicæ veritatem deponere; Ideò in noſtro textu diſpoſitum eſt, vt non obſtante iuramento promiſſorio adductus in Teſtem teneatur ad deponendam veritatem, ne fiat impedimentum cauſæ progreſſui & eius veritati, quod eſſet contrarium bono communi; Ita docent Doctores *hic*, ex quo facilis extat reſponſio ad dicta *ſupra à n. 1.* quibus contrarium videtur eſſe probandum, & applicabis quæ adduxi *ſupra, in paraphraſi ante quæſtionem, n. 1.* Alia dico *in cap. ſi Sacerdos 2. de Officio Ordinarij*, & applicabis quæ dico *infra in cap. breui de Iureiur. q. 1.* verſic. *ad ſextam*, & vberiùs quæ adduxi *de obligatione denuntiandi ex vi Monitoriorum in cap. ad noſtram. 20. de Iureiur.* Et applicabis quæ dico *infra in cap. ſuper eo 22. q. 3.* verſic. *ad quartam.* Et *in cap. cum à nobis 28. q. fin.* verſic. *ad tertiam.*

10 Ad ſecundam quæſtionis partem, de qua in terminis Cardin. Lugo *de iuſt. tom. 2. diſp. 37. ſect. 15. n. 183.* Sanchez *in opuſculo tom. 1. lib. 3. cap. vnico dubio 44 n. 3.* & nouiſſimè Diana *p. 11. tract. 7. reſ. 20.* breuiter dico, vt peccet cum faciat contra fidelitatem ſecreti ſibi commiſſi, quia etſi Lugo videatur Iudicem ea culpa ſi alteri parti informationem iuris ſibi datæ ab vna parte alteri communicet, eo quod ſic poſſit inueſtigare ad Iudicandum veritatem Rei ſuper qua litigatur cum à parte aduerſa inſpecta illa iuridica informatione vberiùs reſpõdendo aperiet Iudici veritatis viam, tamen adhuc cum videam in praxi omnium Tribunalium vt prædictæ informationes iuris nunquam communicentur inter partes cum ſint cautelæ; & inſtrumenta priuata, credo vt nunquam liceat Iudici Aduocato, Procuratori, nec impreſſori illam, aut illas Aduerſario porrigere etiam gratis, ſic Sanchez. & Lugo. *num. 184.* & Diana.

AD TEXTVM
IN CAPITE XIX.
Cauſam quæ, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.
SVMMARIVM.

4 Cap. præſentata 50. hoc tit, cum textu noſtro.

I. VT textus huius materiam ad ſaturitatem explices, videbis quæ adduxi ſupra *in c. fraternitatis 17. & in c. intimauit, 18. hoc tit.*

II. Et ibi *quoddam priuilegium.* Et ibi *Epiſcopus intimauit quædam capitula eidem priuilegio eſſe incerta, quæ obuia rationi videntur.* Per hæc verba agi poterat de valore priuilegij, & in quibus debeat obſeruari, de quo latè dico *in tit. de priuilegiis*, & videbis quæ gloſſa huius textus notat aliquid de illius obſeruantia, *in cap. penult. de præſcript.*

III. Et ibi *concordia, vel Iuſtitia mediante*, applica *dicta in cap. 1. de mutuis petitionibus q. fin.* videbis quæ notat Barboſa, *hic n. 3. & 4.* vbi ait quod reſcriptum impetratum contra conſuetudinem & ſtylum Principis ſuſpectum eſt de falſo: Nam priuilegia debent concedi iuxta ſolitam formam, non contra eam de quo alibi dico.

IV. Et ſi deſideres intelligere textũ noſtrum, leges quæ adduxi *infra, in c. præſentata 50. de Teſt. in fine*, vel Barboſa illum textum expendens docet hunc quatenùs agit de Teſtibus receptis à Iudicibus, vt patet ex verſic. *Iudicibus*, tamen ait *ibi* non ſupponi receptionis defectum in Teſtibus propter defectum publicationis, ſeu propter alium defectum, quem poterant habere, quin imò poſſe hunc textum retorqueri, ſi aduertas hic hac de cauſa fuiſſe factam mentionem de publicatione atteſtationum, quia prætẽdebatur oſtendi quod noua Teſtium receptio, non impediebatur propter publicationem, quæ proceſſerat iuxta tradita *in c. præſentium, infra hoc tit.* vbi etiam idem Barboſ. quæ expoſitio non refragatur *d. c. repreſentata*, qui agens de Teſtibus non à Iudice; ſed ab Arbitro receptis, iubet, vt reſeruata maneat optio circa receptionem Teſtium, de quibus agit, & eorum repulſionem ad effectum, vt iterùm examinentur.

AD TEXTVM
IN CAPITE XX.
Perſonas, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD materiam huius textus ſpectant quæ adduco *infra, in cap. fin. de Teſtib. cogendis*, vbi

vbi ago *de admittendis in Teſtes*, *vel non ſociis criminis*. I. Et applicabis quæ adduxi *ſupra in cap. quoties*, 5. *hoc tit. quæſt.* 1. & 2. vbi *de Teſtibus aliquod intereſſe*, *ſin affectionem habentibus*, ibidem & *de Teſtibus*, *de vniuerſitate*, *ſupra in cap. tertio loco*, *de probationibus*, & nonnullæ *in cap. cum nuntius* 12. *hoc tit.* II. Es applicabis dicta *ſupra in cap.* 4. *de foro compet. quæſt.* 31. *à num.* 8. vbi agis de quæſtione, an poſſit recuſari, qui Iudicauit in cauſa ſimili.

QVÆSTIO I.

An abſolutè verum ſit, vt Teſtis cauſam ſimilem habens à Teſtimonio repellatur: Et quid de Teſte nimis animosè deponenti: Seu de Teſte nimis verboſo: Et de aliis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis habens ſimilem cauſam, & commodi proprij à Teſtimonio repellitur, etiamſi præſtetur illud non ſperare*, n. 2. 3. 4. 5.

6 *Teſtis nimis animosè deponens, repellitur vt ſuſpectus, & quando talis dicatur*, n. 7.

8 *Teſtis nimis verboſus, ſeu nimis citò reſpondens repellitur vt ſuſpectus*, n. 9. 10. 11.

12 *Teſtis deſiderans ex præſumpta affectione Victoriam ſuæ partis idoneus non eſt* n. 13. 14.

1 AD primam quæſtionis partem, videtur dicendum ex verbis textus noſtri, vt Teſtis habens cauſam ſimilem cauſæ illum producentis ob præſumptam affectionem, non ſolùm non ſit idoneus & integer, ſed & à teſtimonio repellatur, ibi *nolumus vt aliqui conſimili morbo laborantes*, vbi Doctores notant, & Campegius *de Teſtibus*, *Regula* 56. *in princ.* & *Reg.* 57. *per totam*, ponit plures ſpeciales caſus, in quibus conſimilem cauſam habens à Teſtimonio repellitur, alios ponit Hieronymus de Monte *de finibus re-*
2 *gundis cap.* 58. *num.* 3. † Vbi concludit quod non ſolùm talis teſtis non probat ſemiplenè, verumetiam in totum à teſtimonio repellatur, Maſcardus *de probat. concl.* 1357. Lanfrancus *in cap. quoniam contra falſam* 11. *de probat.* verbo *Teſtium*, *num.* 72. *in fine* verſic *de habente cauſam ſimilem*.
3 † Vbi magiſtraliter loquendo dicit, quod licet in hoc diuerſæ fuerint opiniones; Verior tamen videtur ſententia Ioannis Andreæ, & Imolæ in noſtro textu concludentium. Quod ſi per deciſionem cauſæ, in qua Teſtis examinatur, aliquis fauor inſurgat cauſæ ipſius, vel aliquid emolumenti non poteſt ad Teſtificandum admitti, aliàs ſic.

4 Vnde communiter Doctores cum Abbate *hic*, *n.* 2. *col.* a verſic. *intellige*, intelligunt textum noſtrum procedere quoties aliquis in Teſtem adducitur in cauſa, in qua habet commodum intereſſe, vel affectionem, his enim ceſſantibus cauſæ ſimilitudinem non operari, vt Teſtis à dicendo teſtimonio repellatur, & in tantum hoc eſſe verum Iudicant Campegius *dicta Reg.* 56. *de Teſt. in* 2. & 3. *fallentia*, Lanfrancus *ſupra n.* 77. *in fine*, quod non omne commodum, aut intereſſe, vel affectio, Teſtem iſto caſu ob cauſæ ſimilitudinem à teſtificando repellat, ſed Iudicis arbitrio relinqui quale, & quantum eſſe debeat.

5 Et licet idem Campegius *dicta Regula* 56. *de Teſtibus*, verſic. *ſed hoc fallit*, & Maſcardus *de probat. dicta concluſ.* 1357. *n.* 57. dicant prædictam Regulam textus noſtri non habere locum, quando Teſtis expreſsè proteſtaretur quod non intendit ex illa depoſitione & deciſione illius cauſæ aliquid commodi reportare in ſua: Tamen mihi videtur hoc eſſe relinquendum Iudicis arbitrio, quia aliàs euenire poſſet, vt ſub falſa proteſtatione Teſtis ſic proteſtans, commodum reportaret, niſi tali modo proteſtaretur, nempe ſe velle vt non ſtetur ſuæ depoſitioni, ſi conſtet aliquid commodi ei obtingere, quod probo ex his, quæ docet Farinacius *de Teſtibus*, *q.* 60. *à n.* 51. & 45. vt ſi Teſtis declaret, & proteſtetur, quod ex ſua depoſitione nullum intendit commodum reportare, tunc admittatur in Teſtem.

Ad ſecundam quæſtionis partem dico, quod 6
propter præſumptã affectionem reputatur etiam
ſuſpectus, & non idoneus Teſtis nimis animosè
deponens, vt docet Baldus *in l. Teſtium*, *num.* 17.
verſic. *circa. Cod. hoc tit.* Alex. *conſ.* 15. *n.* 4. *lib.* 3.
Anchatranus *conſ.* 227. Aymon *conſ.* 2. *num.* 6. &
conſ. 249. *n.* 4. verſic. *ſaltem*, vbi voluit non eſſe
credendum Teſti affirmanti id quod verè ſciri
non poterat, quia tunc dicitur nimis animosè, &
audacter deponere, quod & ante eum voluit Ca-
lcan *conſ.* 25. *circa medium.* † Dicens quod Te- 7
ſtis tunc dicitur animosè deponere, quando in
fauorem producentis conſtanter aſſeuerat illud
quod certitudinaliter ſcire non poterat: Aliis
adductis probat Farinacius *de Teſtibus quæſt.* 60.
à n. 35. Menochius *de præſumpt. lib.* 2 *præſumpt.* 55.
n. 3. Maſcardus *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1368. *n.* 2.
& Caputaq. *deciſ.* 176. *n.* 5. *p.* 3. vbi dicit quod
Teſtis dicitur animosè deponere, quando probat
cum ſua depoſitione omnes articulos partis,
etiam de præſenti.

Ad tertiam quæſtionis partem, dico quod Te- 8
ſtis in ſua depoſitione, nimis verboſus ſuſpectus
eſt, vt tenent Anchatranus *conſ.* 331. *n.* 1. *in fine*,
Tynditus *de Teſtibus*, *cap.* 8. *n.* 23. & *cap fin*, *n* 3.
Maſcardus *de probationibus lib.* 3. *concluſ.* 1368. *n.* 3.
cum aliis Farinac. *de Teſtibus*, *dicta quæſt.* 60. *à*
n. 37. † Vbi cum Boſio, & Marian. Monticel. 9
dixit ſuſpectum reputari Teſtem, nimis citò re-
ſpondentem, & repentinè loquentem. † Et ad- 10
dit cum Romano *ſingulari* 450. multò magis
ſuſpectum reddi, ſi ante lectum ſibi Articulum,
Teſtis reſpondeat.

Imò & econtrà ibi Farin. *n.* 40. ait quod Teſtis 11
reſpondendo moroſus præſumitur dubius, &
incertus, & ſic ſuſpectus.

Ex his ſequitur dicendum, quod non præſu- 12
matur idoneus Teſtis ille, qui propter præſum-
ptam affectionem deſiderat Victoriam ſuæ par-
tis illum producentis; ita Pariſius *conſ.* 53. *lib.* 4.
n. 17. & *conſ.* 61. *n.* 28. Anton. de Poſel. *inter con-
ſilia Matrimon. diuerſa*, *conſ.* 43. *lib.* 1. coram Do-
mino Cæſare de Graſſis *deciſ.* 85. *n* 1. & *deciſ.* 72.
n. 12. † Vbi amplias id etiam in cauſa Matrimo- 13
niali, quod ſcilicet Matrimonium affectuetur, &
ita tenendum eſt ſecundùm Farinac. *dicta q.* 60.
de Teſtibus, *n.* 46. & 47. † Licet contrarium vi- 14
deatur tenuiſſe Barbat. *in conſ.* 90. *col.* 4. *volum.* 3.
cuius opinio fortaſſis poterit ſuſtineri, quando
Teſtis ſui deſiderij redderet bonam rationem.

AD

AD TEXTVM IN CAPITE XXI.

Iudæi, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

TExtvs Iſte agit de admittendo Chri-
ſtiano in teſtem contra Iudæum, quod li-
cere ſcribit Pontifex *hîc* de quo videbis ſcripto-
res antiquos, & redditur hîc ratio, quia Iudæi
debent ſubiacere Chriſtianis; ſed an Chriſtiani
in aliquo poſſint ſubiacere Iudæis, videbis nota-
ta infrà *de Iudæis, in cap. Iudæi* 5. & *in c. ad hæc* 8.
& aliis in Iuribus *ibi*.

I. Et ibi, *cum illi aduerſùs Chriſtianos Teſtib.
ſuis vti præſumant*, quibus verbis venit in dubium
de Iudæo hæretico, ſeu infideli admittendo in
teſtem, & contra quos. II. Et pro materia hu-
ius text. applicabis quæ dico *in cap. eam te* 7. *de
reſcriptis*. III. Et quia nonnulli hic agunt de
aliquibus ſpectantibus ad legem Moyſi, vt notat
hic Azeued. *n.* 3. *&* 4. ideo applicabis quæ adduxi
de lege antiqua, & veteri *in c. trāſlato de cōſtitutionib.*

QVÆSTIO I.

*An Iudæus, Hæreticus, ſiue infidelis admit-
tantur in teſtes: In quibus caſibus, &
contra quos: Et Chriſtianus crimino ſus
contra Iudæum?*

SVMMARIVM.

1 *Iudæus regulariter non admittitur teſtis, nec
paganus, n.* 2. *nec dubius in fide, n.* 3. 4. *&* 5.
fallit, à n. 6. *in Iudicijs, ſecus in teſtamentis,
& contractibus, n.* 8. *vel quando ageretur de
conueniendo Chriſtiano, olim Iudæo, n.* 9.
6 *Iudæus ſi deponit pro Chriſtiano contra Chriſtia-
num, verius eſt, vt non credatur, n.* 7.
10 *Iudæus ſi cum aliis Teſtibus Chriſtianis deponit,
admittitur.*
11 *Iudæus, & alius quilibet infidelis productus à
Chriſtiano contra alios infideles probat, &
aliis in caſibus, n.* 12. 13. *&* 14.
15 *Hæreticus contra Hæreticum, teſtis admittitur.*
16 *Chriſtianus etiam crimino ſus, teſtis eſt contra
Iudæum, n.* 17.

1 ESt igitur dicendum regulariter Iudæum te-
ſtem eſſe non poſſe, iuſta deciſionem textus,
in cap. non poteſt, cap. pagani, & ibi Gloſſa, in
verbo *accuſare* 2. *q.* 7. *cap. ipſa* 23. *quæſt.* 7. *cap.
ipſa pietas* 23. *quæſt.* 4. *leg. quoniam, Cod. de hæ-
reticis*, textus, *hic* in verbo *præſumant*, vbi Abbas
num. 3. Felinus *in* 1. *gloſſa*. Maſcardus *de Probat.
concluſione* 944. & *concluſione* 857. *num.* 11. *lib.* 2.
latiſſimè Marquar. *in tractatu de Iudæis, parte* 2.
cap. 5. *à num.* 9. cuius rei ea nempe ratio eſt, cum
ipſi teſtimonio Chriſti, & Eccleſiæ non cre-
dant; æquum enim eſt, vt qui diuina teſtimo-
nia contemnunt humani teſtimonij pondus per-
didiſſe ſe noſcant, iuxta textum, *in dicto cap.
ipſa pietas* 23. *quæſt.* 4. alias plurea rationes ad-
ducit Marquar. *ſuprà dicto cap.* 5. *de Iudæis, à n.* 1.
pluribus adductis ſequitur Farinacius *de Teſti-
bus, quæſtione* 56. *à num.* 205. † Vbi ait præ- 2
dictam regulam procedere etiam in pagano, &
hæretico, & in quocumque alio infideli, quia
omnes, qui in fide non ſunt authoritate Sacro-
rum Canonum à teſtimonio repelluntur, *cap.
non poteſt, cap. pagani, cap. hæreticus* 2. *quæſt.* 7.
dicto cap. ipſa pietas 23. *quæſtione* 4. & *ibi* Gloſſa
in verbo *fideles*, *dicta leg. quoniam, Cod. de hæ-
ret.* Gloſſa *hîc* in verbo *præſumatur de hæret. lib.* 6.
& eſt ratio, quia omnes iſti ſunt de falſitate
ſuſpecti: nam ex quo infideles ſunt Deo, non
præſumuntur eſſe fideles hominibus; ita Ab-
bas *in cap.* 1. *de hæreticis*, Bartolus *in l.* 1. *Cod.
de ſumma Trinitate, & fide Catholica, num.* 11.
Afflictis *in deciſ.* 214. & probatur ex textu *in
cap. pagani* 2. *quæſt.* 7.

Imò idem dicendum eſt de eò, qui dubius 3
eſt in fide, vt docet Farinacius *dicta quæſtione* 56.
num. 107. quia dubius in fide infidelis eſt, &
hæreticus iudicatur, iuxta textum, *in cap.* 1. vbi
latè dico infrà *de hæreticis*, & hoc notat Gloſſa
fin. *ibi*. & poſt eam Abbas *in fine*, quibus addea
Gloſſam *in cap.* 1. in verbo *credimus ſuprà de
Summa Trinitate, & Fide Catholica*. † Videbis 4
quæ adducit Andreas Valenſis *in Rubrica hic
num.* 17. vbi ex textu, *in cap. nonne* 1. *quæſt.* 1.
ait quod ratione odij, quod Chriſtianos Iudæi
proſequuntur, non admittuntur in teſtes. Plures
Doctores adducit Zenedus *in collect.* 83. *fol.* 232.
ad hunc textum, qui docent de regula textus
noſtri, vt admittatur Chriſtianus in teſtem con-
tra Iudæos. Et quid econtra de Iudæis. † Vi- 5
debis quæ notat *hic* Barboſa *num* 2. vbi *num.* 3.
ait teſtes Hebræos in cauſis Chriſtianorum co-
adiuuari ab aliis integris Teſtibus Chriſtianis,
præſertim in materia difficilis probationis, &
quod faciant aliquam probationem contra Chri-
ſtianos, ſi ſint adminiculati.

Sed quia Felin *hic* nonnullas refert limitatio- 6
nes, & Campeg. *in tract. de Teſtib. concl.* 46. ſe-
cundùm ea, quæ adducit Gratian. *Reg.* 248. ideo
in primis dico valere teſtificationem Iudæi pro
Chriſtiano contra Chriſtianum, quia ſicut par
affectio omnem tollit ſuſpicionem; ita & par
cauſa odij, cum contrariorum eadem ſit ratio;
ita Valenſis ad Rubricam *hic*, §. 2. *d. num.* 17. *in
fine*: ſequitur Maſcard. *de Probationib. concl.* 944.
n. 6. † Sed aliter videtur dicendum per text. *in* 7
d. cap. hæreticus 2. *q.* 7. vbi dicitur quod Chri-
ſtianis intereſſe litigantibus, infidelis, nullus ad
teſtimonium pateat acceſſus. Idem ſtatuit Impe-
rator, *in l. quoniam, Cod. de hæreticis*, vbi diſpo-
nit contra Orthodoxos non recipi hæreticorum
vel Iudæorum teſtimonium, etiamſi vtraque
pars litigantium ſit Orthodoxa; ita Speculator
de Teſtibus, § 1. verſic. *item*, quod eſt Iudæus,
n. 59. Et vt veriorem hanc partem ſequitur Fari-
nacius *dicta quæſt.* 56. *n.* 219.

Et regulam text. noſtri veram eſſe in Iudiciis 8
tantùm non item in teſtamentis, & in omnibus
contractibus, dixit Felinus *hic in* 3. *fallentia*,
Afflictis *deciſ.* 214. *per totum*, & docent Docto-
res per textum, *in dicta l. quoniam, Cod de hæ-
reticis in fine*, & ibi Gloſſa: docet Gratianus *d.
regula* 248. *in fine*: Sed quia dubium fuit de
praxi huius declarationis, eo quod Bartolus
expendendo verba dictæ legis quoniam, dixit
iſtis interdici teſtimonium de his tantùm, quæ
videntur in Iudicio ſuper contractibus autem

eos poſſe Teſtes eſſe in Iudicio, etiam : Tamen Afflictis *deciſ.* 214. quem ſequitur Farinacius *ſupra dicta quæſt.* 56. *num.* 222. dicit obtentum eſſe regulariter, vt non faciant fidem quando examinantur vt Teſtes in Iudicio, etiamſi ſuper contractibus examinentur, & ratio huius limitationis eſt, ne probationis facultas coanguſtetur, vt benè adducit Afflictis *dicta deciſ.* 214. *per totam.*

9 Item quando ageretur de conueniendo Chriſtiano, olim Iudæo, qui diceretur reuerſus ad Iudaiſmum, dicendum eſt poſſe de hoc conuinci, etiam per Teſtes Iudæos, per textum *in dicto cap. contra Chriſtianos,* & *ibi* Gloſſa, & poſt eam Dominicus *de hæreticis, lib.* 6. ſequitur Felinus *hic num.* 2. Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 944. *num.* 7. & *concluſ.* 858. *num.* 21. *lib.* 2. ſequitur Farinacius *num.* 220. *ſupra dicta quæſt* 56.

10 † Qui *à num.* 223. cum aliis ab eo relatis refert Regulam principalem procedere, quando ſolùm adeſſet Teſtimonium Iudæi, quia ſi vltra eius Teſtimonium concurrerent aliæ coniecturæ, & præſumptiones, tunc ait ſuppleri defectus eorum : Ita cum Craueta latè hoc dictum probante *conſ.* 73. incipit, *dicendum videtur à num.* 18. Maſcardus *concluſ.* 944. *num.* 14. & præſertim quando cum infidelibus & Iudæis concurrent Teſtes Chriſtiani : Sic Baldus *hic*, Felinus *num.* 6. ipſe verò Farinacius dubitat de hoc dicto, eo quod Teſtimonium Teſtis inhabilis, qui in totum repellitur, nunquam ſuppletur ex numero Teſtium, vel ex adminiculis.

11 Verùm ſi Iudæi, & alij Infideles producantur in Teſtes contra alios Infideles; Tunc ſi producantur à Chriſtiano contra ipſos, ſiue ipſi inter ſe teſtificentur, admittetur eorum Teſtimonium iuxta textum *in dicto capite hæreticus* 247. *dicta l. quoniam, Cod. de hæreticis*, firmat Gloſſa penultima *in cap. multiplex*, in verbo *fidelium de pœnitentia. diſt.* 1. verſic. *item quod* Felinus *hic num.* 2. Campegius *Regula* 46. *in ſecunda fallentia*, Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 944. *num.* 12. *concluſ.* 857. *num.* 11. *lib.* 29. & expendens Accurtius *in dicta l. quoniam, de hæreticis, Gloſſa* 1. ait taliter procedere, vt ſi Iudæus à Chriſtiano producatur in Teſtem contra Iudæum valeat eius Teſtimonium, non ſolùm contra Iudæum, ſed etiam contra ipſum Chriſtianum producentem, & eſt ratio; quia Teſtis hodie ferre debet Teſtimonium pro vtraque parte, & non valet pro vna tantùm parte deponere, *cap. non ſanè* 14. *quæſt.* 5. *cap. hortamur.* & *ibi Gloſſa fin.* 3. *q.* 9.

12 Et in caſibus, in quibus aliter veritas haberi non poteſt, Iudæos, Hæreticos, & Infideles admitti ad teſtificandum contra Chriſtianos, docet Zefallus *conſ.* 227. *num.* 30. *lib.* 2. Imola *conſ. fin.* Farinacius *dicta quæſtione* 56. *num.* 10. & probat id ex his, quæ de Teſte inhabili dixit generaliter *à num.* 261. Qui *n.* 231. 232. 237. ait quod licet generaliter Iudæus, vel alius Infidelis non ſit idoneus Teſtis, ſemper tamen eum facere, qualem, qualem probationem, & licet eius teſtimonium non valeat puniri de periurio, ſi deponat falſum, vt tradit Marquarius *in tra-*
13 *ctatu de Iudæis, cap.* 5. *p.* 2. *ſub num.* 11. † Et licet idem Marquarius *dicto cap.* 5. *num.* 11. dicat Iudæi teſtimonium tunc reiici, quando ex aduerſo contra eius depoſitionem adſit alia depoſitio Chriſtiani valere teſtimonium Iudæorum, & idem teneat Zefallus *conſ.* 227. *num.* 29. *lib.* 2. qui pro ſe adducunt Baldum *in additionibus ad Speculatorem, tit. de Accuſatore*, verſic. *infamis.* Tamen Farinacius ait, quod ſi hæc limitatio vera eſſet, deſtrueret Regulam, & omnia iam dicta, imò aſſerit ſe non reperire Baldum hoc dicentem.

Et addit *num.* 235 quod etſi ſecundùm aliquos conſuetudine effici poſſit, vt Iudæus teſti- 14
ficetur contra Chriſtianum ex his, quæ tradit Marquarius *de Iudæis p.* 2. *ſub num* 16 cum Speculatore, & aliis. Tamen ait hanc conſuetudinem abuſiuam eſſe; Et videbis caſus, quos congerit *hic* Barboſa *à n.* 4.

Certum tamen eſt quod Hæreticus contra 15
Hæreticum teſtificare poſſit : Nam quamuis ſint infames inter ſe, in Teſtes admittuntur, cum inter eos non reputentur infames, vt colligitur *ex dicta l. quoniam iuncta Authentica, Gazaros, Cod. de hæreth.* & donat verbum *concedimus*, gloſſ. *in cap. ſi hæreticus* 2. *q.* 7. Felinus *in cap. Teſtimonium infra hoc tit. num.* 37. & hic docet Balboa *in cap.* 1. *de exceptionibus, num.* 75. vbi concludit poſſe infames teſtificare in defectum aliorum, & præcedente Tortura, vt *in leg. qui vltimo ſupplicio, ff. de pœnis, leg. ob carmen, §. ſi ea conditio, ff. hoc tit.* & *in leg.* 8. *tit.* 16. *p.* 3. de quo dixi *in cap. per tuas de probationibus q.* 6. & 7.

Ad ſecundam partem dico, quod Chriſtianus 16
licet ſit criminoſus admittitur in Teſtem contra Iudæos : Itavt Iudæus non poſſit contrarium excipere de crimine quod intelligit Abbas *hic* de mente Hoſtienſ. videlicet quando Iudæus vellet opponere Chriſtiano quod eſſet crimen ſolùm ſecundùm legem veteris Teſtamenti, & non eſſet crimen ſecundùm legem noui Teſtamenti.

In aliis autem caſibus dicit, quod poſſit Iu- 17
dæus repellere Chriſtianum ratione criminis, quia Iudæum iudicamus ſecundùm legem Romanam, & ſic ſecundùm illam Iudæus repellet Chriſtianum criminoſum *l. Iudæi, Cod. de Iudæis* Felinus *hic num* 4. Farinacius *de Teſtibus quæſt.* 56. *n.* 160. & faciunt dicta *infra in cap. Teſtimonium, q.* 2. verſic. *ad ſecundam.*

QVÆSTIO II.

An in criminibus exceptis admittantur Iudæi & Infideles in Teſtes contra Chriſtianos : Et an nouiter ad fidem de Iudaiſmo conuerſus admittatur in Teſtem : Et quid vbi agitur de probanda interruptione præſcriptionis : Vel ſi Litigator Chriſtianus conſentiat, vt Iudæus teſtificetur : Vbi ſi admittatur qualiter iurare debeant de dicenda veritate?

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus, ſiue Iudæus in crimine læſæ Maieſtatis, Simoniæ, & aliis, rectè Teſtis admittitur, num.* 2.

3 *Neophytus, id eſt recenter conuerſus non eſt Teſtis, ſecus ſi iam ex tempore, n.* 4. 5. 6. 7. 9. 10. *vbi refertur contrarium.*

6 *Inimicus recenter reconciliatus Teſtis non admittitur.*

Iudæus

8 *Iudæus, ſeu hæreticus ab Inquiſitoribus reconciliatus, dum portat ſaccum benedictum, ſeu ſuam pœnitentiam adimplentes, non admittuntur vt Teſtes.*

11 *Iudæi ad probandam interruptionem præſcriptionis in Iudicio, veriùs eſt, vt Teſtes non admittantur.*

12 *Iudæi nequeunt contra Chriſtianos deponere, etiamſi Chriſtiani conſentirent, n.13.*

13 *Iudæus admiſſus Teſtis, quo ritu & forma iuret, num.14.*

1 AD primam difficultatis partem, vt reſpondeas applicabis quæ adduxi *ſupra in cap. de cætero 14. hoc tit. q.1. per totam*, nunc verò breuiter dico cum Menochio *lib. 2. de arbitrariis, q.27.*& cum Claſo *lib.4. receptarum ſententiarum, §. fin. q.24. num.13.* & cum Greg. Lopez. *in l. 8. tit.16. p.3.* poſſe Iudæum hæreticum, ſiue infidelem teſtificari in criminibus exceptis, læſæ veluti Majeſtatis, hæreſis & Simoniæ, probat textus *in l. nullus, Cod. ad legem Iuliam Majeſtatis, cap. in fidei fauorem de hæreticis lib. 6. cap. per tuas, & l.1. de Simonia, cap. contra Chriſtianos, de hæreth. dicto lib.6.* Maſcardus *de probationibus, concluſ.877.n.9.* Felinus *hic num. 6.* multis adductis

2 Farinacius *de Teſtibus, q.56. à n. 227.* † Vbi ait quod etſi contrarium; nempe quod nec in criminibus exceptis valeat teſtimonium Iudæorum ac aliorum infidelium valuerint, Gloſſa *in cap. Pagani 2. q.7.* Antonius de Butrio *in cap. 5. hoc tit.* Felinus *hic n.6.* Tamen non ideò recedendum eſſe à prima ſententia, & pro ea adducit ea, quæ de Teſte habili dixit *q.62. à num.81.* etenim ipſe credit quod in iſto caſu non ſint Teſtes integræ fidei, & omni exceptione maiores.

3 Ad ſecundam quæſtionis partem exiſtimo cum diſtinctione procedendum, vt Doctores inter ſe diſcordantes componantur: Nam vel Iudæus nouiter, & de recenti eſt effectus Chriſtianus, vel iam à tempore aliquo conuerſus fuit in primo caſu, exiſtimo dicendum, quod non ſit admittendum Teſtimonium Iudæi hæretici, ſeu infidelis: Sic ad fidem ita recenter conuerſi, vt docet Gloſſa per textum ibi *in capite conſtituit 17. q.4.* tenuit Romanus *ſingular. 672.* incipit *veniamus*, Felin. *in cap. cum te, n.12. de reſcriptis* vbi multa affert ad comprobandum hoc dictum Maſcardus *de probationibus lib. 2. concluſ. 944. à*

4 *n.3.* & facit textus *in cap. 1. & 2. diſt. 94.* † Et confirmatur ex eo, quia nouiter conuerſus à ſuſceptione Ordinum repellitur, *cap.1.& 2.48, diſtinctione*, ergo à Teſtimonio cum iſta pari paſſu ambulent, *c. fin.* & ibi Doctores *hoc tit.* & appellatur iſte Neophytus, & adhuc ſuſpectus, ac multa eget probatione, etiam poſt Baptiſmum, *dicto*

5 *cap. 1. diſtinct.48.* † Facit etiam, quod pro hac parte adducit Felinus *in cap. cum te, n. 13. de reſcriptis*, vbi probat plerùmque æquiparari aliquid

6 nondum factum eſſe, vel recenter factum. † Item facit quod in ſimili dicitur de inimico, & de recenti reconciliato, quod adhuc à Teſtimonio repellitur, *cap. Accuſatores 3. quæſt.5.* idem Felinus, & alij *in cap. cum oportet de accuſat.* plura adducit Farinacius *de Teſtibus quæſt. 53. num.57.* idem *quæſt. 56. à num.208.* vide Gratianum regula 228. *numero 7.*

7 Quare licet Romanus *dicto ſingul. 672.* Marſilius *in leg. 1. §.1. ff. de quæſt. num.5.* & alij dixerint Iudæum effectum Chriſtianum ſemper eſſe repellendum à Teſtimonio, quaſi ſemper in eo duret illa infamia Iudaiſmi, ſed hoc dictum ſic tam amplè ſumptum improbat Farinacius *ſupra dicta quæſt. 56. num.210.* per fundamenta adducta à Marquardo *de Iudæis parte 2. capite 4. num.13.* & facit textus *in dicto cap. cum te, de reſcriptis*, vbi iſte conuerſus admittitur ad dignitates Eccleſiaſticas, & ad ſacros Ordines: Ergo & ad Teſtimonium, cum de crimine ſit emendatus: argumento textus *in diſt. cap. fin. & in capite Teſtimonium hoc titulo, & in capite 5. de except.*

Itaque fit vt ſi hæreticus, ſeu Iudæus reconciliatus ſit ab Inquiſitoribus, & adhuc ob pœnitentiam, quam actu adimplent, crucem portant ſuæ pœnitentiæ: Tunc à Teſtimonio repelli, probat Speculator *in tit. de Teſte, §. 1.* verſiculo *quid de portantibus crucem num.89. per multa fundamenta* qui licet pro contraria opinione arguat, & poſt eum tentat Aufrerius *in tractatu de Teſtibus num.50.* & Latius *num. 80.* Tamen Maſcardus *de probat. lib.3. concluſ.1356.n.35.* primam opinionem amplectitur, & ſequitur Farinacius *dicta quæſt. 56. num. 215* per textum *in cap. vergentis, & in cap. ſtatutum, de hæreticis lib.6.* & argumento textus *in dicto cap. Teſtimonium de Teſtibus.* 8

Ex his euenis, vt licet Marquardus *in tractatu de Iudæis parte 2. cap. 4. num. 13.* doceat quod ſit ſemper admittendus in Teſtem Iudæus, ex quo ad Catholicam fidem conuerſus fuit, quia non eſt contemnendus, quod fuit Iudæus, ſed commendandus eo quod ad fidem conuerſus eſt, vt dicit Abbas *in dicto cap. cum, de reſcriptis in vlt. notabili*, & ex eo etiam, quia poſt Baptiſmum incipit eſſe quod non fuit *cap. ferrum*, & ibi Gloſſa *50. diſt.* quod fauor fidei ſuadere videtur, vt ſic faciliùs homines ad Fidem Catholicam alliciantur. 9

Tamen reuera id de recenti conuerſo, non eſt admittendum; Verùm enim eſt in eo, qui iam diu ad fidem conuerſus viuit, & bonus, & ſecurus Chriſtianus, vt probari videtur ex Gloſſa, & textu, *in cap. quod crimen 6. quæſt. 1.* vbi habetur non eſſe admittendum Iudæum iamdiu conuerſum ad Teſtimonium, & etiam poſt longum tempus, qui vxorem, vel filios neglexit ad fidem trahere, quia contra eum præſumitur quod fuerit negligens, niſi ipſe probet ſe adhibuiſſe negligentiam; Sic tenent Archidiaconus, & Romanus allegati à Felino *in cap. cum ſit de Iudæis ſub num.1.* idem Felinus *hic num.1.* Marquardus *de Iudæis parte 2. cap.5. ſub num. 12.* 10

Ad tertiam partem quæſtionis Romanus *in l. pactum dotali ſub num. 11. Cod. de collat. per textum in dicta leg. quoniam, Cod. de hæreticis* iuncta Gloſſa *ibi*, in verbo *Teſtimonia*, & poſt eum Felinus *hic, num. 4.* & Maſcardus *de probat. concluſ. 944 num. 10. lib. 2.* docens quod vbi agitur de probanda interruptione præſcriptionis Iudæi, & alij Infideles, etiam contra Chriſtianos admittantur in Teſtes, hanc tamen opinionem fortiter impugnat Farinacius *dicta quæſtione 56. numero 230.* per dicta *num.212.* Sed ego dico, quod ſi agatur de probanda interruptione in Iudicio; Tunc iſtos non admitti in Teſtes, quia etiam contingit reſpectu contractuum probandorum in Iudicio ſuo, ſi extra ſecundùm quæ dixi *ſupra q. 1.* 11

12 Ad qoartam partem quæſtioois dico, quod & ſi Gloſſa *in dicta l. quoniam Cod. de hæreticis*, Speculator *tit de teſte*, §. 1. verſic. *item quod eſt Iudæus*, Aretious *in cap. præſentium hoc tit.* Felinus *in cap. cum ſit de Iudæis ſub numero* 1. doceant fidelem, ſeu aliom ioſidelem poſſe contra Chriſtianum teſtificare, quando ille chriſtianus tacitè, vel expreſsè conſeotiret, & teneant Marguarins *de Iudæis parte* 2. *capite* 5. *numero* 15. Campegius *de Teſtibus Reg.* 46. *in* 4. *fallentia*, Maſcardus *de probat. concluſ.* 944. *numero* 8. *per Textum in cap. ſi hæreticus* 2. *quæſt.* 7. Vbi Iudæi, & infideles prohibentur eſſe teſtes contra chriſtianum, noo contra ioſideles, & ſic inferunt, quod fauore Chriſtiani facta eſt hæc prohibitio, cui poterit renuntiare & confirmatur hæc pars ex his, quæ adduxi *ſupra in capite* 1. *à quæſtione* 4. *& in cap. ſi diligenti de foro competenti*: Tamen Ioannes Andreas *in addition, ad ſpeculatorem loco ſupra citato*, & Ioannes de Annania *in cap. cum ſit de Iudæis*, *numero* 2. Contrariam ſententiam docent, quam refert Farinacios *de Teſtibus*, *dicta quæſtione* 56. *à numero* 255. ex eo qnia ſiue dicamus prohibitionem eſſe factam in odium Iudæorum, ſiue factam eſſe in fauorem Chriſtianæ fidei huic Chriſtianus renuntiare non poterit per Textum *in dicto cap. ſi diligenti de foro comp.* Vertitur hic enim publicus fauor, cui nullus rennntiat, vt docent *ibi* Doctores, *& in l. ſi quis in conſcribendo Cod de pactis.*

13 Ad vltimam quæſtionis partem Zenedus *in collect.* 83. *ad hunc Textum* cum Maſcardo *de probat. concluſ.* 944. *ex num.* 13. & aliis docet Iudæum admiſſum in teſtem Iuraturum eſſe de veritate dicenda, non ſuper Euangelia, quibus non credit ſed ſuper legem ſuam; docet Bart. *in l.* 3. §. *Iurari*, *num.* 1. *ff. de Iureiurando*, & *ibi* Caſtrenſis *num.* 5. Abbas *in cap.* 1. *num.* 11. *de Iuramento calumniæ*, Felinus *hic* cum aliis Farinacius *dicta quæſt* 56. *num.* 258 & ex eo ſic tenent. quia cum ipſi non credant Chriſtum, nec legem Euangelicam, dicerent quid vellent, vt dicit Speculator *in tit. de Iuramento calumniæ*, §. *reſtat*, *num.* 17. non enim licet eis per talia Iurare; quibus non credunt, nec ſacra tangere, quia præſumuntur id facere in contemptum. Maſcardus *ſupra num.* 16. † Et addit Farinacius
14 *ſupra num* 259. cum Innocentius *in cap. & ſi Chriſtus de IureIurando.* Quod & ſi Iudæo non liceat ſecundùm legem noſtram Iurare, & nomen Chriſto ſibi aſſumere; attamen vbi Iurat, cogendum eſſe ad obſeruantiam iſtios Iuramenti: videbis Couarru. *in cap. quamuis pactum* 3. *p.* §. 4. *num.* 1. & alios, qaos adducit *hic* Zened *dicta collect.* 83. *num. fin.* Et applica quæ adduco *de forma Iurandi in cap.* 4. *&* 5. *de Iureiurando.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXII.
Super eo, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

VT materiam huius Textns expendas, adnotabis quæ adduxi *ſupra in cap.* 3. *& cap. quoties* 5. *hoc tit.* Vbi de idoneitate teſtium, & an domeſtici teſtes admittantur. Et applicabis dicenda *in cap.* 1. *de conſanguinitate, & affinitate*, & quæ adducunt Doctores *infra in cap.* 24. *hoc tit.* Et dicta *in cap. tam literis de teſtimonio mulierum.*

I. Et ibi *ipſius mater mulieris, & altera mulier poſſit ad teſtimonium recipi.* Per hæc verba applicabis quæ dico *infra in c. licet* 23. *& in c. cum à nobis de teſtimonio duorum.*

II. Et ibi *vbi vir ſuperior eſt diuitiis, & nobilitate, potentia, vel honore.* Per hæc verba, vltra ea, quæ diſputaot Doctores antiqui hic poterat agi de quæſtione, an matrimonium impeditum exiſtimetur propter inæqualitatem contrahentium, vt quia vnus excedit alium in potentia, diuitiis, & honore, vel nobilitate, quod ſpectat ad impedimentum erroris, ſiue conditionis, de quibus ſuo loco dicendum eſt. Item applicari poteſt materia Textus *in cap. ſtatuimus* 15. *de maioritate & obedientia*, vbi de præferendis dignioribus, & nobilioribus. III. Et in verſic. *ſuper* illa agitor de alia principali quæſtione Textos noſtri, videlicet an conſanguinitas inter contrahentes, ſufficienter probetur, per matris depoſitionem, & Pontifex diſtinguit, vt hic de quo dico *infra*. IV. Et ad quæſtionem Abbatis *hic n.* 3. & Felini *à n.* 1. an vxor, ſeu vidua potiatur dignitate, & priuilegiis viri. Vide quæ adduxi *ſupra in cap ex tenore* 11. *de foro comp. q.* 5. V. Et in Textu ibi, *ſine plurium Iuramento diſſolui de neceſſitate deponendi, cum Iuramento* dixi *ſupra in dicto c. quoties hoc tit.*

QVÆSTIO I.

Quare teſtimonium matris ſuſpectum ſit vbi filia petit in virum aliquem ſe maiorem, cum vel mater, aut pater pro filiis, non teſtificentur in Iure vel ſi admittantur hoc ſine ſuſpicione procedat?

SVMMARIVM.

1 L. Teſtis idoneus, ff. de Teſtibus, cap. ſi teſtes *verſic.* item 4. q. 2. l. 2. parentes Cod. de Teſtibus, l. 3. l. 4. l. idonei, l. oullus 10. ff. de Teſtibas, cap. conſanguinei 3. q. 5. cap. accuſatores, *ibi* expenduotur, n. 7. *verſic.* vnde.

5 Cap. videtur de his, qui matrim. accus, pos.

6 *Matris teſtimonium, quando non improbetur.*

7 *Parentes pro filiis, teſtes eſſe nequeunt, excipitur cauſa matrimonij, & conſanguinitatis*, n. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

14 *Parentes pro nepotibus, & filiis emancipatis, teſtes eſſe nequeunt, n.* 15. 16. 17. *fallit vbi veritas aliter nequit haberi, n.* 18. 19.

21 *Parentes pro filiis admittuntur in cauſa religionis, ſtatus, n.* 22. *& aliis*, 23. 24.

IGitur difficultatem faciunt ſequentia; primo 1 nam certum eſt io Iure, quod nec pater pro filio, nec filius pro patre teſtis eſſe poteſt idoneus, *l. teſtis idoneus* vbi *omnes*, *ff. hoc tit. cap. ſi teſtis*, verſic. *item teſtis idoneus* 4. *q.* 2. nec admittuntur ad teſtificandum, *l. parentes*, *Cod eodem*, vbi Gloſſa verbo *aduerſus ſe* faciunt quæ adduxi *ſupra in dicto cap.* 5. *hoc tit.* Vbi de conſanguioeis affinibus, & amicis, *q.* 1. & faciunt Iura *in l.* 3.

l. 3. *l. Iulia* 4. *l. idonei*, *l. nullus* 10. *ff. hoc tit. cap. conſanguinei* 3. *q.* 5. *cap. accuſatores cum aliis eadem cauſa*, *& quaſtione*; ita firmat Gloſſa t. *hic circa finem*, verſic. *alias Verò cauſis*, Imola *in principio*, Hoſtienſis, verſic. *& ita*, iuncto verſic. *in aliis*, Antonius de Buttrio *col.* 1. *in fine*, multis adductis Farinacius *de Teſtibus*, *q* 54 *à n.* 145. Duarenus *lib.* 1. *diſputat*, *cap.* 51. *& ad titulum de Teſtibus*, *cap.* 1. Donellus *in dicta l. parentes*, *Cod. hoc tit.* Oſualdus ad Donillum *lib.* 17. *comment. cap.* 25. *littera*, *H*, idem *lib.* 25. *cap.* 12. *littera*, *C*, *& cap.* 13. *littera*, *B*, *cum multis* Balboa *in c. tertio loco* 5. *de probat. à n.* 8. Graña *hic*; facit Robardus *lib.* 1. *var cap.* 8.

a Et hæc doctrina etiam procedit in matre ſecundùm mentem Bartoli, *in l. qui teſtamento*, §. *quacumque*, *n.* 3. Baldus *ibi col.* 2. Aretinus *num.* 4. Maſcardus *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1148. *num.* 4. vbi dicit ita tradere omnes ſcribentes in dicta l. parentes, quod probat Farinacius *dicta q.* 54. *à n.* 146. ex eo quia in matre eſt eadem affectio erga filios, ac in patre, & forſan maior, quia mulieres, ſunt faciliores ad amandum, ac etiam faciliores ad peierandum, vt *infra* dicam: Tum etiam quia appellatione parentis, & matrem contineri ſcribit Conſultus *in l. appellatione parentis*, *ff. de verb. ſignif.*

3 Tum etiam probatur, quia mulieres ad teſtificandum non admittuntur in quam pluribus cauſis, quia eorum teſtimonium infimum, & periculoſum eſt, vt *infra* dicam; ergo non ex eo tantùm debuit in præſenti non admitti mater, quod haberet affectionem ad cauſam, vt indicant verba Textus noſtri ſed etiam ex alia generali regula; nempe quia mulier teſtificari non debet præcipuè in cauſis vbi periculum vertitur; qualis erat iſta matrimonialis, de qua hîc
4 agitur. † Iuxta ea, quæ aduertit Couarruuias *in* 4 *p.* 2. *cap.* 12. *à n.* 7. Vbi agitur de Teſtibus admittendis in matrimonio, & quod debeant eſſe, omni exceptione maiores, iuxta Textum *in cap.* 1. *de conſanguinitate*, *& affinitate*, *& in cap. licet de probat.* qui probat, quod in cauſa ardua, non admittitur teſtis, cuius fides aliqua ex parte diluitur.

5 E contra autem videtur dicendum regulam, de qua hîc agunt Doctores, nempe vt parentes pro filiis teſtes eſſe non poſſint in multis fallere: nam in cauſa matrimoniali, de qua hic teſtificantur *cap. videtur*, *de his qui Matrimonium accuſare poſſunt*, vbi pater, & mater, fratres, tam ad matrimonium contrahendum, quàm diſſoluendum admittuntur, vbi Gloſſa in verbo *coniungendo in fine*, verſic. *conſuenit tamen dici*, vbi Buttrius *n.* 1. Anchattanus *in* 4. *notabili*, Hoſtienſis *in primis verbis*, Abbas *notab.* 1. Cardinalis *notab.* 3. *& in primo notab.* & probat Textus iſte ſumptus à contrario ſenſu, & ibi Gloſſa, & Doctores, refert multos Farinacius *d. q.* 54. *n.* 191. & in multis aliis caſibus, de quibus *infra*: Et adducit Barboſa *hic à n.* 11.

6 Adhuc verò dicendum eſt in prima parte noſtri Textus, non improbari teſtimonium matris eo quod mater ſit; quia idem contingere in ſecunda parte vbi admittitur ad impediendum matrimonium contrahendum, ſed ex eo videlicet quia cum vir eſſet excellentior, atque ſuperior diuitiis, nobilitate & honore, & ob hoc matris adducta in teſtem naturaliter appeteret filiæ incrementum, & ſic ſuſpecta eſſet de periurio; Ideo Pontifex in prima parte *hic* docet teſtimonium matris in hoc caſu ſuſpectum dici, non enim dixit nullum eſſe, quaſi dicendum ſit quod periurij ceſſante ſuſpicione admittatur in teſtem ſic diſtinguendo expendit Graſſina *hic n.* 5 cui adiungo Treuiſanum *in decis.* 10. *p.* 2. & Riccium *collect.* 787. *ad Textum in dicto cap. videtur*, vbi poſtquam dixit matrimonios, & affines, admitti in teſtes in cauſa Matrimonij, & quod matris teſtimonium admittitur in matrimonio per filium contrahentem; vt notat Baldus *in decis.* 21. *ad Textum*, ſed quando ad eſt diſparitas inter coniuges; tunc parentes non eſſe admittendos in teſtes per Textum noſtrum, qui docent ita intelligendum eſſe.

Vnde euenit quod eſt ſi regula ſit generalis, 7
vt parentes, non ſint admittendi in teſtes pro filiis, nec contra, iuxta dicta *ſuprà à num.* 1. ita vt nec cogi poſſint ad teſtificandum, vt notant Doctores communiter, *in dicta l. parentes*, vbi Salicetus, præcipuè in verſic. *nota quod cogi non debent*; nam cum textus ibi dicat quod parentes, & liberi inuicem aduersùs ſe, nec volentes ad teſtimonium admittendi ſint. Et Ioannes Andreas, quem ſequitur Balboa *in cap. tertio loco* 5. *de probat.* dicat *num.* 14. quod Iudex non poſſit infringere, nec iubere, vt teſtis ſit filius
contra patrem, vel econuersò. † Tamen in 8
cauſa matrimonij, etiam inultis coniugibus admitti parentes ad teſtificandum, dixit Alexand. Raud. *in decis.* 90. quod intelligit Riccius *dicta decis.* 782. cum Achiles de Graſſis *in decis. vnica*, qui matrimonium accuſare poſſint, ſi pro eorum proprio intereſſe compareant.

Itaque dicendum eſt, quod ſi quæratur de 9
conſanguinitatis impedimento parentes, & conſanguinei admittuntur in teſtes, ſiue impediatur, ſiue dirimatur matrimonium, vt colligitur ex hoc noſtro textu, *& ex dicto cap. videtur*, *qui matrimonium accuſare poſſunt*, cuius contextus eam affert rationem, quia iſti melius ſuam ſtirpem ſcire præſumuntur *ex cap.* 1. 35. *q.* 6. docet Maſcardus *de probat* cum aliis ab eo relatis *conclus.* 1035. *n.* 20 vbi per totá concluſionem agit de matrimonij impedimento, quo pacto probatur.
† Qui etiam latè agena *in conclus.* 1153. quomo- 10
do, & quando pater, & mater in filiorum cauſis teſtes eſſe poſſint, *n.* 23. *&* 24. cum multis probat poſſe iſtos in cauſa matrimoniali dicere teſtimonium pro filiis, ac filiabus ex dictis Iuribus, vbi ampliat procedere, etiam in patre, & ſorore, & quocumque alio coniunctio; & ad ſaturitatem videbis Gabriel *comm. opinionum tit. de Teſtib. l.* 1. *concl.* 9 *per totam.*

Huic tamen dicto videtur obſtare vltima no- 11
ſtri Textus para, quatenus ait ſolius matris teſtimonium ſufficere ad impugnandum, vt matrimonium contrahatur ſi aſſeuerat contrahentes eſſe conſanguineos, quod ſi iam firmatum & contractum eſt, non ſufficere ait; ergo ad diſſoluendum matrimonium celebratum, & iam contractum, non eſt cur parentes admittantur.
† Quare Farinacius cum pluribus ab eo relatis 12
dicta q 54 *de Teſtibus*, *n.* 132. ait ſententiam, de qua dictum eſt procedere, quando agitur, & dubitatur de ſubſtantia matrimonij, ob affinitatem, ſecus ſi quæratur an matrimonium ſit contractum, necne quia tunc eſt latius diſtinguendum: videbis Menachium *de arbitrariis l.* 2. *caſu* 102. vbi plures diſtinguit caſus.

13 Sed adhuc dicendum eſt matris, & patris te-
ſtimonium, non ſolum admitti in cauſa matri-
moniali, quando agitur de eo impediendo, vt
contrahatur, propter impedimentum conſan-
guinitatis, ſed etiam ſi agatur de matrimonio
iam firmato, & contracto diſſoluendo, cum ea
tamen differentia, quod matris ſolius teſtimo-
nium ſufficiat ad illud impediendum, ne con-
trahatur, ſi aſſeuerat de conſanguinitate inter
contrahentes, non ſic, quando agitur de eo diſ-
ſoluendo, quia tunc plures deſiderantur teſtes,
ſed non excluduntur pater, aut mater, vt col-
ligitur ex vltimis verbis textus noſtri ibi, *ſi verò
matrimonium eſt affirmatum, non debet ſine plu-
rium iuramento diſſolui.* Et probat textus, *in d.
cap. videtur de his, qui matrimonium accuſare poſ-
ſunt*, qui loquitur tam de contrahendo matri-
monio, propter conſanguinitatis impedimentum,
quo in caſu fauore matrimonij admittitur pa-
tris, aut matris teſtimonium ex ea ratione, quam
docet Pontifex *ibi*, quia vnuſquiſque ſuam ge-
nealogiam ſcire debet, & quia in illo conſan-
guinitatis impedimento, non alij teſtes admitti
poſſunt, qui ſcire ita valeant, eam conſanguini-
tatem, ſiue genealogiam, quàm pater, & ma-
ter, ſiue conſanguinei, & hoc apertè deducitur
ex dicta ſecunda noſtri textus parte in verſic. *ſu-
per illa verò*: nam in prima parte, tantùm Pon-
tifex agit de matrimonio, non verò de conſan-
guinitate, vt conſtat ex illis verbis, *negante ſe
mulierem adfidaſſe. vel ad fidei eſſe*, ſiquidem hoc
verbum *ad fidei eſſe* denotat contractum, quaſi
diceret, ſe fidem, non dediſſe. Tunc ex illo
verſic. *ſuper alia verò*, quæ verba aduerſatiua
ſunt caſui præcedenti, vt notat Graña *hic n.4.*
cum Rebuffo *de reprobatione teſtium, num.338.
& 380.* & cum Maſcardo, & Menochio *vbi ſuprà.*

14 Ex quibus patet, quod etſi pater, aut mater
teſtes eſſe non poſſint pro filiis, nec in cauſa
extranei, vbi filius eſt procurator, nec cæteri
aſcendentes, tam ex linea paterna, quàm ma-
terna, nec ad id cogantur, vt dixi, & vt docet
15 Farinacius *d. quaſt.54. de Teſtib. à n.148.* † Vbi
etiam ait, quod pater non admittitur ad teſtifi-
candum, non ſolùm pro filiis, ſed nec etiam
pro nepotibus, & aliis deſcendentibus, vſque
ad infinitum, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint,
benè Maſcardus *de Probationibus, vbi ſuprà con-
16 cluſ.* 1148. † Qui idem procedere ait in filio
emancipato reſpectu patris, quia eadem in eo
affectionis ratio conſideratur, ſicut in matre,
quæ filius non habet in poteſtate, videbis Bar-
tolum *in d. l. parentes poſt, n.1. Cod. hoc tit.*

17 Quod ea eadem cauſa etiam militat in filiis
naturalibus tantùm, item in ſpuriis, & ince-
ſtuoſis, licet de ſpuriis nonnulli id negent, quaſi
filiorum appellatione non contineantur, *ex leg.
vulgò, l. lex natura, ff. de ſtatu hominum*, quia
quatenus ad noſtrum ſpectat caſum, negari non
poteſt quin ratione ſanguinis repellantur, quia
etiam in illis viget affectionis ratio, ſiquidem
experientia, docet plus diligi ſporios, quàm
legitimos, & naturales, vt optimè defendit Al-
bericus *in d. l. parentes, n.1. & 4.* in verſic. *idem
in naturali, & ſpurio*, Maſcardus *vbi ſuprà n.8.*
videndus Farinacius *ſuprà*, & Balbua *in d. cap.5.
de probat. n.12. & 13.* videndus *à n.9.* Tamen
hæc regula fallit in nonnullis caſibus ſtatim ſe-
quentibus, præter *ſuprà* adductum de matri-
monio.

Nam ſi ſumus in caſu, in quo veritas haberi 18
non poteſt aliter parentes, & econtra filij ad-
mittuntur in teſtes; docet Gomezius *lib.3. va-
riarum, cap.12. n.24. ad finem*, verſic. *aduerten-
dum*, cum aliis docet Farinacius *d. quaſt.54. de
Teſtib.* qui *ibi, n.172.* cum Claro *in practica cri-
minali, §. fin. q.24.* verſic. *ſcias tamen in fine.* † Ait 19
quod Iudex debet inquantum fieri poteſt, abſti-
nere ab examinandis Teſtibus, qui de iure com-
pelli non poſſunt ad teſtificandum contra reum,
& ſi caſus occurreret, quod veritas haberi ali-
ter non poſſet, & delictum eſſet atrox; poſſet
idem Iudex Principem conſulere, prout ita de
quodam caſu teſtatur Clarus, in quo permiſ-
ſum fuit à Senatu, vt mater examinaretur con-
tra filios, & ſic per eius dicto fuerunt capti, &
confeſſi, fuerunt ſuſpecti.

De crimine Læſæ Majeſtatis, item & hæreſis 20
probabilius eſt in praxi, vt parentes, vel econ-
tra filij poſſint in teſtes recipi; ita Doctores
cum Gloſſa *in l. id tamen*, ſuper verbo: *nam &
crimen*, verſic. *niſi in exceptis criminibus, ff. de
accuſat.* alia Gloſſa *in cap.1.* in verbo *Chriſtiani
de conuerſione infidelium*, vbi affirmauit filium
contra patrem debere inſurgere ob conſerua-
tionem patriæ. † Et facit textus, *in l. minimè*, 21
ff. de religioſis, & ſumptibus funerum, vbi habe-
tur, quod licitum eſt filio occidere patrem pa-
triam oppugnantem, & ſic potius contra ipſum
teſtificari, vt conſiderat Maſcardus *de Probatio-
nibus, lib.1. concluſ.462. n.9. & lib.2. concluſ.857.
n.10. & 23.* aliis adductis Farinacius *ſuprà dicta
quaſt.54. à num.173.* Balboa *in dicto cap.5. de pro-
bationibus, num.15.*

Item etiam parentes admittuntur in teſtes pro 22
filiis in cauſa religionis, vtputà quando filius
eſt ingreſſus religionem, & dubitatur, an ani-
mo profitendi, *cap. ſicut 2. q.3. cap. præſens 20.
q.3.* Gloſſa *in cap. ſi teſtes, §. teſtes idonei*, in
verbo *teſtis 4. q.3.* Menoch. *de Arbitrariis lib.2.
caſu* 102. cum multis aliis Farinacius *d. quaſt.54.
n.185.* qui *num.186.* † Idem docet procedere in 23
cauſa ſtatus: ſic cum Bartolo *in l.4. §. duæ cauſa,
col.1.* verſic. *quæro quomodo, ff. de Carboniano edicto*,
Maſcardus *vbi ſuprà, dicta concluſione* 1148. *n.13.
& num.30.*

Item ſi pater examinetur pro vno filio contra 24
alium, valebit eius teſtimonium, quia tunc par
affectio conſideratur reſpectu vtriuſque, vt
ſentit Bartol. *in d. l. parentes, Cod. hoc tit.* Maſ-
cardus *ſuprà num.19.* † Et ſic Bartolus *in l. qui* 25
teſtamento, §. quæcumque poſt princ. n.1. in fine, &
alij adducti à Farinacio *d. q 54. à num* 183. dixe-
runt, quod quando ex teſtimonio parentum,
nihil quæritur filiis, & nullum eis commodum
reſultat, ſeu vtilitas, vel econtra; tunc non
prohiberi vnum in cauſa alterius teſtimonium
dicere; ſed quia Aretinus *in d. § quæcumque*, &
alij ibi doceant difficulter caſum inueniri poſſe,
in quo pater, vel filius deſinant habere vtilita-
tem vllam; ideo impugnant hoc dictum. Verùm
Farinacius id expendens *ſuprà n.184.* ait propo-
ſitam declarationem, poſſe locum habere, quan-
do filius, vel pater producitur ab extraneo,
contra alium extraneum, & inducitur filius ad
probandum factum patris, vel econtra, & tunc
valere teſtimonium iſtorum, ſi nullum commo-
dum ſpectet eorum neutri, & ponit exemplum,
quando v.g. pater ceſſiſſet iura ſua extraneo, &
ille extraneus producat filium in teſtem ſuper
facto

facto patris, contra patris debitorem ceſſum; tunc enim non dici de commodo patris, benè. Iterum expendit idem Farinacius *dicta quaeſt.* 54. *num.* 206. cum Maſcardo *de Probationibus concluſione* 1357. *num.* 19.

QVÆSTIO II.

An Pater poſſit eſſe teſtis pro extraneo in cauſa vbi filius agit procuratorio nomine, vel econuersò: Et an pater ſpiritualis pro filio, vel contra: Quid in probatione ætatis: Seu inſtrumentis: Vel in teſtamento militis filij: Quid de nutrice, & priuigno: Quid de marito pro vxore, ſeu econtra: Quid in criminalibus: ſeu in cauſa correctionis fraternæ: Et quid ſi conſenſus intercedat?

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua filius agit procuratorio nomine, n.* 2. *niſi commodum habeat inde, n.* 3. *&* 4.

5 *Filius in cauſa, vbi pater ſe gerit procuratorio nomine quando admittatur teſtis, n.* 6.

7 *Pater ſpiritualis, poteſt eſſe teſtis pro filio, item, & compater, n.* 8. *vbi in criminalibus, quæ fides eis adhibeatur.*

9 *Parentes admittuntur teſtes ad probandam ætatem filiorum: Et potius ſi adminiculentur, n.* 10. *&* 11.

11 *Parentes pro filijs in inſtrumentis ſunt teſtes, ſi rogati, & cogniti ſint à contrahentibus, n.* 12. *Quid in teſtamento militis, n.* 14.

L. qui teſtamento, §. per contrarium, ff. qui teſtamenta facere poſſunt.

16 *Nutritor, & nutrix regulariter, non poſſunt teſtificari pro ſuo alumno, n.* 17. 18. *&* 19.

20 *Alumnus teſtis non eſt, pro alimentatore: Quid de collectaneo, n.* 21.

22 *Priuignus, & Vitricus, non poſſunt adinuicem eſſe teſtes.*

23 *Maritus pro vxore, nec econtra poteſt eſſe teſtis, n* 24. *&* 25. *Quid de concubina, n.* 26. *Quid de amaſio, n.* 27. *fallit, à n.* 28. 29 30. 31, 32. 33. *&* 34.

28 *Vxor aut vir pluribus in caſibus vnus aduerſus alium teſtificatur.*

35 *Parentes in criminalibus admittuntur ad defenſionem filiorum, n.* 36. *&* 37. *ſed quam ſint fidei, n.* 38.

39 *Parentes, ſeu filij, in cauſa correctionis, teſtes admittuntur.*

40 *Filij teſtimonium valet, ſi a partibus, non impugnetur.*

41 *Conſenſus tacitus, ſeu expreſſus, vt filij teſtimonij valeat, quando dicatur, num* 42. 43. 44. *&* 45.

42 L. parentes, Cod. de Teſtibus.

43 L. in priuatis 77. ff. de Iudiciis, & n. 45.

44 L. qui iuriſdictioni 10. ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum.

46 *Parentes, quando admittuntur teſtes, in cauſa matrimoniali, ſit ex Iudicis arbitrio, idem de aliis cognatis.*

AD primam difficultatis partem Bartolus *in* 1
l. qui teſtamento, §. quacumque, ff. de teſtamentis. verſic. *& ſi plus repellerentur, & n.* 3. *per totum in diſcurſu*, & ibid. Albet. *in n.* 4. Bald. *col.* 1. verſ. *in ea Gl.* ibi *quia plus diligit filium*: Lanfranc. *de Teſtib. n.* 6. verſic. *non econtra*, & alij nonnulli docent non poſſe patrem eſſe teſtem pro extraneo, in cauſa, in qua filius eſt procurator, quia vt inquit ibi Aretinus, ſiue ex teſtiſicatu patris acquiratur filio, ſiue acquiratur ipſi patri, ſiue etiam tertio in omni caſu pater non poteſt teſtificari de facto filij.

Verum qoia alij contrariam ſententiam te- 2
nent, eo quod non videant rationem probabilem, quare pater in cauſa filij repellendus ſit à teſtimonio, quando negotium non ſpectat, nec ad patrem, nec ad filium, pro vt, quando filius agit, vti procurator alterius; quia tunc Albericus *in d. §. quedam n.* 5. verſic. *aliqui tamen*, ait cum Raynerio Cæſare omnē rationem affectionis, & ſic Baldus poſt dictum verſiculum *in eadem Gloſſa* iuncto ſequenti, *ſed hoc nō approbo*, expreſsè cum Raynerio reprobat opinionem illam quod illius procurator extranei alicuius cauſæ, non poſſit patrem producere in teſtem in illa cauſa, quia iſto caſu, non dicitur pater teſtificati filio, ſed Domino cauſæ. Nec obſtare dicit Baldus, quod affectio, quæ mouet filium procuratorem, mouet etiam patrem, quia vbi filius non eſt cauſa efficiens, ſed vt miniſter, vt in officio procuratoris iſta affectio veriſimiliter, nec cadit, nec cadere debet, & propterea, vbi filius non prætendit proprium intereſſe pater admittitur, ita docent Socin. *reg.* 457. *in* 4. *fallentia*, Crotus *de Teſtib. p.* 4. *n.* 116 verſic. *quinimò*

Etenim hanc difficultatem cum diſtinctione 3
ſedandam eſſe credo, quia ſi non agitur de probando factum filij, ſed de alia re aut negotio, tunc ſine dubio, pater poterit eſſe teſtis, in cauſa, in qua filius eſt procurator: argumento text. *in l. pater*, & *in l. teſtium in princ. ff. hoc tit.* Sin autem agatur de probando factum filij, & illud ſit tale, vt ex eo teneatur ſuo principali ad intereſſe, vtpurà, ſi fuerit contumax, aut negligens, iuxta textum, *in leg qui res agit, Cod. de procurat.* tunc ſi tractetur, quod filius non fuerit contumax, pater teſtis non erit legitimus, quia in effectu teſtificatur ad vtilitatē filij, & ad illius commodum; ſecus ſi factum ſit tale, vt ex eo filius non portet commodum, aut incommodum, damnum, aut infamiam: iuxta text. *in l. plonè, §. fin. ff. de legatis* 1. ita docet Aretin. *in §. pater, n* 2. *inſtit. de teſtamentis*; refert, & ſequitur Maſcardus *de Probat. lib* 3 *concluſ.* 1148. *n.* 12. Balboa *in cap. tertio loco de probationibus, num.* 11. Farinacius *de Teſtibus*, *q.* 54. videndus à *n.* 149. † Qui ambo fatentur, quod in omni 4
caſu pater non ſit teſtis, omni exceptione maior propter affectionem, & deſiderium, quod præſumitur habere, vt filius etiam vti procurator, alterius, victor remaneat in illa cauſa, quam procuratorio nomine agit.

Dubium tamen eſt, an econtra filius poſſit 5
eſſe teſtis, in cauſa, in qua alicuius extranei, pater eſt procurator. Et ſi conſideres regulam, de qua *ſuprà dixi q.* 1. reſpondebis dictum in patre, ita & econtra, dicendum eſſe reſpectu filij. Vnde licet nonnulli dicant abſolutè non poſſe, inter quos Bald. *in d. l. qui teſtamento, §. quacumque, ff. de teſtamentis, col.* 1. verſic. *in eadem Gloſſa*, ibi,

nec

Digitized by Google

nec patri , nec filio , Aretinus *ibidem num. 5. col.3.*
verſic. *ſed illa leges* , vſque ad verſiculum *conſe-*
quenter tractauit hic Bartolus , Alberic, de Malet,
in tractatu de Teſtibus , *part.1. cap.1. num.22.* qui
moueotur ex eo , quod maior ſit reuerentia filij
erga patrem , quàm patris erga filium , licet
amor patris in filium ſit maior , & ex ea ratione
etiam qoia procurator litigando efficitur litis
Dominus ,] & inſtantiæ , ob idque teſtis filius,
reſpectu patris erit ſuſpectus : Alij autem dixe-
runt in hoc caſu admittendom eſſe filium in te-
ſtem, ex eo, quia plus pater diligit filium, quàm
filius patrem ; ita firmauit Bartolus *in dicta l. qui*
teſtamento , §. *quacumque in princ. col.* 1. verſic. *&*
ſi plus , *n.2. & 3.* Albericus *ibidem n.4.* verſic. *ſi*
autem , Aretinus *n°4.* verſic. *& ad iſtum Textum,*
col.1. verſic. *ſi ergo pater*, vbi teſtatur de commu-
ni , & hoc per Gloſſam *in dicto* , §. *quacumque,*
6 † Imo quod filius poſſit eſſe teſtis iu cauſa , in
qua pater eſt procurator , & ſiue quæratur de
facto patris ſiue non , dummodo nihil ipſi patri
quæretur , aut de illius commodo agatur , dixit
Lanfrancus *de Teſtibus ad caput quoniam contra*
falſam de probationibus, in verbo *teſtium depoſitio-*
nes , *n.60.* Crotus *de Teſtibus* , *part.4. n.116.* ver-
ſic. *eſt tamen differentia* : Tamen in hac difficul-
tate de filio reſpectu patris , diſtinguendum
eſt, vt iam dixi de patre reſpectu filij , vt Fari-
nacius docet *dicta quaeſt.54. de Teſtibus, num.152.*
& 153.
7 Ad ſecundam difficultatis partem de patre
ſpirituali, dico quod & ſi Baldus, Salicetus, ipſi-
met contrait, & alij Doctores com eorum ratio-
nes in locis relatis per Aufrerium de reproba-
tione teſtium , *n.76.* verſic. *dixerunt* Campegius
de Teſtibus , *Reg* 2. verſic. *ſeptimo habet etiam lo-*
cum . Iaſon *in l. generaliter col. 1. ff. de in Ius vo-*
cando , & alij relati à Farinacio *dict. q.54 n.197.*
dixerint patrem pro filio ſpirituali , nec èco n-
tra poſſe in teſtem adduci : Tamen exiſtimo,
dicendum cum eo eodem Baldo *in l. parentes* ,
Cod. hoc tit. num. 3. verſic. *idem dico in patre re-*
generationis , & ibidem Salicetus , *num.* 2. ver-
ſic. *ſed quid* Croto *de Teſtibus* , *part.4. num.163.*
Bertrando *conſ.* 300. *nobilis* , *& honeſta* , *num.6.*
Volumine 2. Tiraquello *in l. ſi vnquam* , verbo
ſuſceperit liberos , *num* 36. *Cod. de reuocandis do-*
nationibus , Menochius *de arbitrariis* , *l. 2. ca-*
ſu 100. *n.1. &* 2. & vbi reſpondet contrariis, quod
pater ſpiritualis pro filio , & è contra poteſt in
teſtem admitti , quia iſti inter ſe nullum inter-
eſſe temporale habent : ſequitur Balboa *in dicto*
cap. tertio loco de probat. n.19. & Farinacius *ſu-*
8 *pra dicto num.* 198. † Vbi alios plures adducit
Doctores qui ambo docent idem eſſe io compa-
tre , reſpectu alterius compatris , ſed hos præ-
dictos non eſſe integros teſtes , & omni ex-
ceptione maiores aſſeuerant , eo quod dubium
non eſt, qui in ratione affectionis , de fide di-
minuatur eorum : Et ob id in cauſis criminali-
bus, in quibus teſtes requiruntur omni exceptio-
ne maiores ſcripſerunt nonnulli ; inter quos
Crotus *de Teſtibus p.4. n.163. in fine* , verſic. *in*
cauſis, Maſcardus *de probationibus concluſ.331. poſt*
num.7. verſic. *quod quidem* , quidquid in con-
trarium voluiſſe viſus fuerit , *num.5. &* 6. ex-
pendit videndus Farinacius *ſupra dicta q.54. à*
*num.*200. vbi *num.*204 ait in hoc caſu Iudicem
arbitrari qoantùm ob hanc cognationem ſpiri-
tualem , ſit huiuſmodi Teſtibus de fide dimi-
nuendom , Iuxta affectionem , quam inter eos
eſſe deſpiciet ; videbis Maſcardum *ſupra n.15.*
Ad tertiam difficultatis partem vt reſpon- 9
deam , expendenda ſunt Iura *in l. cum de æta-*
te , *& in l. etiam* , *ff. de probationibus* ; ex quibus
apparet patris teſtimonio , ſeu eius profeſſioni,
quoad filiorum natiuitatem ſtari debere. Quod
videtur eſſe contra quæ adduxi ex noſtro Textu,
præcipuè cum ex tali depoſitiooe vtilitas poſſit
filio aduenire in damnum teſtium ; adhuc verò
dicendum eſt cum Bartolo *in l. parentes* , *Cod.*
hoc tit. & con.92. n.5. & cum Baldo *in dicta l. qui*
teſtamento , §. *quacumque* , verſic. *ſed in cauſa æta-*
tis , cum Maſcardo *de probationibus concluſ.* 668.
*à num.7. & concluſ.*1148. *lib.3. num.*14. patrem,
ſeu matrem admitti ad probandum filiorum
ætatem, & licet Gloſſa *in dicta l.* etiam iu matre
hoc negauerit, quia mater non recipitur in teſtem
ſed vt ex ipſius reſponſo Iudex melius inoeniat
veritatem. Tamen verius eſt vt teſtificari poſſit
in cauſa ætatis filij, ex his, quæ dicit Farinacius
dicta q.54. de Teſtibus , cum moltis ab eo relatis,
*num.*177. qui alia plura tradit videnda vſque *ad*
*num.*184. Vbi id explicat ſi commodum patri,
aut matri , ſeu ipſi filio non reſultet , & poſt
eum Balboa *in dicto cap.5. de probat. num.16.*
Graña *hic num.5.* bene expendit Donellos *in d.l.*
parentes. † Et ſic fiet , vt ſi teſtimonio matris, 10
aut patris aggregetur alius adminiculus ; tunc
maiorum mereatur fidem , vt docent Socinus
Senior *conſ.* 19. *n.17.* & Socinus iunior *conſ.*10.
num.3. lib.2. † Vbi pro adminiculo conſiderat 11
librum patris , in quo ſit ſcripta ætas filij , vel
ſi cum teſtimonio matris , concorret alius teſtis
extraneus , omni exceptione maior , diceretur
probata planè ætas filij , vt tenet cum Caſtrenſi
& Marſilio, & Sfortia Oddus *de in integrum reſti-*
tutione, q.37 p.1. art.3. à n.33. Maſcardus *dicta con-*
*cluſ.*668 *n.15.*
Ad quartam quæſtionis partem breuiter dico 12
parentes pro filiis , ſeo è contra poſſe teſtes eſſe
in inſtrumento celebrato , inter patrem , &
alium extraneum & hoc , quia cum ſint à parti-
bus rogati , tacitè cenſeotor approbati ; ita do-
cent Aretinus *in dicta l. qui teſtamento* , §. *qua-*
cumque , *ff. de teſtamentis* , *num.6. col 4.* verſic. *&*
contra illam concluſionem , Socinus *Reg* 427. *in 4.*
fallentia Maſcardus *de probationibus concluſ.*1148.
num.25. Balboa *in dicto cap.5. de probat. num.17.*
Farinacius cum aliis *dicta quaeſtione 54 à num.*187.
vbi cum Maſcardo *ſupra num* 26. † Et cum aliis 13
dicit hanc doctrinam procedere , quando con-
trahens cum patre , aut filio ſciebat teſtem ro-
gatum eſſe alterius contrahentis , patrem , aut
filium , quia tunc illum rogando tacitè appro-
bat , ſecus ſi hoc ignoret, quia ignorans , non
dicitur approbare , & ratificare , *l. nec ignorant,*
Cod. de donat. , *l. mater decedens* . *ff. de inofficioſo*
teſtamento. Et faciunt quæ adducit Farinacius
in ſimili dicta quaeſt 54. *num.*40. Vbi de affini-
bus , & conſanguineis , & quæ ipſe dixit de
Teſtibus inhabilibus inſtrumeot , *quaeſt.* 62. *à*
num. 110.
Ad quintam quæſtionis partem ait Textus *in* 14
dicta l. qui teſtamento , §. *per contrarium* , *ff. qui*
teſtamenta facere poſſunt , patris teſtimonium ad-
mitti in teſtamento filij teſtantis de caſtrenſi pe-
riculo , *ibi* Baldus *in ſummario*, *& in dicto*, § *qua-*
cumque col.1. verſic. *ſecunda lectura*, *ac etiam*, Al-
bericus *num.3. & 4.* Aretinus *in fine lecturæ* ,
Socinus

Socinos *Reg.227. in 5. fallentia*: Quare licet Accurſius, vt explicaret dictum, §. *per contrarium*, dicat ibi potius hæredis, quam filij negotiom actum eſſe, & ideo admittendum eſſe, quaſi talis expoſitio etiam extenderetur à teſtificante in alio militari teſtamento, & fortè verùm poſſit eſſe, quoties non adſit commodum ex iam dictis. Tameo ad dictum, §. *per contrarium*, verius eſt; vt dicamus loqui de teſtamento militis facto ante miſſionem Iure militari, in quo propter priuilegium militiæ ſine diſtinctione pater admittitur io teſtem, vt deducitur *ex* §. *in Teſtibus 9. inſt. de teſtamentis*, §. *ſed hactenus inſtit. de militari teſtamento*, expendit Donellus *in dicta l. parentes, Cod. hoc tit. num.* 6. Graña *hic num.*6. benè expendit Farinacius *dicta quæſt.*54.*num.*194.
15 *&* 195. † Qui *num.* 196. per textum *in dicta l. qui teſtamento*, §. *per contrarium*, verſic. *quacumque*, *ff. de teſtamentis*, docet cum communi Doctorum, quod licet pater poſſit eſſe teſtis io teſtamento filij, non tamen è contra filius in teſtamento patris, & ita verum dicit Clarus *in* §. *teſtamentum*, *quæſt.*55. verſic. *nunquid filius*; vbi ex Bartolo, & Aretino, docet quod filius noo poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris, ſiue ſit in poteſtate, ſiue emancipatus, & ſiue pater condat teſtamentom, ſiue ipſe pater ſit ab alio hæres, in teſtamento inſtitutus.

16 Ad ſextam quæſtionis partem nonnulli dixerunt, quod nutritor, & nutrix poſſint eſſe teſtes pro ſuo alumno; plores refert Menochius *de arbitrariis caſu* 101. *num.*1. *lib.*1. & Farinacius *de Teſtibus quæſtione* 54. *num.*193. ſic tenentes ex Doctrina Bartoli *in l. de tutela poſt num.*1. *Cod de in integrum reſtitut* Baldi, & Saliceti *in dicta l. parentes hoc tit.* Sed quia Bartolus *in dicta l. de tutela* loquitur tantùm io probatione ætatis ipſius alumni quo caſu mirum non eſt ex iam dictis in verſic. *ad tertiam partem quæſtionis*, vt quemadmodum pater, & mater ad ætatem filij probandam admittuntur ſic, & nutritor, & nutrix per ea, quæ tradit Maſcardus *de probat. lib.*2. *concluſ.*1116 *n.*12.

17 Ideo dicendum eſſe exiſtimo generaliter iſtos nõ eſſe admittendos in teſtes, ex eo quia magnus eſt, & incredibilis nutritorum, & nutricum amor in alumnos, & propterea eos patris nomine contineri, dixit Alciatus *in l. fin num.*5. *Cod. de in Ius vocando & lib.*4. *parerg. Iuris*, *cap.*3. & plura priuilegia à Iure patribus conceſſa nutritoribus etiam competere ſcripſerunt: Menochius *ſupra dicta q.* 101. *de arbitrariis*, *lib.*1. *n.*3. *&* 4. Tiraquellus *in l. ſi vnquam Cod. de reuocandis donationibus* in verbo *ſuſceperit liberos*, *n.*49. 53. *&* 54. Vide quos congerit Zenedus *in collect.* 35. *ad Textum in cap. in litteris* 23. *hoc tit. num. fin.*

18 Et licet pro concordia nonnulli doceant diſtinguendum eſſe inter nutritores habentes in Domo ſecum alumnos & inter eos, qui iam tales deſierunt eſſe, quaſi in primo caſu non admittantur ad teſtimonium; Secus in ſecundo, vt per Baldum *in dicta l. parentes*, *num.*3. & *ibi* Salicetus; Albericus *de Teſtibus*, *part.* 1. *cap.*1. *num.* 56. Campegios *in eodem tractatu Reg.* 1. *in* 11. *fallentia*; alij relati à Farinacio *numero* 165. *vbi ſupra*: tamen ipſe *numero* 166. *&* 167. docet quod ſiue alumnus, & nutritor inſimul habitent, ſiue iam ſeparati ſint generaliter non eſſe admittendum in teſtem, non ex capite Domeſticitatis, quæ iam erat finita, finita cohabitatione, ſed ex capite affectionis ſcilicet, quia nutritorum lex locum habet patris, *l. ſi quis alumnam Cod. de nuptiis*, & quandoque euenit, vt tantus ſit nutritoris in alumnum amor, vt illum loco filij habeat, & econtra alumnus educatorem loco parentis amet, teſte Marco Iulio *de amicitia*, quem refert Menochius *dicto caſu* 101. *à num.*1.
† Quare Salicetus *in l. teſtis idoneus*, *num* 2. *ff de teſtibus*, indiſtinctè tenuit, 19
etiam finito tempore nutritionis, ac etiam quod non duret cohabitatio in eadem Domo, quia tamen ſemper durat eadem affectio, id ſemper à teſtimonio repellendum tenuit Nouell. *Reg.*216. *num.*78.
† Vbi qood alumnus teſtis eſſe noo 20
poteſt pro alimentatore, cum vices patris obtineat, & hoc propter beneuolentiam, & reuerentiam, quam habet erga ipſum: argumento textus *in l. ſi parentes*, *ff. ſoluto matrimonio*; idem affirmauit Maſcardus *de probationibus lib.*1. *concluſ.*77. *num.*22. & Menochius poſt alios *dicto caſu* 101 *à num.*1. affirmat hoc totum remiſſum eſſe Iudicis arbitrio, qui Iuxta quantitatem, & qualitatem affectionis, quam cognouerit intercedere inter alumnum, & nutritorem illos inuicem admittet vel oon admittet in teſtes, quod idem voluerunt Nouell. *d. Reg.*216 *n.*78. Maſcardus *concluſ.*1116. *n.*3.

De collactaneo, hoc eſt fratre lactis, vt vocant, 21
quod non prohibeatur teſtimonium ferre, pro ſuo colactaneo, tenuit Rota coram Domino Cæſare de Graſſis, *n.*821. 8. refert Farinac. *d. q.*54. *poſt num.* 168.

Ad ſeptimam partem quæſtionis de priui- 22
gno, & vitrico, teſtimonium ferre non poſſe, vnum pro alio teouerunt oonoulli per Textum *in l. lege Iulia*, *ff hoc tit.* Cortad. *in practica*, §. 2 *de officio prætorum in cauſis ciuilibus*, *Rubrica de Teſtibus in parte perſonas teſtium aggrediẽdo* verbo *parentes poſt*, *num.*44. *fol.*89. *col.*2. refert Farinacius *dicta quæſt.*54 *num* 169. Et ſic Conſultus *in dicta l. lege Iulia* ibi *vitricum priuignum*; & ibi Odofredus *in princ.* verſic. *aduerſus vitricum*, in verbo vitricum, & Albericus, *num.*1. & Textus *in cap. ſi teſtes* 6. *l. Iulia publicorum* 4. *quæſt.*3. dixerunt vitricum cogi oon poſſe dicere teſtimonium contra priuigoum. Sequitur; cum aliis Farinacius *de Teſtibus*, *quæſt.*78. *n.* 82. & ſic quando poſſit eſſe teſtis, exiſtimo regulandum Iuxta dicta *ſupra quæſt. de parentibus reſpectu filiorum.*

Ad octauam quæſtionis partem dicendum, 23
quod nec maritus pro vxore, nec vxor pro marito teſtis eſſe poteſt; *cap. ſi teſtes*, §. *idonei* 4. *quæſt.*3. & ibi Gloſſa verſic. *quid in viro*, *& vxore*, *Cod. hoc tit.* & *ibi* Cynus. & cæteri ſcribentes, item Gloſſa *in l. ſed eſt ſi quis*, §. *illud ſciendum*, verſic. *præterea*, in verbo *Domeſtico*, *ff. ſi quis caut. & in l.*1. verſic. *ſi vir* io verbo *Domus*, *ff. ad Sillanian*, & ibi Bartolus *& in* §. *ſed ſi filius*, verſic. *in ea re inſtit. de teſtamentis*, Baldus, Alexander, & Imola *in l. ſi cum dotem*, *ff. ſoluto matrimonio*, idem Baldus *in dicta l. parentes hoc tit. num.*1. *ad medium*, verſic. *item in vxore*, multis adductis docet Farinacios *de Teſtibus quæſt.*54. *à num.* 210. & eſt ratio quia inter iſtos eſt magnã affectio quia vnus alterum proſequitur, & quia vxor dicitur viro ſubiecta *cap. mulierem*, *cap. fiet imago* 32. *quæſt.* 5. & quia vir, & vxor ſunt duo in carne vna *geneſis* 2. ibi *erunt in corpus*

&.

& animæ, & quidquid vult vnus alter non contradicit, vt poſt alios conſiderauit Maſcardus *de Probationib. concl.* 150. *num.* 2. *&* 5. videndus *concl.* 1420. *à n.* 1. *&* 10. Tum etiam, quia vxor dicitur de domo, & familia viri, ac illius Domeſtica, *§. item is, qui adium*, verſic. *cum vxor inſtit. de vſu, & habitatione, l. quicumque, Cod. de re militari, lib.* 12. *l. adiles*, *§. familia*, *ff. de adilitio* 5. *d.* cum aliis concordantibus; quos adducit Gloſſa *in d. l.* 1. *§. ſi vir*, in verbo *domus*, *ff. ad Sillanianum.*

24 Quod etiam in vxore expulſa teouit Gabriel *Rub. de Teſtibus, concluſ.* 16. *n.* 5. Maſcardus *ſuprà dicta concluſ.* 1420. *n.* 11. *poſt Baldum*, & Sucinum, quia licet in iſto caſu ceſſare videatur affectionis ratio, & Domeſticitatis, adhuc remanent aliæ conſiderationes, qnibus non ad-
25 mittatur. † Et ſic Panormitanus *in cap. in litteris hoc tit. num.* 7. Hipolytus *conſ.* 20. *n.* 5. Gratian. *Regula* 498. dicunt quod non ſolùm vxor, ſiue maritus prohibeotur teſtificare ad fauorem, ſed nec ad offenſam, tradit cum multis aliis Farinacius *dicta q.* 54. *à n.* 219. propter reuerentiam, quam vxor debet viro ſuo, *l. in alia in fine*, *ff. ſoluto Matrimonio*, Antonius Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 12. *num.* 24. verſic. *quod eſt verum*, & ad comprobationem plura alia dicit Farinac. *q.* 78. *num.* 88.

26 Et ob id alij etiam dixerunt concubinam non poſſe teſtificari pro eo, qui ipſam retinet in concubinatu, & econtra ratione affectionis, & Domeſticitatis, Baldus *in cap.* 1. *hoc tit. n.* 3. Felinus *ibi col.* 1. verſic. *ſubdit*, idem Baldus *in dicto cap. in literis*, Campegius *de Teſtibus, regula* 10. verſic. *idem dicendum de concubina*, Maſcardus *de Probationibus, concluſ.* 553. *n.* 8. & *concluſ.* 1356. *n.* 24. & *concluſ.* 1420. *n.* 5. Videbis Doctores *in dict. l. parentes, Cod. hoc tit.* cum aliis Gratianus *vbi ſuprà d. reg.* 498. *n.* 5. ſed Baldus *in d. l. etiam, Cod. hoc tit. in fine*, & ibi Salicetus & Iaſon *in d.*
27 *l. ſed antiquis*, *n.* 3. contrarium dixerunt. † Idémque de amaſio reſpectu ſuæ amaſiæ, & econtra communiter tenent præcitati, & alij relati à Farinacio *d. q.* 54. *à n.* 216. *&* 217. & Gabriel *de Teſtibus, d. concluſ.* 11. *n.* 3. Cynus *in l.* 2. *Cod. hoc tit.* ex eo quia amaſij qui nimio amore ardēt, magis timent amaſiarum minas, quàm parentum, aut aliorum, quibus obedientiam præſtare debent, & nihil eſt, ſiue fas, ſiue nefas; quod amaſius pro ſua amaſia noo committeret, argumento textus, *in l.* 2. *§. cum placuiſſet*, *ff. de origine iuris*, per quem textum dixit Baldus, quod amor puellarum, ſubuertit verum hominis iudicium, & nihil vehementius amoris furore probat text. *in Authent. quibus modis naturales, efficiantur legitimi*, *§. illud*, *& ibi gloſſa.* Cúmque amans ebrio compararetur, & furioſo, quid mirum, vt teſtimonium pro amaſia, & econtra ferre prohibeatur. Quod etſi Angelus contrarium ſenſiſſe videatur, *in l.* 2. *§. ſi vir*, *ff. ad ſillanianum*, verùm eſt vt docent Maſcardus *libro* 1. *de Probationib. concl.* 65. *n.* 7. *& concluſ.* 68. *à n.* 17. & *d. concluſ.* 1420 *à n.* 6. Hector Emilius *de Teſtibus*, io verbo *teſtis adulter*, *num.* 5. & in verbo *teſtis amaſius*, *n.* 12. *in fin. p.* 2.

28 Præfatam tamen regulam de vxore, aut viro, multis limitari modis ſcripſit Iaſon *in leg. ſed & ſi quis*, *n.* 4. *ff. ſi quis cautionibus*, qui tripliciter limitat Campegius *de Teſtibus*, aliis duobus modis. Et primo vxor, quæ virum non timet, vel eſt bonæ famæ poterit teſtificari contra virum, Panormitanus *in d. cap. in litteris*, *n.* 7. & ibi Felinus, Beroard. Diez *regula* 746. *limit.* 5. Tiraq. *de pœnis temperandis cauſa* 51. *num* 92. Gratianus *ſuprà n.* 4. & teouerunt alij adducti à Farinacio *d. q.* 54. *n.* 223. ſed ipſe cum aliis contrarium docet ex eo, qnia vxor repellitur à teſtimonio non eâ ratione, quod propter reuerentiam, quam viro debet, & propter illius timorem, ſit ſuſpecta, vt falſum deponat, ſed propter affectionem, & Domeſticitatem, cum ſit vna, & eadem chara: Quæ affectio ſemper militat, ſiue timeat, nécne maritum.

Item quando veritas aliter haberi non poteſt 29
vxor contra virum, vel econtra cogitur ad deponendum, iuxta dicenda infrà *ad titulum de Teſtibus cogendis*, Farinacius cum aliis *n.* 221. qui ex aliis etiam *n.* 220. ait, quod licet regulariter vxor cogi oon poſſit ad teſtificandum contra virum: tamen econtra vir poterit cogi contra vxorem deponere, & reddit rationem Aymon *de antiquitat. temp. p.* 1. *ſectione*, verſic. *de fama*, *n.* 17. verſic. *licet ſecus in merito*, qnia ſcilicet in marito deponente contra vxorem, non imminet ratio periculi, ſicut in vxore deponente contra virum.

Sed vxor poterit cogi, vt teſtificetur contra 30
virum in cauſa hæreſis; docet Maſcardus *de Probationibus, concluſ.* 837. *n.* 12. & faciunt multa, quæ iam adduxi: nam iſtud crimen exceptuatum eſt. † Item etiam ex noſtro textu poterit 31
teſtificari io cauſa matrimonij, iuxta ea, quæ adduxi *ſuprà q.* 1. & benè docet Menochius diſtinguendo *de Arbitrarijs, lib.* 2. *q.* 103. *per totam*, vbi videbis. † Et ſic quoties delicti probatio 32
pertinet ad vindictam publicam poterit vxor contra virum, ſeu vir contra vxorem teſtimonium dicere; ſed quia difficile eſt, vt practicetur à fiſco adoocato; ideo optimè Farinacius *d. q.* 54. *n.* 229. *&* 230. cum Iaſone, & contra Fulgoſium *conſ.* 47. ait quod iſto caſu dicitur magis coniux deponere io ſui vtilitatem, ſiue mariti propter affectionem, quam in vindictam, & ob id malè facere fiſci aduocatum, qui adduxerit maritum ad teſtificandum contra vxorem, ſeu econtra vxorem contra maritum. † Tamen 33
quando agitur de probando innocentiam rei inquiſiti, pro aliquo delicto, benè poterit coniux adduci in teſtem ad defenſionem ſui coniugis, Maſcardus *de Probat. dicta concluſ.* 1420. *n.* 14. Farinacius cum aliis *d. q.* 54. *n.* 228. † Qui 34
n. 227. ait quod in factis difficilis probationis, in quibus magis veriſimiliter ſciunt veritatem coniuges, quàm alij: tunc eos ad teſtificandum admitti: argumento text. *in l. conſenſu*, *§.* 1. cum *ibi* per Doctores *Cod. de repudiis*, & poſt Bald. *in d. l. parentes hoc tit.* tenuit Iaſon *in d. l. ſed & ſi quis*, *col.* 1. *n.* 4. *ff. ſi quis cautionibus*: facit ratio textus, *in cap. videtur de his, qui matrimonium accuſare poſſunt*, de qno dixi *ſup. q.* 1.

Ad nonam quæſtionis partem, dico parentes 35
in cauſis criminalibus admitti ad filiorum defenſionem, & in præiudicium fiſci, vt conſuluit. Rolandus *conſ.* 7. *n.* 14. *&* 27. *volum.* 1. qui præſertim ioquitur, quando patris teſtimonium habet conteſtem, videbis quæ notat Farinacius *dicta quæſtione* 54. *num.* 208. *&* 209. videndus *ibi à n.* 27. vbi ait quod affinitas repellens teſtem à teſtificando, debet eſſe per lineam aſcendentem, vel deſcendentem; ſecus ſi per tranſuerſalem,

uerſalem, & hoc in ciuilibus cauſis, quia in
criminalibus indiſtinctè repelluntur. Verùm
poſtea ibi *à n.33.* ait quod in criminalibus affi-
nes, & conſanguinei admittuntur ad defenſio-
nem ſui conſanguinei inquiſitam, vtputà ad
probandum, quod ipſe occiderit ad ſui defen-
ſionem, vel alias ad illius innocentiam dete-
gendam, & multa alia exempla referr ex multis
36 ab eo relatis. † Imò & *n.37.* declarat hoc pro-
cedere, quando Iudex ex officio procedit, vel
ad inſtantiam fiſci, quia tunc non agitur de
præiudicio alicuius tertij, ſed tantùm fiſci, qui
cum tractat de loco pœnali, & odioſo cum
alterius iactura illius intereſſe, non eſt in ali-
qua conſideratione: argumento eius, quod ad-
notatur, *in l. ſi quis vxoris, §. fin.* & ibi Gloſſa
ff. de furtis, & in ſpecie Baldus *in dicta l. paren-
tes. col.1.* verſic. *aut dictum ſuum fratri prodeſt*,
37 & nemini nocet. † Secus autem quando Iu-
dex procederet ad inſtantiam partis, & accu-
ſatoria, quia ſatis dicitur agi de præiudicio al-
terius. Felinus *in cap. litteras de præſumpt. num.15.*
cum aliis Maſcardus *de Probat. lib.1. concluſ.412.
num.8. in fine. & concluſ.904. num.13.* Farinacius
38 *ſuprà.* † Qui *num.38.* ait in omnem euentum
nunquam iſtos eſſe teſtes integræ fidei, & omni
exceptione maiores, ob præſumptam affectio-
nem conſanguinitatis ſecundum Gabriel *de Te-
ſtibus*, & quando ſit fides eorum teſtimonio
adhibenda in iſto caſo facti inſpecto, & perſo-
narum qualitata, Iudicis religioni relinquen-
dum dixit Clarus *in practica, §. fin. quæſt.24.* ſub
verſic. *item ſcias:* ſequitur Maſcardus *de Probat.
lib.1. concluſ.68. n.3. in fine*, & videbis quæ do-
cet idem Farinacius *d. quæſt.54. n.121.* & gene-
raliter *de Teſtibus inhabilibus, q.62. n.93. & 98.*

39 Ad decimam de cauſa correctionia, vel pro-
bationis peccati, dico parentes admitti in te-
ſtes, ſeu econtra filij, cum carnalis illa affectio
nihil operetur, & non agatur de commodo
perſonæ principalis, aut de incommodo alte-
rius, ſeu de ipſius ſalute, *cap. in tantum hoc tit.*
Socinus *Regula 427. in 1. fallent.* Campegius *de
Teſtibus, regul.1. in 13. fallentia*, Maſcardus *de
Probationibus concluſ.1148. num.16.* Farinacius
dicta quæſt.54. num.207. Balboa *in dicto cap. tertio
loco 5. de Probationib. n.20.* verſic. *fallit.7.*

40 Ad vndecimam quæſtionis partem, breuiter
etiam dico, quod ſi parentes tacitè, aut ex-
preſsè conſentiunt in teſtimonio filij, vel econ-
uersò, vt ſi à parte producantur: tunc proba-
re contra producentem: argumento textus *in
leg. ſi quis Teſtibus, Cod. hoc tit.* Farinacius *dicta
quæſt.54. num.189.* & probat ex his, quæ gene-
raliter de Teſtibus in habilibus contra produ-
centem probantibus dicit *dicta quæſtion.62. de
Teſtibus, à num.211.* & de fratribus conſangui-
neis, & affinibus dixit *dicta q.54. n.74. & 126.*
& de parentibus expreſsè reliquit ſcriptum
Campegius *de Teſtib. regula 1. in 5. fallentia.*

41 Et ſi dubites, quando dicatur tacitè; ſeu ex-
preſſe conſentire, dico tacitum dici conſenſum,
quando parentes, aut filij producerent, parte
non opponente, Aymon *conſ.105. num.5.* jun-
ctis his, quæ de fratribus, & conſanguineis,
& affinibus dixit Farinacius *quæſt 61. num.61.
& 114. & de Teſtibus inhabilibus*, dixit in ge-
nere, *quæſt.62. à num.175.* Expreſſum verò con-
ſenſum dici, quando vtraque pars expreſsè vult,
& inſtat parentes, aut filios examinari, & iſto

caſu ait Baldus nihil eſſe quod illorum examen
impediat, *in dicta leg. qui teſtamento, §. quacum-
que, num.2.* verſic. *nam etiam*, Maſcardus *de Pro-
bationibus, dicta concluſ.1148. num.17.* Farinacius
dicta quæſt.54. num.190. vbi dicit hanc conclu-
ſionem eſſe abſque difficultate vlla, pro quo
faciunt quæ ipſe adducit generaliter de Teſti-
bus inhabilibus, *d. quæſt.62. à n.177.* Balboa *in
d. cap. tertio loco de Probationib. n.18.*

Vnde licet ex textu *in dicta l. parentes, Cod.* 42
hoc tit. in illis verbis *parentes, & liberi aduerſus
ſe*, appareat parentes, & liberos tantùm aduer-
sùs ſe non eſſe admittendos, & ſic pro ſe benè
admitti dico contra ſe, nec volentes admitti
pro ſe autem volentes admitti, hoc eſt ſi ad-
uerſario non recuſante pater prope filium in te-
ſtem producat, quia tunc non tantùm volens
filius ad teſtimonium ob patris charitatem ad-
mitti debet, verùm & inuitus compellitur te-
ſtimonium dicere, vt expendit Donellus *in dicta
l. parentes*, Graña *hîc n.7.* † Qui ita interpre- 43
tatur Africani reſponſum, *in l. in priuatis 77. ff.
de Iudiciis*, in illis verbis, *pater filium, vel filius
patrem Iudicem habere poteſt.*

Et licet contra hæc verba inſurgant alia text. 44
*in l. qui Iuriſdictioni 10. ff. de Iuriſdictione omnium
Iudicum.* vbi Vlpianus ait eum, qui iuriſdictio-
ni præeſt ſibi, nec filiis ſuis ius dicere poſſe. Ta-
men reſpondetur textum, *in dicta l.10.* loqui
in Magiſtratu filio ius in patrem dicente, vel
econtra, qui omnes ſibi inuicem prohibentur
ius dicere parentes, propter charitatem erga
filios, liberi propter eandem erga parentes:
argumento textus, *in l. teſtes hoc tit.* † At verò 45
textus, *in dicta l. in priuatis*, loquitur in Iudice,
quia populo, non à litigatoribus eligebatur,
& is nunquam dabatur cauſarum deciſioni, niſi
parentes poſt ſortitionem, in eo conſentirent.
Quare ait Graña *ſuprà*, cum Antonio Fabro *in
rationali ad textum, in dicta l. in priuatis*, Cuja-
cio *lib.3. quæſt.* Africani, *ibi* mirum non eſſe
quod ſi partes ſortitum patrem Iudicem cogno-
uiſſent, & in eo conſenſiſſent, vt ſi ab illis ex-
ceptio non ſit oppoſita, pater in cauſa filij poſ-
ſet eſſe Iudex; Et videbis quæ adduxi *ſuprà in
cap.9. de Iudiciis, quæſt 11. à n.3.* vbi expendi
textum, *in dicta l. in priuatis:* alia adducit Graña
hîc à n 8. vbi *n.9. & 10.* loquitur de aliis caſibus,
in quibus pater pro filio, ſeu econtra, in teſtes
admittuntur.

Vnum tamen notabis pro complemento cum 46
Couar. & ab eo relatis, & ex aliis iam *ſuprà in 1.
& hac 2. quæſtione*, notatis pro materia textus
noſtri. Quod & ſi pater, & mater ſoror, & re-
liqui cognati, ad teſtificandum admittantur in
cauſa matrimoniali, hoc tamen futurum eſſe
Iudicis arbitrio, qui cautè perpendet quanta ſit
fides Teſtibus adhibenda, ex cauſæ pendentis,
qualitate perſonarum conditione pari, aut diſ-
ſimili, ita Couar *pract. lib. cap.18. n.8* & notat
in ſpecie Hoſtienſis hîc & Felinus, Lanfrancus
in cap. quoniam contra falſam, de probat. num.93.
Aretinus *conſ.82.* Socinus *conſ.17. lib.1.* Alciatus
de præſumpt. reg.1. præſumpt.2. n.4. & colligitur,
ex l.16. tit.9. p.3.

Digitized by Google

Qvæstio III.

An per impedimentum matrimonij probetur vnicum tantùm teſtem: Et an diuitiæ aliquem nobilitent: Et an mater ſit teſtis idoneus, vbi vir excedit in vno, & mulier in alio: Et an ad matrimonij probationem ſit reuelandum arcanum confeſſionis Sacramentalis?

Svmmarivm.

a *Diuitiæ, & ſi non nobilitent, faciunt tamen, vt diuites ad honores pauperibus præferantur, n. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*

9 *Si vir excedit mulierem in aliqua qualitate, & vxor virum qualiter eſſe poſſint eſſe teſtes, num. 10.*

11 *Confeſſionis ſacramentalis arcanum, nec ob impedimentum matrimony eſt detegendum, n. 12. 13. 14.*

1 OMnes hæ difficultstes, & aliæ tractatæ ſunt à Doctoribus occaſione noſtri textus, de prima videbis quæ tradit Thomas Sanchea cum addoctis ab eo per textum noſtrum *lib. 1. de matrimonio, quæſt. 71. & 72.* De qua ago *infra in cap. præterea, l. 2. de ſponſalibus, & in cap. 1. de conſanguinitate, & affinitate*, & applicabis adducta *infra in cap. licet 23. & in cap. cum à nobis hoc tit.*

2 Ad ſecundùm quæſtionis partem, an diuitiæ aliquem nobilitent, com aliis non diuitibus præferendo, Abbas *hic num. 5.* expendit verba textus noſtri, ibi *vir ſuperior eſt diuitiis, nobilitate, vel honore*, & ſic ptubat primo quod diuitiæ exaltant hominem, & quod non ſunt teprobatæ, ſi ſint quæſitæ cum boois operibus, *cap. hæc autem ſcripſimus 30. diſtinctione, cap habebat 1 2 quæſt. 1.*
3 Gloſſa *in cap. Clericos eadem cauſa, & quæſtione.* †
De ſecundo membro nobilitatis expendunt, *in*
4 *cap. de multa de præbendis.* † De tertio membro
ſcilicet de potentia declarat, id eſt amicorum,
ad quod adducit textum cum Gloſſa *in cap. con-*
5 *ſtitutus 2. de appellat. cap. officy de electione.* †
De quarto membro ſcilicet præeminentia bonori, ait exponere Doctotes, quando eſt Iudex Bablibus Doctor conſiliatius Principis, vel magni viri: quare non incongruè de ſingulis poſſet latè hîc agi: vide quæ adducit hic Felious *à num. 3.* Sed quia Tiraquellus de his omnibus loogè agit in ſuo libro de nobilitate; ideo leges illum, *ibi in cap. 2. cap. 19. 20 21.* vbi agit præcipuè de prærogatiua nobilitatis, & vnde dicatur: Et *in c. 28. & 29.* vbi agit *de quæſt. an Iudicatura, & aduocatia nobilitent:* Et quatenus ſpectat ad diuitias ounc ago.

6 Igitur ex multis probatur diuitiss nihil ad nobilitatem ſpectare, vt pates ex illo lactantij firminiani *lib. 5. de Iuſtitia, cap. 16.* ibi *diuitiæ non faciunt inſignes, niſi quos poſſunt bonis operis facere clariores*; at ſtipulari videtur textus *in l. nobiliores, C. de cõmercius, & mercatoribus*, vbi diuitiæ, & nobilitas ponuntor ad diuerſa, & ſeparata, & ſic colligere videtur Tiraquellus *c. 3. de nobilitate, n. 15.* & in illis verbis *diuitiis, nobilitate, & in cap ſignificantibus de officio delegati*, ibi *nobilis, & diuus*; alia quam pluta ex bonis littaris adducit idem Tiraquellus, *dicto cap. 3. numero 15. vſque ad 17.*

Verùm quia Textos *in l. Imperatores, ff. de de-* 7
curionibus, dicit diuitias nobilitare & Baldus hîc
dicat *ſatis nobilitatem eſſe, qui diues eſt*, per textum noſtrum, & io comprobationem huius partis multa videnda; idem Tiraquellus tradat, *dicto, cap. 3. de nobilitate à num. 1.* Ideo eomeo dico quod, & ſi diuitiæ non nobilitent, tameu eas dare cauſam nobilitati non nunquam cenſeo cum Bartolo *in l. 1. Cod. de dignit, lib. 12.* & Bal-
do *in cap. ſedes de reſcriptis.* † Itaque fieri, vt- 8
quemadmodum ad honores, & magiſtratus conſequendos nobiles ignobilibus præferontur, vt probat textus *in §. 1. in princ.* & verbo *interim, & §. vlt. in Authentica de defens, ciuitatum* ſic diuites quoque paupetibus: anta ferri per textum *in l. reſcripto in princ. ff. de muner, & honoribus, & l. ad ſubeunda*, & ibi Locas de Penna *Cod. de decurion, lib. 10.* Albericos *in Authentica præſides Cod. de Epiſcopali audientia*, cumulat plura ex bonis authoribus idem Tiraquellus videudus *de nobilitate dicto cap. 3. à num. 18.* Ex qoibus optimè fit ad noſtrum textum matrem non potoiſſe teſtem idoneum eſſe in cauſa mattimoniali ſuæ filiæ quia ea impugnabatur a fine dioitiarom, quæ erant in viro, vt iam *ſupra* adduxi, *q. 1.*

Ad tertiam quæſtionis partem exiſtimo reſ- 9
poudendum, quod ſi mulier excedat virum io vno, putà in nobilitate, & econtra vir excedit mulierem in diuitiis, quia locupletiſſimos eſt; tunc multùm pendere ab arbitrio Iudicis, vtrum mater poſſit eſſe teſtis idoneus in cauſa matrimoniali; quod probatot ſatis ex his, quæ de arbitrio Iudicis adduxi *ſupra quæſt præcedenti in fine*, & in terminis probat Abbas *hic num. 9.* cum ſpecul. tot.

Sed ſi de ſponſalibos agetetor licet Hoſtienſis 10
dicat idem fore ad noſtrum textum dicendum, quod dictum eſt de matrimonio; ita vt mater teſtis ſuſpectus videatur: tamen idem Abbas, *hic n. 10.* Cum Ioanne Andrea, dicit teſtem eſſe ſufficientem ſuſpicione carentem; eo quod non eſt eadem ratio da ſponſalibos, qoæ eſt de marrimooio oam illa multis ex caoſis queunt diſſolui, vt dico per textum, ibi *in cap. quemadmodum de Iureiurando*, quod non militat io matrimonio:

Ad quartam quæſtionis partem, vt latè reſ- 11
pondeas applicabis qoæ dico *in cap. 2. de officio ordinary*, vbi iotet alias quæſtiones ago de ea, an liceat vri de eo, quod ſcitom eſt ſub ſigillo confeſſionis ad externam gubernationem; nunc verò ad difficultatem breuiter reſpondeo tale eſſe confeſſionis ſigillum, nam etſi crimen aliquod committendum io damnum Reipublicæ detegatur in confeſſione verè Sacramentali, non licere Sacerdoti prodito confitentis nomine, etiam Iureiurando præmiſſo cniquam detegere, vt tener communia Theologorom Schola *in 4. ſententiam, quæſt. 3.* Nauatros *in cap. ſi ſacerdos de pœnitent, diſt. 1.* Sotus *de ſecrete membro 3. quæſt. 4. concluſ. 2. & in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 5.* Vbi ait cum Ricardo, & aliis, qood ſi neceſſitas taliter vrgeret, quod eſſet moriturus, aut de tecturus illud ſigilli ſecretum, debet Sacerdos, potius mortem eligere; & ſic infert Villalobos *in ſumma 1. parte tract. 9. dif. 72. numero 4.* quod nec Papa, nec concilium poſſunt io hoc præcepto diſpenſare, vt nec diſ-
penſare

Digitized by Google

penſate poſſunt in Sacramento, vide Suarez *de pœnitentia diſputatione* 33. *ſectione* 1. Bonacinam *tom.* 1. *diſputat.* 5. *quæſt.* 6. *ſect.* 5. *puncto* 4. *num.* 31. & 32. cum aliis Ægidius Trullenq. *de Sacramentis, libro* 4. *cap.* 9. *dubio* 1. *num.* 4. & 5. ita tenet Cooarruuias *in* 4. *de ſponſalibus, & matrimonio, p.* 7. *cap.* 8. §. 12. *num* 10. vbi improbat Archidiaconum *in dicto cap. ſi Sacerdos*, Hoſtienſem, Ioannem Andream, Anchartanum, & Abbatem *in cap. omnis vtriuſque ſexus*, contrarium tenentes.

12 Vnde licet in puncto, & caſu difficultatis noſtræ fuerint; nonnulli Doctores, qui dixerunt, & affirmarunt poſſe Confeſſionis Sacramentalis arcana reuelari in Iudicio ad probandum coniugium, inter quos. Ludouicus Romanus *in l. ſi non ſpeciali, Cod. de Teſtament. col. penult.* dicens eſſe ad hoc Gloſſ. *ſingul. in cap. tua nos de ſponſalibus*, verbo *conſtituerit*, quam dicit ſingularem Iaſon *in l.* 1. §. *huius ſtudij, ff. de Iuſtitia & Iure, column.* 2. idem *in leg. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, column.* 3. & *in leg. reprehendenda, Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* Chaſan *in conſil.* 1. verſic. *ad ſecundum, n.* 17.

13 † Tamen reuera hæc, opinio vtique improbanda venit, ex iam dictis, *num. præcedenti*: quare ſi vnquam tale ſigillum prodere licet, non eſt cur fauore matrimonij prodatur, & ſic ſi Sacerdos apud Iudicem arcanum iſtud frangeret, ei nulla fides adhiberi debet, vt optimè conſiderat Baldus *in leg. Archigerontes, Cod. de Epiſcopali audientia*, quem ibi ſequitur Paulos de Caſtro, & Felinus *in cap.* 1. *de exceptionibus, colum.* 1. Tyndarus *de Teſtibus, fol* 1. & Ripa *de peſte*, §. *vlt. num.* 104. eſt enim certum nihil pertinere ad iudicialem controuerſiam ſcientiam, quam Iudex in confeſſione habuit, iuxta textum, *in cap* 2. *de Officio ordinarij*, & *in cap. dilectus de exceſſibus prælatorum.*

14 Et ob id non eſt ferendus Romanus, nec Gloſſa, textus *in dicto cap. tua de ſponſ.* quia illa Gloſſa non loquitur quando reuelatio confeſſionis faceret matrimonio; ſed quando præiudicium in ea fieret huic contractui. quia ex ea conſtabat de diſſenſu; nec enim Gloſſa ibi aliquid ſcribit de reuelando ſecreto Confeſſionis, ſed ſcribit confitenti diſſenſum in foro pœnitentiali credendum eſſe, non autem in exteriori Iudicio, quo in ſenſu potius Gloſſa eam citantibus aduerſatur, quam eis patrocinetur, vt aduertunt Fortunius *in dicta l.* 1. §. *huius ſtudij, ff. de Iuſtitia & Iure, col.* 5. Ripa *in tractatu de peſte*, §. *vlt. num.* 115. & 107. vbi reprobant eorum Doctorum annotationem, alia tradit Couarruuias *vbi ſuprà à num.* 9. 10. & 11. & ſic Iaſon *in dicta leg. reprehendenda*, non temerè ſuſpectam, exiſtimauit concluſionem Ludouici, Romani. Applica dicta *infra in cap. cum à nobis* 28. *quæſt.* 3. verſic. *ad tertiam.* Et *in cap.* 18. *ſuprà quæſt.* 3. verſic. *ad quartam.* Et pro complemento applicabis dicta *infrà in c. cum à nobis* 28. *quæſt. fin.* verſic. *ad tertiam.*

QVÆSTIO IV.

An mulier poſſit eſſe teſtis in cauſis matrimonialibus, & quid in alijs?

DE his poterat hîc agi occaſione verborum textus noſtri ibi, & *altera mulier*, ſed ne longe repetam materiam huius textus; de hoc videbis *infrà in cap. cum litteris* 33. *hoc tit.* Et applicabis nonnulla dicta *ſuprà in cap.* 4. *de probat.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXIII.
Licet vniuerſis, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

DE materia huius textus dico latè, *in cap. cum à nobis* 28. *hoc tit.* & applicabis quæ *ſuprà* adduxi *in cap. Iudæi* 21. *hoc tit.* De bonitate teſtium *ſupra in cap.* 5. & *in cap. teſtimonium hoc tit.* videbis adducta *in cap. ſicut* 9. & *in cap. ſuper eo* 22. *ſuprà hoc eodem tit.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXIV.
In litteris, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

QVOD teſtes non ſint de familia, & conſanguinitate producendi, dixi latè ſuprà *in cap. tertio loco* 5. *de probationibus*, & de bonitate teſtium *ſuprà in cap. quoties* 5 *hoc tit.* & *infrà in cap. teſtimonium.* Et applicabis dicta *in cap. ſuper eo* 22. & *in cap ſicut* 9. I. Et ex verbis ibi *quidam nobilis, &c.* Quibus verbis, vſque ad verſic. *reſpondemus*, agi poteſt, an matrimonium iam contractum diſſolui queat ex eo, quod vir alleget prius cognouiſſe cognatam, ſeu conſobrinam patris ſuæ vxoris. II. Ad quod applicabis dicta *ſuprà in cap* 4. *de probationibus.* III. Et de impedimento affinitatis videbis quæ dico *infrà ad titulum de conſanguinitate & affinitate.* IV. Et quod per cohabitationem diutinam, & famam probetur, matrimonium dico *infrà in cap. illud de præſumpt.* Plura congerit Barboſa videnda hic de quibus ego ſuis locis dixi.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXV.
Cum veniſſet, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

VT benè huius textus materiam apprehendas applicabis dicta *in cap. fraternitatis* 17. *cap.* 18. *hoc tit.* cui adjunges quæ ex multis notat Barboſa *hic.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXVI.
Series, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

MATERIAM huius textus ſatis apprehendes ex his, quæ adduxi *ſuprà in cap. fraternitatis hoc tit.* Hic agi poteſt de Teſtibus ad impediendum matrimonium, & videbis quæ adduxi, *ſuprà in cap. ſuper eo 22.* & quæ dicuntur ad titulum de conſanguinitate, & affinitate.

I. Et ibi, *qui conſanguinitatem ſecundum formam Canonum computant*; de computatione graduum cognationis, & à quo ſtipite, videbis dicta *infrà in cap. quod dilectio 3. de conſanguinitate, & affinitate.*

II. Et ibi, *quam publicum instrumentum*, video Riccium per noſtrum textum agere de termino, ad impugnandum inſtrumentum, *in collect. 845.* ad hunc textum, de quo dico *infrà in cap. cum Ioannes 10. de fide inſtrumentorum.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXVII.
Præterea, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD textum, quatenus in eo agitur de probatione carnalis copulæ, videbis quæ dico *infrà in cap. litteris 12. de præſumptionibus.* Et applica dicta *ſuprà in cap. 4. de probat.* Et de Teſtibus de audito qualiter probent dico latè *infrà in cap. licet ex quadam hoc tit.* Et quoad copulam carnalem; ſeu in matrimonio, qualiter teſtes de auditu probent, dico *ibi q. 2.* ſub verſic. *ad quartam*, in verſic. *circa quartum dubium*, vbi hunc textum expendo.

I. Et ibi, *ſtandum eſt teſtimonio iuratorum*: de iuramento ſub neceſſitate à Teſtibus præſtando dixi *ſuprà in cap. quoties 5. hoc tit.*

II. Et ibi, *etenim circumſpectus Iudex, atque diſcretus motum animi ſui ex argumentis, & teſtimonijs, quæ rei aptiora eſſe comperent, confirmauit*: Ex his verbis colligitur quantùm ſit arbitrium in Iudice, vt probationes æſtimet; vide nonnulla, quæ adduxi *ſuprà in cap. in cauſis 15. hoc tit.* III. Et ſic applicabis dicenda *infrà in cap. in noſtra 32. hoc tit.* vbi ago de prælatione teſtium. Et quæ adduxi *ſuprà ad Rub. de probat. quæſt. 1.* in verſic. *ad tertium*, vbi egi de quæſtione, an duæ ſemiplenæ probationes coniugantur. IV. Teſtis inhabilis cum alio minus habili, an coniugatur, vt faciat plenam probationem, dico *infrà in dicto cap. 32. & in cap. 33. hoc titulo.*

QVÆSTIO I.

An teſtimonium de auditu, transferat probandi onus, in aduerſarium: Et an poſſeſſio transferat onus probandi in ſeruitutibus, vel quaſi: Et an ſi contra reum ſit vnus teſtis fide dignus, & ſimiliter indicium, & ſemiplena probatio cenſeatur probatum delictum: Et an vnius teſtis dictum, & fama probent quem eſſe excommunicatum?

SVMMARIVM.

3 *Delictum an probatū cenſeatur, vbi contra reum adeſt vnus teſtis idoneus, & ſimiliter indiciū, & ſemiplena probatio, verū eſt in ciuilibus, nō atquè in criminalib. n. 4. imponitur tortura, n. 5.*

AD primam quæſtionis partem, quam latè tractat Parianus *de probat. lib. 1. cap. 16.* per noſtrum textum, & Faquinetus *controuerſ. lib. 11. cap. 66.* ago *infrà in cap. licet ex quadam hoc tit.* vbi latè *de fide præſtanda Teſtibus de auditu.* 1

Ad ſecundam quæſtionis partem, an poſſeſſio transferat onus probandi in ſeruitutibus, vel quaſi reſpondebis ex his, quæ latè adduxi *in cap. licet 9. de probat. quæſt 6.* 2

Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeam præmitto ea, quæ dico *infrà ad titulum de præſumptionib.* nunc verò ad quæſtionem videtur affirmatiuè reſpondendum ex noſtro textu ibi, *reſpondemus quod ſi conueniens teſtimonium de viſu reddatur, vel etiā de auditu, & præſumptionem violentam fama conſentiens ſubminiſtret, ac alia legitima indicia ſuffragentur, ſtandum eſt teſtimonium iuratorum,* & probatur, quia duæ ſemiplenæ probationes diuerſi generis, vel plura indicia, vel præſūptiones benè inducunt plenam probationem, vt probat text. *in l. quæro, §. fin. ff. de ædilitio edicto,* vbi Bart. Bald. Salicet. & DD. Gl. Ordinaria *in l. 1. §. ætas, ff. de excuſat. tutorum* & ibi DD. & Bald *in l ſpadonē, §. qui iura eod. tit.* idem Bald. *in Rub. de probat.* Abb. & communiter DD. *in cap. cum cauſa eod.* & Gl. Ordinaria *in cap. veniens, & l. 1. hoc tit.* & Gloſſa Ordinaria *in cap. 1 de appellat. & in cap fin. de ſucceſſ abinteſt.* Bartol. notabiliter *in l. admonendi, ff. de Iureiur. n. 8. col. 48.* ibi Iaſon *2. licet, n. 216.* Bald. *in l ſi quis ex argentarijs, §. 1. ff. de edendo,* Salicet. *in l. bonæ fidei, Cod. de rebus creditis, col. 9. n. 23.* 3

Sed hoc de ciuilibus verum eſſe credo; in criminalibus autem ſi contingat, vt contra reum accuſatum, vel inquiſitum ſit vnus teſtis de viſu fide dignus, & omni exceptione maior, & ſimiliter indicium, & ſemiplena probatio diuerſi generis, vel fortè non ſit aliquis teſtis de vſu, ſed ſint plura indicia, vel præſumptiones; tunc dicendum eſt non plenè probatum cenſeri delictum; itavt poſſit procedi condemnatio ad pœnam mortis, vel corporalē, quia non eſt liquida, & certa probatio, prout requiritur in criminalibus, in quibus, quia tractatur de vita hominis debent probationes eſſe luce clariores, *l. ſinguli, C. de accuſat. l. qui ſententiam C. de pœnis, l. fin Cod. de probat. leg. aditos, Cod. de appellat.* & vtrobique Doctores, probat de Iure Regio, *leg 26 titul. 1. p. 7.* tenet in expreſſo doctrinam iactam, *dicta gl. ſingularis, & ordinaria, cap. veniens, & l. 1. hoc tit.* 4

Digitized by Google

Gloſſa 2. quam ibi ad hoc notat, & commendat Abbas, Imola, & communiter Doctores, & reputat ſingularem, Archidiaconus *in cap.1. de Confeſſis*, Imola *in l. intereſſe, col. fin. ff. de acquirenda poſſ.* Angelus *de maleficijs in p. fama publica precedente, col.5. verſic. & an fama*, cum aliis Gomezius *lib.3. var. cap.12. à n.25.* † Qui *n.26.* ita tenendo ait, quod in hoc caſu poterit reus, quando præſumptiones ſunt hominis; id eſt non liquidiſſimæ torqueri ad eruendam veritatem, qui ſi confiteatur, puniri valebit pœnâ ordinariâ cum ſit ſpecies probationis tortura, ſin autem præſumptiones ſint iuris, & de iure; tunc abſque tortura condemnabitur pœna ordinaria, quia iſtæ præſumptiones, faciunt integram probationem, vt *infrà* dico *in cap. afferte 3. de probationibus*, & applicabis quæ dico *infrà in cap. tam litteris 33. hoc tit.* vbi *de ſingularitate teſtium.*

6 Ad quartam quæſtionis partem reſpondebis ex his, quæ adduxi *ſuprà in cap. poſt ceſſionem 7. de probationibus quæſt.4. à n.1. & 2.* Et pro complemento huius textus notabis quæ hîc adducit Barboſa.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXVIII.
Cùm à nobis, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

TExtvs huius materia complacet cum materia textus, *in cap.4. cap.11. & cap.23. hoc tit.* quare hîc tractandum eſt de numero teſtium requiſitorum in Iudiciis, & in aliis actibus, tam lege naturali, & diuina, quàm lege poſitiua. I. Ibi *ne vnius Iudicis quantocumque authoritatis*, verbu *credatur*, & ibi *nec ſcriptum eorum*, ad hæc verba applicabis quæ adduxi *ſup. in cap. poſt ceſſionem 7. de probat.* Item poteſt applicari quæſtio, de qua dico *infrà de fide inſtrum.* quibus ſcilicet teſtibus inualidetur inſtrumentú.

II. Et ibi *ſaluâ in omnibus Sedis Apoſtolicæ authoritate.* Occaſione horum verborum poterat hîc agi de abſoluta poteſtate Pontificis; ad quod videbis quæ adduxi, *ſuprà in cap. nouit de Iudicijs*, & *in cap. per venerabilem 13. qui filij ſint legitimi.* III. Hîc etiam poterat agi de ſingularitate teſtium, de quo dico *infrà in cap. tam litteris 33. hoc tit.* & videbis quæ adducit hîc per textum noſtrum Riccius *collect.1084.*

QVÆSTIO I.

Quare teſtimonium Iudicis nunquam credatur, etiam ſi præcelſa ſit dignitatis, cum conſtet multis in caſibus vnius teſtimonio fidem adhiberi?

SVMMARIVM.

1 *Teſtimonium Iudicis, non creditur, etiamſi præcelſa ſit dignitatis, num. ſequentibus, & à num.4. 5. 6. etiam fauore piæ cauſæ, n.7. fallit in n.53. & 54.*

4 *Probationis regula conſiſtit in duorum, vel trium teſtimonio.*

5 *Vni, nec Catoni credendum, nec Epiſcopo, n.8. itavt nec ſtatuto, nec conſuetudine, nec conſtitutione, nec à Papa, nec à Principe integra adhibeatur fides, n.11. niſi vbi paruum eſt præiudicium, & modica cauſa, n.12. 13. 14. & in caſibus iactis, n.15. 16. 17. 18. 19. ad 61.*

9 *Vni teſti non creditur plenè, etiam in cauſis, vbi Iudex ſola veritate facti inſpecta Iudicat.*

15 L. Theopompus, ff. de dote prælegata.

16 *Vni teſti, quatenus ex voluntate teſtatoris credatur.*

18 L.1. §.1. in fine, ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.

Sigillum teſtamenti, quatenus queat teſtimonio vnius fieri ſuſpectum.

19 L 1. §. fin. ff. de verb. obligat.

22 Vnico teſti ex voluntate partium creditur, n.23. 24. 25. 26. & 27.

28 L. non omnium, C. de teſtam. *Remiſſiuè.*

29 L. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari.

31 Cap. tuæ de Clericis Peregrinis.

Clericatus, quatenus per vnum teſtem, queat probari, n.32. & 33.

34 L. quæro, §. tuum, ff. de ædilitio edicto.

35 L. eum probatio 7. Cod. de probat.

36 L. quicumque fugitiui, ff. de ſeruis fugitiuis.

37 L. ſi duo patroni, ff. de Iureiurando.

L. eum qui, §. ſi libertus, ff. eodem.

38 L. ſi quis decurio, Cod ad legem Cornel. de falſis.

39 L. fin. in fine, Cod. de ponderatoribus.

40 *Vni teſti deponenti, ratione publici officij plenè creditur, n.41. 42. & 43.*

44 Cap. quia iudicante de præſcriptionibus.

Agrimenſori ſolo creditur plenè.

45 Cap. ex inſinuatione de procuratoribus.

Procuratoris reuocatio, quatenus vno teſte probetur.

46 Cap. præterea de ſponſalibus.

Matrimonium fieri vno tantum teſte impeditur; quid ſi tantum ſit de auditu, n.47. 48. & 49.

47 Cap.1. de conſanguinitate & affinitate.

49 Cap. inſuper de Teſtibus.

51 Cap. omnes, §. teſtimonium 11. q 1.

52 Cap. cum itaque, c. paruulis de conſ. diſt. 4.

53 Cap. tanta 96. diſtinctione.

55 *Vni teſti plenè creditur in pluribus alijs caſibus, n.56. & quid in fraterna correctione, n.60. & 61.*

57 *Vnicus teſtis; & ſi non faciat plenam fidem; facit tamen præſumptionem, & ſufficit ad torturam, ſi legitimus eſt, n.58. & 59.*

49 L. maritus 20. de quæſtionibus.

60 Cap. in omni negotio 4. de Teſtib. & n.61.

DIfficultatem faciunt plura iura, videlicet, 1 *l. Theopompus, ff. de dote prælegata*, & *l.1. §. fin. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, l.1. §. fin ff. de verborum oblig. leg. omnium, Cod. de teſtamentis, l. non omnes, §. à Barbaris. ff. de re militari, leg. quæro, §. ſedicum, ff. de ædilitio edicto, l. ſi quis decurio 21. Cod. ad leg. Cornel. de falſis. l. fin. in fine, Cod. de ponderatoribus, lib* 11. Et de Iure Canon. textus, *in cap. quia iudicante 0. de præſcrip. in cap. ex inſinuatione de procuratoribus, cap. præterea 12. de ſponſalibus, cap. ſuper eo 2. de conſanguinitate, cap. inſuper eo hoc tit.* Et *in cap. omnes itaque 11. quæſt.1.* & *in cap.*

cum itaque, & *in cap. paruulis de conſecratione,*
*diſt.*4. In quibus plures caſus dantur; Vbi vni-
co Teſti creditur.

a Tum etiam, quia videmus Cardinali aſſeren-
ti ſe legatum Papæ vel ſibi à Papa aliquid com-
miſſum plenè credi, & hoc procedere in quoli-
bet alio excelſo, & noto & probato viro Gloſſa
in cap. nobiliſſimus 97. diſt. & in cap. ſicut de ſenten-
tia excommunicat. & in cap. cum olim. verbo *ſine re-*
prehenſione de priuilegiis, de quo *infra q.*5.

3 Tertio quia idem contingit in Pontifice, &
alio non recognoſcente ſuperiorem, vt *infra* ex-
pendo, & dico *infra quæſt.*5. Et quod teſti vnico
de facto proprio deponenti, concurrentibus ad-
miniculis, ſit credendum multi dixerunt, vt *in-*
fra dico: Ergo non eſt cur ita abſolutè dicendum
ſit ex noſtro Textu, & aliis nunquam vni cre-
dendum eſſe, vt apparet ex verbis hîc, *Ne vnius*
Iudicis quantacumque fuerit authoritas, verbo creda-
tur in cauſis, ſiue ſuper teſtamentis, ſiue quibuſlibet
aliis contractibus quæſtio agitetur: Et *in dicto cap.*
licet 23. *hoc tit.* ibi *nulla eſt tamen cauſa, quæ vnius*
teſtimonio (quamuis legitimo) terminetur: Et *in*
cap. veniens 10. *in fine*, ibi *nec vnius teſtimonium*
ad condemnationem ſufficiat alicuius.

4 Adhuc tamen eſt conſtituenda regula, quod
probationis fides conſiſtit in duorum vel trium
teſtimonio, vt probatur ex Textu *in cap. in omni*
negotio 4. *& in cap. Licet ex quadam* 48. *hoc tit.*
in cap. nouit de Iudiciis, cap. cum eſſes de teſtamen-
tis, cap. relatum eodem, & in relatis Iuribus,
num. præcedenti; item de Iure Ciuili, *in l. mari-*
tus, ff. de Teſtibus, l. Iuriſiurandi 9. *Cod. eodem,*
in l. 3. *Cod de naufragiis, lib.* 11. *lib.* 3. *tit.* 39.
lib. 11. *Codicis Theodoſiani, in cap. nullus, §. ſed*
hoc in fine 2. *quæſt.* 4. *in cap. admonere* 33. *quæſt.*2.
Conducũt etiam teſtimonia Sacræ Paginæ Deu-
teron. *cap.* 17. ibi *in ore duorum, vel trium peri-*
bit, qui interficietur, & ibi *in ore duorum vel trium*
ſtabit omne verbum, vt refertur *in dicto cap. in*
omni negotio. Et *Ioan.* 17. ibi *in l. veſtra ſcriptum*
eſt, quod duorum hominum teſtimonium verum eſt,
& num. 35. ibi *ad vnius teſtimonium, nullus con-*
demnabitur, & Matth. 18. Pauli 1. *ad corin-*
thios, cap. 13. *& in cap. Epiſtola ad hebræos,*
cap. 10.

5 Et facit iuxta litteram noſtri Textus illud
Hieronymi contra Rufinum, vbi ſcribit *Vni nec*
catoni credendum eſſe; tradit quoque valerius ma-
ximus, *lib.* 4. *cap.*1. quod cum quintus Sce-
uola, vir excellentiſſimus teſtis in reum produ-
ctis teſtimonium dixiſſet, diſcedens, ita ſibi
credi oportere, ſi alij idem aſſeueraſſent, quo-
niam vnius teſtimonio credere peſſimi eſſet
exempli; & eleganter Plutus *in onegni actu* 4.
cana 2. verſic. 29. *nec magis manifeſto ego homi-*
nem vnquam vllum teneri vidi, omnibus malefactis
Teſtes tres aderant: Et Quintilianus *declamat.*358.
ſuccurrant inquit vobis catonis, & ſcipionis, & tot
clariſſima noſtra ciuitatis nomina, quorum vnico te-
ſtimonio fides eſt adhibita.

6 Vnde fit quod etiam ſi teſtis præfulgeat ſena-
toria, aut præſidiali dignitate, adhuc ei non
ſit adhibenda fides, ſi ſolus adeſt, & ob id Ab-
bas *hic num.*1. verſic. *nota pulchrum*, dixit ge-
neraliter in omni teſte; quantumuis digno, aut
in dignitate poſito procedere; nam adhuc, ſi
vnicus ſit, minimè plenam fidem inducat, quod
multo magis in criminalibus procedit, eo quod
in eis de periculo vitæ, famæ, ac fortunarum,
tractatui, ad tradita *in l. fin. Cod. de quæſtioni-*
bus. † Et ſic nec vnus teſtis plenè probabit fa- 7
uore piæ cauſæ vt docent Decius *conſ.* 159.
num. 6. verſic. 1. *quia iſte teſtis* Coſal. *conſ.*438.
*num.*32. Hypolitus Reminald. *conſ.*551. *num* 33.
libro 3.

Nec etiam ſolius Epiſcopi dictum plenam 8
inducat probationem; ſic Iaſon poſt Abbatem
in l. admonendi, num. 193. *ff. de Iureiurando*,
Campegius *de Teſtibus Regula* 97. *in* 21. *fal-*
lentia, Decianus *conſ.* 92. *num.* 54. *in fine lib.* 5.
Sed an litteris eius credatur dixi ſupra *in d. c. poſt*
ceſſionem de probationibus.

Quare dicendum eſt, quod & ſi agatur 9
coram Iudice Iudicare, debente ſolâ facti,
veritate inſpectâ, adhuc ipſe non poterit da-
re fidem plenam vnico teſti, vt docent Alexan-
der, *conſ.* 79. *col. fin.* verſic. *nec prædictis, lib.* 4.
Corneus *conſ.* 163. *num.*6. *lib.*2. Gabriel *tit. de*
Teſtibus concluſ. 1. *num.* 3. *&* 4. vbi *dicto num.*3.
ampliat etiam in Iudicare debente ſecundùm
ſuam conſcientiam: Et ſic balbos *in cap.* 2. *de-*
probationibus, num. 51. ait quod teſtis vnicus,
quamtumuis fulgeat dignitate, non faciet ple-
nam probationem cum Panormitano *hic num.*1.
& Tiraquello *de rebus exiguis in princ.* verſic. *ſe-*
cunda ratio, Couarru. *in pract. cap.* 33. *num.* 3.
& cum aliis multis latè Farinacius *de Teſtibus,*
quæſt. 63. *à num.* 1. & alij traditi à Graña ad
Textum *in dicto cap. licet* 23. *hoc tit. num.* 1. † 10
Vbi *num.* 2. reddit rationem, nempe expedire
Reipublicæ ſententias ferre ex integris, & le-
gitimis probationibus; & ob id conſentaneum
eſſe, vt vnius teſtis, qui tantùm ſemiplenè
probat, probare vnquam pro ſit ex noſtro Textu
& aliis.

Ita communiter Doctores probant fieri non 11
poſſe, vt ſtatuto, conſtitutione, conſuetudi-
ne, vel à Papa, ſeu Principe vnico teſti plena
adhibeatur fides, probat Romanus *ſingulari* 361.
vbi de hoc dicit eſſe caſum, *in cap ſunt qui-*
dam 25. *quæſt.* 1. Mathes, *ſing.* 51. Crotus vi-
dendus *de Teſtibus*, qui hanc doctrinam bene
fundat, & Decianus *conſ.* 92. *à num.* 26. *lib.*2.
Et licet contrariam tenuerint ſententiam Cam-
pegius *de Teſtibus Regula* 197. *in* 1. *fallentia*, qui
loquitur in ſtatuto, Felinus *hic num.* 1. verſic.
ad idem ratio & num. 3. verſic. *& pro hoc facit,*
qui tamen loquitur in Pontifice, Aretinus *num.*9.
Tamen Farinacius *de teſt. dicta quæſt.*63. *num.*10.
ait quod nunquam in Iudicando recederet à
præfata ſententia, ita aliis, quos refert, *num.*8.
*qui num.*5. ait quod & ſi Nouell. *de Teſtibus,*
numero 85. *in cauſa* 17. Burtius *in cap. veniens*
hoc tit. numero 8. verſiculo *item creditur vni pro-*
pter eius fidem indubitatam; propter merita vita
ſua, & eius ſanctitatem, & alij ab eo relati do-
ceant vnico teſti nimis digno eſſe adhiben-
dam fidem; tamen affirmat nunquam in Iu-
dicando recedendum eſſe à regula noſtri Tex-
tus, quæ ſicut verior eſt, ita & tutior, at-
que æquior ſibi videtur, vbi præſertim agi-
tur de tertij graui præiudicio. † Nam ſi de 12
nullo, aut modico agatur præiudicio; tunc
fortè Burrij, & aliorum ſententiam poſſe ſu-
ſtineri affirmat, prout declarare, videtur Ce-
falus *conſ.* 438. *numero* 31. *in dicto numero* 5.
libro 3. † Et ſic in hoc caſu poſſe Principem, 13
vel ciuitatem, ſuperiorem non recognoſcentem
ſtatuere, vt vnico teſti plenè credatur quando
præſertim

præſertim ſit perſona grauis, & in aliqua digni-
tate conſtituta; ſic Gabriël *Rubr. de Teſtibus dicta*
concluſ. 1. *num.* 7. Tyraquell. *de Iudic. in rebus exi-*
guis in princ. verſic. *ſecunda ratio in fine*, vbi idem
in leuibus, vbi agitur de modico præiudicio, do-
cet etiam Balboa *ſupra in dicto cap.* 2. *de probat.*
num. 24. *in fine.*

14 Ob idque Marſilius *ſingulari* 433. Iaſon. *in*
dicta l. admonendi, ff. de Iureiur. n. 83. Gabriël
vbi ſupra, Maſcardus *de probationibus lib.* 1 *in*
præfatione, quæſt. 11. *num.* 19. & Farinacius cum
aliis *dicta quæſt.* 63. *num.* 30. dixerunt in cauſis
modicis paruæ quantitatis breuioribus, & quæ
ſummariè expediuntur, docent in illis plenè
vnum Teſtem probare, & ita exiſtimat Azeue-
dus per textum *ibi in l.* 19 *tit.* 9. *lib* 3. *recop. &*
in l. 10. *tit.* 17. *lib* 4. *recopilationis. num.* 104. con-
firmans Authoribus, & rationibus, veluti *in*
cauſa 400. *Marapetinorum*, iuxta ea quæ adduxi
ſupra in cap. 6. *de Iudic. q.* 16.

15 His ergo ita iactis, videbis qualiter non ob-
ſtant iura adducta *ſupra num.* 1. non textus *in di-*
cta l. Theopompus, ff. de dote prælegata, nam omiſ-
ſa interpretatione Doctorum dicentium Polia-
no, de quo *ibi*, ideò credi, quia Iuratus ſcripſit
eam fuiſſe voluntatem patris, ne minùs daretur
in dotem Criſpinæ, quam ipſe dediſſet ſorori
eius; veriùs tamen eſt, quod nec Iurato vni fi-
des adhibeatur ex textu *in leg. Iuriſiurandi, Cod.*
hoc tit. Ideò nec pluribus Teſtibus ſingularibus,
vt vocant, & vnicis in eo, de quo Teſtimonium
probibetur, *cap. bonæ* 1. *cap. cum dilectus de elect.*
capite licet, de probationibus, cap. iam litteris,
hoc titulo.

16 Quare dici debet, ideò ibi vnius Poliani dicto
ſtari, quia Teſtator ei credi voluit, quod cum ſit
non creditur Teſti, ſed Teſtatori; quia ſatis aper-
tè declarabit quas partes fecerit in hæreditate,
nempe ſcriptis æquis partibus; & pares eſſe
velle in dote, quod eſt tacente patre argumen-
tum æqualium portionum hæreditariarum: argu-
mento textus *in l. generali*, §. 1. *in fine, ff. de vſu*
fructu legato cum ergo ſit vniuſcuiuſque libera
voluntas teſtandi, & diſponendi de rebus ſuis,
iuxta legem 11. *tabul. in l. verbis legis* 120. *de verb.*
ſignif. & voluntas Teſtatoris pro lege obſeruetur
mirum non eſt, quin potuerit voluntatem ſuam
Poliano declarandam committere, quia nihil in-
tereſt vtrum Teſtator quid dicat, aut decernat,
an verò is, cui Teſtator negotium dicendi com-
miſerit, aut diſcernendi poteſtatem dedit, *litem*
eorum, §. 1. *ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomine*, do-
cent Cujacius ad textum *in dicta l. Theopompus*,
Donellus *ad dictam l. Iuriſiurandi, Cod. hoc tit.*
Otomanus *ibidem circa finem*, idem Donellus
lib. 15. *commentariorum, cap.* 7. Graña *in dicto cap.*
licet 23. *hoc tit. num.* 4. Iaſon. *in l. admonendi, ff.*
de Iureiurando, n. 200. Butrius *in dicto cap. licet,*
num. 3. *& in dicto cap. veniens* 10. *num.* 8. ibi etiam
17 Felinus *num.* 18. verſic. *& primo.* † Qui etiam
diſputant, an iſte Teſtis ſic de mandato Teſta-
toris receptus, poſſit parte non citatâ, & ſine
Iuramento deponere, & quod non poſſit volue-
runt Gabriël *tit. de Teſtibus, concluſ.* 1. *à num.* 31.
lib. 1. Maſcardus *de probationibus lib.* 1. *in præfatio-*
ne, num. 13. cum aliis Farinacius *de Teſtibus, di-*
cta quæſt. 63. *num.* 39. ad quod faciunt quæ addu-
xi *de neceſſitate citationis in cap.* 2. *& de neceſſitate*
Iurandi in cap. quoties 5. *hoc tit.*

18 Non obſtat ſecundo Textus *in dicta l.* 1. §. 1.
in fine, ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, vbi
teſtamentum ex ſolo vnius teſtis neganti ſuum
ſigillum ſuſpectum redditur; quia reſpondeo in
illa ſpecie non fieri tabulas teſtamenti ſuſpectas,
ex eo quod teſtis teſtimonium dicit non agnoſ-
cendo ſigillum iuxta Textum *in l. cum ab ini-*
tio 4. *ff. eodem tit.* ſed ex eo, quod teſtimonium
non dicit, ſeu quia teſtimonium præſentiæ ſuæ
non præbet, quia huius præſentia detracta ſoli
relinquuntur ſex teſtes, quia ad teſtamenti vali-
ditatem non ſufficiunt, *l. hac conſultiſſima, Cod.*
de teſtamentis; cum enim prædicti teſtes, & eo-
rum ſigilla, non tam adhibeantur teſtandi actui
ad probationem morientis Iudicij; quam ad
ſolemnitatem, & ipſius morientis Iudicium
confirmandum & efficiendum *l. dictantibus* 23.
ibi *Teſtibus etiam ad efficiendam voluntatem adhi-*
bitis, Cod. de Teſtamentis, & in l. ſi quis ita, ff. de
rebus dubiis, ibi *quia ipſum Teſtamentum confirma-*
tur Teſtibus, vno ex ſeptem Teſtibus, vel eorum
vno ſigillo deficientibus, Teſtamentum ipſum
deficit omninò, *l. ſi vnus* 22. *Cod. de Teſtamentis*,
l. ſi quis 6. verſic. *cæterum, ff. ad legem Cornel. de*
falſis, ita docet Duarenus *ad titulum de Teſtamen-*
tis, cap. de effectu ſolemnitatis in princ. quo pacto
interpretor Grañam *in dicto cap. licet*, 23. *hoc*
tit. num. 6. cum Cujacio *in poſthumis, ad textum*
illum.

Nec tertiò obſtat textus *in dicta l.* 1. §. *fin, ff.* 19
de verb. oblig. Nam licet Bart. & Doctores *ibi*, &
Baldus *in l. Iudices, Cod. de ſententiis & interlo-*
locutionibus omnium Iudicum, & in l. interdictas,
Cod. de Teſtamentis, Ancharranus & Abbas *in cap.*
propoſuiſti, de probationibus, dicant quod vbi agi-
tur de interpretatione alicuius ſcripturæ, dicto
vnius Interpretis credendum eſſe, *ex hoc dicto* §.
fin. & ob id Angelus *in Auth. vt prope nomen Im-*
perat. col. 5. *motus per dictum* § *quod quando dubita-*
tur de ſignificato, putà quoniam litteræ Græcæ
præſententur inter Latinos, à quibus veriſimili-
ter non intelliguntur, ſtatur dicto vnius Inter-
pretis de eorum intellectu. † Et hinc infert ad 20
Hebræos, quorum libri & ſcripturæ, ſi produ-
cantur coram Iudice Chriſtiano & Latino, apud
quem non ſit veriſimilis intelligentia talium
litterarum, ſtabitur plenè dicto vnius Iudæi de
eorum intellectu, vt refert, & ſequitur Iaſon. *in*
dicta l. admonendi. à num. 194. *ff. de Iureiurando*
† Tamen hoc declaratur procedere, quando 21
plures Interpretes haberi non poſſunt; Secùs ſi
plures reperiri poſſent, quia tunc non ſtatur di-
cto vnius: Sequitur Farinacius *dicta quæſt.* 63.
num 45. pro quo faciunt quæ ego adduxi *ſupra*
in dicto cap. 4. *de probat.* vbi egi *de peritis in arte*
credendis, & an vni neceſſario credatur. Et in hunc
ſanè modum intelligendi ſunt. Donellus *in dicta*
l. 1. §. *fin. ff de verb. num.* 6. Couarruuias *in præ-*
cticis, cap. 16. *num.* 2. Graña *in dicto cap. licet,*
num. 14.

Vnde licet Interpretes *in dicta l.* 1. §. *fin.* re- 22
ſpondere ſoleant: Ideò in ſpecie illa teſtem vni-
cum plenam fidem facere, quia ſic contrahentes
voluerunt: Nam ſicut partes facere poſſunt, vt
dicto alterius partis, & ſic ipſimet Aduerſario
credatur; *l. fin. Cod. fideicom. l. hac vendisio* 7.
Cod. de contrahenda emptione, l. in perſonam 22. §
generaliter, ff. de regulis iuris, cum aliis relatis
ab eodem Farinacio *dicta quæſt.* 63. *num.* 51. ita
ſimiliter; & multòmagis facere, vt vnico Teſti
plenè credatur; ſicut in ſpecie affirmauit Specu-

latot *de Teſte*, §. *reſtat*, *&* *num.* 11. verſic. 24.
ibi conſenſus partium, Nell. *de Teſtibus num.* 85
in 23.*caſu*, Crotus *de Teſtibus num.* 221. vbi am-
pliat etiam quod is vnicus Teſtis ſit infamis: Sed
hæc doctrina licet in ſe vera ſit, non tamen con-
uenit *dicta l*, 1. §. *fin.* §. *de verborum obligationib.*
quis ibi non aſſeritur vnico Interpreti, quaſi
vnico Teſti ſtandum eſſe, vt ſtipulatio valeat,
ſi Promiſſor ſtipulationem, non Iudicium dedu-
xerit: videlicet ſi in Iudicio; non ita promiſiſſe
affirmat: Nam tunc aliis plurimis vtriuſque lin-
guæ Interpretibus id probare debet, itavt dicto
vnius non ſit ſtandum niſi inter contrahentes
conuenerit, vt Interpretis dicto ſtetur, conuen-
tio illa erit ſeruanda ex Edicto Prætoris *ex l. Iu-
ris gentium* 7. §. *Prætor ait*, *ff. de pactis*: Nam
cum in fauorem partium plena probatio ſit in-
ducta earum pactione remitti poterit iuxta ea,
quæ adduxi *ſupra, in cap. ſi diligenti de foro compe-
tenti*, quæ pactio omninò ſeruanda erit iuxta
textum *in cap. tuis hoc tit. in l. circumuentio, ff. de
minoribus*, *l. pactum inter heredes, ff. de pactis, leg.
pen. Cod. eodem.*

23 Et quamuis in hoc caſu, vbi interuenerit con-
ſenſus partium, vt vnico Teſti fides adhibeatur,
ſint Doctores nonnulli, qui ſupra dictum non
probent per Gloſſam *in dicta l. Theopompus, ff. de
dote prælegata*, vbi Dinus, & Ragnerius, & Bart.
in dicta l. 1. §. *fin. ff. de verborum obligat.* Berojus
in cap. quoniam contra falſam, *de probat. num.* 32.
Cephalus *in conſ.* 438. *num* 35. *lib* 3. Tamen di-
cendum eſt in praxi verius eſſe, vt de conſenſu
partium vni ſolùm Teſti detur fides plena, vt te-
net Couarruuias *var. reſol. lib* 2. *cap.* 13. *num.* 2.
verſic. *cæterum quod conſenſu*, vbi ad id ponderat
textum *in dicto cap. tuis quæſtionibus, hoc tit.* & re-
ſpondet contrariis Vibius *comm. opin* verſic. *te-
ſtimonium vnius*, vbi teſtatur hanc eſſe commu-
nem & æquiorem.

24 Ex his infero, vt de conſenſu partium poſſit
etiam fieri, vt dicto ipſimet Aduerſarij, vel eius
declarationi ſtetur omninò, vt probatur de iure
in dicta l. fin. Cod. de fideicommiſſis, *l. hac vendi-
tio*, *ff. de contrahenda emptione*, *l. in perſonam*, §.
generaliter, *ff. de Regulis iuris.* Ratione quia in ſi-
mili videmus Iuramentum deciſorium de con-
ſenſu vnius partis alteri deferri: Et authoritate
ſcilicet Gloſſæ *in l. penult. ff. de Arbitrar.* Decius
in cap. 2. *num.* 2. *de fide inſtrumentorum*, *&* *in cap.
veniens*, *col. fin. hoc tit.* Bartolus, & Angelus *in
l. fin. ff. de Prætoriis ſtipulationibus*, Couarruuias
dicto lib. 2. *variarum cap.* 13. *num* 1. verſic. *illud
ſanè verum eſt*, vbi benè declarat cum multis Fa-
25 rinacius *dicta quæſt.* 63. *à num.* 21. † Vbi cum
aliis *num.* 22. hoc procedere quando partes con-
ſentiunt, non ſolùm in perſonam vnici Teſtis,
ſed etiam indicto, quia tunc plenè probat, ſecùs
ſi conſentiant ſolùm in perſonam: Nam tunc
impeditur tantùmmodo exceptio in eandem per-
ſonam, Gloſſa *in Auth. de Teſtibus*, §. *&* *licet*
in verbo *ſuppliciis*, non tamen excludetur Teſti-
monij reprobatio: nec conuentio inducetur,
quod tali depoſitioni plena fides adhibenda, Fe-
linus *in dicto cap. veniens*, Diaz Regula 747. *in l. li-
mit.* Couarruuias *vbi ſupra num* 2. verſic *item &*
26 *illud.* † Vbi addit hoc verum eſſe, quando par-
tes conſentiunt incertam perſonam, & nomi-
natim etiam incertum negotium, ſuper quo is
depoſiturus eſt, veluti ſuper tali mutuo, aut
tali depoſitione, alias non ei credetur, ne de-
tur occaſio fraudibus, & fallaciis ſecundùm An-
gelum *in dicta leg. pactum inter heredes*, *ff. de pa-
ctis*, cum aliis Farinacius *ſupra num.* 23. † Vbi 27
num. 24. cum Alciato *in dicta l.* 1 §. *fin. num.* 34. *ff.
de verb.* dicit, quod etſi parentes conſentiant
ſtare dicto vnius Teſtis, non tamen per hoc
prohibentur probare contrarium eius, quod Te-
ſtis depoſuit, ſed contrarium voluit Baldus *in l.
bonæ fidei*, *Cod. de rebus creditis*, *num.* 8. Verùm
Couarruuias *dicto lib.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 2. poſt
verſic. *item & illud*, hoc etiam Iudicis arbitrio
relinquit, videbis Balboam *in dicto cap.* 2. *de pro-
bat. num.* 26. *&* 27.

Nec quarto obſtat textus *in leg. non omnium*, 28
Cod. de Teſtamentis, quia de intellectu huius le-
gis ago *infra in quæſtione*, an Principi, ſeu Ponti-
fici aſſerenti ſit plena adhibenda fides.

Nec quintò obſtat textus *in dict. l. non omnes*, §. 29
à Barbaris ff. de re militari, vbi creditur militi aſſe-
rẽti ſe non diſceſſiſſe à militia, & eius ſolo te ſti-
monio reſtitum fuiſſe conſtat, quamuis à militia
diſceſſerit: Cumque Iuramentum, ſeu Teſtimo-
nium huius militis nulli nocumento fuerit, &
ſibi ſoli prodeſſet, & in ſimul ſemper bonus ha-
bitus fuit; Ideò mirùm non fuit, vt crederetur
militi aſſerenti ſe non fuiſſe transfugam: Ita do-
cet Corraſius *lib.* 3. *miſcellanearum cap.* 7. ſequitur
Graña *in dicto cap. licet* 23. *hoc tit. num.* 5. vbi po-
nit exemplum in eo, qui affirmat ſe eſſe Cleri-
cum, vel baptizatum, cui creditur iuxta textum
in cap. paruulis de conſecratione, *diſt.* 4.

Quare certum eſt, quod quando non agitur 30
de alienius præiudicio: putà quod quis ſit Do-
ctor, vel Eccleſia ſit conſecrata in his, & ſimi-
libus caſibus, vbi præiudicium non fit tertiò;
tunc vnicum tantùm Teſtem plenè probare iux-
ta textum *in cap. cum itaque*, *& dicto cap. paruu-
lis de conſecratione*, *diſt.* 4. docent Antonius de
Butrio *in dicto cap licet*, *num.* 3. *& in cap. veniens
num.* 8. verſic. *inter alios*, & ibi etiam Felinus
num. 18. verſic. *ſecundo*, in quantùm, & multis
adductis Farinacius *de Teſtibus dicta quæſtione* 63.
a num. 26. Maſcardus *de probat. lib.* 1. *in præfatio-
ne q.* 11. *num.* 14. *& concluſ.* 303. vbi expreſsè lo-
quitur de Clericatu, ſequitur Balboa *in dicto
cap.* 2. *de probat. n.* 28.

Et licet huic dicto obſtet textus *in cap. vna, de* 31
Clericis peregrinis, vbi diſponitur debere proba-
ri Clericatum, vel per litteras, vel per Teſtes,
& ſic non eſt verum, vt vnico tantùm Teſti fidea
adhibeatur in eo probando, præcipuè ſi conſide-
res probationem Clericatus, aut Presbyteratus,
aliis poſſe præiudicium afferre, veluti quando
agitur inter litigantes de aſcendendo ad benefi-
cium, requirens Clericatum in maioribus, &
vni opponatur quod non ſit Clericus: Vel ſi
agatur de punitione Clerici ob delictum facien-
da à Sæculari, vel Eccleſiaſtico Iudice, quia
videtur agi de maximo præiudicio duorum Iu-
dicum ſuper obſeruanda cuiuſque iuriſdictione:
tradit Couarruuias *pract. cap.* 33. *num* 3. Fari-
nacius *de inquiſitione*, *quæſt.* 8. *num.* 42. idem re-
fert *vbi ſupra dicta q.* 63. *num.* 27. Balboa *in dicto
cap.* 2. *num.* 29. † Tamen Maſcardus *vbi ſupra* 32
dicta concluſione 303. Balboa *num.* 30. Farinacius
dicta q 63. *num.* 28. cum aliis, *& in dicta quæſtio-
ne* 8. *a num.* 42. vt reſpondeant difficultati, di-
ſtingunt inter Iudicialia, aut extraiudicialia, nam
in Iudicialibus, v. g. in quibus vertitur lis ſuper
aliquo beneficio, vel ſuper iuriſdictione inter laï-
cum

Digitized by Google

cum & Eccleſiaſticum,tunc enim per ſcripturas,
aut duos ſaltem teſtes,eſt neceſſaria probatio:In
ſecundo autem caſu,vbi agitur de nullius præiu-
dicio, veluti an Clericus poſſit celebrare, vel ſi-
milia exercere tectè, per vnum teſtem proba-
tur Clericatus; & ſic de primo caſu intelligen-
dum eſſe Textum *in dicto cap. tua* dixit Campe-
gius *de Teſtibus Regula* 197. *in* 18. *fallentia*;
optimè Petrus Moncada *ad Crotum de Teſtibus*,
num. 213.

33 Vbi etiam addit in caſu præiudicij, vnicum
teſtem probare, concurrente publica reputatio-
ne per longum tempus; ad quod videbis Ipſum
Farinacium *dicta quæſt.* 8. *de inquiſitione*, *libro* 8.
à num. 42.

34 Sextò non obſtat Textus in dicta *l. quæro*, §. *ſi
tuum*, *ff. de ædilitio edicto*, quia reſpondetur in
Textu *ibi* ideo fidem adhibitam eſſe ſeruo illi fu-
gitiuo, & abſque tormentis, quia plurima præ-
ceſſerant indicia, quæ vtilia, & neceſſaria erant
ad ſemiplenam probationem; & ob id tormen-
ta non fuerunt neceſſaria. † Quare licet obſtet
35 Textus *in l. cum probatio* 7. *Cod. de probationibus*,
dum dicit abſque tormentis ſerui reſponſioni
ſtandum non eſſe. Tamen ibi, & ſi aliqua in di-
cia præceſſiſſent, erant minus neceſſaria ad ſe-
miplenam probationem, & ob id fuit neceſſe,
vt haberetur quæſtio de ſeruo, ſiquidem ſerui
abſque tormentis, ad probationem, non ad-
mittuntur, Iuxta Textum *in l.* 8. *ff. de probatio-
nibus*, & ea, quæ adduxi *in cap. per tuas de pro-
36 bationibus à quæſt.*6. † Quo pacto lucem acci-
pit Textus *in l. quicumque fugitiui Cod. de ſer-
uis fugitiuis*, vbi ſerui reſponſo ſtatur, quia
etiam plurima in dicta præceſſerant, docene
Couarruuias *in practicis dicto cap.*33. *num* 3. Me-
nochius *de arbitrariis*, *lib.* 2. *caſu* 99. Cuiacius
in dicta l. quicumque, Antonius Faber *in ſuo
Codice definitione* 9. igitur ſimplici ſerui aſſer-
tione, non ſtatur in dictis Iuribus, etiamſi de
facto proprio agatur, ſed creditur ei cum cæte-
ris indiciis, quod admiſſum eſt, ne veritas oc-
37 cultetur, *l. ſerui*, *ff. hoc tit.* † Et videbis quæ
adducit Graña *in dicto cap. licet* 23. *num.*7. ad
exemplificationem Textus *in l. ſi duo patroni*, *ff.
de Iureiurando*, *& l. eum qui*, §. *ſi libertus*, *ff.
eodem*; quibus reſpondet cum Antonio Fabro
in rationali ad dictam, *l. duo patroni*, §. 2. vni-
cum liberti teſtimonium, de quo ibi, non fa-
cere plenam probationem, ſed qualem qua-
lem præſumptionem tantùm, quia ibi Patronus
non excluditur ab hæreditate ipſo Iure, ſed ope,
exceptionis; ſi quidem adhuc patrono excluſo,
remanet actio ad Ius patronatus perſequendum

38 Septimò nonobſtat Textus *in dicta l. ſi quis
decurio* 21. *Cod. ad legem Cornel. de falſis*, Vbi ſta-
tur tabellionis teſtimonio ſuper eo, ſcilicet an
inſtrumentum ſit publicum, aut priuatum, ve-
rum vel falſum: Verùm vt cenſet Cuiacius *in
poſthumus ad Textum in dicto cap. licet hoc ſit.* in
eo textu non agitur de vnius teſtimonio reci-
piendo, ſed de decurione aut ſenatore tor-
quendo, qui ante decurionatum tabellionis of-
ficio fungeretur; nam ſi contra tabellionem ar-
guatur ſe falſum teſtamentum ſub ſcripſiſſe, &
ſi poſtea municipalis ſenator, ſeu Decurio falſus
ſit illo honore ſepoſito aliis indiciis concurren-
tibus ob teſtamenti falſitatem, tormentis ſubijci-
tur; vt ſic aliis adminiculis concurrentibus ſimul
cum ſuo teſtimonio, veritas eluceſcat: ſequitur
Graña *ibi n.*9.

Octauò non obeſt textus *in dicta l. fin. in fine* 39
Cod. de ponderatoribus, *lib.*11. Vbi conſtat quod
quoties de qualitate ſolidorum aureorum con-
tentio fuerit orta, ſtandum eſt ſoli dicto ponde-
ratoris, vulgò *contraſte* ex eo quia ad auri qua-
litatem, & eius veram æſtimationem peritus cen-
ſetur, quod procedit ſingulari legis diſpoſitione
quia fides huius ponderatoris publicè propter
publicam vtilitatem comprobata eſt, Iuxta *l.* 1.
tit. 23. *lib.* 5. *recop.* docet Antonius Gomez 2. *to-
mo var, c.* 9. *in fine*: Et faciunt quæ adduxi *de peritis
in arte ſupra in c.*4 *de probat.*

Vnde infero, quod vnius dicto deponentis 40
ratione officij publici credendum eſt, quando
deponit circa illa, quæ ad eius officium ſpectant,
& ſic creditur ea ratione notario, & tabellioni,
dicta l. ſi quis decurio, *Cod. ad legem Cornel. de fal-
ſis*, *cap. ad audientiam de præſcriptionibus*, *& Epiſ-
copo*, *vel eius vicario cap. poſt ceſſionem de probat.*
† Item etiam creditur Principis inſtrumento, 41
cap. cum dilectus de fide inſtrumentorum, & Pon-
tificis atteſtationi, *clem. vnica de probationibus*,
nuntio aſſerenti aliquem citaſſe, vt alibi latè dixi
per textum *in cap. parati de appellationibus*, & in
multis aliis caſibus relatis *in lib.*15. *tit* 8. *part.*3.
lib. 1. *tit.* 17. *lib.* 5. *recop.* plura congerit Auen-
daños *de exequendis mandatis*, *part.* 1. *c.* 1. *à n.* 15.

Item etiamſi deponat ratione publici officij, 42
ſed priuatum ex commiſſione alicuius in his re-
bus, in quibus is qui commiſit, liberam ha-
bet diſponendi facultatem, vnico tantùm teſti
credendum eſſe, aduertit Couarruuias *var. lib.*2.
*cap.*3. *per Textum in dicta l. Theopompus de dote
prælegata*, *& l. fin. Cod. de fideicommiſſis*, docet
Iaſon *in l. admonendi*, *num.*200. *ff. de Iureiuran-
do*, Maſcardus *lib.*1. *de probationibus in præfatione
quæſt.* 11. *num* 13. Sed vltra hos caſus nullam eſſe
legem, aut conſuetudinem, quibus vnico tan-
tùm teſti credatur aduertunt, præter iam rela-
tos, Alfanus *collect.* 1562. Gutierrez *in l. nemò
poteſt*, *à n.* 118 *ff. de leg.* 1. † Videbis quæ adu- 43
cit Farinacius *dicta quæſt.*63. *à num.*227. Vbi di-
cit quod officiali publico creditur in legibus,
ſecus in grauibus; item nec ei credatur, quan-
do tractaret de ſuo Intereſſe, & de ſe exoneran-
do, vel quando tractaretur de laude, vel vitupe-
rio, commodo, ſeu in commodo ipſius officialis
videbis ipſum etiam, *quæſt.*60. *à n.*22. *& quæſt.*32.
à num. 59.

Nono non obſtat textus *in cap. quia iudicante* 44
de præſcriptionibus, quia reſpondeo, ideo agri-
menſori vni, circa fines metiendos data fides eſt,
quia Iudex ipſe coram quo contentio erat, ſuis
oculis proſpexit, & ſic potius rei euidentia con-
tentionem terminatam eſſe, ibi, vt aduertit
Graña *in dicto cap. licet*, *num.*12. de quo videbis
quæ adduxi *ad Textum in cap. penult.* Et appli-
cabis quæ ſcripſi *de peritis in arte*, *in cap. propo-
ſuiſti* 4. *de probat.* & Maſcardum *de probationibus
concluſ.*1169. *num* 30. Donellum *in l. Iureiuran-
do*, *Cod. hoc t*. Ioanne Garſia *de expenſis*, *cap* 24.
*num.*20. Sanchez *de matrimonio lib.*7. *diſp.*109 *n.*8.
*& diſp.*113. *à n.*16. qui probant regulariter duos
agrimenſores, ſeu peritos in arte eſſe, ſaltim ad
probandum neceſſarios,

Decimo non obſtat Textus *in dicto cap. ex in-* 45
ſinuatione de procuratoribus, vbi ſi mandatum
procuratoris reuocatum eſt coram duobus teſti-
bus; tunc ſi vnus moriatur, ſufficit ſuperſtes;
qui teſtificetur de ea reuocatione, vt omnia in
Iudicio

Digitized by Google

Iudicio geſta reſcindantor, quia dicendum eſt ſecundùm Bernardum in verbo *Clericis*, quod ibi mandati reuocatio fuit probata ex Iuramento vnius Teſtis ſimul, & partis, quæ deferente Iudice, iorauit *quod probatur ex doctrina textus, & materia addacta ſupra in cap. 2. de probationibus*, ſequitur Maſcardus *de prebat. concluſ.* 1016. *num.* 17. ſed Graña *in dicto cap. licet*, 23. *hoc tit, num.* 15. *in fine*: Ait veriùs eſſe quod Iuſiurandum *in dicto cap. ex inſinuatione*, faciliùs potuit à Iudice deferri, quia ea probatio non dirigebatur ad exitum cauſæ principalis, ſed ad deciſionem illius Articuli incidentis, videlicet cum aſſeruiſſet ſe coram duobus Teſtibus admonuiſſe Procuratorem, ne mandaro vteretur; Alios adducit Farinacius *dicta q.* 63. *num.* 47.

46 Vndecimò non obſtat textus *in dicto cap. præterea de Sponſalibus*, qoia ad hunc textum reſpondeo *ex dictis ſupra in cap. ſuper eo, hoc tit.* Etenim ibi agitur de Matrimooio conttahendo impediendo, ad qood ſufficir vnus tantùm Teſtis, vt probat etiam textus *in l.* 18 *tit* 10. *p.* 4. *cap. ſuper eo, de conſanguinitate & affinitate*, vbi fama quæ alioqui eſt leuiſſima probatio, *cap. tam litteris, hoc tit.* vnius Teſtis vice fungitur ex doctrioa Abbatis *in dicto cap. ſuper eo, qui cognouit conſanguin. vxor.* Præpoſitus *in dicto cap. præterea*, quæ ſufficit ad impedieodum Matrimonium, & ſic vnum Teſtem ſufficere, docent Couartuuias *in* 4. 2. *p.* §. to ſequitur plores referens Maſcardus *de probationibus, concluſ.* 1035. *à num.* 2. Ioannes Gutriettez *can. lib.* 1. *cap. à num.* 28. quod ideò fit, quando tractatur de damno vitando, qood imminet committendum.

47 Et ſi huic ſolutioni obiicias textum, *in cap.* 1. *de conſanguinitate, & affinitate*, vbi ad impediendom Matrimonium contrahendum vnius Teſtis non ſufficit Teſtimonium: Reſpoodeo Teſtem, de quo *ibi*, de audito teſtificaſſe, quæ probatio, cum leuiſſimi ſit momenti *dicto cap. tam litteris, cap. ex quadam, hoc tit.* non debuit impedire coniugium. Verùm ſi de recta ſcientia præditus Teſtis cum Iuramento aſſerer illud impedimentom ſe certò ſcire, proculdubiò Matrimonio obuiaret contrabendo, *ex dicto cap. præterea*, Couar-
48 ruuias *vbi ſupra num.* 21. Guttierr. 31.† Idemque eſſe, quando vnus Teſtis de auditu teſtificatur circa Matrimooij impedimentom: Sed circa formam à Canonibus expreſſam, *in dicto cap. licet ex quadam* 48. *hoc tit. & in cap. tua nos, de conſanguinitate*, quia tonc ſolus ſufficit ad impediendum Matrimonium contrahendum ex dicto Couarr. *dicto num.* 21. & Guttiertez *num* 34. Videbis quæ dicit Graña *in dicto cap. licet* 23. *num.* 16.
49 *&* 17. † Et ſic Farinacios eum aliis ab eo relatis *d. q.* 63. *de Teſtibus*, *n.* 48. air credi vnico tantùm Teſti, quando agitur de vitando peccatum, vt putà de probando impedimentom Matrimonij.

50 Duodecimo ooo obſtat textus *in dicto cap. inſuper* 6. *hoc tit.* quia vt ex eius contextota videbis, & ex dictis *ibi* Pontifex non agit de vnico tantum Teſti fide adhibenda, ſed de longè alia materia, vt ibi explicaoi.

51 Nec decimotertiò obſtat textus *in dicto cap omnes*, §. *Teſtimonium* 11. *q.* 1. quia reſpondeo, quod licet prioilegiom, de quo ibi fuiſſet à Carolo Imperatore conceſſum Epiſcopis, quo probator: vt Teſtimonium Epiſcopi ſolios recipiatur à Iudicibus iodubitanter, tunc temporis fuiſſe à Carolo magno conceſſum, quod taoien contraria conſuetudine derogatum eſt, vt aduertit Felinus *hic* eum adductis ab Antonio Scapio *de Iure non ſcripto. lib.* 3. *cap.* 36. Balboa *in cap* 2. *de probationibus. num.* 35. Et applicabis quæ adduxi ſupra *in dicto cap. poſt ceſſionem eodem tit.* & videbis quæ tradit Graña *in dicto cap. licet*, 23. *hoc tit. num* 3.

Ad textum *in dicto cap. cum itaque, & cap. paruulis de conſecratione diſt.* 4. quibus probatur, quod ad probandum Baptiſmum, quando vertitur periculum iterationis, ſufficit vnius Teſtis Teſtimonium hoc ideò fieri iuxta ea quæ adduxi *ſupra in his quæ vertunt in præiudicium tertij* ante verſic *quare certum eſt*. 52

Adhuc etiam contra oostrum textom grauiter obſtat textus *in cap. tanta*, 96. *diſt.* vbi Gregor. Magnus ſcribir ſe fidem facere Cyriaco Abbati, & ſic vnico Teſti de criminibos ab Annuario Epiſcopo Coloritano perpetratis in exatatiune meſſis cuiuſdam ante Miſſarum celebrationem, & poſt Miſſarom ſolemnia, &c. quia reſpondeo ibi Cyriaco plenam adhiberi fidem, non quia de crimine teſtificatur Ianuarij Epiſcopi, ſed de inquiſitione, quam facit, vt conſtat ex eodem textu ibi *ita ſe cognouiſſe perhibuit* de mandato namque Pontificis Gregorij Magni inquiſierat, an vera eſſent crimina contra eundem Ianuarium obiecta, & ex depoſitione Teſtium, quorum numerus ſufficiebat ad probationem cognouir ea perpetraſſe, quo caſu cum dictus Cyriacus, non vt Teſtis, & priuatus teſtificetur, ſed Iudiciario munere fungens & vtens maodato, & commiſſione Apoſtolica, & relationem faciat de his quæ coram eo ſint probata plenè ei credendum eſſe, etiam ſi ei non accedat aliud teſtimooium, vt probat ibi textus, *& in cap.* 1. 8. *quæſt.* 3. & faciont quæ adduxi *ſupra*. 53

Nec huic ſolutioni obſtant dicta *ſupra* à verſic. *adhuc tamen*, & textus noſter, vbi voius Iudicis quantæcumque authoritatis non creditur in cauſis ab illo geſtis, niſi aliorum Teſtium adminiculo fulciatur: Quia reſpondeo textum oostrum procedere, quando Iudex, vt priuatus eius Rei teſtimonium dicit, quam Iudiciario munere fungens definiuit, quo caſo rectè aliud teſtimonium deſideratur, quia acta Iudicij, niſi Teſtibus probentur, aut ſcriptura Notarij fidem noo faciunt iuxta ea, quæ latè adduxi, *in cap. quoniam contra falſam, de probat.* per textum *ibi*, & faciunt quæ adduxi à verſic 8. *non obſtet illud*, vbi egi *de deponentibus ratione publici officij*. Et applicabis qoæ adduxit Graña *in dicto cap. licet* 23. *hoc tit num.* 10. *&* 11. & Rodericus de Acuña *in prima decreti parte, in dicto cap. tanta* 86. *diſt.* 54

Sunt etiam multi caſus vltra præfatos, in quibus Teſtis vnicus facit plenam fidem, de quibus videbis Speculatorem *in tit. de Teſte*, §. *reſtat, Rubr. de numero Teſtium. à num.* 7. *vſque ad* 13. vbi ponit 30. caſus benè reſumptos per Butriom *in cap. veniens* 10. *hoc tit. num* 8. Abbas *in cap.* 2. *num* 6. *de probationibus*, Nellus *de Teſtibus à n.* 85. *ad* 88. Campegios *de Teſtibus*, *Regula* 197. vbi ponit alios vltra Speculatorem, Gabriël *comm. opin l.* 1. *de Teſt.*, *concluſ.* 1. *per totam.* † Et ſic 55
56 addo in probatione veriſimilis cauſæ Ignoraoriæ iuxta textum *in cap ſi verò, de ſententia excommunic.* ſufficit vnus Teſtis ex eo quia ignorantia in dubio præſumitur, & ſic vnus Teſtis probabit, quia eſt ſimul iunctus cum præſumptione iuris, tradit *ſupra* Speculator *num.* 5. verſic.

quando

Digitized by Google

quando Nellus *num.85. in 5.caſu* Farinacius *dicta quaſt.* 63. *num.* 49. congerit plures caſus P. Baptiſta Fragoſus *p.1.de Republ.Chriſtiana p.1. lib. 5. diſp.* 13. §.13. *à num.*56. 62. & aliis *ad n.*70.

Ex his infero notabiliter ad textum noſtrum, & alios, quod licet vnicus teſtis non faciat plenã probationem, negari non poteſt, quin faciat præſumptionem, *l.2. in fine, quemadmodum Teſtamenta aperiantur, dicta l. Theopompus, ff. de dote prælegata, cap. fin. de Iureiurando*: Docent Speculator in dicto verſic. *reſtat num.*23. *& n.*12. Nellus *dicto num.*82. *in* 22. *caſu*, Antonius de Butrio *in dicto cap. veniens, num.* 6. & ſic Maſcardus *de probationibus lib.1. in præfatione* 11. ex Gocadino *conſ.75. col. penult.* & Gabriël *de Teſtibus concluſ.2. num.* 49. dixerunt ex hac præſumptione transferri onus probandi contrarium in Aduerſarium. Tamen Farinacius hoc vltimum eſſe verum non credit *dicta quaſt.* 63. *num.*51. *ſed ibi à num.*52. cum aliis multis, ait quod licet Teſtis vnicus non probet plenè, probat tamen ſemiplenè.

58 Quare infero ad intellectum textus *in l.3.Cod. ad legem Iuliam, de Adulteriis*; vbi vnius Teſtis teſtimonium ſufficit ad Torturam Rei, ſi Teſtis de facto & delicto apertè & ſincerè deponat: Docent Antonius Gomez, *var.cap.* 13 Paz *in praxi p.* 1. *tomo* 10. *cap.*12. *n.*19. & alij communiter.

59 † Nec obſtat huic dicto textus *in l. Maritus 20. ff. de quaſtionibus*, vbi vnico teſtimonio in cauſa depoſiti non potuit Maritus de Ancilla Syrij quæſtionem habere. & ſic vnici Teſtis teſtimonio non potuiſſe procedi ad Torturam. Sed reſpondeo inibi, nec ad Torturam ex ſolo vnici teſtimonio proceditur, quia Teſtis ille, qui de quantitate depoſuerat, non erat legitimus cum eſſet filius vnicus liberti ipſius Mariti, ex quo familiari teſtimonio, nec ſemiplenè, nec indicium oriri poterat ſiquidem non ſunt Teſtes idonei, quos Actor de familia producit *ex l.idonei, ff. hoc tit.* & ex dictis *in cap. tertio loco, de probat.* & ex aſſignatis *ſupra in cap. in litteris* 24. *hoc tit.* docet Graña *in dicto cap. licet* 23. *hoc tit. num.fin.* qui id probat ex verbis *dicta l.* ibi, *& in eam rem vnum Teſtem liberti produxit, &c.* Quod ego confirmo, ſiquidem ſunt etiam caſus multi, in quibus vnicus Teſtis non facit ſemiplenam probationem, ex quibus benè Iaſon. *in l. admonendi, à num.*178. *ff de Iureiur.* Ripa *ibi, n.*175. Curtius *à num.*188.

60 Et tandem pro intellectu textus, *in cap. in omni negotio 4. hoc tit.* dico quòd Pontifex *ibi* loquitur de Iudicio extraordinario correctionis fraternæ in quo ſufficit vnus Teſtis ſi ei adiungatur principalis perſona, quæ denuntiat, quæ etiam in ſimul admittitur in Teſtem iuxta ea quæ addoxi *in c.nouit.de Iudiciis, q.46.* & alibi ibi *& contra dicta ſupra in cap. inſuper 6. hoc tit.* & ratio eſt quia in hoc Iudicio qui peccatorem admonuit, partis officio fungitur, nec de crimine teſtificatur, ſed de admonitione, & ſic cum nullum ſibi commodum captet, ſed de proximi emendatione ſit ſolicitus, meritò idoneus Teſtis reputatur, & vno alio adhibito ſatis plenè cauſa probata dicitur, vt expreſſis verbis probat textus *in dicto c.1. de conſanguinitate, & affinitate*, ſecundùm integram lectionem, quam refert Antonius Auguſtinus *in 4. decretal. collectione ad dictum c.1.* ibi cum in decreto Paſchalis, id eſt *in d.c. in omni negotio, inueniatur quod in omni negotio principalis dere ſibi nota veritatem dicens pro teſte meritò eſt habenda, cui quidem vno adhibito, duo efficiuntur,* & ibi *præterea ſuper bonum quæ videretur eſſe ſtatutum, vt cum Iuramento deberet recipi accuſator, niſi ei crederetur in hoc articulo, tanquam Teſti*;

Nec huic ſolutioni obeſt idem textus in illis verbis ibi *in omni negotio*, quibus videtur ſignificare, non ſolùm in fraterna correctione, ſed generaliter in omni lite, & controuerſia, principalem perſonam in teſtem admitti, & vno illi adhibito, effici duos teſtes, plenamque inducere probationem: Quia reſpondeo, quod licet generaliter verbum *negotium* litem, & controuerſiam ſignificet, *cap. decernimus de Iudiciis, cap. forus de verborum ſignificatione*, cum aliis adductis a Briſonio *de verb. ſignif.* verbo *negotium fol.* 430. tamen in ſpecie illius textus ad quæſtionem fraternæ correctionis, & denuntiationis Euangelicæ eſſe referendum ratione certiſſima patet, quia in confirmationem ſuæ ſententiæ ſummus Pontifex, author illius textus vtitur authoritate Euangelica Matth. 18. quæ de correctione fraterna tantùm loquitur iuxta ea, quæ latiſſimè adduxi *in dicto cap. nouit de Iudiciis*, ita vt nec de alia cauſa poſſit intelligi: Probat Graña *ibi num.*4. cum Cuiacio ad textum *in dicto cap. in omni negotio*: 61

Q v æ s t i o II.

An ſoli aſſertioni Pontificis, ſeu Principis ſupremi, aut Cardinalis, ſit plenè credendum: Et an vnicus tantùm teſtis deponens de facto proprio aliquando probet?

S V M M A R I V M.

1 *Pontifici aſſerenti aliquid ex proprio motu, & ſcientia creditur in multis caſibus, num.2.3. 4.5.6.7.8.9.*

2 *Principi ſæculari aſſerenti, creditur plenè, vſque ad num. 9. ſi habet imperialia Iura Regalia, aut non recognoſcat ſuperiorem, numero 22. Quid verò ſi ſuperiorem recognoſcat, n.23.24.*

4 *Aſſertio Papæ, ſeu Principis creditur ſuper antiquis, & quando dicunt aliquem eſſe rebellem, aut delinquentem, quando in præiudicium etiam tertij, num. 5.6. ſuper meritis alicuius: Et quando eſt ſuper declaratione Rei dubia, & in beneficialibus, num.7. 8.9. & in facto proprio, num.11. ſecus in alieno, num.12. item creditur contra Clericum, & laicum, ſiue ſit pura, ſiue conditionalis, à n.15.16.17.18.19.20.& 21.*

20 *Aſſertio Papæ, & principis in graue præiudicium tertij, non credatur plenè.*

25 *Cardinali aſſerenti, ſe legatum, vel aliquid à Papa commiſſum creditur, num. 26. 27. 28. 29.30.31 32.*

33 *Cardinali in præiudicium tertij, quando credatur plenè, n.34.35.36.*

37 *Cardinali deponenti creditur; qualiter non plus aliis.*

38 *Cardinali non creditur, vltra legationis naturam, deponenti; quid in his, quæ exercui reſeruata principi, n.49.*

40 *Viri*

40 *Viro excelſo teſti, etiam ſæculari creditur, vt Cardinali atteſtanti.*
41 *Cardinali affirmanti ſtatutum de mandato Papæ, ſeu de his, quæ deponit nomine Papæ creditur*, n.42.
43 *Vnus teſtis de facto proprio deponens, non planè probat*, n.44. 45. & 46. *Quid ſi adiunctur adminiculus*, n.47. 48. 49. 50. & 51.
52 *Teſtis, qui in ſua depoſitione ſe faceret infamem, aut ſocium criminis, non probat.*

1 PRima huius quæſtionis pars ſpectat ad ſe-
cundam partem noſtri textûs, ibi *ſaluâ in*
omnibus Sedis Apoſtolicæ authoritate; ex quibus
apparet, vt benè credatur aſſertioni, & teſti-
monió Summi Pontificis, quod probat Gloſſa
*in cap.*1. In verbo *ſtatuit de renunciatione*, *lib.*6. *in*
cap. ad Apoſtolicam, in verbo *promiſerint de re*
*iud. lib.*6. & hoc ſiue fiat in ſcriptis, & per lit-
teras, iuxta *Clementinam* 1. *de probat.* ſiue etiam
ſolo verbo, vt probat textus noſter, vbi Abbas,
verſic. *fallit hoc in Papa*, Butrius *n.*3. Aretin. 3.
Felinus *num.*1. cum aliis multis docet Farinac.
*d. q.*63. *de Teſtibus*, *à n.*78. cum aliis Barboſa
*n.*4. idem cum infinitis, *in d. Clement.*4. appli-
cabis quæ dico *in Rubric. de reſcriptis*, *quæſt* 1.
verſic. *ad ſecundam*, vbi an verba narratiua
Papæ probent.
2 Etſi quia quaſi promiſcua ſint, quæ dico de
Papa cum his, quæ dicenda ſunt Principe, non
recognoſcente ſuperiorem, & hæc regula labe-
factari videatur in multis ideo reuera dicendum
eſt promiſcuè, quod vbi Principis aſſertio, non
vertitur in grauè præiudicium tertij, plenè ei
creditur; imò & ſunt caſus nonnulli, in qui-
bus etiam Papæ, aut Principi aſſerenti, credi-
3 tur, non obſtante eo præiudicio. † Primo
quando Princeps affirmat aliquid ex proprio
motu, & ex certa ſcientia: nam probat etiam,
quod de facto alieno agatur, Imola *Clement.*1.
Maſcardus *de Probationibus concl.*1227. *à num.*11 1.
cum aliis Farinac. *de Teſtibus*, *q.*63. *à n.*101. vbi
*à n.*103. ait hoc procedere, dummodo Princi-
pis aſſertio facta motu proprio contineat factum
alienum geſtum, coram ſe, non verò, ſi coram
ſe geſtum non ſit; licet aliquam præſumptio-
nem faciat. Nec etiam plenè probabit Princi-
pis aſſertio motu proprio, ſi eſſet fundata ſuper
narratiua partis, vel aliquo modo ſe à parte in-
formatum oſtenderet docet Lapus *allegatione* 7.
*n.*8. verſic. *ſi vero ſuper facto ab alio narrato*, So-
cinus *in conſ.*77. *n.*98. *lib.*1. Maſcardus *vbi ſuprà*
*d. concl.*1227. *n.*66. cum aliis ab eo allegatis.
4 Secundò quia ſi Principis, aut Papæ aſſertio
eſſet ſuper antiquis: tunc etiam plenè probat
adhuc ſi contineat factum alienum, & agatur
in tertij præiudicium: ſic Imola *in d. Clement.*1.
*num.*9. verſic. *& talis, quæ in facto antiquo de*
Probationibus, Felinus *in cap. cauſam quæ hoc tit.*
*n.*5. Gabriel qui alios refert *Rub. de Probationib.*
*concl.*2. *n.*53. Cephal. *concl.*308. *n.*3. *lib.*3. vbi aliis
relatis dicit quod ita tradunt omnes, *in cap. ſi*
Papa de priuilegijs, *lib.*6. vbi id declarat proce-
dere, dummodo non agatur de proprio inter-
eſſe, & commodo Principis aſſerentis, quia
tunc non probat, vt cum multis probat Farinac.
*d. q.*63. *à n.*171. vbi *num.*174. ait quod quando
Papa, ſeu Princeps, dicunt aliquem eſſe rebel-
lem, ſeu aliàs delinquentem, vel tale, quod
enunciet, per quod aliquis veniat probandus
feudis, vel bonis; tunc eis non plenè credit,
quia agitur de proprio intereſſe, probat Maſ-
cardus *concl.*139. *n.*15. qui *n.*20. verſic. *amplia*;
ait nec probare, vbi aſſertio eſſet fundata, ſu-
per narratiua partis, & *d. concl.*1227. *n.*118. ſed
quod nam in propoſito dicatur tempus anti-
quum, videbis Aymon *de antiquitate part.*1. *in*
*princip. à n.*1. *vſque ad* 8. & *ſuprà in cap. penult.*
de probat.
Tertiò Papæ, aut Principi plenè credetur, 5
etiam præiudicium tertij, quando affirmant ſe
benè de facto informatos, ſcripſit Aymon *dicta*
*p.*1. *in princ. n.*11. vbi reſpondet contrariis, &
*ibi n.*9. *in fine*, vbi loquitur etiam quod agatur de
graui præiudicio tertij, ſaltem ad effectum tranſ-
ferendi onus probandi in aduerſarium, Maſ-
cardus *lib.*2. *concl.*621. *n.*7. & 8. vbi etiam reſ-
pondet contrariis, & declarat ea procedere in
caſu, in quo agitur de proprio intereſſe Princi-
pis: videbis Farinacium *d. q.*63. *n.*110. & ipſum
ad plura *ibi à n.*178. Qui *n.*180. cum Felino *hic*
*n.*3. verſic. *quarto.* † Et Maſcard. *de probat. d.* 6
concl 139 *poſt num.*16. ait quod Papæ aſſertioni
creditur, quando agetur de priuando quem be-
neficio, quia habet poteſtatem priuandi quem
beneficio ſine cauſa alia dicit *ibi à num.* 182.
& 185. & 125.
Quartò ſi agatur ſuper benemeritis alicuius; 7
quia tunc Papæ, aut Principi aſſerenti creditur,
etiamſi aliunde non conſtet, ac etiam ſi agatur
de præiudicio tertij, Iaſon *conſ.*227. verſic. *octa-*
uo, Gabriel *tit. de probat. concl.*2. *num.*35. *libro* 1.
Maſcardus *de Probat. d. concl.*139. *n.*17. & *dicta*
*concl.*1227. *n.*19. iuncto *n.*117.
Quintò ſtatur aſſertioni Principis, aut Papæ, 8
etiam in præiudicium tertij, quando continet
declarationem rei dubiæ, veluti alicuius gratiæ,
iam per ipſos factæ, dummodo hoc ſit in decla-
ratione vera, & dubia, quæ conſiſtat circa am-
biguitatem verborum; ſecus ſi ſuper eam, noua
induceretor depoſitio; quia tunc non ſtatur tali
declarationi, expendit Farinacius *d. q.*63. *à n.*123.
& faciunt, quæ latè adduxi *in cap.*12. *de Iudicijs*,
vbi egi de eo, ad quem ſpectat declaratio, ſeu
interpretatio priuilegiorum, aut legis.
Sextò creditur etiam Papæ, aut Principis aſ- 9
ſertioni in præiudicium tertij, non tantùm in
beneficialibus, vt iam dixi, ſed & in ſpirituali-
bus; docet Aretinus *hic num.*7. Maſcardus *dicta*
*concl.*139. *n.*13. & 16. ſed Abbas *hic poſt num.*1.
verſic. *noto ex hoc*, & *n.*2. verſic. *ſed dubito*: do-
cent in profanis non eſſe credendum omnino, &
Aymon *de antiquitate p.*1. *ſect. propoſitum poſt n.*4.
ait quod exceptis beneficialibus, *Clement.*1. *de*
probationibus, non habet locum in aliis bonis
Clericorum, nec etiam Laicorum; Felinus ta-
men *hic* in hoc vltimo tenet contrarium, & li-
cet Farinac. *à n.*188. diſtinguat, quod inter ſub-
ditos; tamen vberius loquitur, *à n.*148.
Vnde ergo generaliter dicendum eſt, quod in 10
aliis caſibus in præiudicium grauè tertij, non
eſt credendum Principi, aut Papæ aſſerenti, nec
in his, quæ non pendent à Principis poteſtate,
vt docet Aretinus *hic n.*12. Maſcardus *de Probat.*
*d. concl.*1217. *à num.*100. & *à n.*106. & 111. ſiue
etiam reſpiciat factum proprium, quod vt ve-
rius contra aliquos commendat Farinacius *dicta*
*q.*63. *à n.*153. vbi *n.*154. contra Felinum *hic n.*2.
& alios ait, nec ſufficere ad transferendum
onus probandi contrariũ, in aduerſariũ. † Verùm 11

io facto proprio ipſi Principi, aut Papæ aſſe-
renti credendum eſſe dixit Ancharranus *in dicta*
Clem. 1. *de probationibus poſt num.* 1. ibi Bonifac.
à num. 1. *&* 14. multis adductis Farinacius *nu-*
mero 92. *ſupra.* Et ſic Lapus *allegatione* 7. *nume-*
ro 7. verſic. quia *& num.* 3. verſic. *quia talibus*,
docet aſſertionem Principis plenè probare,
vel in præiudicium ipſius Principis, vel vbi
de nullius præiudicio agatur, & ſic in his quæ
omninò à Principis voluntate dependent, cum
aliis Farinacius *ſupra à num.* 148. vbi cum Fe-
lino *hic dicto numero* 2. verſic. *& tunc*, & Are-
tino *num.* 11. idem quando agitur de modico
præiudicio alterius.

12 Et ob id ſecùs dicendum eſſe exiſtimo, quan-
do Principis aſſertio eſſet ſuper factum alie-
num, docet Imola *in dicta Clem.* 1. *de probatio-*
nibus, & hoc eſſe verius credit Farinacius *ſu-*
pra dicta quæſtione 63. *à numero* 157. contra eos
quos refert Maſcardus *de probationibus, conclu-*
13 *ſione* 139. *numero* 21. verſic. *ſunt & alij.* † Sed
controuerſum refert in eo caſu, quando Prin-
ceps ſe fundat ſuper aſſertione facti alieni, &
concludit *à numero* 161. vt licet Principis aſ-
ſertio non faciat plenam probationem, quan-
do reſpicit factum alienum, ſed bene facere
aliquam præſumptionem; Imò & ſemiple-
nam probationem, qui *num.* 169. poſt diuer-
ſas Doctorum opiniones, ait in hoc caſu, ſi
non agatur de alicuius præiudicio, vel tan-
tùm de leui, transfert illa aſſertio onus pro-
bandi in Aduerſarium; ſecùs vbi ageretur de
graui præiudicio

14 Sed hic ſe offert dubium, quid dicendum
in aſſertione Principis, partim de proprio, par-
tim de alieno facto, vt putà in Papa aſſerente
aliquem in ſuis manibus beneficium renun-
tiaſſe, cui dubio, licet Imola *in dicta Clem.* 1.
de probationibus numero 9. verſiculo *tertio caſu*,
& alij relati à Farinacio *dicta quæſtione* 63. *de*
Teſtibus; *à numero* 93. dicant tali aſſertioni cre-
dendum indiſtinctè. Tamen ipſe diſtinguen-
do procedere in indiuidua propoſitione con-
cepta vnico ſtructu verborum, vt in exemplo
prænarrato, quando ſcilicet Papa aſſerit ali-
quem beneficium in manibus ſuis renuntiaſſe,
ſecùs tamen ſi aſſertio eſſet diuidua, plura con-
tinens capita diuerſa, ac ſub duplici ſtructu ver-
borum prolata.

Itaque pro ampliori enodatione dico, bre-
15 uiter Papæ aſſertioni credi, non ſolùm con-
tra Clericum, ſed etiam contra Laicum, ſi ſub-
ditus ſit, ita Maſcardus *dicta concluſione* 139.
num. 12. *in fine*, verſic. *quinto amplia*, quod ad-
mittit Farinacius *dicta quæſtione* 63. *num.* 126.
16 contra Aymon. † Et addit Maſcardus *num.* 6.
in fine, verſic. *quæ ampliatio* tali Pontificis aſ-
ſertioni ſtandum; ſiue ſit pura, ſiue conditio-
17 nalis, ſiue etiam modalis. † Et addit Farina-
cius *ſupra num.* 131. Pontifici credi, non ſo-
lùm in his quæ facti ſunt, ſed etiam iuris, ni-
18 ſi eſſet contra Ius clarum, & notorium. † Et
etiam eis credi circa contractum à ſe celebra-
19 tum. † Et magis etiam credi Papæ, quam No-
tario, & non ſolùm credatur eis de Iure com-
muni, ſed & de conſuetudine: Ita Maſcardus
dicta concluſione 1227. *numero* 47. *&* 139. *nume-*
20 *ro* 11. *& num.* 33. † Imò & ait Gloſſa *in dicto*
cap. Apoſtolica, verbo *promiſiſſent*, *de re Iudi-*
cata, *lib.* 6. *& in cap.* 1. verbo *ſtatuit*, *de electio-*

ne lib. 6. Felinus *hic num.* 2. Aretinus *poſt num.* 9.
Et addentes ad Abbatem in verbo, *aut de ver-*
bo littera A. Papæ aſſerenti credendum eſſe,
etiam in his, quæ vidit ante Pontificatum. † Et 21
Gabriël qui alios refert, *Rubrica de probationi-*
bus, *concluſione* 2. *num* 12. ait idem eſſe, etiam
in his, quæ vidit ante Cardinalatum, ſic dum
erat in minoribus conſtitutus, Maſcardus *dicta*
concluſ. 139. *num.* 6. *& dicta concluſione* 1227. *à*
num. 45.

Item etiam doctrina textus noſtri ampliatur 22
vt non ſolùm aſſertioni Principis credatur,
ſcilicet Papæ, Regis, & Imperatoris; Sed etiam
cuiuſlibet alterius habentis Imperialia Iura,
vel Regalia, & de facto non recognoſcentis
Superiorem, prout ſunt Iudices *Mediolani*, *Fer-*
raræ, *Delphinatus*, *Franciæ*, & ſimiles relati per
Felinum *hic num.* 3. verſic. *& idem in alio*, Maſ-
cardus *de probationibus*, *dicta concluſione* 139. *à*
num. 19.

Sed dubium eſt, an ſtetur aſſertioni alte- 23
rius principis Superioris recognoſcentis Supe-
riorem, & in hoc caſu, licet Aymon *de anti-*
quitate temporis, *p.* 1. *ſect. propoſitum*, *à num.* 3.
late comprobet, vt ei credatur, & relati à Maſ-
cardo *dicta concluſione* 1227. *ſub num.* 23. Ta-
men diſtinguendum eſſe credo: Nam in his,
quæ dependent à ſola poteſtate Principis,
& ſic, vbi agitur de tertij præiudicio, credi-
tur aſſertioni ipſius Principis etiam inferioris,
& hoc in caſu loquitur Aymon *ſupra num.* 1.
& 5. vbi reddit rationem, quia ſcilicet iſto ca-
ſu, etiam ſtatur aſſertioni priuatorum: Ergo
multò magis aſſertioni alterius Superioris; At
in his, quæ non dependent à poteſtate Prin-
cipis, & ſic, quando agitur de præiudicio ter-
tij, ſtatur aſſertioni ipſius, etiam quod infe-
rior ſit, tamen recipit probationem in contra-
rium, quam non reciperet, ſi eſſet aſſertio Su-
perioris Principis; Ita cum Zephalo, Maſcar-
do & Gabriële, diſſoluit Farinacius *dicta quæſtio-*
ne 63. *à num* 88. *& num* 145. videndus *à num* 137.
Ad alias declarationes videbis ipſum *ibi*, *à nu-*
mero 190. *vſque ad num.* 206. † Et ipſe *dicta* 24
quæſt. 63. *à num.* 83. refert plures aſſerentes, quod
diſpoſita in Papa per *dictam Clementinam* 1. *de*
probat. non extenduntur ad Principem ſæcula-
rem, Inter quos Felinus *hic num* 3. verſic. *ſed*
nihilominus, alios refert Maſcardus *de probationi-*
bus, *dicta concluſ.* 139. *num.* 11. verſic. *contra-*
rium, *& dicta concluſione* 1227. *num.* 24. vbi red-
dit ſatis probabilem rationem; ſed dices, vt
dixi ex doctrina textus *in l.* 1. *ff de Officio Præto-*
rum, *cap cæterum de Iudiciis ex l. ſi Publicanus*, *§. de*
rebus, *ff de Publican. & ex leg.* 2. *§. meritò*, *&*
§. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loco publico,
leg. ex facto ff. de vulgari: Benè Maſcardus *ſu-*
pra dicta concluſione 1227. *à numero* 10. Vbi
triplicem reddit rationem, ex dictis Iuri-
bus.

De Cardinali autem in Teſtem recipiendo; 25
ſtatur ei tantùm credatur reſpondebis ex dictis
ſupra in cap. poſt ceſſionem 7. *de probationibus*, &
ſupra *in cap. quoties* 5. *hoc tit. quæſt.* 1. verſic. *ad*
vltimum: Igitur etiam reſumptiuè dicendum eſt,
quod vt *ſupra q.* 1. *n.* 2. notaui Cardinali aſſerenti
ſe Legatum, vel aliquid ſibi à Papa commiſſum
plenè credi, & hoc etiam quod litteras ſuæ Le-
gationis & commiſſionis, non oſtendat, & quòd
ad legationem probatur, quia ferè nunquam

Cardinales à ſua Curia exire ſolent cum alio
titulo, quàm Legationis ad Gloſſam, *in capite Nobiliſſimus 96. diſt. in capite ſicut, de Sententia excommunicationis, capite cum olim* verbo
ſine reprehenſione de priuileg. Aretinus *hic num.* 13.
26 † Benè comprobat Maſcardus *de probationibus*
lib. 1. *concluſ.* 140. *num.* 1. vbi teſtatur receptum
eſſe Cardinali omnioò credi in his, quæ ve-
niunt iure ordinario legationis quidquid in con-
trarium attentauerit, Barbatia *de præſentia Car-
din. p.* 3. *quæſt.* 1. *& in leg. ſciendum, col.* 62. *&* 63.
de verborum ſignif. cum aliis pluribus Farinacius
27 *de Teſtibus q.* 63. *à num.* 55. † Vbi *num.* 56. ei
credi, non ſolùm in eo, quod aſſerit ſe legatum
Papæ, ſed etiam in omnibus his qoæ veniuot
de Iure ordinario ſub geoerali commiſſiooe,
28 Maſcardos *dicta concluſ.* 14. † Vbi declarat, &
in bis, qoæ de more ſunt ſolita concedi Lega-
to, etiam quod de ſui natura noo veniant in ge-
nerali commiſſiooe, idem *concluſ.* 269. *num.* 11.
29 † Et addit Aretinus ei credi in bis, quæ expo-
30 nit nomine Papæ *hic num.* 14. *&* 17. † Et ſic ex
aliis Farinaius *ſupra num.* 60. dicit Cardinali cre-
di, non ſolùm aſſerenti ſe Papæ Legatum, ſed
etiam aſſerenti ſe delegatum in aliqua cauſa par-
ticulari, vt aliquid ei eſſe commiſſum viuæ vo-
cis Oraculo, etiam quod aliunde non doceat de
commiſſione, Maſcardus *dicta concluſ.* 140. *n.* 14.
31 *&* 9. *& concluſ.* 269. *n.* 10. † Vbi contra Feli-
oum *in cap. quod ſuper bis de fide inſtrument. à nu-
mero* 10. contrarium dicentem ait quod iſto ca-
ſu Cardinalis aſſertio, cenſetur aſſertio propria
Pontificis, & videbis quæ adducit Diana *p.* 5.
tract. 2. *reſ.* 31. cum Tuſcho, & aliis, & videbis
eundem Farinac. *in poſthumis, tomo* 2. *deciſ.* 630.
Riceium *collect.* 1419. ad textum *in dicto cap. no-*
32 *biliſſimo 96. diſt.* † Vbi ampliat cum Caputaq.
in deciſ. 95. *p.* 1. quod ſi etiam credetor, ſi aſſerat
aliquid in præſentia Papæ, & hoc etiamſi tra-
ctetur de præiudicio tertij, vt tenet Puteus *de-
ciſ.* 3. *lib.* 1. Alia tradit Farinacius *n.* 67. quia non
præſumitur mentiri, Papa præſente, cum ad
Papam facilè recurri poſſet, ita Feliuos *in dicto
cap. quod ſuper n.* 12.
33 Sed dubium eſt, an ſemper verum ſit vt ei
credatur, etiam in præiudicium tertij, vel vbi
iuxta noſtrum textum deponant inter partes, &
in hoc dubio Baldus *in deciſ.* 300. ait indubitan-
ter, quod ſiue vertatur in tertij præiudiciom, ſi-
ue non ſemper Cardioali credendum ſit, quia
ſicut Imperatori aſſerenti de rebellione ſubditi
creditur, Creſcent. *deciſ.* 5. *de probat.* Mohedan
deciſ. 6. *eodem*, ita & Cardinali; Videbis Sai-
rum *deciſ.* 6. *de Teſtamentis*, verùm Abbas *hic
num.* 2. *col.* 2. *in fine*, verſic. *ſi autem eſſet Legatus*,
Aretinus *à num.* 18. & alij relati à Farinacio *di-
cta quæſt.* 63. *num.* 65. dicunt quod in hoc caſu
non ſolùm non creditur Cardinali aſſerenti ſe
Legatum, ſed etiam egneraliter aſſerenti ali-
34 quid aliud, quod non concernat ſuam iuriſdi-
ctionem. † Tamen de ſtylo curiæ docent multi
relati à Farinacio *à num* 71. *& à num.* 69. quod
creditur Cardinali aſſerenti in præiudicium ter-
tij. Quod intelligit verum Maſcardus *dicta con-
cluſ.* 140. *num.* 17. *& concluſ.* 169. *num.* 12. quan-
do Cardinalis vellet atteſtari de geſtis, vel per
ſe, vel coram ſe vti Legato de latere.
35 Verùm ſi iuxta materiam textus noſtri vel-
let atteſtari de aliter geſtis coram ſe, tanquam
coram Iudice ordioario, aliter quàm ex vir-
tute Legationis; Tunc exiſtimo cum eodem
Maſcardo: & Gabriele *tit. de probationibus con-
cluſione* 3. *numero* 3. *in fine*, verſiculo *hoc autem,
quod dicitur* ei credendum non eſſe, quia coo-
ſuetudo eſt contra ius, & non extendenda,
oiſi pateret de ſtylo, vt voluit Abbas *hic nume-
ro* 2. *col.* 3. *in princ.* verſiculo *niſi aliud habeat
ſtylus Curiæ*: Videbis Aretinum *hic numero* 18.
& 19. Et quamuis Ancharranus *in dicta Clem.* 1.
de probationibus numero 3. *in fine* magiſtraliter
dixerit, quod Cardinali creditur, vbi dubita-
tur de fundamento ſuæ Iuriſdictionis; Tametſi
narret (hac præſupoſita.) aliquem condemnaſſe
vel abſoluiſſe, ſiue ſuſpendiſſe, vel aliquid
aliud feciſſe, tanquam Iudex inter partes de
iuris rigore illius verbis, non adhibetot fides
niſi ſicut vni ordinario, vt tradit Farinacius
dicta quæſtione 63. *numero* 62. per textum no-
ſtrum, & ex eo, quia Cardinales ligantur con-
ſtitutionibus Canonicis, & ad eorum obſer-
oantiam, ſicut alij tenentur, vt notatur *in cap.
fin. de hæreticis.*
Et quemadmodùm alij Iudices, debeot pro- 36
ceſſus cauſarum in ſcriptis redigere, *cap. quo-
niam contra falſam de probationibus, & ſecundùm
quæibi dixi*, ſic etiam debebunt facere Iudices
Cardinales, & conſequenter de actis coram
ipſis; inter partes, & oon io ſcriptis reda-
ctis, oon eſt pleoa fides adhibenda de Iuris
rigore.
Aduertendum eſt tameo primò, qood li- 37
cet Cardinali non credatur pleoè, vt io ijs,
quæ reſpiciunt tertij præiudicium; Tamen ne-
gari non poterit, quin non plus ipſi creda-
tur, quàm alteri Teſti; Imò plus credi duo-
bus Cardinalibus, quàm ploribus aliis: Sic
Antonius de Buttio *in dicto capite ſuper his de
fide inſtrumentorum, numero* 4. verſiculo, *niſi quod
dignus*, Gabriël *titulo de Teſtibus, concluſione* 4.
numero 80. Maſcardus *de probationibus, lib.* 1.
concluſione 270. *numero* 2. Quod verum dicit Fa-
rinacius *vbi ſupra, numero* 73. *& in quæſtione* 74.
de Teſtibus numero 68. dum tamen formiter, &
cum Iuramento ſint examinati: Sed Laudenſ.
tractata de Cardin. q. 56. docet quod creditur
Cardinali ſine Iuramento.
Secundò dicendum eſt non credi Cardina- 38
li in his, quæ tranſeunt legationis naturam,
& quæ ſunt ſpecialiter Pontifici reſeruata: vt
ait Aretinus *hic, numero* 15. *&* 16. cum aliis
Maſcardus *concluſione* 269. *à numero* 15. Vbi
alios refert: Nam in iſtis, etiam quod de al-
terius præiudicio non agatur, Cardinali oon
creditur, quando talis aſſertio fiat in loco,
vbi Papa commoratur: Sic Felinus *in dicto ca-
pite quod ſuper, numero* 9. *ad medium*, Anchar-
ranus *in dicta Clementina leg. de probationibus, nu-
mero* 2. verſiculo *quando manet*, vſque à verſic.
iſta procedunt & ſic non obſtant Abbas *hic n.* 2.
col. 2. *ad finem* verſic. *aut loquimur in Cardinali*
Angel. *in l. quæcumque*, § *fin ff de publican.* Iaſon. *in
l. admonendi, num.* 189. verſiculo, *ſed quando di-
ctum Cardinalis ff. de Iureiurando*, & relati à
Maſcardo *dicta concluſione* 140. *numero* 6. *&* 7.
& num. 12. *ad finem*, quatenùs dicunt credi Car-
dinali ſuper ijs, quæ ſunt Pontifici ſpecialiter re-
ſeruata, & oon veniunt io generali commiſſiooe
ſi non agitur de alicuius præiudicio, prout eſt
habere poteſtatem diſpenſandi com illigitimè
natis, vel promouendi ad Ordines, & dignita-
tea

res Eccleſiaſticas abſoluendi , & concedendi
Indulgentias, & his ſimilia.

Verùm ſi Cardinalis Legatus pluries exer-
39 cuiſſet reſeruata ſpecialiter Principi : Tunc ei
credendum dixerunt Felinus *in dicto cap. quod
ſuper numero 9. in fine de fide inſtrument.* Baldus
in leg. exemplo in fine, Cod. de probationibus, Maſ-
cardus *concluſione* 142. *poſt num.* 12. verſiculò
quidam tamen concluſ. 269. *numero* 14. *& num.* 10.
ſequitur Farinacius *dicta quaſtione* 63. *numero* 75.
& ſi contrarium aſſeruerit Aretinus *hic num.* 17.
in fine.

40 Tertiò dicendum , eſt vt hæc , quæ adduxi
de Cardinali locum habeant , etiam in quolibet
alio excelſo , noto , & probato viro , vt tra-
dit Speculator *in titulo delegato* , §. *ſupereſt* , *nu-
mero* 16. verſiculo *quidam tamen dicunt* , Abbas
in capite cum olim ad finem , *de priuilegiis* , Ro-
manus *conſilio* 59. *in* 4. *dubio* , *numero* 6. verſi-
culo *primo quia* , Tiraquellus *in tractat. de nobi-
lit. cap.* 29. *numero* 39. Maſcardus *de probatio-
nibus* , *concluſione* 140. *numero* 2. & licet Barto-
lus , Angelos , Hoſtienſ. Domin. & alij rela-
ti à Gabriele *comm. opinion. de probationibus* , *con-
cluſione* 5. *numero* 8. verſiculo *contra hanc limi-
tationem* , aliter ſentiant ; Tamen ipſe ibi di-
cit illorum ſententiam habere locum , vbi age-
retur de graui præiudicio alterius , quia tunc
ei non eſt credendum de iure , etiam quod ex-
celſus ſit vir, cum nec etiam iſto caſu Cardinali
credatur, vt iam dixi.

41 Quartò pro complemento dico , quod aſſer-
tioni Cardinalis confirmanti ſtatutum de ſpe-
ciali mandato Sedis Apoſtolicæ creditur , vt
tradit Diana , *vbi ſupra dicto tractatu* 2. *part.* 5.
reſ. 31. in verſic. *nota etiam* ex ſacra Rota , die
quindecima Aprilis 1611. coram Mancanedo
apud Farinacium *parte* 2. *deciſ.* 339. *numero* 1.
42 † Item & credetur Cardinali Legato in his ,
quæ exponit nomine Papæ mittentis ad eum,
ad quem miſſus eſt Aretinus *hic num.* 14. *&* 17.
in fine , Felinus *in dicto cap. quod ſuper num.* 8. Fa-
rinacius *ſupra quaſt.* 63. *numero* 95. Gloſſa *in cap.
ad Apoſtolica* , in verbo *proponit de re Iudica-
ta* , *lib.* 3.

43 Ad tertiam quæſtionis partem de vnico Te-
ſte deponente de facto proprio , applicabis *dicta
in cap.* 12. *de Iudiciis quaſt.* 11. *& in cap. tertio lo-
co* 5. *de probat. & in cap.* 5. *hoc tit. quaſt.* 1. verſic.
ad ſextum , *& in cap* 6. *q.* 1. *& quaſtione* 3. verſic.
ad ſecundum ; quibus ſuppoſitis , & multis , quæ
iam alibi adduxi , nunc breuiter dico , quod li-
cet Doctores inter ſe multùm ſint diſcordes,
alij negantes, vt Zinus *in l. ſi quis Decurio in* 18.
oppoſit. Cod. de falſis , Alex. *in l.* 2. §. *abſens* , *ff.
ſi ex noxali cauſa agatur* , alij affirmantes plenè
probare , vt Caſtrenſis *in l. quicumque in fine, Cod.
de ſeruis fugitiuis* , Zephalus *conſ.* 159. *num.* 7. &
pro vtraque opinione infinitos referat Farina-
cius *dicta quaſtione* 63. *de Teſtibus* , *à num.* 207.
Tamen generaliter verius eſt , vt Teſtis vnicus
de facto proprio deponens , non plenè probet
& multòmagis in criminalibus , vel in cauſa , in
qua aliquod haberet intereſſe , vel ex ſua depo-
ſitione ſpectaret commodum vel honorem ſe-
qui , aut econtra damnum , vel vituperium eui-
tare , Felinus *hic num.* 7. Menochius *de arbitra-
riis lib.* 1. *caſu* 9. *num* 6. *&* 7. tradit idem Farina-
cius *ibi num.* 111. vbi ad veritatem huius de-
clarationis commendat videnda , quæ ipſe dixit

quaſt. 60. *à num.* 7. † Et ſic *num.* 212. *dicta quæ-* 44
ſtione 63. probat non probare Teſtem vnicum
deponentem de facto proprio , & facto partis
admixto. † Nec de facto proprio , quando Te- 45
ſtis non eſt maior omni exceptione probat ma-
gis , quàm ſemiplenè ; Ita idem referens duas
contrarias opiniones *à numero* 213. concordat
num. 215. & hoc ſi deponat in Tortura , non
alias. † Imò addit *num.* 217. quod ſi talis Te- 46
ſtis infamis pateretur plures defectus, quod nec
etiam probaret ſemiplenè in Tortura ; Ita ex di-
ctis per eum *q.* 62. *num.* 80. *&* 381.

Verùm tamen eſt , quod Regula, de qua nunc 47
loquor non procedit concurrentibus admini-
culis aut aliis præſumptionibus , quia tunc his
iunctis Teſtis vnicus de facto proprio deponens
plenè probat ; Sic Paulus *in dicta l. quicumque,
in fine, Cod. de ſeruis fugitiuis* , Boërius *deciſ.* 221.
numero 17. vbi tamen , quod iſto caſu , ſi eſſet
Iudex adhuc daret Iuramentum in ſuplementum
quod totius admittit Farinacius *ſupra num.* 221.
† Vbi *num.* 222. ait cum Menochio *dicto ca-* 48
ſu 99. *numero* 1. 18. *&* 20. & cum aliis ſtandum
eſſe Iudicis arbitrio circa iſta adminicula , &
coniecturas ſupplentes plenam fidem cum fa-
cto proprio Teſtis. † Et *num.* 223. cum multis 49
declarat dicendo benè tunc probare Teſtem vni-
cum , quando agitur principaliter contra ipſum,
& in conſequentiam contra alium , ſecùs ſi de
facto proprio ipſius teſtis interrogetur in alte
rius præiudicium. † Et addit Farinacius *à nume-* 50
ro 225. teſtem vnicum benè probare , vbi de
alicuius præiudicio non agitur , & *numero* 226.
ait benè etiam probare in ſubſidium, & vbi ve-
ritas aliter haberi non poteſt , & *numero* 224.
ait , quod licet teſtis vnicus de facto proprio
deponens non plenè probet : Tamen ſemiplenè
probare ſic cum multis ab eo relatis. † Et Ric- 51
cius *col.* 224. ait cum Capitaquen *in deciſ.* 267.
credi vnico teſti deponenti de facto , quod ipſe
tractauit tanquam Mediator , quia plerumque
probat. Et quantùm ad faciendum Indicium ad
torturam in crimine læſæ Majeſtatis : Antonius
Faber *in deciſ.* 20. *hoc tit.* Item & vnus teſtis ex-
cuſat querelantem ab expenſis Carrocius *in de-
ciſ.* 67. Riccius cum eo *ſupra* , vbi ait quod ple-
nè probat contra producentem.

Vnum tamen notabis , quod ſi Teſtis vnus in 52
ſua depoſitione ſe faceret , ne dum infamem, ſed
etiam ſocium criminis ; Tunc nec ſemiplenè pro-
babit , quia veritas eſt , quod nihil prorſus pro-
bat , conſulit Zephalus *in conſ.* 741. *num.* 14. *lib.* 5.
nam ſi aliter diceremus, eueniret , vt ſemper ſo-
cius criminis probaret , quia ſemper deponit de
facto proprio , quod eſt abſurdum ex dicendis
infra in cap fin. de Teſtibus cogendis : benè docet
Farinacius *in tit. de indiciis & tortura* in materia
ſocij criminis : Idem Farinacius commendat , vt
quid ſingulare , nec alibi dictum *dicta quaſt.* 63
de Teſtibus num. 118.

Qvæstio III.

An ſemper verum ſit vt in ore duorum vel trium ſtet omnis probatio; itavt nec alÿ Teſtes deſiderentur ad plenam probationem cuiuſlibet negotij: Et an vnus Teſtis ſufficiat interdicto vti poßidetis: Et an cõfeſſario ſiue pœnitentiario ſoli credatur?

Svmmarivm.

1 *Teſtimonium dicitur ad probandum plenum quod eſt in ore duorum, vel trium Teſtium, numero 1.2. licet in pluribus caſibus maior numerus deſideretur*, *vt à* num. 3. & ſequentibus, *vt in Teſtamentis Codicillis, contra Cardinalẽ, Epiſcopum, à n.7. à n.14. ad 300.*

3 C. 21. Regũ lib. 3. hiſtoria Naboth Ieſrahelitæ Danielis cap. 18. Matth. cap. 23. & à n. 13.

4 L. hac conſultiſſima, Cod. de Teſtamentis, & §. per nuncupationem, §. ſed eum paulatim Inſtitota eodem §. fin. Inſtituta eodem l. 3. Taori, l. fin. Cod. de Teſtamentis, l. fin. Cod. de Codic. leg. omnium, Cod. de Teſtament. l. fin. Cod. de donationibus, & à n. 14. 15. & 16.

17 L. omnium, Cod. de Teſtament. & numeris ſequentibus.

18 *Iura omnia eſſe in pectore Papæ, ſeu Principis ſuperioris qualiter ſonet, n. 18.*

20 *Teſtamentum coram Principe factum, ſi non inuenitur, quibus probetur Teſtibus, & quod probetur factum de Iure Canonico, n. 20.*

21 Cap. cum eſſes de Teſtamentis.

24 Cap. Præſul. c. nullum q. 1. c. 1. eiuſdem cauſæ. *Cardinales Epiſcopi delinquentes iam hodie puniuntur, ex dicto duorum, vel trium habilium Teſtium. n. 24. 25. 26. 27.*

29 L. Teſtium, Cod. de Teſtibus. *Solutio debiti inſtrumentalis facta, quot probetur Teſtibus n. 29. 30.*

32 *Vnus teſtis an ſufficiat in interdicto vti poßidetis.*

33 *Confeſſarij aſſertio non probat emendationem criminis, nec de his, quæ audiuit in confeſſione. num. 37. & 38.*

34 *Argumentum nunquam fit de foro pœnitentiali ad forum fori, & ratio, n. 34. 35. 36.*

40 *Confeſſarius. nec habita licentia pœnitentis, vt propalet Sigillum, poterit de auditis Sacramentaliter in Iudicio deponere, n. 40. 41.*

1 AD primam quæſtionis partem videtur abſolutè dicendum omnem, atque integram cuiuſque actus probationem conſiſtere in depoſitione duorum, aut trium Teſtium iuxta verba textus noſtri, ibi, *quin ei poſſint, & debeant duorum vel trium Teſtium bonorum teſtimonia præualere*, & ex cap. *licet* 23. ibi, *non minùs, quam duorum, vel trium virorum, qui ſint probata vita, &c. Et in cap. in omni negotio, hoc tit. in fine, nam in lege veſtra ſcriptum eſt, quod duorum hominum teſtimonium verum eſt*, & ſic eum cautum ſit in Iure Teſtes ad probationem ſufficere: Nam Leges ita loquuntur *Teſtes teſtimonium dicent, res Teſtibus probabitur, ſi Teſtibus probatum ſit, & ſi quæ ſunt ſimiles rationes.* De quibus *in l. vbi 22. Cod. ad legem Corneliam de falſ. cap. cum Ioannes de fide inſtrument. & aliis*, & conſtet hanc iuris cenſuram in duobus Teſtibus verificari, quia pluralis loquutio duorum numero contenta eſt, *l. vbi, numerus, ff. hoc tit.* ſequitur vt Teſtes verum Teſtimonium dicant, vbi duo tantùm illud dicunt.

Et confirmatur, quia certum eſt in actibus hu- 2
manis, ſuper quibus conſtituuntur Iudicia, &
exiguntur teſtimonia non poſſe haberi certitudinem demonſtratiuam, eo quod ſunt circa contingentia, vt variabilia, & ideò ſufficit probabilis & moralis certitudo, hanc verò efficit Iudicium multitudinis, multitudinem autem numerus ternarius, cum in illo ſit principium, medium, & vltimum iuxta illud Philoſophi *lib. 6. de Cœlo, textu 2. omne totum in tribus ponitur*: ergo ſimpliciter ſufficient duo Teſtes cum Actore, vel ad maiorem certitudinem tres ad plenam probationem inducendam ex noſtro textu, pro quo facit illud Eccleſiaſtici *cap. 24. funiculus triplex difficile rumpitur.*

Verùm hæc dicta non ſatis firmarunt, ſiqui- 3
dem vt *ſupra quæſtione 1. & 2.* dixi multi ſunt caſus, in quibus vnico Teſti plenè creditur, & econtrà ſimiliter alij multi inueniuntur, in quibus maior Teſtium numerus deſideratur, præcipuè ſi conſideres duos Teſtes de facili falſum deponere, vt ſæpe videmus, & conſtat ex illo Regum *lib. 3. cap. 21 in Hiſtoria Helcia, Naboth, Ieſrahelita, & lib. Danielis cap. 13.* in Hiſtoria Suſannæ filiæ & vxoris Ioachin, & Matthæi *capite 23.* ibi nouiſſimè, *venerunt duo falſi Teſtes.*

Quare fit, vt ſæpè ſæpius in iure noſtro 4
maior numerus deſideretur partim in ſupremis voluntatibus vt ſunt Teſtamenta & Codicilli, quia in teſtamento in ſcriptis ſolemnis numerus eſt ſeptem Teſtium *l. hac conſultiſſima, Cod. de Teſt. §. ſed cum paulatim Inſtit. eodem*, totidem in Teſtamento nuncupatiuo requiruntur *dicta l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, §. fin. Inſtituta, eodem*, licet de iure Regio, quinque ſufficiant ſine Tabellione; eodem autem præſente tres, *l. 3. Tauri, l. 1. tit. 4. lib. 5. recop.* in Teſtamentis Rooſticorum remittitur numerus ſeptem Teſtium, & degentes in pagis quinque, *leg. vlt. Cod. de teſtam.* in teſtamento cæci, vnus Teſtis adiicitur, vt faciant octo *dicta l. hac conſultiſſima*; in Codicillis quinque deſiderantur, *leg. fin. Cod. de Codicillis*, & ſi Teſtamentum coram Principe fiat, videtur abſque aliis Teſtibus rectè factum iuxta textum *in leg. omnium, C. de Teſtam.* Item in donatione cauſa mortis 5. teſtes deſiderantur *l. fin. C. de donat. cauſa mortis.*

Item etiam in inſtrumentis, quæ interpo- 5
nuntur de rebus contractis, & negotiis viuentium ſi res excedat libram auri, & negotium geratur in vrbe exiguntur tres Teſtes *Authentica ſi quis vlt. Cod. qui potiores in pignore habeantur Auth. de inſtrument. cautela, & fide, §. ſi quis igitur.* Quod ſi his qui contrahit, ſit imperitus litterarum, placet Iuſtiniano quinque teſtes adhiberi debere, & in his vnum, qui ſit Tabellarius, ſi fieri poteſt *dicta Auth. de inſtrum. cautela, §. oportet*: Quod ſi res inſtrumentis non geritur; tamen in vna ſpecie quinque deſiderantur teſtes, cum ſcilicet debitor qui in inſtrumento depoſito debebat, ſoluit, nullo inſtrumento liberationis accepto à Creditore *l. Teſt. C. hoc tit.*

Præterea in delictis ad conuincendum Car- 6
dinalem, qui ſit Epiſcopus Teſtes 72. deſiderantur, ſi Presbyter 44. ſi Diaconus 27. ſi Subdiaconus, Acolitus, Exorciſta, Lector Hoſtiarius, non niſi ſeptem Teſtibus condemnatur *cap. Præſul. 2. quæſtione 4.* † Item in purgatio- 7
ne

ne Epiſcopi requiruntur duodecim Teſtes, *cap.*
8 *omnibus in fine* 11.*q.*5. † Item in purgatione Preſ-
byteri ſeptem, *cap. ſi legitime eadem cauſa*, *& quæ-*
9 *ſtione*. † Item in purgatione Diaconi rtes requi-
10 runtur Teſtes, *ſtricto capite legitimè*. † Item in
diuortio ſeptem requiri Teſtes probat textus *in*
l. nullum, de diuortiis; ſunt etiam & multi alij ca-
ſusin quibus maior numerus teſtium deſideratur,
quos congerit Speculator *de Teſtibus in §. reſtat.*
in princ. à num 1. *vſque ad* 7. Federicus Sictrem
*in tract. de Teſtibus à num.*57. *ad* 67. alios refert
Farinacius *de Teſtibus q.*63. *num.*256.

11 Vbi aitrres deſiderari in ſcriptura priuam per textum *in l. ſcripturas, Cod. qui potiores in pignore habeantur*, ſed hodie duos ſufficere per textum *in cap. quoniam contra falſam*, *de probationibus*.
12 † Imò *n.*260. ait fieri poſſe ſtatuto, vel conſuetu-
dine, vt plures quam duo in aliquo actu, vel ad illius probationem requirantur Teſtes, vt pleuè per Madal *in tractatu de numero Teſtium*, *cap.* 1. *n.*13. *in principio*, *& à n.*20. *&* 23.

13 Nihilominus dices de iure ex noſtro textu, & aliis in qualibet cauſa, tam profana, quàm etiam Eccleſiaſtica, vel ſpirituali duos ſufficere Teſtes ex dictis iuribus & fundamentis *à num.*1. iactis & ex textu *in cap. ſi quis Teſtes*, §. *vbi n.* 4. *q.* 3. *& cap.* 1. *&* 2. 2. *q.*7. quod procedit non ſolùm in cauſa ciuili, ſed etiam in criminali, probat Farinacius multis adductis *dicta q* 63 *à num.*223. Autonius Gomex. *lib.*3. *var. cap.*11. *n.* 9. vbi id etiam probat *ex l. vnica in fine*, *Cod. de raptu virg.* ibi *poſt legitimas*, *& iuri cognitas probationes*, *& ex l. ſeruos. Cod. ad leg.* 3. *de vi in tantum*, vt licet in delictis requirantur liquidiſſimæ probationes, & luce clariores *vt in l. ſinguli Cod. de accuſat. & in l. fin. Cod. de probat.* Tamen benè ſufficero ait duos Teſtes in quocumque delicto, quantuncumque grauiſſimo: Videbis quæ dicit Donellus *de num. Teſtium, lib.*25. *comment. cap.*15. *& in l. Iuriſiurandi*, *Cod. hoc tit'* Morla *in Emporio tit.*2. *q.*3. *num.*10. alios refert Graña *in dicto cap. in omni negotio* 4. *& in dicto cap. licet* 23. *hoc titulo.*

14 Verùm, quia vt iam *ſupra* dixi non ſit infallibile, vt duo Teſtes ſemper verum dicant, imò & ſæpius falſum deponant, vt in exemplis iam poſitis Reg. *lib.*3. *cap.*21. & Danielis *cap.*13. & Math. *cap.*26 Ideò licet fateor ex dictis *num. præcedenti* numerum duorum vel trium Teſtium ad probationem eſſe ſufficientem ex iam dictis *n.*1. non quia per ampliores homines veritas non reueletur, & ſecurior fiat *ex l. fin. Cod. de fideicommiſ.* verſic. *lex etenim*, ſed eo potiùs, quia numerus hic facilè ad cuiuſuis negotij expeditionem inuenitur, & ex duorum aut trium hominum Teſtimonio veritas frequenter manifeſtari ſolet, & vbi maior copia Teſtium deſideratur probationis inopia ſæpe ſæpiùs occultatur, & partium periit Iuſtitia contra textum *in cap. fin. de Teſtibus cogendis* docet D. Thomas 22. *q.* 70. *art.* 2. Gregor. de Valentia *tomo* 3. *quæſtionum Theologicarum diſp.*5. *q.*14. *de Teſtibus puncto* 2. Simancas *de Catholicis Inſtitut. tit*, 74. *num.*55.

15 Nec obſtant quæ primò in contrarium adducta ſunt *ſupra* da numero Teſtium *ad Teſtamenta* codicillos & donationes cauſa mortis: Nam ibi maior numerus Teſtium, & eorum Sigilla, non tam adhibentur teſtandi actui ad probationem morientis ludicij, quàm ad ſolemnitatem, & ipſius morientis confirmandum & efficiendum *ex l. dictantibus* 21. *Cod. de Teſtamentis & in leg. ſi ita, ff de rebus dubiis* ſecundùm ea quæ adduxi *ſupra q* 1, ad interpretationem textus *in l.*1 § *in fine*, *ff. quemadmodum Teſtamenta aperiantur*, verſic. *non obſtat ſecundò n.*18.

Vnde cùm dicti Teſtes ad ſolemnitatem tan- 16
tùm, non ad probationem requirantur, ſequitur vt Diuinum illud dicterium in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, de quo *in dicto cap. in omni negotio* 4. *cap. licet* 23. *hoc tit.* in Teſtamentorum actibus non reſtringatur; atque ita ſi diſputetur ante Teſtamentum, vel codicilli ordinati ſunt duobus, vel tribus Teſtibus probari poterit, at verò Teſtamentum ipſum, vel Codicilli oportet vt habeant iuris ſolemnia, vt iuſtà ſint, & effectum ſortiantur; Sicque ius ciuile mirè iure Diuino continetur, Nec enim dicendum eſt ius diuinum velle interdicere probationem, nec coanguſtare illam contra rationem textus *in cap. fin. de Teſtibus cogendis*, ſed tantùm aſſerit illam probationem reiiciendam omninò eſſe, quæ minori numero, quàm duorum Teſtium expenditur, vt ait Couarruuias *in cap cum eſſes de Teſtamentis n.*3.

Sed tunc aduerſari videtur admodùm textus 17
in dicta l. omnium, Cod. de Teſtamentis, vbi teſtamentum factum coram Cæſare validum eſt abſque alio numero Teſtium, & ſic vnum tantùm Teſtem ſufficientem facere probationem, etiam circa ſolemnia vltimarum voluntarum præter ea quæ adduxi *quæſtione* 1. *&* 2. Verùm omiſſa ſolutione, Bart. & Alex. ibidem, quam Oinotomus *in §. ſed cum paulatim numero* 18. *Inſtituta de Teſtamentis*, Gothofr. *in notis ad eundem Textum littera N.* & receptam communiter teſtatur Couarruuias *in Rubr. de Teſtament.* 2. *parte num.*2. exiſtimantium in Teſtamento coram Principe facto, præter Cæſarem duos alios Teſtes deſiderari: Veriſſimè reſpondeo textum *in dicta l. omnium*, intelligendum eſſe in eo Teſtamento, qui precibus incerto, & precibus Principi oblatis conficiatur. Nam moris fuit apud Romanos, vt Ciuis de facultatibus ſuis diſponere cupiens voluntatem ſuam ſupremam libello ſupplici comprehenderet, & libellum deinde Principi offerret, petens vt libellum, & ſupremam ſuam voluntatem in ſcrinia ſua reciperet, & Princeps oblatos libellos recipiebat, qui deinde in Conſiſtorio Principis legebantur, & omnibus proceribus & his qui in conſiſtorio erant audientibus lecti libelli Magiſtris libellorum tradebantur, per quos referebantur libelli in Scrinia Principis, id eſt in armarium, & arcam, in quibus Epiſtolæ, libelli, reſcripta Principum, & decreta, cæteraque litteraria monumenta conſeruabantur. Quæ omnia erant partes conſtitutionum, vt declarat Theophilus, *in §. ſed quod Principi Inſt. de iure naturali.*

Itaque infero, Anilem eſſe fabulam & pue- 18
rilem errorem eorum interpretum, qui ex his verbis collegerunt trium illud non minùs falſum, quam alienum *à dicta leg. omnium Principem* habere omnia iura in Scrinio pectoris quaſi Scrinia *in dicta leg. omnium*, ſignificaret receſſus omnes mentis Principis, aut quaſi ius, quod iſti eſſe volunt, in pectore Principis Teſtificetur aliquid, ac quod Teſtimonium omne ſit in lingua, aut ſcripto Principis, quod Taſtamenti genus, cum Teſtem- &

Digitized by Google

& conſcium Principem haberet huius teſtimo-
nium omnium teſtimoniis eſſet maius. Deni-
que Principis Ipſius ſcrinia ſatis ſolemniter fa-
ctum eſſe teſtificarentur , nec ſolemne illo te-
ſtium numeto , quod in cæteris ptiuatorum te-
ſtamentis deſidetabatut indigebat, vt conſtat ea
eodem textu ibi *nec tractabitur de ſucceſſione eius,*
qui nobis , mediis ; id eſt interuenientibus , & toto
Iure (quod in ſcriniis noſtris eſt conſtitutum) teſte ſuc-
19 *cedis.* † Et metito cum enim Princeps , poſt-
quam omne Imperium ſuum populus ei contule-
rit , §. *ſed quod Principi inſt. de Iure naturali* ,
ipſum teptęſentet populum *l.2.ff. de conſtit princ.*
ſimile hoc teſtamentum eſt illo antiquo , quod
ea latis comitiis perficiebatur , vbi populus om-
nem ſolemnitatem ſupplebat , Vlpianus *in frag-*
mentis , tit.2. in princ. de teſtament. docent Baco-
nius *lib.2. declarat. cap.16.num.5.* Biglius *in §. 1.*
inſt. de teſtamentis , Oſuald. *lib. 6.comment.* Do-
nell.*cap.6.littera,D,*Duarenus *in paraphraſi ad tit.*
de teſtam.cap de effectu ſolemnitatis, verſic. *cepimus*
oſtendere, Boërius *deciſ.* 208. Iulius Clarus *lib. 5.*
§. teſtamentum.quaeſt.56.num.7. Maſcardus *de pro-*
bationibus tomo 3.concluſ.1353.num.47. Couarru-
uias *vbi ſupra* , & facit de Iure Regio *lib.5.tit.5.*
part.6.& apud Gallos ſic ſetuari refert Pettus
Gregorius *ſyntagmat,lib.41. cap.3. num* 8. & Iure
canonico receptum eſſe ait Ioannes Oinotomus
in dicto , §. ſed cum paulatim:
20 Quod ſi tamen teſtamentum cotam Ptincipe
factum eſſe negetur , & nec inueniatur in ſcti-
niis , vbi originale reconditum fuiſſe dicatur ;
tunc dico debere hæredem inſtitutum probare,
non ſolùm preces oblatas eſſe principi , vt malè
Gloſſa præcenſuit *in dicta l.omnium* verbo *teſtium*,
verùm etiam teſtamentum illis precibus inſet-
tum eſſe , quod hic hæres inſtitutus ſit , qui ſe
hæredem dicit : Debet autem prædicta probatio
idoneis teſtibus fieri , vt conſtat ea eodem textu
in dicta l. omnium ibi *nec inſtitutus hæres pertimeſ-*
cat cum oblatas preces ſecundum voluntatem defun-
cti idoneis teſtibus poſſit approbare , non omnibus
conſiſtorialibus vt malè Donellus arbitratur *ibi*
circa fin. ſed duobus vel tribus ſenatoribus, vel
totidem teſtibus extra ſenatum ex noſtro textu,
& ex dicto cap.licet 13. cap.in omni negotio 4. hoc
tit. l. vbi numerus , ff. eodem , vel ſi teſtium nul-
la ſit copia ipſo principe , ſi teſtimonium velit
dicete , quo caſu eum eius aſſertio factum alie-
num coram ſe geſtum contineat , æquiparatur
aſſertioni de facto proprio atque ita plenè ipſi
creditur , iuxta ea quæ adduxi , *quaeſt.* 2. &
docet Farinacius eum multis ab eo relatis *dicta*
quaeſt.63. de Teſtibus , num. 98. & hoc quidquid
contrarium teneat Gotofred. ex ſententia Azo-
nis , & Vgolini *in dicta l. omnium nota N. in fi-*
ne , quæ vera ſunt , pro perfecta explicatione
dictæ legis.
21 His tamen omnibus obuiare videtur textus
in cap. cum eſſes de teſtamentis , vbi reprobatur
conſuetudo , quæ requirit quinque , aut ſeptem
teſtes in teſtamento , quaſi legi diuinæ contra-
ria item , & exigit vt neceſſario adſint ad vali-
ditatem teſtamenti , ſimul cum perſona preſby-
teri ſui duo , aut tres teſtes ; & ſic videtur , vt
nunquam vnus ſufficiat: Verùm omiſſis pluribus
interpretationibus traditis à Gloſſa penult. &
Couarr. ibidem, Alciat. *in c.nouit n.47.de Iudiciis*
Vetoio *in c.2.de probat.n.47.* Cano *de locis theologi-*
cis.c.8. Menchaca *de ſucceſſionũ creat.§.22.à princi-*
pio , Faquineo *lib. 6. cont. cap.* 47. & aliis de
quibus Doctores citati à Zenedo *in col.*149.
ad dictum textum , reſpondeo Pontificem ibi
non improbare conſuetudinem , tanquam iniu-
ſtam , & Diuinæ legi contrariam , ſed tan-
quam alienam , id eſt , non conformem. Diui-
næ legi veteri , & olim obliganti ; & ſancto-
rum Patrum inſtitutis , & Eccleſiæ conſue-
tudini ; Sed non inde ſequebatur illam eſſe in-
iuſtam , & alicui legi Diuinæ obliganti contra-
riam , atque ita hæc omnia ad prædictam im-
probationem, non ſufficerent , niſi Pontifex
illis motis nouè illam conſuetudinem impro-
baſſet , & in terris Eccleſiæ , contrarium con-
ſtituiſſet Ius nouum inducens , vt conſtat ex
verbo *decernimus* , quod noui Iuris eſt in du-
ctiuum , vt dixi *in cap. 2. de Iud. quaeſt.* 1. &
ſic ſentire videtur Fortunius *de vltimo fine illatio-*
*ne 15 . à n.*168. Cano *de locis Theologicis lib.6.c.*8.
verſic. *ad quartum* ; Couarruuias *in d. c. cum eſſes*,
n.3. Spino *in ſpeculo teſtament, Gloſſa 31.à n.38.* &
notabis, quæ *ibi* adduco :
Nec obſtant dicta *ſupra* in verſiculo *item* 22
etiam , quia reſpondeo , quod quamuis nu-
merus duorum , vel trium teſtium commo-
dus fuerit viſus ad ptobationem ex noſtro
textu , & aliis tamen aliquando maior exigitur
ob iuſtas rationes , veluti ſi periculum falſi-
tatis timeatur vero ſimile. Quâ ratione motus
fuit Iuſtinianus , *in dicto , §. ſi quis igitur de in-*
ſtrum. caut. & in § oportet , vt ex principio au-
thenticæ conſtat ; hoc enim legi Diuinæ non
repugnat : nam cum præceptum illud ad Iudi-
cialia veteris legis pertineret , ſpirauit , adue-
niente Euangelio , *cap tranſlato de conſtitut , cap.*
vnico de purificatione poſt partum , vbi latiſſimè
dico *de lege veteri* , Couarruuias *libro 1. var.*
cap. 17. numero 1. Tiraquellus *in præfatione de*
vtroque retractu , *num.* 8. Gutierrez *lib. 2. canon.*
cap. 11. num. 12. † Nec etſi admitteretur du- 23
rare adhuc , præceptum illud Euangelica con-
firmatum contrarium eſſet quia , vt eleganter
tradit Couarruuias *in dicto cap. cum eſſes , num.3.*
Diuina lex non prohibebat probationem ; quæ
per plures teſtes fit ; ſed eam potius , in qua
duo ſaltim , vel tres non inueniebantur , vt
præſenſit , etiam Pontifex *in dicto cap. licet* 13.
verſic. *nam licet quædam Iura hoc tit.* & Iuxta
declarationes iactas *ſupra quaeſt. 1. & 2. in hoc*
quaeſt. ad textum in dicta l. omnium , Cod. de te-
ſtam , & ſic apparet non repugnare legi Diuinæ,
quæ plures teſtes deſiderant.
Nec difficilia ſunt quæ adduxi *ſupra* in verſic. 24
præterea ex *Textu in cap præſul. & in cap. nullus 2.*
*quaeſt.*1. quibus obſtat Textus *in cap. 1. eiuſdem*
cauſæ , vbi patet quod duo , vel tria teſtimonia
in cauſis criminalibus requiruntur ; in qua dif-
ficultate Gratiannus poſt dictum caput nullum,
exiſtimat prædicta Iura intelligenda eſſe de pri-
uilegio Eccleſiæ Romanæ , vel tunc potius tot
teſtes requiri cum notæ improbitatis , & ſuſpe-
ctæ fidei ſunt , vt ſequuntur plures relati à Fari-
nae. *dicta quaeſt 63.de Teſtibus à num.141. & 242.*
& Crotus *de Teſtibus , num.* 215. poſt verſic. *no-*
tandum tamen eſt , vbi quod Textus *in dicto cap.*
præſul, emanauit ſecundùm illa tempora, ad com-
peſcendam malitiam hæreticorum, qui aliquan-
do Cardinales , & Clericos accuſabant ad effe-
ctum , vt ab eorum officio remouerentur , & alij
eorum loco ſubſtituerentur ; quâ ratione hodie,
ceſſante,

Digitized by Google

ceſſaute, debet ceſſare eius diſpoſitio; & ſic fit, vt ille Textus hodie ſecundùm Doctores, non procedat; & ſic Barbatia *de præſtantia Cardinalium, quæſt.*21. *num.*1. *&* 103. dixit hanc eſſe ſolemnem limitationem ad textum *in dicto cap. præſul.* & Betoius & Decius *in cat at ſi Cleric. de Iudiciis*, ſic teneot, & addit Decius *ibi num.*8. verſic. *ſecundo Gratianus*, quoad conuinceodum Cardinalem duo, vel tres teſtes ſufficiunt, quando illi ſunt idonei, non ſuſpecti; ſecus ſi iofames, & ſuſpecti eſſent, qnia tunc requiritur numerus expreſſus *in d.c.præſul.* pro quo videtur facere textus *in dicto c. nullum*, §. *ſed hoc*, quem *ibi* leges.

25 Verùm hæc ſolutio videtur, conuinci ex vltimis verbis *dicti cap. præſul*, quibus cauetur, vt teſtes illi, & accuſatores ſine aliqua ſint infamia: Quare reſpondèdum eſt de Creta illa apud veteres, in vſu fuiſſe, vt cooſtat ex cauſa ſancti Marcelini Romani Pontificis, vt tradit Baroonius *in annalibus anno Chriſti* 303. *num* 88. ci rca quam cauſam fuit congregatum concilium Sinueſanum quod habetur *primo tomo conciliorum poſt vitam Marcelini*;; & eſt videndus Cuiacius *lib.* 3. *obſeruationum*, *cap.*9. quod Ius ex pluribus cauſis fuit inductum, quas congerit D. Thomas 22. *quæſt.*70.*art.*2.*ad tertium* Gregorius de Valentia *tomo* 3. *diſp.*5.*quæſt.*14. *depuncto.* 2 Nam In primis eius dignitatis homines tanta ſanctitate eſſe debent, vt maior ſit fides eis adbibenda, quàm aliis pluribus; deinde propter graue ſcandalum, quod oriretur, ſi præſules, & Cardinales paſſim damnarentur, denique quia cum pro munere, & digoitate Iuſtitiam aliis adminiſtrent inuidiam, atque odium, apud improbos homines ſibi comparant.

26 Sed tamen poſtea hoc Ius in deſuetudinem abjit & prælatorum cauſæ, etiam grauiores, duorum vel triū Teſtium authoritate terminari ceperunt, vt reſoluuot Clarus *in practica criminali*, §.*fin. quæſt.*66. Scapus *de Iure non ſcripto lib.*1. *cap.*10.*ex num.*15. Zenedùs cum pluribus ab eo

27 relatis *in collect.*22.*ad decretum:* † Et quidquid tamen eſſe de Iure ſi Papa procederet contra cardinalem, non teneretur ſeruare illum numerum aſſignatum io *d. cap. præſul.* vt ibi dicit Cardinal Alexand. *col.* 1. & dicit Clarus *ſupra* in facto; ita ſuis temporibus vidiſſe & legiſſe fuiſſe obſeruatum, & ſine dubio, hanc declarationem magis communem eſſe docet, *vbi ſupra* Farinac. *dicta quæſt.*63.*num.*284. *in fine.* Et ſi contra eam faciat Gloſſa *in dicto cap. nullum*, §. *ſed hoc*, & ſcripta per Botoium *in dicto cap. at ſi Clerici*, poſt verſic. *Decius etiam* ibi *vtrum quia*

28 *opinio :* † Et ego addo qnod iſte eſſet in obſeruantia tenor *dicti c. præſul.*2. *q.*4. haberet locum in delicto, pro quo Cardinalis veniret in pænam deagradationis; ſecus ſi de alia pœna; ita Decius *in dicto cap at ſi Clerici*, *num.*11. verſic. *& prædicta omnia*, Nouell. *Regula* 216. Contradus *in pract.* §. 2. *de officio prætoris in cauſa ciuili tit. de Teſtibus*, *Rubrica de teſt. aſſumen. in princ. num.*5.*fol* 113.

29 Nec etiam obeſt textus *in dicta l. teſtium, Cod. hoc tit.* de qua dixi, *ſupra in dicto*, verſic. item etiam ibi in verſic. *quod ſi res*, vbi quinque teſtes neceſſarij ſunt, ſi debitum inſtrumenti fuerat comprehenſum; ſed reſpondeo, quod licet inſtrumenta per teſtes, ſoleant reprobari; *l. cum precibus* 13. *Cod. de probat. l. optimam* 14. *Cod. de contrahend. & com. ſtipul. cap. cum Ioannes*, verſic. *porro de fide inſtrument.* & ſic vt quemadmodum duo teſtes ſufficiunt ad probandam obligationem ex regula Textus *in l. vbi numerus*, *ff. hoc tit.* & ex noſtro textu multò magis deberet in ſpecie *dicta l. teſtium* id contingere ad probandam liberationem ex regula textus *in l. Arrianus*, *ff. de actionibus*, *& obligationibus.*

30 † Tamen omiſſis quæ tradunt Gilquenius *in dicta l. teſtium* Farinac. *dicta quæſt.* 63. *numero* 246. cum aliis ab eo relatis obſeruandum eſt caſum dictæ legis teſtium eſſe ſpecialem; nec enim perpetuò, & indiſtinctè quinque teſtes deſiderantur ad probandam ſolutionem, ſed in eo ſolo caſu, quo decretum in ſcriptis fuerit relatum; quia tunc vero ſimiliter præſumitur non aliter debitorem ſolutum, quàm ſi ſcripturam recipiat, aut apocha, ſeu ſecuritas, ei tradatur per quam ſolutionem factam poſſit probare argumento textus *in l. nihil tam naturale*, *ff. de Regula Iuris & in l. fere eodem :* ergo cum id omiſeris debitor ne duobus emendicatis, & corruptis teſtibus falſum probet quinque teſtes deſiderantur, qui ſolutioni, vel cooſeſſioni creditoris ioteresſe, non rogati debent, ſed rogati duo ſufficient, vt tradit ex multis Farinacius *d. quæ* 163. *n.*247. *copioſè tradit* Donell *in dic. l. teſtiū.*

31 † Quod ſi debitum non eſt in ſcriptis redactum; tunc illius ſolutioaem per vnicum teſtem probari dixit idem Farinacius cum aliis *ſupra n.*148 Et ex dictis ſatis poteris ad cætera iura allata *ſupra* io dicto verſic. *præterea*, reſpondere, & ſic omiſſa facio:

32 Ad ſecundam partem quæſtionis reſpondebis ex his, quæ adduxi *ſup. in c. licet* 9. *de probationib.* *q.*4.*& q.*5. verſic. *ad ſecundam, ad ſecundam*, & Doctoribus *ibi* adductis addo Faquinetum *lib.*8.*cont. cap.*16. *in principio*, Farinacium, qui alios plures adducit *de Teſtibus*, *dicta quæſt.*63. *à num.*31. Balboam *in cap.* 2. *de probationibus*, *à num.*31. Riccium *col.*224 *in princ.* Sed intelligendus eſt de momentaneo poſſeſſorio.

33 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeas videbis quæ congerit Riccius *collect.*2134. & ea, quæ adduco *in cap ſi ſacerdos* 2. *de officio ordinary*, & quæ dixi *ſupra in cap. ſuper eo* 2. *hoc tit. quæſt.*3. verſic. *ad quartam quæſtionis partem vbi de non reuelando arcano confeſſionis ſecreto, etiam ad impediendum matrimonium:* Ex dicta de ſecreti fide *in c. intimauit.* 18.*ſup.q fin.*

Igitur licet Gloſſa *in cap.*1.*de exceptionibus*, doceat poſſe probari emendationem teſtis à crimine per ſolam aſſertionem confeſſoris, quia is ſolus melius emendationem cognoſcere poteſt, cap. ſi peccauerit 2. *quæſt.*1.*cap. nemo* 14 *de ſimonia*; idem Gloſſa finalis *in cap. teſtimonium hoc tit. & in cap. nuper* 31. *hoc tit. & in cap. ipſi Apoſtoli* 2. *quæſt.*7. tradunt Maſcardus *de probationibus concluſ.* 600. *num.* 3. Farinacius *de Teſtibus. quæſt* 56. *num.*140 & ſic videtur etiam pœnitentiario ſoli credendum; quod tamen admittendum non eſt ex regula noſtri textus, & aliorum.

34 † Ex eo nēpe, quia nunquam licet argumentari à foro conſcientiæ, in quo tantùm fit confeſſio Sacramentalis ad forum contentioſum, & Iudiciale, io quo vertitur quæſtio, de qua loquimur: nam in foro conſcientæ ſolùm agitur de ſatisfactione Deo præſtanda, ad obtinendam veniam peccatorum; ſed io foro contentioſo agitur de ſatisfactione partis, & Reipublicæ; ideoque abſolutus in vno foro, non cenſetur abſolutus

in Gloſſa *in cap. de his de accuſationibus*, Decius *in cap.1. de exceptionibus, num.*70. Mantua *num.*30. Couarruoias *lib.2. var. cap.* 10. *num.*3. Gutiertex *lib.1. canonic. c.2. n.* 13. Gomezius *var.lib.*3.
35 *cap.1. num.*40. † Tum ſecundò, & Iuxta Doctrinam textus noſtri, quia cum talis ſacerdos non gerat vicem Dei in foro cootentioſo; ſequitur vt ſine Iuramento ei noo credatur, Iuxta dicta *ſupra in cap. quoties 5. cap. suis quæſtionibus,*
36 *cap. nuper hoc tit.* † Tum tertio: nam ſi velis dieerc ei credi poſſe, ſi Iuret quemadmndum aliis teſtibus creditur, Iuxta relata *in dicto cap. quoties*; tunc obſtat regula Textus ooſtri,& aliorum quia nunquam vnico teſti credendum eſt ex iam dictis, *à q. 1.*

37 Et ſi iterom ioſotgas dicendo ſigillam confeſſionis poſſe ex cauſa grauiſſima, & ex licentia pœoitentis à confeſſario propalari, Iuxta ea, quæ tradunt Nauarrus *in cap. ſi ſacerdos de pænitentia diſt.6. num.*152. Couarruoias *in 4. part. 2. cap.* 8. §.12.*num.*10. Sanchez *de matrimonio,lib.3. diſp.*16. *ad finem*, Suarez *de pænitentia diſp.* 33. *ſect.* 5. *num.*6. Tamen dicendum eſt nunquam poſſe tali Sacerdoti credi, eo quod eius teſtimonium ſit de audito,& confeſſione ſolius, quod nullam aliã fidem meretur habere, ac eam, qoam mereretot, ſi ipſa pars io Iudicio teſtificaretut pro ſe,& in cauſa, in qua intereſſe habet, etenim in hoe caſu teſtimonium confeſſoris reſoluitut io ſolam pœnitentis aſſertionem.

38 Et confirmatur ex Baldi Doctrina *in l. Archigerontis,Cod.de epiſcopali audientia*, docentis ſacerdotem teſtificantem de his, quæ audioit in confeſſione, nullam fidem facere, vt ſequuntur Couarruuias communem dicens *vbi ſupra n.*10. Salcedo ad Bernardum Diex *in praxi cap.*109. quare ait Balboa *in cap.1.de exceptionibus, num.*80 *circa finem*, prædictam Gloſſatum opinionem nonquam eſſe admittendum in praxi, quaſi expoſita multis fraudibus, & ſacrilegiis, vt rectè tradit Suarex *d. diſp.33.de pænit ſect.5.n.6.*

39 Quare concludit cum adductis à Maſcardo *d. concluſ.*600. *de probat.* Nauatto *in cap. non dicatis, num.*60 12.*q.*2. Zerola *in praxi Epiſcopali*, verſic.*ſeſtis*, melius probari debere, & poſſe per laudabilem conſuetudinem triennalem: argumento textus *in Authent, de monachis.§ ſin autem nobis,col.*1; & hoc verius docet Farinacius *de Teſtibus*, *q* 56. *num.*140. vbi dicit emendationem ſic probari, & noo aliàs, prout in propoſito, & concordando cõtraria voluit Hyeronimus laudẽ; *deciſ. Auen.*91. *n.*10 *iuncta deciſ.*1.*n.*13.& iterum Farinac. *de Teſtibus,q.*23. *lib.1.à. n.*2. vide aliqoa *in cap. teſtimonium in fine.*

40 Nec aliquid facies ſi iuſurgat, dicendo quod ſaltim illa declaratio confeſſarij poſſit ſimul cum vuo alio teſte, aot duobus, Iuxta noſtrum textum; & ſic ſaltem ſemiplenè probare ex iam dictis *à quaſt.1 de teſtimonio vnius*, aliàs ſi nihil probaret, ad quid prodeſt, vt aliquando poſſit ex lieentia pœnitentis propalare ſecretum confeſſionis: Nam tunc melius eſſet dicere in nullo caſu, quamtumuis graui, eam liceotiam poſſe à pœnitente præſtari,& ſi præſtaretur nequiret ſacerdos confeſſarius ea externè vti etiam in fauorem; pœnitentis,& ſic fiet, vt incidamus in aliam opioionem diceotium nunquam poſſe dari caſum, vt de lieentia pœnitentis tale ſigillum propaletur, vt docent Scotus *in 4.diſt.*21.*q.*2. alij relati à Villalobos *in ſumma part.1.tract.9.de pænit.diff.*74.*n.*2. & alij relati à Couarruuias *d.n.*10.*in medio*, ex eo, quia hoc depender à Iure Diuino.

Tamen reſpondeo verios eſſe cootrarium, ſed 41
non vt poſſit confeſſarius iam exutus à ſigillo in Iudicio teſtificari; itaut Iudicialiter, & neceſſario fides ſit adhibeoda; ſed tantùm, vt extra Iudicialiter poſſit influere io hominum mentem illũ pœnitentem à crimine eſſe emendatum, taliter, vt nee hoc fiat in Iudicio, nec in præiudicium alterius, licet ad exculpandum ſuum pænitentem benè prodeſſet, vt in foro ex his, quæ dicit Couarruuias *in 4.dicta 2.part cap.8.§.12.circa fin.* in hæc verba *Opinor tamen chriſtiana religioni, & Sacramento pœnitentiæ potius expedire hoc confeſſionis ſecretum; nec ex conſenſu expreſſo pœnitentis reuelandum eſſe, niſi id fiat magna ex cauſa boni, & acutiſſimi viri arbitrio ad ipſius pœnitentis ſalutare conſilium, & medelam, maximam vel vtilitatem quæ maturo Iudicio erit perpendenda, ne temerè reuelatio fiat*; quod nec Colactaneus negat *in c.omni vtriuſque ſixus de pœnitentiis:*

Nec bene audiendi ſuot Doctores aſſerentes, 42
quod coufeſſarius de licentia pœnitentis poſſit ſigillum confeſſioois propalare, nec etiam aliud probat Pontifex *in cap. ſignificaſti de adulteriis*, quia verius eſt in textu illo non conſtare fuiſſe illud, de quo loquitur arcanum Sacramentalis confeſſionis, vt doeet Couarruuias *dicto num.*10. & aote eum docuit Nauatrus *in dicto c. ſi ſacerdos de pænis.num.*117. vide quæ latè dico *de ſigillo confeſſionis in dicto c. omnis vtriuſque ſexus de pænit.* vbi quomodo talis lieeotia præſterut,& ca præſtita non propalari ſecretum, tamquam, ſcitum in confeſſione, ſed vt ſcitum iam extra illam,& ex alio capite: Et ſic Riccius *collect.*1459. *in cap. nobiliſſimo* 67. *diſt.* ait cum Capella Tholoſana *in deciſ*463. non eſſe credendum Cardinali pœnitentiario in præiudicium alterius; quod facit pro doctrina, quam ſequimur.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXIX.
De Teſtibus, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

8 *Teſtis reſpondens vltra interrogata ſuſpectus eſt.*
20 *Lis adductus ſuper dilatoria, non admittitur ſuper principali.*

GLoſſa huius Textus plura monet vtilia; 5
Item & Doctores antiqui: Sed reuera materia huius textus, quatenus loquitur de teſte ſuper dilatoria inducto non facere fidem ſuper priocipali, nec cogitur deponere; ſecus ſi ſuper peremptoria; applicabis Doctrinam Textus *in cap. venient* 38. *hoc tit.* vbi quod atteſtationes receptæ in ſummatio, non faciunt probationem in plenario; argumento eorum, quæ adduxi *ſupra ad tit. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.* Quia ſcilicet ſuot cauſæ diuerſæ: Et *in cap ſuper eo* 17. *de re Iudicata*, vbi agitur de re inter alios acta.

Et ibi *vtpote ſuper quo deponerent non iurati;* 1

Digitized by Google

ad hæc verba applicabis dicta *in cap. quoties 5.*
2 *hoc tit.* † Et ibi *ſunt ſine dubitatione cogendi* infrà
ad titulum de Teſtibus cogendis, & ibi *in cap. 1.*
2. & 3.
3 Et ibi, *niſi forſitan ſufficiens productio teſtium*
ſuper principali, iam facta fuerit, vel renunciatum Teſtibus, vel depoſitiones teſtium fuerint publicata. Ad hæc verba applicabis quæ adduxi latè,
in cap. fraternitatis 17. & ad textum ibi *dicta q. 2.*
verſic. *ad primam*, verſic. *ad ſecundam*, & verſic.
ad tertiam, & *in cap. intimauit 18. hoc tit.* Et applica *dicta in cap. ſignificauerunt 36.* & *in cap. vltra tertiam 55. hoc tit.* vbi de quarta teſtium productione.
4 Et quia per hunc textum ſolent Doctores diſputare de ea quæſtione, an teſtes teneantur viuâ voce, & præſentialiter deponere, vel an ſufficiat teſtimonium in ſcriptis porrigere videbis quæ adduxi *ſuprà in d. cap. quoties 5. hoc tit. q. 4.* verſic. *ad ſecundum.* Vide Abbatem *hic num. fin.* & Felinus *n. 3.*
5 Et vt intelligas textum quare teſtes ſuper dilatoria non faciunt fidem ſuper principali; ſecus ſuper peremptoria exceptione applicabis quæ adduxi *ſuprà in cap. 1. & 2. de ordine cognit.* vbi dixi de differentia vtriuſque exceptionis dilatoriæ, & peremptoriæ, & ad quam partem, litis reſpiciat vtraque, quo ſcito facilis eſt diffe-
6 rentiæ ratio ad noſtrum textum. † Et applicabis quæ dico *in cap. cum cauſam 37. hoc tit quaſt.* in verſic. *ad tertiam*, vbi de Teſtibus examinatis, extra articulos, in quibus iurarunt deponere, & an repetendi ſint dico *in cap. per tuas eodem.*
7 Et ſic notabis primo minimè valere teſtimonium illius, qui examinatus ſuper principali, vltra interrogationem ſibi factam, aliqua dicit penitus extranea, & ad cauſam non facientia; ſed quæ faciunt ad cauſam valebunt ſi teſtis iu-
8 rauit dicere veritatem ſuper tota cauſa. † Teſtis enim reſpondens vltra interrogata videtur ſuſpectus: argum. *l. quæ omnia, §. 1 ff. de procuratoribus*, prout ille, qui ſe vltro offert examini, vel nimis animosè deponit, & de illo, quod ſciri non poteſt, vel tradat de ſe exonerando, aut in teſtimonio ſe Iudicem conſtituit, vel dicit quod vellet, vt pars pro qua teſtificatur obtineret; ſic refert ex aliis Barboſa *hic num. 2.* de quibus iam alibi, *in Rubrica, & ſub noſtro tit.* dixi.
9 Notabis ſecundo non admitti teſtes ſuper dilatoria exceptione adductos, nec compelli poſſe ad teſtimonium dicendum ſuper principali cauſa, vt probat textus, *in cap. exhibita de Iudiciis*, vbi videbis, & Barboſa hic intelligit procedere in exceptione mere dilatoria, vel in peremptoria, quæ in vim dilatoriæ opponi patet, & opponitur, vt poteſt ibi *deponerent non iurati*, & intelligit etiam quamuis dilatoria exceptio poſt litem conteſtatam opponatur quidquid contrarium teneat Gloſſa hic verbo *non iurati.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXX.
Conſtitutus, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

TExtvs iſte duas partes principales videtur continere. Prima quod publicatio teſtium non eſt ad petitionem tertij facienda. Sed quare cum audiatur tertius oppoſitor veniés ad cauſam inter alios agitatam, de quo dico *in cap 17. de ſententia, & re iudicata.* Secunda, quod is, qui produxit teſtes coram certis Iudicibus, non poteſt ad eundem effectum coram Iudicibus aliis illos producere; ſed eorum atteſtationibus debet eſſe contentus. Ad hanc applicabis quæ adduxi *in cap. cauſam, quæ 11. hoc tit.* & antea *in cap. fin. de probat.* & alias quæſtiones vtrobique aſſignatas. Et applicabis materiam textus, *in cap. cauſam 14. de ſententia, & re iudicata*, & Balboa hic *à n. 3. 4. & 5.* Et de publicatione teſtium latè, *in cap. ſequenti*; & plura adduxi, *in cap. fraternitatis*, & *cap. ſeq.* & quæ ibi.

I. Et in textu ibi, *cum priuilegij propriè ratione Archidiaconum Richimundia Canonica contuliſſent.* Collatio poteſt pertinere ad perſonas particulares ex priuilegio, applicabis nonnulla, quæ dixi, *in cap. quanto de Iud. q. fin.* & *in cap. Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſionis, & propriet.* Et *ſuprà* latè, *ſub ſtit. & cap. ad hoc de officio Archidiacon.*

II. Et ibi, *ipſum eo poſt appellationem ad nos interpoſitam ſpoliauit.* Applicata *in cap. 1. & 5. de appellat.* vbi latè de materia attentatorum, & ad titulum *ſuprà, vt latè pendente nil innouetur.*

III. Et ibi, *cum quo prædictus Rodericus ſuper reſtitutione ſua.* Per hæc verba applicari poteſt materia textus, *in cap. ſolicitè 2. & 3.* & *in cap. in litteris 5.* & *in cap. conquerente 7. de reſt. ſpol.*

IV. Et ibi, *cum non in hac cauſa fuiſſent inducti; ſed in ea, quæ inter Eborac. Archid. & eundem Rod. vertebatur.* Hic agi poteſt de quæſtione, quod teſtes ſuper cauſa inducti non producuntur ſuper alia. Applica notata, *in cap. præcedenti.*

V. Et pro complemento materiæ huius textus adjunges, quæ ex pluribus notat Barboſa hic; nam in verbis, *tum authoritate Lateran. Conc.* ait quod nisi quis poteſt titulis pluribus eiuſdem beneficij, non ſolùm à defendendo, ſed etiam in agendo: nam titulorum multiplicatio datur in beneficialibus. Applicabis quæ dixi ſub q. examinata de Iudiciis, vbi & de cumulandis actionibus, item *ſub ſtit. de libelli oblatione.*

VI. Tum etiam ex verbis ibi. *alioquin eo non obſtante*, notat quod delictum à famulo perpetratum, præſumitur factum Domini conſenſu, quando habuit cauſam ſucceſſiuam, & continuam, cui Dominus potuit veroſimiliter occurrere. VII. Etenim actus præſumitur factus de voluntate, & ad inſtantiam illius, ad cuius fauorem, & vtilitatem verſatur, de quo alibi ego dico. & nonnulla adduxi, *in cap. 1. de præſumptionibus*, alia *ſub cap 9. de Iudic. q. 1.* & *in cap 4. de iuram. calumn. q. 5* an delictum Prælati cedat in detrimentum Eccleſiæ.

AD

Digitized by Google

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXI.
Præſentium, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

IN hoc textu verè ſedet materia de teſtium publicatione in Iudicio facienda. Itẽ quod publicatis atteſtationibus, non ſit apponendum in perſonas teſtium, niſi in caſibus hîc exceptis; item in vltimo loco addit in verſic. *cæterum*, non facilè credendum eſſe Teſtibus, qui aliquid depoſuerunt in fauorem partis, quæ proteſtata eſt eos repellere; ſed quia infrà *in cap. teſtimonium*, dico latè de delictis, & exceptionibus opponendis contra teſtes, vt atteſtificando repellantur; ideo nunc ſolùm agam *de materia publicationis, & de vltima parte*, & ad tractationem applicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. fraternitatis hoc tit.* & *in cap. ſequenti*, & *in cap. ſicut* 11. vbi *de exceptione falſitatis contra teſtes, ſiue corruptionis, & quando opponatur*; nunc verò referam quæ *ibi* non adduxi. Et applica dicenda *in cap. dilectus de fide inſtrumentorum.* I. Et etiam ea, quæ dico *infrà in cap. paſtoralis* 4. *de except.* quatenus textus ibi ait, quod Iudex poteſt ſtatuere terminum ad omnes exceptiones dilatorias proponendas, poſt quem excipientem non audiet, niſi in tribus caſibus; videlicet ſi proteſtatus eſt eas poſt illum terminum opponere. II. Vel ſi aliqua de nouo exorta fuerit. III. Vel ſi is, qui voluerit eam opponere fidem faciat cum iuramento ſe poſtmodum ad illius notitiam perueniſſet. IV. Quæ ad caſum noſtri textus ſimillima ſunt, ſiquidem hîc dicit textus quod publicatis atteſtationibus non opponitur; id eſt, non excipitur contra teſtes niſi in tribus caſibus, & niſi forſan ante publicationem id proteſtauerit, vel oſtendere poterit, quod poſt publicationem didicerit, quod obijcit in perſonas, & ſi iuramento firmauerit ſe cum malitia ad obiectionem non procedere.

QVÆSTIO I.

Publicatio atteſtationum, & quod detur copia, publicati proceſſus, an ſit de forma ſubſtantiali Iudicij: Quid in criminalibus, aut in officio Sanctæ Inquiſitionis: Quid de Iure Regio: Quæ illa ſit; ad quem effectum fiat: Et à quo ſit petenda: Et an teſtes non publicati aliquando probent?

SVMMARIVM.

1 *Publicationis teſtium omiſſio, & quod non detur copia eorum in ciuilibus non vitiat proceſſum, n.* 2.3. 4. *&* 5. *Quid in criminalibus, n.*6.7. *&* 8. *Quid de Iure Regio, n.*9. 10. *&* 11.

8 *Publicatio teſtium in ſancto Officio eſt neceſſaria, & fit abſque confrontatione eorum Publicatio, eſt notificatio, ſeu manifeſtatio facta partibus dedictis teſtium.*

13 *Publicationis forma, qua & quando ea fiat, n.*14. *&* 15.

16 *Publicationis teſtium effectus quis, num.* 17. 18. *&* 19

20 *Publicatio teſtium coram quo Iudice fiat, n.* 21. 22. *&* 23.

24 *Publicatio teſtium, debet fieri ad petitionem, & inſtantiam vnius partis litigantis altera prius citata ad aperturam probationum, n.*25. 26. *&* 27.

28 *Publicatio non requirit, vt legãtur teſtium dicta.*

29 *Publicatione teſtiũ facta hodie aſſignãtur partibus ſex dies, vt intra illos allegent, & diſputẽt.*

30 *Teſtes non publicati communiter non probant, expenditur, n.*31. 32.33.34. *&* 35. *limitatur, n.*36.37.38.39.40.41.42. *&* 43.

QVia ex aſſignatis in Paraphraſi plura arguendo in materia text. noſtri, *poſſunt*; controuerti; nunc intendo in his quæſtiunculis reſolutiuè procedere: ergo vt primam quæſtionis partem lucidius queas agitare, adjungam nonnulla, quæ dixi *ſuprà in cap. dilectus* 6. *de Iudicijs*, *q.*11. vbi egi de nonnullis, quæ ſpectant ad ſubſtantiam Iudicij; quibus omiſſis, & Iudicium corruit; de aliis autem dixi tantùm eſſe ordinatoria Iudicij. Nunc verò reſpondeo. Multi ergo Doctores dixerunt publicationem eſſe de ſubſtantia ordinis Iudiciarij, ac perconſequens eius omiſſionem reddere proceſſum, & ſententiam nullam tenent per Gloſſam t. *in l. ſolam, ff. hoc tit.* & *in l. prolatam*, verbo *ſolutum Iudiciorum ordinem*, *Cod. de ſent. & interlocut. & in extrauaganti ad reprimendum*, verbo *figura Iudicij*, quomodo in Læſæ Majeſtatis crimine procedatur, quæ fundatur in eo, quod ſi non fieret publicatio, auferretur parti ius defenſionis: nam ſi atteſtationes non publicarentur, impugnari non poſſent teſtes, & eorum dicta, & ſic tolleretur defenſio, quod naturali, & diuino Iuri repugnat, prout facit text. *in cap. qualiter, & quando* 2. *de accuſat.* verſic. *debet*, ibi, *vt facultatem habeat defendendi ſeipſum*, & non ſolùm dicta; ſed etiam nomina ipſa teſtium ſuor publicanda, & idem docet, *cap. olim ſeq.* verſic. *ſi verò* juncta Gloſſa verbo *copiam faciatis eod. tit.* & ſic Gailius *lib.*1. *obſeruat.* 107. docet quod concluſio eſt de ſubſtantia proceſſus: tradit Riccius *in collect. ad hunc textum* 134. *circa finem*, & quando ſit de ſubſtantia dixerunt multi congeſti à Barboſa *in cap. cum* 1.22. *de ſent. & re indic. num.*2. 1

Sed alij dixerunt, vt ſi apertè teſtium publicatio petatur, & ei denegata à Iudice non fiat; tunc eſſe de ſubſtantia Iudicij, vt ea omiſſa vitietur proceſſus, quaſi ſecus ſit, ſi parte tacente omittatur, & ita docent Vantius *tract. de nullit. tit. ex defectu proceſſus*, *n* 40. Didacus Perez *in Rub. ordinam. tit.*11. Gloſſa, verbo *eſtigos*, verſic. *qua opinio* 335. quod tamen ita procedere, & intelligi affirmat ſi petita, & publicata ſententia ferretur & à tali denegatione appellatum eſſet, quo caſu de ſubſtantia Iudicij eſſe, & ſi omittatur proceſſum nullum fore ex ſententia Innocentij per textum ibi *in cap. cum C. & A. de ſent & re iudic.* & ex ſententia Gloſſæ, verb. *Iudicijs, in c. fin.* verſ. *ceſſante de hæreticis, lib.*6. & Alex *ſciat. in practic. c.*18. *ſub n.*76. verſ *& iſta practica*, pariter, dicit, quod in Curia Romana publicationis omiſſio non vitiat, niſi fuerit petita. 2

Verùm dicendum exiſtimo in cauſis ciuilibus non vitiare, nec reddere nullum ipſo Iure proceſſum illam publicationis omiſſionem, etiam 3

ſi

ſi à parte petita ſit ; & ſic eſſe tantum de ordine Iudicij ; non tamen de ſubſtantia , & forma proceſſus , & ſic eius omiſſionem non annullare proceſſum , & ſententiam ipſo Iure , Bartlo. *in l. prolatam , Cod. de ſent. & interlocut. omnium Iudicum , num.* 5. Baldus *num.* 19. Alexander *ibi* plures relati à Vaotio *vbi ſupra num.* 40. Moila *tit.*11. *part.*1. *num.*70. & ob id dixit Maranta *de ordine Iudic , part.*6. *num.*10. *tit. de proceſſus publicat. in princ. & num.* 4. Publicationem eſſe de ordine Iudicij , cum fiat ad effectum , vt ſeruetur Iudicialis ordo , & ſi omittatur , & à Iudice ad vlteriora procedatur , ea non facta valere proceſſum & ſententiam ; quia , vt inquit Auendañus *lib.*1.*reſponſ. reſponſo* 1. *num.*8. ſi non fiat publicatio , & cauſetur iniuſtitia ; non tamen cauſatur nullitas. Quare Menochius *de arbitrariis , Iud. lib.*1. *quaſt.*13. *num.*2. hanc ſententiam ſimpliciter veriorem putat Paz , *vbi ſupra num.*335. & mouetur ex eo , quia quamuis petita eſſet atteſtationum publicatio , & à Iudice denegata , & à tali denegatione appellatum ; adhuc non erit de ſubſtantia Iudicij . nam ſi tunc eſſet eius omiſſio redderet proceſſum ipſo Iure nullum , nec denegatio indigeret appellatione, cum nulla ſit ipſo Iure , *lib.* 1. *in princ. qua ſen-*
4 *tentia ſine appellat. reſ. cap.* 1. *de re Iudicata.* † Vnde cum requiratur quod grauatus à tali denegatione appellet , ſequitur publicationem non eſſe de ſubſtantia Iudicij , ſed potius reſpicere Ius , & Iuſtitiam partis ; & ab ea appellandum fore , alioquin tranſiret in authoritatem rei Iudicatæ : argumento Textus *in cap. cum dilectus* 32. *de electione.* Plures refert Farinacius hoc pacto intelligendos *de Teſtibus*, *quaſt.* 75. *à n.*5. vbi *num.*6. ex Rebuffo tradit , *in tractatu de publicat , atteſt , a num.*1. & 4. quod in Curia Romana, non ſolet peti publicatio niſi in tertia inſtantia , ad hoc , ne ſit præcluſa via producendi alios teſtes,& ita cautos , debere eſſe Aduocatos & in Rota præſertim ſeruari ſolere teſtatur Veſtrius *in p.l.*7.*c.*1.*Rub.de calc.ferend.ſent.num* 4.& Puteus *deciſ.*120.*l.*1.vbi quod intantum eſt neceſſaria appellatio,vt ea,quidem debeat fieri coram Iudice ; & ſic non ſufficit inſtantia , nec proteſtatio partis coram notario , etiam quòd Iudici fuerit ſignificata. Et Clarus *in praxi fi.*ſ.*quaſt.*61. ait quod publicatio proceſſus defenſiui , non eſt de ſubſtantia.

5 Nec obſtabit fundamentum contrariæ opinionis ; nempe per omiſſionem publicationis auferri defenſionem partis contra Ius naturale , & poſitiuum. Quia reſpondetur , quod licet publicatio concernat partium defenſionem , quando ad effectum opponendi exceptiones contra dicta teſtium fieri petitur,& ſic omitti ,non poſſit argumento textus *in clem. paſtorali* , §. *caterum de re Iudicata.* Et hoc caſu procedat Doctrina Bartoli , *in dicta extrauaganti ad reprimendum* ; nihilominus tamen regulariter publicationem ordinem Iudicij reſpicere, & ſic omitti poſſe , vt ait Menochius , *vbi ſupra quaſt.*33. *num.*5. vbi ampliat duobus modis , & declarat aliis duobus. Videbis alios, quos refert Farinacius *dicta quaſt.*75. *num.*5. & 9. & Rodriguez *de ordinand. proceſſu* , *cap.*8. *num* 30.*in fine*, ait quod ſi denegata publicatione auferretur defenſio partis, vllo caſu poſſet omitti ; at Romanus Pontifex, *in cap. vlt. de haret. in* 6. & in ea cauſa hæreſis publicationem , remouet , quam remouere non poſſet , ſi defenſionem contineret , ex *dicta clem, paſtorali* , §. *caterum.* Tamen in hoc tribunali inquiſitionis , taliter video , ſecundùm vſitatum ſtylum ſancti officij reis dari teſtes nominibus tacitis in publicatione , quod videtur eſſe , non ſolùm de ordine , verùm , & de ſubſtantia Iudicij , vt aliàs corrueret. Et probatur ex dictis *num. ſeq.* De cauſis criminalibus dubium , non 6
leue faciunt Doctores , an publicatio ſit de ſubſtantia prorſus ; & quamuis Auguſtin. *in additionibus ad Angelum de maleficiis* , in verbo *qui Iudex dictum proceſſum* , per totam additionem in diſcurſu, & Corrad. *in pract. Rubrica de publicat. & concluſ. num* 3. doceant , quod nec in ciuilibus , nec in criminalibus publicatio eſt de ſubſtantia , & ideo eius omiſſio , non vitiat ſententiam *f* 174. Sed alij docent ſine dubio in his cauſis publicationem eſſe de ſubſtantia Iudicij ad eo quod reus , cui non eſt data copia proceſſus, non poſſit condemnari ; quinimo per eius omiſſionem nullitatem ſententiæ , & proceſſus induci docent Gregorius Lopez *in lib.* 37. *tit.* 16. *part* 3. in Gloſſa *deueel Iſugador* , Auendañus *de exequend. reſp.*1.*num.*8. *in fine*, Iulius Clarus *dicta quaſt* 6 *in princ* Doctor Paz *in praxi dicto temp.*8. *numero* 131. Azeuedus *in libro* 10. *tit.*6. *libro* 4. *recop.* & expreſsè approbatur *in lib.*3.*tit.*6. *lib.*4. vbi notat idem Treuedo, *num.*77. Nam alias eſſet tollere defenſionem Iudiciorum , copiam denegando, vt latè tradit Gomezius *lib.*3.*var.cap.*13. *num.*21. Iulius Clarus *ſupra dicto* , §. *fin. q.* 49. *num.*1. dicens regulariter,etiam ſi contra aliquem procedatur per viam inquiſitionis dandam eſſe inquiſito nomina teſtium contra eum productorum ; necnon , & dicta ipſorum teſtium publicanda , & ad effectum , vt poſſit ſeipſum defendere , & ſuas exceptiones proponere , aduersùs eorum dicta , & perſonas , *cap. olim.* verſic. *ſi vero cap. qualiter , & quando* , §. *debet de accuſat.* quod dare confirmat , *lib.*11. *tit.* 17. *part.*3. vbi notat Greg in Gloſſa verbo *teſtigos* . & hodie eſt *lex* 11.*tit.*1.*lib* 8. *ordinamenti*, vbi Didacus Perez in Gloſſa verbo *ayan poder* , & *lib.*4. *tit.* 1. *lib.*8. *recopilationis* , Et ibi latè Azeuedo. † Et Abiles *in capit. prator. cap.*4. *Iudicum ſyndicatus* , *num.*9. 7
ait debere Iudicij , qui ſyndicatur nomina, & dicta teſtium ſimul , & non ſeparatim dari cum ſuis capitibus, & oneribus , vulgò *con ſus cargos.* † Et hæc doctrina etiam in cauſis ciuilibus grauibus,videtur admittenda per nonnulla, quæ ad- 8
duxi *ſupra in cap ſicut & cap fraternitatis hoc tit.*

Sed ſi opponas de ſtylo ſancti officij , in quo 9
non dantur in publicatione nomina teſtium reo in cauſis fidei,ſed tantû depoſitiones Reſpondeo quod in aliis delictis æquum eſt , vt teſtes confrontentur cum reo , *ex l. ſi poſtulauerit* , §. *quaſtioni* , *ff. ad leg. Iuliam de adulteriis.* Sed inquiſitores in cauſa hæreſis id non faciunt, tum quia ita cauetur in inſtructione Toletana , *num.* 72. anni 1561. & docet Sanctarellus *de heres cap.*39. *dubio* 4. *num* 22. Tum etiam quia ſi ita fieret abſtinerent teſtes à denunciando;vt tradit Genuenſis *in praxi cap* 68. *num* 6. Vbi id admittit in duobus caſibus, Primo quando teſtes ſunt ſocij criminis. Secundo quando iudicatur abeſſe periculum , vt ſi teſtis ſit vilis , qui parùm curat de bona fama , vt meretrix , & Scaccia *de Iudiciis*, *cap.* 87. *num.* 19. Scribit de modo , & cautela, qua talis confrontatio fiet : alios adducit Diana *part.*4. *tit.* 8. *reſ.* 63. Verùm in praxi nunquam

vidi

vidi hanc confrootationem factam fuiſſe, licet
viderim ſocios criminis, & teſtes viles. Et vi-
de libellom *de ordine proceſſandi in ſancto officio*
vulgò *cartila*, *fol*.18. verſic. *ratificados*, vbi in
verſic. *aunque*, refert qoaliter contingat in deli-
ctis miniſtrorum commiſſis aduersùs officium;
at in hoc offieio. Sanctæ ioquiſitionis, Valliſole-
ti vidi ſtylari idem quod in cauſis fidei. Et de ra-
tione beue, Barboſa; cum Deciano, Fatin. Maſ-
cardo, de Penia, Rojas, & infinitis aliis. Vi-
dendus *in dep. fin. de har. lib.* 6. *num.* 5. 6. *&* 7.
Cum aliis Carena *de officio Inquiſit. part.* 3. *tit.*4.
§. 9. *&* 10. Bordon *de Inquiſit. cap.* 33. *quaſt.* 24.
num. 30.

9 Ad ſecundom quod obſeruetur de Iure Re-
gio, video etiam diſcordantes; quia Didacus
Perez *in Rub. ordin. tit.*11. Gloſſa, verbo *teſti-
gos* verſic. *de Iure vero noſtri Regni*, quem ſe-
quitur *part.*1. *in praxi temp.*8. *n.*136. eziſtimant
publicationem eſſe de ſubſtantia Iudicij, & pro-
ceſſus, per teztum *in lib.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordinam*,
verſic. *y preſentades* ibi *y publicados los dichos de
los teſtigos*, & poterit confirmari *ex lib.*10. *tit.*6.
*lib.*4. *recop.* ibi *mandamos que ſi paſſado el termino
probatorio, que ſi ay probanza ſe haga publicazion,
y ſi noſe ay apor concluſſo.* Auendañus tamen *dict.
reſp.*1. *num.*8. euius ſententiam ſequitur Azeue-
dus *in dicta lib.*16. *tit.*6. *lib.*4. *recop. num.*2. *ad fi-
nem*, ſentit non eſſe de ſubſtantia publicatio-
oem; ſed de ordine Iudicij ex his fundamen-
tis, quæ *ſupra* adduzi in verſie. *verùm dicendum*
10 *eſt.* † Quare Gutiertez *lib.*1. *pract. cap.*99. *n.*6.
dicit vtcumque ſit, & publicatio teſtiom ſit vſu
reeepta, noo cauſari nullitatem ez omiſſione
ordinis ſubſtaotialis Iudiciorom, vt patet ibi,
O que desfallezen con las otras ſolemnidades y ſuſtan-
11 *cias de la orden de los Iuigios.* † Tamen ſi bis
petita ſit teſtium, vel proceſſus publicatione
omittatur, vitiabitor proceſſus & ſententia Iux-
ta diſpoſitionem dictarum legum, quia gemi-
nata petitio maiorem firmitatem habet, ac
vim, & ſic Didacus Perez *in l. fin. tit* 4. *de la or-
den de los Iuigios*, *lib.* 3. *ordinam* Gloſſa verbo
el proceſſo ſea anulado, *fol.*564. ait qood quando
noo ſemel, ſed bis teſtium publicatio fuerit
petita Iuxta prædictas Regias ordinationes,
ſi denegata à Iudice fuerit, proceſſum, & ſen-
tentiam annullari: Sequitur Rodriguez *de or-
dinando proceſſu dicto cap.* 8. *num.*11. in verſic.
caterum.

12 Ad tertiom dico quod teſtium publicatio,
eſt notificatio, ſeu manifeſtatio facta partibus
dedictis Teſtium, quam editionem, ſeu aper-
turam teſtium appellauit Gloſſa per textum *in
Authentica de Teſtibus*, § *quia vero multi*, *col* 7.
Aliquas definitiones, ſeu deſcriptiones ſcribit
Butrius *in dicto cap. fraternitatis ſupra hoc tit.* 7.
num. 7. in verſic. *publicatio autem*, & ibi etiam
Marian. *num.*22. *ad finem*, verſie. *quadam eſt pu-
blicatio, quam facit Iudex* Cagnolus *in lib* 2. *n.*82.
verſic. *redeundo ad primum*, *Cod. de edendo*, Ro-
driguez *de ordin proceſſu d.c.*8. *n.*1.

13 Itaque forma publicationis eſt, vt Iudez
elapſo termino probatorio, ſi probatiooes pro-
ductæ ſint ad productionem partis, vel ſui pro-
curatoris pronunciet dicta teſtium publicata,
& aperta eſſe, & pro publicatis haberi vult, &
14 mandat. † Ex qua primo colligitur neceſſarium
eſſe ad publicationem faciendam, quod termi-
ni probatorij, & teſtium productiones traoſie-
rint, vt *in lib.*34. *&* *in lib.*4. *tit.*16. *part.*3. ibi *à
fueren paſſados los plazos*, *&* *in dicta lib.* 10. *tit.* 6.
*lib.*4. *recop.* ibi *paſado el termino probatorio.* † Se- 15
eundo colligitur probationes produci debere,
& probationem aliquam adeſſe; ſi verò nulla
ſit facta probatio lis habebitur pro concluſa, ſi
pars, vel eius procurator petierit publicatio-
nem fieri, vel eo caſu, quo nulla ſit probatio
cauſam haberi pro concluſa, & huius petitio-
nis copia aduerſæ parti data fuerit accuſando
contumaciam altera die ſequenti io audientia,
ſi pars aduerſa nihil reſponderit, nec contra
dizerit; & ſic declarari debebit litem proconclu-
ſa. Iuxta *dictam*, *lib.*10 *tit. recop.* Vbi notat Aze-
uedus *in princ.* dieans ſingularem eſſe deciſio-
nem ad lites abreuiandas, & de praxi huius pu-
blicationis videbis qoos refert Farinac. *dict. q.*75.
de Teſtibus, *n.*4.

Ad qoartam quæſtionis partem breuiter reſ- 16
pondeo cum Maranta *de ordine Iudiciorum* 6.
part. membro 10. *tit. de proceſſus publicatione*, *n.*1.
publicationem fieri ad effectum, vt partea poſ-
ſint reeipere eopiam ezaminis teſtiom. Et poſt
hane petitionem factam partes oon admittuntur
ad prodocendos teſtes ſuper eiſdem articulis, vel
directo contrariis, *cap. intimauit*; *&* *cap. frater-
nitatis*, *cap. cum veniſſent hoc tit.* niſi Iuxta *ibi* di-
cta expreſsè *in clem.*2. *hoc tit. l.*27. *&* 29. *tit.*16.
*part.*3. *lib.*18. *tit.*8. *lib.* 2. *fori*, *&* *lib.* 4. *tit.* 11.
lib. 3. *ordinam.* quia publicatio atteſtationum
præcludit viam productioni teſtiom, & ſi noo
ſint dedicita teſtimonia teſtium in proceſſu pro-
ducta, vt docet Gregorius Lopez. Verbo *ab-
iertos*, *in lib.* 34. *eodem*, *tit.* 16. *part.* 3. per tex-
tum *ibi* Didacus Perez *in lib* 6. *tit.*12. *lib.*3. *or-
dinamenti.* Gloſſa verbo *deſpues que fueren pu-
blicados.*

Et quod *hic n. pracedenti*, dieitur, vt poſt publi- 17
catas atteſtationes vlterius teſtes non admittan-
tur, ſuper eiſdem articulis, vel directo contrariis
iotelligi debet, ſi ritè, & rectè teſtes fuerint
recepti, & corum atteſtationes fuerint publi-
catæ coram Iudice competente, & partæ ſcien-
te, vel citatâ, & contumaciter abſente ſie pra-
cticari docet Specnlator *tit de publicatione teſtium*,
§. *ſatis vtiliter*, verſic. *primo.* † Verùmtamen ſi 18
ignorante, vel inuitâ parte à Iudice fiat Te-
ſtium publicatio, poterit vlterius pars teſtes
produeere ex doctrina Gloſſæ *in dicta clem.*2. *hoc
tit.* verbo *publicatis*. quam ſequitur Montalbus
in lib. 18. *tit.*8. *fori.* † Vel niſi pars teſtium tam 19
ſuorum, quàm aduerſarij teſtificata non dedi-
cerit, vt colligitur ex texto *in* §. *illud tamen in
Authentica de Teſtibus collect.* 7. *&* *Authentica vt
qui ſemel*, *Cod. de probat*, à contrario ſenſu, vt
notat *ibi* Bart. *in principio*, & tradit Gloſſa fin.
in cap. conſtitutus, *hoc tit.* quam ſequitur Abbas
in dicto cap fraternitatis, *num.*5. *eodem tit.* Vbi
ego iam explicui, quod intelligendum eſt, quan-
do probationes non acceperit, & certum ſit te-
ſtificata non dedicîſſe, & hoc Iudici conſtite-
rit, vt colligitur *ex dicta Authentica qui ſemel*,
& ez Bartolo *ibi* nam, & tunc ceſſet timor ſu-
bornationis, vt notat Abbas *in d.c. fraternitatis de
Teſtib. n.*5 *ad fin.*

Quod ſi dubites quis dicatur Iudex compe- 20
tens publieationis, videbis Cagnolum poſt alios,
*in lib.*2. *à num.*83. *Cod. de edendo*, Bartolum, Bal-
dum, & Doctores, *in l. geſta*, *Cod. de re Iudicata*, &
ibi Bartol. *num fin.* verſic. *puto tamen*, Iaſon *in d.l.*2.
Cod.

21 *Cod.de edende*, verſic. *tene contrarium.* † Et *ibi* Ripa
*num.*32.& Cagnolus, *num.*126.docent quod ſi te-
ſtes non fuerint publicati, coram illo Iudice, quo
fuerunt examinati non poteſt, illius Iudex illos
publicare, ad hoc, vt probent: docent de com-
muni Abbas *in cap. cauſam quæ el primo, num.*2.*hoc
tit.* verſic. Bart. *in dict. l. cum licet*, & Aretinus *à n.*5.
Feltnus *n.*10.*&* 14. qui aliis comprobant.
22 Verùm alij Doctores dixerunt, quod ad hoc,
vt teſtes non publicati coram vno Iudice pro-
bent, coram alio poſſit publicatio fieri ab illo
Iudice, coram quo quæritur probatio ſic Bar-
tolus idem *in l.*2. *col. penultima*, & ibi etiam Cu-
manus, *ff. Iudicatum ſolui*, poſt Innocentium, *in
cap. Albericus, hoc tit.* & Imola *in c. d. cauſam quæ
& prim. col.*2.*ante medium*, poſt verſic. *ſi vero ſunt
atteſtationes, hoc tit.* vbi quod iſta pars videtur
æquior, & magis conſona Iuri dicenti probatio-
num facultatem non eſſe anguſtandam. Et idem
Bartolus *in dictu l. geſtu, num.*13.*in fine*, verſic. *ta-
men, Cod. de re Iudicatu*, & alij, quos ſequitur Fari-
23 nac. *dict. quaeſt.*73.*num.*14.15.*&* 23. † Vbi ait quod
licet ipſe dixerit, *dict. num.*14. teſtes non poſſe po-
blicari, niſi ab eodem Iudice, qui illos examina-
uit. Veritas tamen eſt, quod poſſunt publicari
ab illius ſucceſſore, vel ſubrogato, *& num.*2.
cum Aretino *in dict. cap. cauſam*, ait, quod coram
Iudice ſucceſſore, & ſubrogato non probant,
non publicati, niſi ab eodem Iudice fuerit facta
publicatio, quod verum an ſit in practica co-
gitabis.
24 Ad quintam quæſtionis partem à quo ſit pe-
tenda publicatio; etenim Doctores *in cap. con-
ſtitutus ſupra hoc tit.* agunt de hac quæſtione, ad
cuius inſtantiam fiat publicatio inter alios. Bo-
nifacius *in dict. clem.*2.*hoc tit. à num.*104. Specula-
tor *in tit. de teſte*, §. *ſ… vtiliter, n.*1. *&* 2. Nell.
*de Teſtibus, à num.*120. Crotus *de Teſtibus, n.*268.
*ſub.*8.*fallentia*, Rebuffus *de publicat. atteſt, à n.*11.
Campegius *de Teſtibus reg.* 360. Ma… *in ſpe-
culat. in* 2. *parte ſexta partis principalis tit.*2. *n.*11.
actu, Rub. de proceſſus publicatione *à num.*1.
*fol.*197. in parois practica Conrad. *in Rubr. de pu-
blicatione, & concluſ. num.*4.*fol.*184.*col.*1. Alexand.
Sciat *in pract. cap.*18.*& ſequentibus iuncto, num* 25.
*& num.*76.
25 Nunc verò breuiter ſcies publicationem fieri
debere ad petitionem vnius ex litigantibus; quæ
petitio ex mandato Iudicis aduerſæ parti inti-
matur, & præcipitur ei, vt ad primam audien-
tiam veniat ad videndum publicationem teſtium
fieri, vel ad allegandum, quare fieri non debeat,
vt notat Paz *in praxi* 1.*pract. temp.*8.*n.*119.
26 Itaque partes prius citari debent ad apertu-
ram probationum, & teſtium publicationum fa-
ciendam, iuxta textum *in c. conſuluit de officio de-
legati, & in l.*37.*tit.*16.*part.*3. vbi Gregor. in Gloſſa
verbo *llamar las partes*, dicit vnicá tantú citatio-
nem ſufficere, nec requiri trinam, vel peremptor-
riam ex doctrina Ioannis Andreæ *in dict. cap. con-
27 ſuluit, num* 1. † Et ſi citatione facta pars non
comparuerit ad eam videndam altera pars publi-
cationem petens, & incuſando contumaciam
particitare, Iudex iubere debet publicationem
fieri, iuxta formam iam traditam, & præcipere
copiam atteſtationum partibus litigantibus ex-
hiberi, vt docet Gloſſa 1. *in dicta l. geſtu*, vbi notat
28 Baldus, *Cod. de re Iudicatu* † Nec requiritur quod
legantur dicta teſtium à Iudice, vel ab alio, coram
partibus; ſed ſatis eſſe Iudicem pronuntiare, illas

pro publicatis haberi, vt benè tradit Gregorius
Lopez *in dict. l.*37. Gloſſa verbo *publicar los teſti-
gos.* † Et ita hodie ex diſpoſitione, *lib.*1.*tit.*8.*l.*4. 29
recop. poſt publicationem factam dantur parti-
bus litigantibus ſex dies, vt intra illos diſputent,
& allegẽt vt notat Paz *vbi ſup. d.*8. *temp. n.*131. de
quo dixi *ſup. in d. c. fraternitatis, hoc tit.* & aſſignata
videbis *in c. in cauſis* 15 *hoc tit.* & Alexander Sciat,
*vbi ſup. in practicus, dict. c.*18.*& ſequentib. n.*25.*&* 76.
ponit formam, & practicam publicationis teſtiũ.
Vibius *opinione* 932.*à n.*15. & latiſſimè poſt alios
Montic, *in repert. teſt. Rub. publicatio teſtium quomo-
do, & quando fol* 184. & generaliter de omnibus
requiſitis, & ſubſtantialibus ad publicationem.
Videbis Butrium *in dict. cap. fraternitatis, num.*7.
poſt verſic. *ſecundus terminus eſt*, & ibi etiam Imo-
lam, *n.*83. verſic. *& aduerte quoniam conſueuit*, &
Marianum, *n.*23.
Ad vltimam quæſtionis partem reſpondeo te- 30
ſtes non publicatos communiter non probare, vt
tenent Butrig. *in dictu l geſta col.*5. verſic. *ſimile in
teſtamento*, & ibi etiam Bartolus *num.*3. *Cod. de re
Iudicatu*, & alij plures relati à Farinacio *dict. q.*75.
*à num.*10. vbi *num.*12. declarat præſertim hoc di-
ctum procedere, quando ſumus in diuerſo Iudi-
cio, & diuerſa inſtantia, & coram diuerſo Iudice,
ex dict. l. geſtu, & Cagnolus *in dict. l.*2. *C. de eden-
do à n.*128. benè comprobat, & reſpondet con-
trariis fundamentis; quibus aliter ſentiunt De-
cius ibi *in dict. l.*2. *num.*60. & Ripa tradit *à n.*30.
& Curtius *à num.*93. teſtatur de veriore opinio-
ne in puncto Iuris. * Et idem Farinac. ait cum 31
aliis multis *à num.*16. *dict. quaeſt.*75. quod teſtes
ſunt etiam publicandi in cauſa matrimonij; ita
vt alias non probent. * Et *num.* 17. addit quod 32
teſtes non publicati pereunt, perempta inſtan-
tia, quod an verum ſit, & quando tradit Bal-
dus *in dict. l geſta num.*5. & ibi Caſtrenſis *num.*1.
Cod. de re Iudicata, & Doctores *in dictu l.*2. *Cod.
de edende*, vbi latè agunt, an & quando perem-
pta inſtantia, pereant acta probatoria, de quo
etiam Doctores Canonici, *in dicto cap. cauſam
el.*1. *hoc tit.* * Et in tantum eſt, vt licet in Cu- 33
ria Romana de ſtylo non ſoleat peti teſtium
publicatio, niſi in tertia inſtantia, vt iam ſu-
pra dixi; tamen non per hoc eſt, quin peti
poſſit, etiam poſt oſtenſa partibus dicta, vt
docet Caputaquen. *deciſ.* 250. *lib.* 1. Vibius
opinione 932. *num.*13. *&* 14. † Vbi dicit quod 34
ad hoc, vt teſtes in Curia examinati probent
in alio Iudicio, etiam inter eaſdem perſonas
debent publicari, & alias non publicati nihil
probant, & Gabriel *conſ.* 40. *num.* 46. *libro* 2.
fatetur teſtes probare, etiam non publicatos
de ſtylo curiæ, ſed declarat illud ſecus procedere
in diuerſa, & diuerſa cauſa inſtantia, quia tunc
ſtylus eſt contrarius; refert ſupra Farinacius
dictu quaeſt. 75. *numero* 11. † Qui *numero* 18. 35
ait teſtes non publicatos, etiam nec ſemiplene
probare.
Sed prædicta limitari videbis in ſequentibus 36
caſibus quia ſi ſumus coram eodem Iudice qui
teſtes examinauit, non requiri præcisè eorum
publicationem, quia dicta teſtium ſunt ſemper
publicata Iudici examinanti, vel examinari man-
danti; & ſic eorum eo non publicatos probare
docent Butrigar. *in dictu l. geſtu col.* 2. *in fine*,
verſic. *aut nondum*, ibi Bartol. & Paulus Caſtr.
*num.*1. verſic. *aduerte*, *Cod. de re Iud.* Aretinus
benè comprobat; *in dicto cap. cauſam quæ el.* 1.

*hoc tit. à num.*1. & Ripa *in dicta l.2. Cod. de edendo num.*30. *in fine*; quamuis contrariom ſaciant rationes deductæ per cundem, *ibi num.*29. verſic. *ſecundo aduerte, & ſequentibus*, ſequitur Farina-
37 cius *dicta quaſt.* 75. *de Teſtibus à num.*19. * Vbi *num.*21. *ait cum aliis*, idem eſſe in Iudice ordinario, vel delegato, ſucceſſore, ſubrogato in locum illius, qui reſtes examinauit. Item Baldus *in dicta leg. geſta*, & Caſtrenſis *in dicta leg.*2.
38 *Cod. de edendo, numero* 14. Ripa *num.*51. †. Et alij relati à Farinacio *ſuprà num.*24. idem dicuot procedere in cauſa provt dicunt Doctores ſuccedanea. Et ſic in Iudice appellationis: nam in iſto caſu; ſicut teſtes non publicati probatuut, coram primo Iudice; ita etiam proba-
39 bunt cotam ſecundo. † Item idem Baldus *in dicta l.2. Cod. de edendo, num.*21. Iaſon *num.*20. & 21. alij relati à Farinacio *ſuprà num.*25. & 26. dicunt etiam regulam traditam limitari, in ſenibus valetudinariis & aliis receptis, ante litem conteſtatam, & ad perpetuam rei memo-
40 riam. † Et in Teſtibus mortuis, vel alias in longinquis partibos exiſtentibus, qui non pu-
41 blicati adbuc probabuut. † Item Burrius *in dicto cap. cauſam qua* & 1. *hoc titulo, col.*2. verſic. *puto*, Baldus *num.*4. Butrigar *col.*2. verſic. *ſi recepta*, Ripa *in dicta, l.2. Cod. de edendo, num.*32. & alij relati à Farinacio, quos ipſe ſequitur, *dicta quaſtione* 75. *num.*27. & 28. docent, quod teſtes non publicati probant coram
42 quocumque Iudice de conſenſu partium. † Item etiam, vt licet teſtes non publicati non probent coram alio Iudice; pars tamen aduerſa compellitur parti, vt iterum prodocautur, & examinentur; ita Buttigar *in dicta leg. geſta col.*2. *in fine*, verſic. *modo*, & *in dicto cap. cauſam, qua*.

43 Quando autem articuli dicantur noui, vel antiqui, & quando dependentes, item quando dicantur directè, vel indirectè contrarij dixi *ſupra in cap. fraternitatis hoc titulo*, & plena manu Doctores adducti à Farinacio *in dicta quaſt.*75. *de Teſtibus, à num.* 29. Quod neceſſarium eſt ſcire ad pleoum intellectum, *dict. cap. fraternitatis*, & aliorum huius tituli; quos ibi in Paraphaſi adduxi. Quibus adjicio Riccium, cum ab eo relatis *collect.*1034. *ad textum noſtrum*.

QVÆSTIO II.

An publicatis atteſtationibus liceat ſuper materia deducta, & admiſſa ad probandum, facere poſitiones, & teneatur illis aduerſarius reſpondere cum iuramento, non obſtante teſtium publicatione: Et an teſtes poſt publicationem non recipiantur, qui non fuerunt antea nominati: Et an ſi teſtis non fuit interrogatus de cauſa, nec reddit rationem, poſſit pars iterum eam producere, etiam publicatis atteſtationibus: Et an minor, & Eccleſia, ſi non litiget, tanquam principalis, ſed tanquam tertius oppoſitor, reſtituatur ad probandum, publicatis atteſtationibus?

SVMMARIVM.

1 *Poſitiones atteſtationibus publicatis quando poſſint fieri; ita vt pars teneatur eis reſpondere, n.*12.

3 *Teſtes poſt publicationem, non recipiuntur; niſi fuerint antea nominati, niſi culpa examinatoris non deponerent, n.*4. 5. 6. & 7. *vbi de alijs caſibus.*

8 *Minor & Eccleſia, ſi tantum litigent, vt tertij, verius eſt vt reſtituantur aduerſus probationem omiſſam, n.*9. 10. 11. 12. & 13. vide *q. ſeq. à n.*2.

10 L. is, à quo de rei vindicatione.

AD primam difficultatis partem Chacherra- 1
nus *decis.*10. cum pluribus agit de ea, & referens affirmatiuam, & negatiuam ſententiam; deinde *à num.*6. de te diſtinctionis reſpondet igitur affirmatiuam docet *in cap. vltra tertiam hoc titulo*, vbi dicit poſſe cauſam inſtrui confeſſionibus faciendis ante, & poſt terminos ad probandum datos; ſequuntur Baldus, & Cardinalis dicentes ſe ita conſuluiſſe per textum, *in cap.*1. *de Confeſſis, lib.*6. vbi negatiua, quæ eſt regulariter improbabilis poteſt per poſitionem deduci, & admitti; Felinus *in dicto cap. vltra tertiam in fine, & in Rubrica de probationibus*, quem refert, & ſequitur Purpuratus *in leg. manifeſt. col.*2. verſic. *ampliatur, ff. de Iureiurando*, Bartol. *in leg. in contractibus*, §. *illo in* 2. *lectura*, verſic. *ſed ſi reus, Cod. de non numerata pecunia*, Baldus *in Authent. ſed nouo iure, col. fin. Cod. ſi certum petatur*. Et ratio horum eſt, quia confeſſio, vel lucra, vel ficta creuiore ſententia, de qua latiſſimè per Decium *de probationibus, col.*6. *vſque ad* 12. & Hipolytus *in eadem Rubrica, num.* 74. non eſt probatio, ſed releuatio ab onere probandi: alia plura adducit Chacherranus pro hac ſententia *dicta decis.*10. *à num.*1. & 3. & *num.*4. ad quod applicabis quæ de tali confeſſione, & Decius probatione adduxi *in Rubrica de lite conteſtatione, à q.*11. & *in Rubrica, & tit. de Confeſſis*. Sed negatiuam ſententiam; nempe, quod poſt publicationem atteſtationum, non poſſint fieri poſitiones ſuper eo, quod eſt probatum: docent Curtius *in tract. poſitionum* 17. *breuiloquio*, Marianta *p.*6. §. *quartus actus, n.* 10. *de ordine Iud.* Gl. *in d.* §. *illo*, verſic. *nec ergo*, & ibi Bald. vbi Paulus *n.*4. & alij ex antiquis.

Verum communior, & practicabilior ſenten- 2
tia eſt, vt prima opinio affirmatiua procedat in cauſis, in quibus proceditur ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, ſecundùm æquitatem, de quibus dixi *ſuprà in cap. dilecti, q.*15. & 16. *de Iudiciis*, Felin. *in Rubr. de Probationib. col. fin.* verſic. *ſed etiam*, Lanfrancus *in Clem. ſæpè col. penult.* verſ. *ſecunda de verb. ſignificat.* Chacherranus. *ſup. vbi n.*7. intelligit non procedere, quando poſitiones fierent ſuper eo, ſuper quo pars, per quam reſponderi petitur, habet intentionem fundatam Teſtibus, vel inſtrumentis, quia tunc, non deberet cogi ad reſpondendum per textum *in cap.*2. vbi DD. de probationibus. Secunda vero opinio procedit in aliis cauſis.

Ad ſecundam partem dificultatis reſpondebis 3
ſatis ex adductis *ſupra in cap. fraternitatis* 17. *cap. insinuauit* 18. Et ex dictis *ſupra quaſt.* 1. quare nunc breuiter dico, quod poſt publicationem teſtes non recipiuntur niſi fuerint antea nominati; ita docet Riccius *collect.* 2054. *ſuper pragmatica* 2. *hoc tit.* † Quod limitat, quando culpa
vel malitia examinatoris, vel Iudicis, non fuerint 4
recepti;

Digitized by Google

recepti; item quando teſtes nulliter fuiſſent re-
cepti; quia potcrunt poſtea de nouo recipi poſt
publicationem, dummodo, non miſceantur alij
teſtes de nouo. Theſaurus *dec.* 287. Franchis 371.
vel quando non fuerint perfectè examinati, velu-
ti ſi Iurati fuerint extra terminum.
5 De aliis etiam pluribus modis videbis, quod
tradit Anna *in deciſ.* 332. *&* 423. Cancerius *in*
deciſ. 20. *Rota Catalonia, hoc tit.* & Guinrba *Ro-*
ta Sicilia 74. ait poſſe teſtes etiam publicatis at-
teſtationibus produci ad confirmandam eorum
fidem in his præſertim, quæ primo loco poſuc-
runt, ſi per alios aduerſæ partis diminuta ſit co-
6 rum fides. † Et idem Riccius *vbi ſupra*, refert
aliam ſuam *deciſ.* 62 Vbi dicit quod ſi quis fue-
rit admiſſus ad producendum teſtes poſt publi-
cationem factam, potà quia Iurauerit ſe de nouo
habuiſſe notitiam, & poſtea appareat, quod ante
habuerit notitiam; ſed credo hoc in caſo reij-
ciendos eſſe teſtes ex doctrina textus noſtri: alios
caſus tradit, de quibus dixi *in dict. cap fraternita-*
tis, quæſt. 2. verſic *ad ſecundam*; & videbis *dict. ibi,*
quæſt. 2. verſic. *ad vltimam.*
7 Ad tertiam quæſtionis partem applicabis quæ
dixi *ſupra in dict. cap fraternitatis, quæſt.* 3. verſic. *ad*
tertiam. Et applicabis *d. in c. ſequenti, & in cap. cum*
cauſam 37. *hoc tit.*
8 Ad quartam quæſtionis partem, vt latè reſ-
pondeas, præmittes quæ adduxi *in dict. cap. fra-*
ternitatis, quæſt. 3. verſic *ad ſecundam*, vbi egi de his
qui reſtituuntur ad examinandum teſtes poſt pu-
blicationem. Nunc illis ſuppoſitis reſpondeo ad
dubium hic propoſitum concedendam minori,
ſiue Eccleſiæ reſtitutionem ad producendos te-
ſtes, poſt publicationem; Tum *ex dictis ſupra*
dict. quæſt. 3. verſic. *ad ſecundam.* Tum etiam quia
ex quo minor, vel Eccleſia accedit ad Iodic ũ, tan-
quam tertius ad coadiuuandum, & defenden-
dum alterum; quoniam cx quo defenſio princi-
paliter pertinet ad authorem laudatum, ... ſnaque
perſona habet beneficium reſtitutionis, non de-
bet ſibi denegari, quod à Iure communi ſibi
competit, cum de ipſius intereſſe principa-
liter agatur: ſic docent *Gloſſa in l. parentes*,
verbo *ex perſona, Cod. de euit.* vbi Petrus à Bel-
la Partica, Ancharanus *in cap. ea qua, q.* 17. *de re-*
gulis Iuris. l 6. Matthæus de Afflictis *in deciſ. Ne-*
apol. 15. *num.* 4. refert ſic communiter practica-
9 tum. * Et ait fuiſſe adhibitam cauſæ cognitio-
nem in quadam cauſa vt viderentur articuli au-
tricis laudatæ, ſi concernant eius defenſionem,
& ſi per eorum lecturam appareret defenſio-
nem eſſe legitimam, non obſtante concluſione,
in cauſa reſtitueretur ad faciendas dictas defen-
ſiones iuxta notata *in cap.* 1. *cap. auditis de reſtit. in*
integrum: ſequitur Couarruuias *in pract. cap.* 14.
num. 3. Vantius *de nullitate in Rubrica*, quibus poſ-
ſit dicere de nullitate, *num.* 20. verſic. *prout*
etiam, cum aliis Ioannes Gutierrez *pract. lib.* 1.
quæſt. 66. & Burgos de Pax *conſ.* 18. *num.* 14. vbi
multipliciter reſpondet ſententiæ Innocentij in
contrarium aſſerenti, & ſic dicendum eſt, quod
in hoc caſu, habet etiam locum lex Regia 3.
tit. 8. *lib.* 4. *recopilationis*, in verſic. *Ordenamos,*
y mandamos, que ſi qualquiera de las partes pidie-
re en la primera inſtancia reſtitucion in integrum,
para hazer probanza, por ſer caſſo, que aya lugar
depedir reſtitucion, & ibi ſe le conceda, y otorgue,
pidiendola dentro dequinza dias, deſpues de la pu-
blicacion.

Nec obſtat textus *in l. is à quo, ff. de rei vin-* 10
dicat, quia reſpondeo in ſpecie illius textus non
loqui, quando tertius venit ad cauſam princi-
paliter, ſicut contingit in venditore, qui agit
cauſam ſuper Dominio cuius periculum eſt em-
ptoris; quod reuertitur ad venditorem. Item
etiam quia ſi tertius ex ſua perſona, poteſt, Iu-
dicem recuſare, *vt in c. cum ſuper*, & ibi Docto-
res *de officio delegati:* ergo ex ſua perſona debe-
bit etiam, ei concedi in integrum reſtitutio.
Nec iterum obſtat alia ſecunda ratio, quæ fa- 11
cit pro Bartolo, *qui in l. ſi per luſorio, ff. de ap-*
pellationibus, contrariam ſententiam tenuit, ex
eo quia defenſor aſſumere debet litem, & cau-
ſam in eo ſtatu, in quo tunc temporis verſatur,
iuxta textum *in cap. fin. vt lite pendente, lib.* 6. ſi
quidem ipſe vult Iudicium à reo ceptum pro-
ſequi; & ſic quemadmodum reus ipſe poſt pu-
blicationem, & maximè poſt concluſionem in
cauſa non poteſt teſtes producere; ſic nec ipſe
defenſor poterit facere ex perſona, iuxta ma-
teriam textus *in cap. cum ſuper de re Iudicata, vbi*
latè dico de tertio appoſitore, vbi expreſsè id
deducunt Innocentius, & Antonius, *num.* 18.
Quia reſpondeo hanc ſententiam loqui in maio-
ribus, venientibus, vt tertij ad cauſam, quibus
à Iure, non competit prædicta reſtitutio *in in-*
tegrum, ſed nos nunc agimus in minoribus, aliiſ-
que perſonis priuilegiatis, quibus à Iure id be-
neficium conceditur, quo pacto componenda
eſt diſtinctio, de qua meminit Burgos de Paz *in*
dicto conſ. 18. *num.* 12. quam refert Gutierrez
dict. quæſt. 66. & relati à Couarruuias *pract.*
cap. 13 *num.* 2. vbi dicit eum eis in praxi ſatis re-
ceptum videri apud ſuprema tribunalia huius
regni; in quibus paſſim obtentum eſt defenſo-
rem hunc admitti ad cauſam in eo ſtatu, in quo
erat tempore oppoſitionis.
Vnde licet Couarruuias, *vbi ſupra, dicto c.* 14. 12
pract. dubitanter aſſerat dictam reſtitutionem
Iure Regio petendam eſſe intra quindecim dies
à publicatione teſtium; non vero poſt quod, *præ-*
dicta lege 3. *Regia*, in vniuerſum ſtatum, quia
licet dicta lex Regia in præfixione termini lo-
quatur, quoad ipſos principales, & primos li-
tigantes; non autem quoad tertium hunc de-
fenſorem; non tamen, habet defenſor maius
priuilegiom, quàm ipſe reus, quem conatur de-
fendere, ſed illud haberet, ſi minor eſſet. Et
ſic concludit pari cenſura & Iure metiendos eſſe
reum principalem, & tertium defenſorem, vt
ſi maiores ſint lege maiorum, & ſi minores le-
ge minorum iudicentur; ita vt minor defenſor
non poſſit ea agere, quæ minor defenſor agere
non potuiſſet; ita Gutierrez *dicta quæſt.* 66. *n.* 3.
* Qui *quæſt.* 67. poſt quam refert diuerſos mo- 13
dos dicendi, ait, quod reſtitutio minori con-
ceſſa, aduerſus probationem omiſſam, prodeſt
litis conſorti in indiuiduis, & inſeparabilibus;
in aliis non item per textum *in l. ſi communem, ff.*
quemadmodum ſeruitutes amittantur. De hoc vide
quæ per plures articulos tradit Sfortia, Oddus
de reſt in integrum, q. 46. Et quo ad alias perſo-
nas, *à q.* 47.

Digitized by Google

Qvæstio III.

An poſt teſtium publicationem, poſſit à parte aliqua litigante Iudex recuſari: Et an minor, aut Eccleſia recuſans Iudicem, Regiumque auditorem, ex cauſa, quæ orta fuit, ante concluſionem in cauſa, & tamen eam proponit poſt eam, petit admitti ad eam probandam per teſtes reſtituendi ſint ad probationem ordinariam: Et an publicatis atteſtationibus, poſſit peti compromiſſum inter coniunctos: Et de aliis?

Svmmarivm.

1 *Minor, & Eccleſia recuſans Regium auditorem, ex cauſa antecedente orta, poteſt reſtitui poſt concluſionem ad probandam recuſationis cauſam, n. 3. 4. & 5.*

5 *Minor, & Eccleſia, non reſtituuntur poſt concluſionem ad opponendas dilatorias exceptiones.*

6 *Compromiſſum inter coniunctos, quando publicatis atteſtationibus pati poſſit, n. 7. 8. & 9.*

10 *Producens teſtem pro ſe nequit illum reprobare.*

11 *Scriptura minus ſolemnis probat contra producentem.*

1 AD primam quæſtionis partem reſpondebis ex his, quæ adduxi *ſuprà in cap. 4. de foro competenti, quæſt. 28.*

2 Ad ſecundam quæſtionis partem; exiſtimant nonnulli, non eſſe reſtituendos minorem, & Eccleſiam, ad effectum quæſtionis, de qua loquimur primo ex textu, *in l. auxilium, §. ſexagima, ff. de minoribus*, vbi minor non reſtituitur aduerſus lapſum temporis dati, ad accuſandum. Et facit *Clement. 2.* verbo *grauiora de procurat.* vbi minor non eſt reſtituendus ad opponendum crimina; item *ex l. Regia 1. tit. 8. libro 4. recopilat.* quæ ſtatuit reſtituendum non eſſe, ad opponendos defectus, & exceptiones contra teſtes: alia tradit Couarr. *pract. cap. 16. num. 4.* & multi ab eo relati ſic videntur tenere.

3 Verum quia latiſſimè, *in quæſt. 28. dicto cap. 4. de foro competenti*, dixi de tempore, in quo recuſatio poteſt opponi, & ex dictis *ſuprà q. præcedenti*, verſic. *ad quartam*, appareat reſtituendos eſſe minorem, & Eccleſiam ad effectum de quo loquutus fuit, etiam *in dicto cap. fraternitatis, quæſt. 3.* verſic. *ad tertiam*; ideo dico etiam in ſpecie, de qua nunc habere locum reſtitutionem *in integrum*, ad probandas poſt concluſionem in cauſa recuſationis cauſas, quæ ante eiuſdem litis concluſionem ortæ fuerunt. Pro qua ſententia facit praxis, & ſtylus communis omnium tribonalium, qui fundatur: nam durum eſſet coram ſuſpecto Iudice litigare, *iuxta deciſionem textus, in leg. apertiſſimi, Cod. Iudicijs*; probat multis rationibus Ioannes Mauritius *in tractatu de in integrum reſtitutione, cap. 25.* vbi alias rationes adducit: ſequitur Couarruuias *pract. vbi ſuprà dicto num. 4.* verſic. *vidi*, dicens ſic ſeruatum fuiſſe in prætorio Granatenſi Senatu; quod ita obſeruatum fuiſſe in Senatu Dolan, itúmque in partes minoris; & addit ipſe Mauritius. † Et ambo 4
concludunt non obeſſe minori, quod cauſam concluſerit abſque obiectione, & recuſatione Iudicis, propter cauſam, quæ tunc aderat, & orta erat ante litis concluſionem; nam hoc inconſultè prætermiſiſſe minor cenſetur, quod ea in re fuiſſet diligentius bonus paterfamilias verſaturus, vt eum ſemper ſubſiſtat eadem ſuſpicionis cauſa, debeat ſimili ratione minor reſtitui.

Et licet prior opinio pluribus fundamentis 5
probetur, & ex eo etiam quod minor non reſtituitur ad opponendas exceptiones dilatorias poſt diem à lege datum ad eas obiectiones, quia exceptiones dilatoriæ ſunt modici præiudicij; ideóque reſtitutio negari poſſit ex textu, *in l. ſcio, ff. de in integrum reſtitutione*, vt tradunt Innocentius *in cap. coram de in integ. reſtit.* Cardinal. *in Clement. 1. eodem tit. quæſt. 15.* Alex. *in additionibus ad Bartol. in l. 1. §. nunciatio, ff. de noui operis nuntiat.* Sicque contingere debere in recuſatione Iudicis, quæ eſt dilatoria exceptio, *ex gloſſa in cap. paſtoralis de exceptionibus.* Tamen poſterior ſententia, quæ reſtitutionem concedit receptior eſt; & ſic exiſtimo hanc exceptionem plus eſſe, quam dilatoria, cum reſpiciat, ad exitum cauſæ principalis; ſiquidem ex ſuſpicione, quam contra Iudicem minor habet, dubitare debet, ne in lite ſuccumbat, quod ſic ſuſpecti hominis Iudicium ſpectaturos, è quo reſultat ſanè manifeſta læſio, ſaltem apparens; quæ & ſic in eſſe non ſit deducta, quia fortaſsè is iuſte iudicaturus; tamen ſuſpectos eſt conſideret Mauritius *d. cap. 253. de in integrum reſtit.*

Ad tertiam partem reſpondeo, quod eſt in 6
ore apud omnes ſcribentes recepta ſententia, publicatis atteſtationibus non poſſe peti compromiſſum inter coniunctos. Quod intelligit Cotroc. *in deciſ. 98.* ſi atteſtationes publicatæ eſſent, adeò ſubſiſtentes, & in Iure claræ, vt nihil remaneret, niſi ſententiam ferre, alias ſecus; ſequitur Riccius *collect. 2071. Cod ad Rubricam huius tituli.* * Imò, & *Rub. in deciſ. 139.* 7
refert ſic in facti contingentia vidiſſe, quod in quadam cauſa inter perſonas à ſtatuto comprehenſas fuerunt publicatæ atteſtationes, & exceptum contra teſtes, & petitus terminus ad probandam exceptionem, & datus adhuc eſſe locum compromiſſo, non obſtante publicatione, ſtantibus exceptionibus, & termino ad eas probandas.

Verùm lata prima concluſio venit intelligen- 8
da, niſi ille, in cuius fauorem cantent atteſtationes publicatæ; & ſic poſſet excludere compromiſſum illud petat, cum quilibet poſſit, fauori ſuo renuntiare, iuxta ea, quæ in hac materia adduxi, *in dicto cap. fraternitatis hoc titulo.*
* Quare ſi pro vna parte quis petat compro- 9
miſſum, præſupponendo caſum dubium, & pro alia parte recuſetur præſupponendo caſum clarum, non præualet illi, qui petit compromiſſum fieri, cum ſtatutum de cauſis compromittendis ſit fauorabile, & in dubio ſit pronuntiandum, faciendum compromiſſum, vt ait Ioſeph. *in deciſ. Peruſina 2. num. 1.* ſed regulariter, non poteſt peti, compromiſſum poſt datum terminum in cauſa, vt iam dixi, & notat Capicius *in deciſ. 185.* alia tradit Riccius *ſuprà circa finem.*

Etenim ex textu noſtro, & ex Gloſſa, verbo 10

ſi

ſi quis, notant communiter Doctores coogeſti à Barboſa hic, quod producens teſtem pro ſe non poteſt illum reprobare cum per eius productionem cenſeatur eius perſonam approbare, Azeuedus *in l.1. tit.8. lib.4. recop. num.46.* Guttierrez *in l. nemo poteſt, ff. de leg.1. à num.127.* Menochius *de præſumptionibus, libro 2. præſumptione 45. num.3.* Paz *in practica tom.1. tempore 9. num.26.* & probat lex Regia Luſitaniæ *libro 3.*
11 *tit.55. §. fin.* ✝ Et ſic notat ipſe Barboſa ſub *num.* 8. quod Scriptura licet minus ſolemnis, probat contra producentem, de quo dico *infrà in tit. de fide inſtrumentorum.* Et videtur terminari ex dictis, *ibi in cap. imputari, quæſt.2.* verſic. *ad ſecundam*, vbi agitur de quæſtione *an quis poſſit impugnare inſtrumentum ab eo, qui ſemel id in Iudicio produxit.*

QVÆSTIO IV.

An in Iudicÿs regularibus nomina teſtium ſint manifeſtanda reis?

SVMMARIVM.

1 *Publicatio teſtium in Iudicÿs de regularibus datur reo accuſato in cauſis grauioribus non ſic in leuibus, & quare, n.2.*

1 VT hanc difficultatem diſſoluas oportet vt diſtinguas inter crimina leuia, & grauia; ita vt dicas nomina teſtium in caſo, de quo loquimur debeant reis manifeſtari, & in leuibus quales ſunt rixæ, & odia inter religioſos, vel officiorum religionis priuatio ob malam adminiſtrationem, ſeu alia, quæ non ſint infamatoria, ſeu grauia, Diana nouiſſimè *parte 11. tractatu 33. reſol.7.* ait quod faciet prudenter Iudex, ſi nomina teſtium reo occultet ex eo quia in iſtis delictis nullum imminet reo periculum conſideratione dignum, & econtrario poſſit iuſte vereri rixas, & odia in religionis perniciem. In aliis inquam grauioribus delictis, in quibus religioſorum fama periclitatur, debeant dari nomina teſtium, hoc eſt publicari, docent Rodriguez *2. tom. quæſtione 3. articul.1. in fine*, & *quæſtione 15. artic.1. in fine*, Ioſeph Aldrete *de religioſa diſciplina dicenda, libro 1. cap.24 num.8. & 9.* Victorinus Mancus *de modo proced. cap.7. num 8.* Pellizzarius *tom.2. tract 9. cap.4. ſectione 2. numero 125.* Martin de San Ioſeph *in Ordine Iudiciario, cap.14. num.1.* cum aliis multis id deducentes ex reg. textus, *in cap. fin. de hæret. libro 6.* nam dum dicit quod in cauſa hæreſis occultentur nomina quoties Teſtibus imminet periculum graue, ob potentiam perſonarum, contra quas inquiritur: tamen illico addit, *ceſſante vero periculo ſupra dicto accuſatorum, & teſtium nomina, prout in aliis Iudiciis fit, publicentur*, vbi Gloſſa intendit periculum graue, quod ſit euitandum eſſe mortem, memoria truncationem teſtium, aut conſanguineorum ſuorum, aut iacturam ſuorum bonorum, aliave ſimilia, quæ ibi teſcit in verbo *periculum:* quo periculo ceſſante, *ibi in dicto cap. §. caterum*, ait Bonifac. VIII. vt nominá publicentur.

2 Et ſic Eimericus *in director. parte 3. quæſt.76. ad dict cap. fin. ex Archidiacono*, dicit ò tu qui

cumque Iudex in cauſa tali bene aduerte verbá iſta, non dicit leue periculum, ſed graue; noli igitur priuare reum debito iuris Ordine, ſiue magna cauſa, quoniam hoc fieri non poteſt ſine offenſione Dei, facit etiam textus, *in cap. per tuas in fine de Simonia*, vbi commendat arbitrium ſuperioris; & ſic exiſtimo prædictá procedere in caſu religioſorum, quoties teſtes, & accuſator ſunt eiuſdem religionis, non ſic ſi accuſator, vel teſtis eſſet extraneus, quia tunc debent eorum nomina publicari, cum nullum poſſit à religioſo timeri periculum, tum quia laici religioſis ſunt infeſti, valdéque ſit verendum, ne per iniuriam eos falſis accuſationibus, & depoſitionibus opprimant, *ex cap. laici 2. quæſt.7. cap. de cætero de Teſtibus*; nec ſunt audiendi Mirand. *de relig. diſcipl. quæſt.23. art.1. n.2.* D. Ioſeph de Sancta Maria *tract.4. cap.19.* has cauſas æquantes cauſis fidei.

AD TEXTVM IN CAPITE XXXII.

In noſtra, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

IN textu hoc agitur de materia præferendarum, aut æſtimandarum depoſitionum. Secundùm earum qualitatem, aut numerum quare poteris applicare quæ dixi, *ſuprà in cap. quoties 5. hoc titulo*, vbi de fide, quam faciunt domeſtici familiares, & alij aliqua exceptione notati, & applicabis dicta *infrà in cap. teſtimonium hoc titulo.* I. Et in verſic. *ibi ſi vere teſtes, &c.* applicare poteris materiam textus, *in cap. fin. de ſententia, & re iud.* quatenus in caſu dubio, aut æqualitatis eſt proferenda ſententiá pro reo, aut pro poſſeſſore. II. Item applicabis quæ *ſuprà* adduxi, *in cap.16. de teſtium interpretatione à Iudice facienda.* III. Item applicabis dicta *in cap. per tuas de probat.* vbi de Teſtibus ſibi contrariis, *à quæſt.5.* & vide quæ adduco *in cap. præterea hoc tit.* & dicta *in cap. licet 9. de probat. quæſt.1.*

QVÆSTIO I.

An ſemper verum ſit, vt Teſtibus pluribus in numero credatur potius, quam paucioribus: Et quid de Teſtibus dignioribus, veroſimilioribus, ſeu ſpecificè deponentibus, & aliis?

SVMMARIVM.

1 L. ob carmen, §. fin. ff. de Teſtibus.
2 *Teſtes plures in numero vincunt potiores, ſi omnes ſunt eiuſdem qualitatis, n 3. alias non item, n.5.*
4 *Teſtes nobiliores plus probant; item & ditiores, n.6. & Doctor, n.7.*
8 *Teſtes digniores præualent aliis, niſi non dignorum eſſet numerus ſuperior multum, num. 9.*
10 *Teſtes quorum dicta magis aptiora ſunt rei ſuper*

qua litigatur, præferuntur aliis; etiam ſi ſint æqualis dignitatis.

12 *Teſtes veriſſimiliora dicentes, & ſi pauciores præferuntur, n.13.14.15.16.17.18. etiam ſi æquè digni non ſint.*

20 *Teſtes inhabiles veriſſimiliora deponentes, faciunt fidem ad inquirendum.*

21 *Teſtes in veriſimilia deponentes, ſunt ſuſpecti de falſo, num. 21. 23. niſi reddant rationem, num. 25.*

24 *Teſtes impoſſibilia deponentes non creduntur.*

26 *Teſtes deponentes in ſpecie de re aliqua, præferuntur deponentibus in genere.*

27 *Teſtes reddentes rationem plus creduntur, num. 28.*

29 *Teſtes magis informati præferuntur aliis non narrantibus factum, n.30.31.*

31 *Teſtes ſcientes factum, & interrogati partem, tacent, doloſi ſunt.*

32 *Seniores teſtes præferuntur iunioribus, fallit, num. 33.*

34 *Clerici teſtes præferuntur laicis fallit, n.35.*

36 *Teſtes deponentes ad fauorem rei, præferuntur, & accuſantes delictum, n.37. 38. 39.40.41. & pro cauſa fauorabili n.46.*

42 *Teſtes maſculi præf runtur fœminis, & inter has virgo, n.43 fallit, n.44.*

45 *Periti teſtes præferuntur non peritis.*

47 *Teſtes Notarij, & Tabelliones præferuntur, num. 48.*

49 *Teſtes pro litigatore honeſtiori deponentes, præualent.*

50 *Teſtes deponentes extare hominum memoriam, præualent, cam negantibus, num. 51. & num. 51.*

53 *Teſtis deponens contra ſuum commodum, plus creditur.*

54 *Teſtes numero plures, quandoque plus creduntur, quandoque digniores, ita vt ſit arbitrarium, num.55.56.*

55 *Teſtes ſi vtrique parens poterit Iudex alteris adhærere, dum in actis faciat ſcribi cauſam adhæſionis; Vide, quæſt. 2. & ibi num.7.8.9.*

1 Difficultatem facit textus noſter, quatenus ex eo deducitur magis credendum eſſe teſtibus dignioribus, quàm minus dignis, etiam ſi iſti ſint numero plures, vt probat textus *in l. ob carmen*, §. *fin. in fine*, *ff. de Teſtibus*, ibi *non enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, & teſtimonia, quibus potius lux veritatis aſſiſtit*, ibi Bart. *num.* 1. Albericus, *num.* 5. verſic. *diſpoſitio Iuris*, & Textus noſter ibi, *Quia etiam ad multitudinem reſpicere non oportet tantùm, ſed ad teſtium qualitatem, & eorum depoſita: quibus lux potius veritatis aſſiſtit*, & in vltimis verbis ibi, *ſi vere teſtes tanta præeminentia fuerint, quod eorum Authoritas aliorum ſit merito multitudini præferenda*, ibi notat Gloſſa in verbo, *aduerſa*, verſic. *& ſi manifeſta ſit contrarietas*, Butrius *num* 3. *in* 3. *notabili*, *& poſt. num.*7. verſic. *niſi ex altera parte*, Aretinus *in ſummario*, & *in* 2. verſic. *Felinus*, *num.*1. Decius *in cap. licet 9. de probat. à num.*83. Plures relati à Farinacio *de Teſtibus*, *quæſt.* 65. *num.* 120. Probatur etiam ex textu *in cap. ſi teſtes*, §.1. 4. *quæſt.* 3. *& de Iure Regio lex.40. tit.16. part.3. dicto cap. licet cauſam de probat. & cap. præterea hoc tit. tradit.* Rodriguez *de ordinandc proceſſu, cap.* 7. *num.* 71. Gregorius *in dicta l. 40. partiæ*, verbo *fueſſenmas.*

Verumtamen generaliter dicendum eſt, quod teſtibus hinc inde contrariis, plus numero vincunt pauciores; ita vt magis ſtandum ſit depoſitionibus plurium, vt probat textus noſter in verſic. *mandamus*, & tenent communiter Doctores, Antonius, Felinus, Aretinus, & alij adducti à Barboſa hic, & à Farinacio *dicta q.65. de Teſtibus*, *num.*107. probat textus *in dicto cap. licet cauſam*, verſic. *ex præmiſſis de probationibus*, ibi *per teſtes num. plures, quibus lux veritatis aſſiſtit*, Barboſa *hic n.*11. 2

Sed quia video ex noſtro textu, & aliis ſupra iactis cum diſtinctione eſſe verba noſtri textus accipienda; ideo exiſtimo vtrumque dictum eſſe in ſuo ſenſu verum nam reuera potius creditur teſtibus numero pluribus, quam paucioribus, quando omnes ſunt eiuſdem honeſtatis, & qualitatis; vt colliges ex verbis. *Hic mandamus, quatenus teſtes vtrinque producti eiuſdem honeſtatis, & exiſtimationis extiterint, cum conſtet teſtes monachorum eſſe Teſtibus Archidiaconi numero pauciores pro Archidiacono ſententiam proferatis*, quibus hæc pars confirmatur; ita vt deducta ex hoc textu; ſit quædam regula generalis. Et ex verſic. *ibi ſi vero teſtes ex parte monachorum producti tanta præeminentia fuerint, quod eorum authoritas aliorum, ſit merito multitudini præferenda.* Colligitur alia generalis regula, quia docemur teſtibus honeſtioribus atque dignioribus; etiam numero paucioribus magis credendum eſſe. 3

Quare infero quod teſtes nobiliores, præferuntur minus nobilibus, ſiue ruſticis, & mechanicis, vt doceut Felinus *hic num.*11. Decius *in dicto cap. licet à num.*84. Quia & ſic ex textu noſtro infert Antonius de Butrio *num.*2. *in primo notabili*, quod teſtibus dignioribus magis creditur, quam minus dignis. † Et Aretinus *ibi*, *num.* 1. 2. ait quod qualitas honeſtatis in teſtibus omnibus eſt, præferenda; idem docet Felinus *hic in ſummario*, & Gloſſa in *dicta l. ob carmen*, §. *fin.* in verbo *in pari*, *ff. hoc tit.* Vbi ampliat ſiue teſtes producantur ab eadem parte, ſiue ab vtraque, idem dixit Bartolus *ibi num.* 1. Albericus *num.*5. Beroius *in dicto cap. licet*, *num.*4. Farinacius cum pluribus, *à num.* 114. † Qui *num.* 117. *&* 118. cum aliis ab eo relatis probat magis credi etiam teſtibus ditioribus, quam pauperibus, niſi pauperes præualeant morum benignitate, & grauitate, vt ſentit Felinus *hic num.* 12. ad quod videbis & applicabis, quæ *ſupra* adduxi *de teſte paupere, in cap. ſi qui teſtium* 8. *hoc tit. quæſt. fin.* † Itemque illatiuè dicit magis credi teſti Doctori, quam non doctori. 4 5 6 7

Sed quod dictum eſt de præferendis dignioribus, aliis etiam numero pluribus habet locum, quando dignitatis magnus eſſet exceſſus, & præfulgeret notabiliter, & ſic fiet, vt non omnis parua dignitas teſtium præualebit: ita Farinacius ſupra *à num.* 121. Vbi interpretatur Beroium; qui *in dicto cap. licet.* Videtur tenuiſſe contrarium. † Nec præualebunt non digniores in paruo numero plures illis, qui ſunt digniores, niſi non digniorum magnus eſſet numerus; quia tunc dignitas non ſuperat numerum, vt tenuit Bartol. *in dicta l. ob carmen*, §. *fin. poſt*, *num.*1. & Gloſſa *hic* verbo *præferenda*; aliis adductis Farinacius *dicta quæſt.*65. *à num.* 123. qui cum Imola *in cap. cum in tua*, *num.*4. verſic. *in* 8 9

Gloſſa 1.

Gloſſa 1. refert magnum exceſſum dici, vltra
duplum; ſed melius, *dicta* Gloſſa *hic* verbo *præ-*
ferenda in fine, verſic. *iſtud*, & ibi Butrius, *n.*11.
Decius *in dicto cap. licet cauſam de probat.* do-
cent hoc pendere à Iudicis arbitrio per regu-
lam quod numerus, quandoque ſupplet qualita-
tis defectum.
10 Vnde infero quod ſi teſtes ſunt eiuſdem qua-
litatis, opinionis & famæ: tunc erunt magis
æſtimanda eorum teſtimonia, quæ rei aptiora,&
veritati proximiora eſſe depoſuerint: nam ve-
riſimiliora deponentes, ſemper aliis præferri
debent, vt probat textus, *in l.*3. *§.*1. *d. l. ob car-*
men, *§. ſi teſtes*, *ff. hoc tit.* cuius Iuriſconſulti
elegantiſſima verba tranſcripſit Gratianus *in d.*
cap. ſi teſtes. Et quia verba ibi relata dicat Bart.
in d. l. ob carmen, *§. ſi teſtes*, ſumme ad hunc ar-
ticulum conducere, ideo placuit hic referre, ait
enim Conſultus. *Si teſtes omnes eiuſdem honeſta-*
tis, & æſtimationis ſint, & negotij qualitas, ac Iu-
dicis motus, cum his concurrat ſequenda ſunt omnino
teſtimonia; ſi vero ex his quidam aliud dixerint, li-
cet in pari numero credendum quidem eſt; ſed quod
natura negotij conuenit, & quod natura, aut gratia
ſuſpicione caret, confirmabitque Iudex motum animi
ſui ex argumentis, & teſtimonijs, quæ rei aptiora, &
vero proximiora eſſe compererint; non enim ad mul-
titudinem reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimo-
niorum fidem, & teſtimonia, quibus lux veritatis
aſſiſtit. Idem probat textus, *in d. cap. licet cauſam*
*de probat. cap. præterea hoc tit. d. l.*40. *partita*, vbi
Gregorius verbo *fueſſenmas*.
11 Et licet Bartolus, Innocentius, & Marſilius
relatià Decio *in dicto cap. licet*, *num.*92. in prin-
cipio tenuerint, vt ſi teſtes veriſimiliora depo-
nentes, non magis credantur, ſi ſint minoris
numeri contra textum, *in dicta l. ob carmen*: ta-
men reſpondet Decius, *num.*94. quod relata do-
ctrina procedet in veriſimilitudine; non ita pro-
xima; ſecus autem in veriſimilitudine proxi-
ma, & immediatè rem, de qua agitur reſpicien-
te, quia in hoc caſu magis creditur teſtibus ve-
riſimiliora deponentibus; etiam ſi minores ſint
numero. Ita ſequitur cum multis Farinacius vi-
12 dendus *dicta quæſt.*65. *à n.*128. † Qui *num.*129.
Idem eſſe ait teſtibus, quorum depoſitiones ſunt
adminiculatæ aliis coniecturis, & præſumptio-
nibus, quia iis magis creditur, quàm aliis non
adminiculatis, prout probat textus *in dicta l. ob*
carmen, ibi *confirmabitque Iudex motum ſui animi*
13 *ex argumentis &c.* † Et Tiraquellus *de reuocandis*
donat. in præfatione, *num.*43. *& num.*6. *ad finem*,
ait teſtibus veriſimiliora deponentibus magis
credendum ſit, etiam quod ſint minus digni,
quod expendit Farinacius *ſupra num.*137. quan-
do veriſimilitudo eſt proxima, & immediata; vt
ſic non obſtet Marſilius, qui tenuit contrarium,
in Rubrica de probat, *num.*112. Sicut illum refert
& ſequitur Corrad. *in pract. Rubr.* perſonas te-
14 ſtium, *agred*, *num.*3. *in fine*. † Et Felinus *hic*
*num.*3. *in fine*, ait etiam in hoc caſu credendum
eſſe magis prædictis teſtibus, quamuis depo-
15 nant pro actore, & contrarij pro reo. Et Bal-
dus *in l. diem proferre*, *§. ſi plures* 1. *&* 2. *lect.* ait
magiſtris credendum eſſe, etiam ſi deponant ſu-
per negatiua; Sequitur Farinacius *ſupra n.* 139.
vbi *num.* 140. ait hoc procedere, vt procedit
quando cum eorum depoſitione concurrit ali-
qua Iuris præſumptio, pro vt in teſtibus ne-
gantibus ſeruitutem, quod magis credatur quàm
illam affirmantibus, vt tenet Baldus *in l. ſi quis*
diuturno, *col.*1. verſic. *extra quæro*, *ff. ſi ſeruitus*
vendicetur, Maſcardus *de probationibus*, *lib.*1. *con-*
*cluſ.*70. *num.*13. † Quod porrigit etiam Farina- 16
cius *ſupra à num.*141. ad teſtes, etiam alias in-
habiles dummodo veroſimilia deponant veluti
ſi pater pro filio, & in aliis de quibus *ſupra in*
cap. quæſtio 5. *hoc tit.* Et Ioannes Petrus Surdus, 17
*conſ.*490. *n.*46. hoc ampliat, etiam quod inhabi-
litas proueniat ratione proprij commodi. † Imo
& Maſcardus *lib.*3. *de probat. concluſ.*1359. *n.*11.
& Farinacius *in* 2. *lib. quæſt.* 62. *num.* 335. do-
cent quod ſi teſtes alias minus idonei deponunt
aliquem eſſe bonæ vitæ, & famæ, ſunt præferen-
di, ex quo eorum depoſitiones habent pro ſe Iu-
ris præſumptionem.
Itaque Panormitanus *in cap. cum oporteat col. fin.* 18
de accuſat. quem ſequitur Tyraquellus *in l. ſi vn-*
quam, *Cod. de reuocandis*, *num.*43. dixit quod ſi
teſtes, qui non ita digni ſunt deponant vero
ſimiliora aliis dignioribus præferri debere, quod
idem fatentur, Abbas, Felinus, & per textum
ibi in cap. quia veriſimili de præſumpt. Innocentius,
& alij *in cap. auditis de præſcript.*, *num.* 4. benè
examinant Villadiego *in ſua politica Gloſſa*, *l.* 2.
*num.*6. *tit. lib.* 2 Rodriguez *de ordin. proceſſu*, *cap.*7.
num 71. *circa medium*, qui diſtinguit, iuxta iam
dicta. Et addo Riccium *collect.* 673. ad textum
in l. fin. ff. de probationibus, in verſic. *quinto*, quod
notat ad textum *in l. non eſt veriſimile ff. de eo quod*
metus cauſa.
Notandum verò eſt quod & ſi in cauſis cri- 19
minalibus præfata doctrina admittatur; tamen
id tantùm admittitur, nempe vt teſtes inhabi-
les vero ſimilia deponentes, faciant tantùm fi-
dem, ad inquirendum, & forſan ad torquen-
dum, ſi plures ſint; tamen non ſufficient ad
puniendum, & condemnandum, vt dixit Maſ-
cardus *de probationibus*. *lib.*2. *concluſ.*894 *num* 14.
Romanus *conſ.*451. *num.*8. Farinacius *dicta q.* 65.
num 141. & latè *in* 2. *lib. quæſt* 37. *num.*12. *&* 27.
Quod ſi teſtes in veroſimilia deponunt, non 20
ſolùm non probant, ſed erunt ſuſpecti de falſo,
veluti ſi teſtes deponerent patrem occidiſſe fi-
lium, & diſcipulum, vel quem cubuiſſe cum
puella ſine pollutione; optimè declarat Boſius
de oppoſit contra teſt, *num.*94 *&* 96. Tiraquellus *de*
reuocand. in præfatione, *num.*45. *&* 46. † Vbi pro- 21
pterea ait quod ex dicto teſtis deponentis in ve-
roſimile, non defertur Iuramentum in ſupple-
mentum. † & Maſcardus *lib.*2. *concluſ.*745. *n.*14. 22
*& lib.*3. *concluſ.*1264 *à num.*1. *& n.*13. optimè de
hoc puncto loquens ait quod & ſi teſtes nume-
ro plures ſint, numerus teſtium non ſupplet in
veroſimilitudinem depoſitionis.
Et ſic multo magis ſi teſtes deponant impoſ- 23
ſibilia; tunc eis multò minus credatur Alexand.
conſ 162. *lib.*6. Corneus *conſ.*56. *num.*4. *lib.* 1. Mon-
ticel *in repert teſt. Rubr teſtis impugnatur impoſſibi-*
lia, non vero ſimilia deponens. Decius *conſ.*448, *nu-*
mero 15. † Vbi de teſtes deponente ſe vidiſſe 24
id, quod videre non potuit. † Tamen ſi teſtis 25
qui deſinit aliquid in veroſimile reddat ratio-
nem ſui dicti concludentem, vel pro ſe habe-
ret aliquam præſumptionem; tunc probabit;
nec cenſebitur ſuſpectus, Felinus *in cap. quia*
veroſimile de præſumptionibus, *num.* 5. Maſcardus
dicta concluſ 745. *numero* 15. *& concluſ.* 1364.
num 9. Vbi alios plures refert concordantes.
Eſt ergo aduertendum diſtinguendos eſſe ca- 26

ſus, tanquam regulas, quibus difficultas, de
qua noſter textus ſatis valeat percipi in primis:
ergo ootabis quod teſtes deponentes in ſpecie
de aliqua re ſunt præferendi deponentibus in
genere, vt docet Ionocentius *in dicto cap. audi-*
tis de præſcriptionibus, *num.*4. Decius *conſ.* 301.
*num.*18. Boëtius *deciſ.*33. *num.*45. & ſic fiet, vt
duo teſtes deponentes io ſpecie plus probent,
quàm mille deponentes in genere, vt Docto-
res notant ex doctrina Gloſſæ, verbo *ſtipuletur*,
in l. ſtipulatio iſta, *ff de Verborum obligat.* veluti,
ſi vni teſtes ſimpliciter deponant in genere ali-
quem poſſidere; licet aliter noo declarent alij
verò teſtes coorrarij, vtputà rei ſpecialiter de
viſu, & de aliquibus particularibus actibos te-
ſtificeotur præferendi ſunt aliis ſimpliciter, &
in genere de ſola poſſeſſione deponentibus, cum
aliis docet Farinacius *dicta quæſt.*75. *de Teſtibus*,
*num.*170. Rodriguez *de ordin. proceſſu*, *d. cap.*7.
n. fin. Riccios *col.*673. ad textum, *in l. fin. ff. de*
probat. in verſic. *ſexto*, ſequitur Gabriel *tit. de*
*teſt. lib.*1. *concl.*4. *n.*72. *&* 70. vbi propterea do-
ceat, quòd magis creditur Teſtibus deponenti-
bus vniuerſaliter, quam deponentibos indefini-
tè: ſequitur eum aliis Farinac. *n.*171.
26 Et infertur ſecundo, quod Teſtibus deponen-
tibus cum ratione, & redditione cauſæ magis
creditur, vt docet Felinus *hic n.*10. Baldus *in*
*l. Preſbyteri ſub n.*14. verſic. *item teſtes*, *Cod de*
Epiſcopis & Clericis, multis adductis Farinacius
27 *vbi ſupra dicta q.*65 *n.*172. † Qui *num.*173. hoc
ampliat, dicens Teſtibus reddentibus bonam
rationem magis credi, quam reddentibus non
bonam, & hoc etiam ſi bonam rationem red-
dentes deponerent ſuper negatiua; alij autem
ſuper affirmatiua.
28 Infertur ſecundo, quod Teſtibus informatis,
magis creditur, quàm aliis non tantùm infor-
matis, & ſic Teſtibus plenè totum factum nar-
rantibus magis credi, quàm non narrantibus
29 tantum factum. † Felious *hic n.*12. vbi dicit
viciois, & conjunctis magis credendum, tan-
quam melius informatis docet Corn. *conſ.*245.
*n.*19. *lib.*1. cum aliis Farinacius *d. q.*65 *à n.*165.
30 † Qui *n.*167. ait teſti totũ factum non narranti;
non eſſe credendum, & falſum reputari, vt te-
net Baldus *in l. Lucius in* 1. *lect. ſub n.*5. *de in-*
fam. not. Verùm hoc dictum declarat Petra *de*
*fideicommiſſ. q.*12. *n.*1236. verſic *quod puto* juncto
*num.*1245. quando teſtis ſciens totum factum,
& de eo interrogatus, non vult deponere, niſi
partem tacendo totum doloſè; ſecus, ſi totum
factum ignoret, vel ſi ſciat de eo non ſit inter-
rogatus; ita quod non poſſet dici, quod doloſè
omittat totum recenſere. & hoc ſi omittat re-
cenſere totum factum in ſubſtantialibus; ſecus
ſi omittat non ſubſtantialia; ita poſt Iaſooem, &
alios, quos refert.
31 Tertio inſero magis credendum eſſe Teſtibus
ſenibus, & antiquioribus, quàm iunioribus:
tradit Felinus *hic n.*12. Bartol. Bald & commu-
niter Doctores, *in l. cum quid*, in verbo *nonum*
32 *circa finem*, *ff. ſi certum petatur.* † Quod non
procedit quando teſtes iuniores eſſent dignio-
res; ita eum multis Farinacius *d. q.*65. *num* 175.
& 176. Applicabis *d. in cap* 8. *ſuprà hoc tit.* Et
addo Riccium *d. collect.*673. verſic. *ſeptimo*, &
hoc notabis ad ſingularem Gloſſam *in leg. cum*
quid, *ff. ſi certum petatur*, Barboſa *hic à n.*6. vbi
alios refert.

Item inſero quartò magis credeodum eſſe 33
Teſtibus Clericis, quàm Laicis docet Felinus
*hic n.*1. & Gloſſa, Farinacius eum aliis *d. q.*65. *à*
*num.*177. † Vbi *n.*178. declarat non procedere, ſi 34
teſtes laici deponant ad fauorem rei, & Clerici,
ad fauorem actoris; quia tunc magis creditur
laicis; videbis ipſum Farinacium *lib.*2. *q.*61. *n.*8.
Boſſium *in tit. de defenſor. reorum*, *n* 9. videbis
cum aliis Barboſam *hic à n.*3.
Et ob id inſero quinto, quòd Teſtibus ad fa- 35
uorem rei deponentibus magis creditur, quàm
deponentibus ad fauorem Actoris. Et ſic datâ
paritate teſtium hinc iode contra dicentium
reum abſoluendum eſſe, vt tradit Gloſſa hic in
verbo *aduerſa*, verſic. *ſi verò teſtes ex vtraque*
omnino ſint pares, & in verbo *præferenda*, ibi
etiam Butrius *n.*8. Aretinus *n.*3. *& n.*23. Abbas
*n.*1. *in fine*, *in* 1. *notabili*, *& n.*4. verſic *ſi vero*,
& pluribus adductis Farinacius *d. q.*65. *à n.*152.
vbi hoc ampliat cum Boſſio *in tit. de defenſione*
reorum, *n.*7. & aliis procedere, ne dum in ciui-
libus, ſed etiam in crimioalibus, Barboſa *hic*
n. fin. † Et ſic etiam credendum eſſe dep onen- 36
tibus pro non delicto magis, quàm depo nenti-
bus pro delicto. † Et Roland. *conſ.*57. *num.*48. 37
& 49. *lib.*4. refert magis credi Teſtibus depo-
nentibus homicidium caſu commiſſum, quàm
dolo, Maſcardus *de Probat. concluſ.*496 *num.*15.
& 16. † Qui etiam rurſus *in concl.*70. *à n.*10. 38
ait vt procedat, quod teſtes ad rei defenſionem
deponentes excludendo delictum, negarent,
quia adhuc magis illis creditur, quàm contra-
riis ad fauorem accuſatoris affirmantibus, vt
per Baldum *in l. data opera*, *n* 44. *ff. de his*, *qui*
accuſare non poſſunt, Aretinus *hic n.*24. & facit
Gloſſa notab. *in cap. Clerici*, *in Gloſſa* 2. *diſt.*81.
† Et etiam quod teſtes negantes, & excluden- 39
tes delictum ſint laici, illud verò affirmantes,
Clerici, vt ait Aretinus *hic d. n.*24. ſed Farinac.
*n.*156. ait illud, quod dictum eſt de neganti-
bus ad fauorem rei, intelligi tantùm in crimi-
nalibus; ſecus, ſi ſit in ciuilibus, io quibus
creditur potius affirmantibus. † Et Abbas *hic* 40
*n.*4. *ad finem*, verſic. *ſed credo illam gloſſam*, Are-
tinus *n.*26. *&* 27. docere videntur, vt prædicta
doctrina procedat, etiam quod teſtes Actoris
ſint numero plures, etiam in paruo numero, quis
tunc magis creditur Teſtibus rei, cum aliis Boſ-
ſius *tit de defenſione reorum*, *n.*8. *in fine.*
Sextò inſero, quod magis credatur Teſtibus 41
maſculis, quàm fœmiois, vt docet hîc Felinus
*num.*11. verſic. *& præferuntur maſculi*, Corſetus
ſingulari teſtes 6. Cum aliis Barboſa *hic num.*10.
vbi ait etiam magis credi Teſtibus mortuis,
quàm viuis, addentes cum Paulo de Caſtro, &
Burſato, relatis à Farinacio *de Teſtibus*, *q.*72.
*cap.*2. *n.*192. quod teſtes mortui probant, licet,
vbi non probarent parte non citatâ. & contra
tertium non citatum probare ſemiplenè. † Et 42
addit Felinus *d. n.*11. quod ſi teſtes ſunt omnes
fœminæ magis creditur virgini, quàm viduæ.
† Verùm hanc regulam, limitant Gabriel *tit. de* 43
Teſtibus, *concl.*4. *n* 16. Rolandus *conſ.*57. *n.*46.
lib 4. quãdo teſtes fœminæ deponerent pro reo,
& maſculi pro Actore, vel quando fœminæ eſ-
ſent bonæ vitæ, & maſculi malæ famæ, Fari-
nacius *d. q.*65. *a n* 178. *&* 161. *& q* 59. *à n.*51.
vbi hanc limitationem ampliauit, etiam qood
maſculi deponerent veroſimilia, quo pacto venit
intelligendus Riccius *dicta collect.* 673. verſic.
octauo

octauo, vbi docens quod Teſtes maſculi præfe-
runtur fœminis, notat hoc dictum ad textum *in
l. fœmina, de Reg. Iuris.*

44 Septimò infero magis credendum Teſtibus
peritis, quàm non peritis, vt tradit *hic* Arati-
nus *n.2.* verſic. *vnde* cum aliis Farinacius *ſuprà
dicta quæſt. 65. à num. 186.* vbi *n.187.* cum Fe-
lino *hic n.8. in fine.* verſic. *adde* cum Patiano *de
probationibus lib.1. cap.41. per totum*, ait proce-
dere etiam, quod periti deponant ſuper nega-
tiua, & non periti ſuper affirmatiua. Et de his
peritis multa dixi, vt notat *in cap.4. & penult. de
probationibus.*

45 Et ſic octauò infertur magis credendum eſſe
Teſtibus deponentibus pro cauſa fauorabili,
quàm deponentibus contra, vt per Gloſſam *hic*,
in verbo *aduerſa*, verſic. *niſi in quatuor caſibus in
cauſa Matrimoniali, liberali dote, & Teſtamento*,
Sic Aretinus *n.14. poſt medium*, Felinus *num. 2.*
iuxtà materiam textus; *in cap. fin. de re Iudicata*,
quod ampliat Farinacius *num.189.* etiam quod
Teſtes pro cauſa fauorabili deponentes, nega-
rent, & contrarij affirment: idem Farinacius
notat n. 162. cum aliis.

46 Infero nonò magis credendum Teſtibus No-
tariis, quàm non Notariis, Felinus *hic num. 9.*
Crotus *de Teſtibus p.9. n.369.* verſic. *ſed qua eſſet
iuſta cauſa*, vbi ampliat, etiam quod Tabellio-
nes eſſent pro Actore, & non Tabelliones pro
Reo, Maſcardus *de probat. lib.2. concluſ.* 1094.
47 *n.2. & n.6.* † Vbi etiam ait, quod nemo quan-
tumcumque Teſtis idoneus æquiparatur Nota-
rio, etiam quod agatur fauore piæ cauſæ, & de
Notarij fide latè Farinacius *in quæſtionibus ciuili-
bus ſub tit. de probationibus*, & Syluanus *conſ. 54.
num.8.* ait, quod dictum eſt vnius Notarij æqui-
paratur duobus Teſtibus.

48 Infero decimò ex noſtro textu, quod Teſtes
præferuntur, quorum perſona producentis ho-
neſtior & dignior eſt: Sic Antonius de Butrio
n.11. in fine, Aretinus *n.2. in fine*, Abbas *num. 1.*
verſic. *adde quartam*, Felinus *num. 1.* verſic. *pro
quo facit*, Hoſtienſis, & communiter Docto-
res, *hic.*

49 Quibus omnibus addo quod Teſtes depo-
nentes memoriam hominum extare præferuntur
deponentibus memoriam hominum non extare,
ſic refert Annan. 311. fuiſſe deciſum in cauſa
vniuerſitatis Lauri, cum eius Comite, die 3.
50 Iunij 1556. in Regia Camera. † Licet vt pro-
bent immemorialem debeant reddere dictum
concludentem; Nec ſufficit ſi dicant tantùm
Articulum, verùm Caputaq. *in deciſ. 291. p. 3.*
51 † Et eſſe etiam ad probandam immemorialem
ad minùs 60. Annorum, vt dicit Verallus *deci-
52 ſione* 290. † Item etiam magis credendum eſſe
Teſti deponenti contra proprium ſuum commo-
dum, vt ait Antonius Faber *in deciſione 4. de
Teſtibus.*

53 Ex his enim concludenter dicendum eſt, non
ad multitudinem Teſtium reſpici oportere, vt
dicit Gloſſa *in cap. ſi Teſtes*, verbo *ad multitudi-
nem*, quia maior pars dicitur, quæ maiori niti-
tur ratione, tradit Rodriguez. *de ordinando pro-
ceſſu ſupra, cap.7. num71. ante finem*, vbi etiam ait
quandoque maiori Teſtium dignitati; quando-
que maiori numero, iuxta eorum fidem, & de-
poſitionem credendum eſſe, iuxta doctrinam
Gloſſæ fin. huius noſtri textus, & colligitur ex
iam ante dictis, quia cum & id certa Regula
comprobari non poſſit arbitrio Iudicis, relin-
quendum eſſe exiſtimo, iuxta textum *in dicta
l.3. §. 1.* verſic. *tu magis ſcire poteris, ff. hoc tit.
dicta l. 40. partita tit.16. p.3.* ibi, *entonzes debe ca-
tar el Iuegador.*

Quare Paulus *in l. admonendi, col. 2. penult. ff. 54
de Iureiurando*, quem omnes ſequuntur dixit pro-
bationum materiam in eo caſu conſiſtere, in Iu-
dicis Arbitrio. Atque ita Gregorius *in dicta
l.40.* Gloſſa verbo *de major. forma*, illud circa hoc
notatu eſſe dignum ait, quod quando Teſtes
ſunt pares, Iudex poteſt examini ſui motu adhæ-
rere alteris Teſtibus, & alteris non adhærere;
dum tamen in actis faciat inſeri cauſam, ob quam
adhæreat. Pro qua doctrina facit illud celebre
dictum Bartoli, *in dicta l. Lucius num. fin. ff. de his,
qui notantur infamiâ*, quod licet Teſtes data de-
ponant ſecundùm ipſorum verba poteſt Iudex
ſi ſibi videbitur eis fidem non adhibere, dum
tamen hoc caſu in actis ſcribi faciat cauſam, ob
quam illud fieri arbitratur, ne poſteà teneatur
in Syndicatu. Et confirmatur ex adductis à Fa-
rinacio *dicta quæſt. 65. à num. 163. & à n. 194.*
videndus

Vbi dicit *n.195.* non poſſe dari in hoc caſu 55
omnimodam æqualitatem Teſtium numero, &
qualitate, quia tunc Reus præferretur, vt do-
cet ipſe, *à n.158.* & docet Rodriguez. *dicto ca-
pite 7. n. 73. in fine*, & dico *in cap. fin. de Iureiu-
rando*, niſi Teſtes Actoris veroſimiliora depo-
nant, vt iam dixi, de quo dico *quæſt. ſequenti, à
n.1.* & verſic. *ex his.*

QVÆSTIO II.

An ſi partes æqualiter poſſeſſionem probent, poſſit Iudex vni gratificare parti: Quid in aliis extra poſſeſſionem: Et an potius credatur Teſtibus, quàm inſtrumentis: Vel Teſti inſtrumentario, quàm Tabellioni: Et an plus credatur duobus Teſtibus affirmantibus, quàm mille negantibus: Et an plus credatur Teſtibus deponentibus de furore, & motu, quàm de ſanitate, & ſpontanea voluntate Teſtificantibus: Et quid de fama?

SVMMARIVM.

1 *Iudex quando potiùs vni parti, quàm alteri æqualiter probanti gratificet n.2.3.4. vbi quid in beneficialibus, & declaratur n.5.6.*

3. L. ſi quis ſeruus 8. §. ſi inter duos, ff. de leg. 2. & n 7.

4 Cap. cum tu de iurepatronatus, §. quod ſi forſan, de reſcriptis lib.6. cap. ſi quis iuſto 46. de electione lib.6. & n.7.

5 *Reus præfertur Actori, ſi æqualiter probet, niſi cauſa fauor obſtet, n.6.*

7 *Iudex quando vult adhærere Teſtibus Actoris, debet exprimere cauſam maioris credulitatis, n 8.9.& 10.*

11 *Probatio per Teſtes præfertur inſtrumentali in modernis, ſecùs in antiquis, vel in caſibus, vbi ſcriptura requiritur n.12.13.14.15.16.*

12. *Probatio per Teſtes eſt naturalis.*

13 L. cenſus, ff. de probationibus.

14 *Probatio per inſtrumenta eſt leuior facilior.*

Teſtes

15 *Teſtes ab vna parte producti, & ab alia inſtrumenta eſt in arbitrio Iudicis, quibus plus credatur.*

16 L. 1. ff. de Teſtibus.

18 *Teſtes affirmantes, plus probant, quàm mille negantes, n.19.20.21.22. procedit in negatiua generica, & in probabili; ſecùs in coarctata ad locum, & tempus, num.23.24.25.26.27. 28.29.30.31.32.33.*

34 *Teſtes negantes, quibus iuris aſſiſtit præſumptio, præferuntur affirmantibus, n.35.36.37.38.*

39 *Teſtes deponentes ſuper furore in ſpecie, præferuntur negantibus, n.40. & qualiter ſpecialis probatio ſumatur, n.41. quid ſi Teſtes ſint æquales, aut inæquales numero, aut dignitate n. 42.43.44.*

45 *Teſtes de metu deponentes, quando plus probent, quàm illum negantes, n.46.47.48.49.50.51.*

52 *Fama vt probetur, quæ requirat.*

53 *Fama duplex vna alteri contraria, vno tempore eſſe non poſſunt æqualiter, niſi apparenter, n.54.55.56.57.58 59.*

60 *Fama duplex contraria æqua probata, neutra præualet, non eſt arbitraria, n.61.62.*

63 *Fama duplex vt contraria alia alteri dicatur, eſt ſub diſtinctione, n.64.65.66.*

67 *Teſtis ſuper negatiua deponens, ſaltim eſt ſuſpectus de falſo, ſi ea ſit vaga, ſecùs, ſi coarctata.*

70 *Teſtis deponens ſuper affirmatiua, ex qua reſultat negatiua cadens in ſenſum Teſtis benè probat, expenditur n.71.72.*

1 AD primam difficultatis partem, vt diſertè reſpondeas, videbis quæ latè dixi *in cap. licet de probationibus tota quæſt.* 1. quibus ſuppoſitis licet Gloſſa hic dicat, quod ſi partes æqualiter probent poſſeſſionem, Iudex poſſit gratificare vni parti, idem quæ docet Gloſſa *in cap. ſi Teſtes 4. q.3.* Tamen quia hæc doctrina conuincitur apertè ex his quæ adduxi *in dicta q.* 1. cum certum ſit vnum ex Litigatoribus non poſſidere; Ideò mihi plauſibilior videtur ſententia dicentium, quod ſi taliter probata ſit poſſeſſio ab vtraque parte, vt Iudex diſcernere nequeat quis antiquiorem poſſeſſionem probauerit; Tunc enim recurrendum eſſe ad remedium, quod elegi ſupra *in dicta q.* 1. *cap. licet de probationibus,* & ad eam doctrinam, nempe vt ſi æqualitas fuerit, in Teſtibus, tam in qualitatibus perſonarum quàm etiam in dictis & poſſeſſionibus pro Reo, Tunc ſententiam ferri debere, vt notat Gloſſa *in dicto cap. licet cauſam, & in hoc noſtro textu ex Regula textus in l.* Arrianus *ff. de actionibus, & obligationibus, & l. fauorabiliores, ff. de Reg. iuris, & cap. cum ſunt partium iure, eodem tit. lib. 6.* Quod expreſsè approbatur *à lege 40. tit. 16. p. 3.* vbi notat eleganter Gregorius Lopez in Gloſſa verbo *porquito*, cum ſequenti.

2 † Qui ſuperiorem Regulam limitat in cauſa libertatis dotis, vel Matrimonij, iuxta Regulam Gloſſæ per textum *ibi, in cap. ex litteris de probationibus,* vbi communiter ſcribentes ſequitur Rodriguez. *de ordin. proceſſu c.7.n fin. in fine.* Niſi malis dicere vtrumque pronuntiandum Poſſeſſorem iuxta dicta *ſupra dicta quæſt.* 1. in verſic. *Secunda diſtinctio eſt,* quæ eſt veriſſima.

3 Nec huic reſolutioni obſtat textus *in l. ſi quis ſeruus* 8. *§. ſi inter duos ff. de leg.* ſecundò, vbi ſi Teſtator rem legans de certo ſeruo ſeſerit Legatario, & non appareat quis ſit ex duobus, poterit hæres, cui voluerit ſoluere: Nam reſpondeo, quod ibi hæres potuit vni gratificare, quia de ſuis bonis gratificatur, & ſine alterius præiudicio, cui ſemper ius ſuum ſaluum manet, vt notat Aretinus *in l. ex duobus n.5. ff. de vulgari.*

4 Nec obſtant iura *in cap. cum tu, de iure patronatus, cap. duobus §. quod ſi forſan, de reſcriptis lib.6. cap. ſi quis iuſto 46. de electione lib. 6.* Quia reſpondeo, quod in his Iuribus ordinarius poterit gratificare, vbi datâ paritate, nam loquuntur in materia beneficiali, ne diu Eccleſia Paſtore vacaret: vt *in cap. oblata 57. de probationibus,* & probat Aretinus *ſupra,* Balbus *in dicto cap. licet, n.13.* ex his quæ docet *n.14.* quia certum eſt poſſeſſionem ad vnum tantùm pertinere, & ob id aliud eſſe quando quæſtio ſit ſuper adiudicanda poſſeſſione vni de duobus eam prætendentibus.

5 Sed ex dictis *num. præcedenti,* fit tranſitus ad aliam quæſtiunculæ partem, quid tenendum ſit, quādo in aliis rebus in Iudicio deductis extra poſſeſſionē partes æqualiter probent, & in hoc caſu videtur dari locum gratificationi. Tamen cum in illis requiſitis, *quæ adduxi ſupra q.1. huius capitis n. fin.* Quare expendendo *ibi* dicta, dico quod cum ex dictis in hac noſtra quæſtione *n.* 1. data paritate omnimodâ probationum ſit fauendum, & pronuntiandum pro Reo, eò quod vt conſiderauit Franciſcus Curtius Papienſis *in tractatu de Teſtibus, concluſ.* 20. *n.41. & 43.* nempe quod datâ paritate probationum intrat fauor Rei, & ſic non poſſe dari æqualitatem inter Actorem, & Reum, cum magis credatur Teſtibus Rei, quàm Actoris, nec poſſit Iudex contrarium arbitrari, niſi in contrarium vrgeat aliqua ratio, putà veriſimilitudinis, ſeu Teſtamenti, Dotis, Matrimonij, aut libertatis, quia tunc magis fauetur Actori, vt probat *hic* Gloſſa in verbo *aduerſa* verſic. *niſi in quatuor*, Abbas *n.* 4. Farinacius *q. 65. de Teſtibus n.162. & 195.*

6 † Ideò, vt ſaluetur propoſitio *dicta quæſt præcedenti, num. fin.* declaro eam procedere, quando ſumus in cauſa, in qua non datur Rei fauor, vt putà quando duo petunt ab aliquo tertio aliquam rem: Nam tunc data inter iſtos duos paritate probationum poteſt Iudex vni potiùs quàm alteri adhærere, vt loquitur Gloſſa prædicta *hic*, in verbo *aduerſa*, verſic. *ſi verò Teſtes*, iuncto verſic. *ſi autem neuter & ibi* Antonius de Butrio *num.*8. verſic. *ſi verò non apparet*, & Abbas *n.*4. ad medium verſic. & ſi *neuter Reus eſſet.*

7 Itaque in hoc ſenſu habet locum, quod adduxi *dicta q præcedenti, n. fin.* & dummodò Iudex in actis exprimat cauſam, propter quam adhæret potiùs Teſtibus vnius partis, quàm alteriùs, vt colligitur *ex dicta l. ſi quis ſeruus, §. ſi inter duos, ff. de Legatis* 2. ſupra adducta in verſic. *nec huic*, & ex textu *in dicto cap. cum tu, de Iurepatronatus* cum aliis adductis *ſupra* in verſic. *nec obſtat*, quia licet loquantur de extraiudicialibus, porriguntur ad caſum, de quo *hic.*

8 † Et ſic Boſius *in tit. de defenſione Reorum, n.8. & 9.* verſic. *eſt tamen, vt dixi*, vbi loquendo in criminalibus, ait quod vbi atrocitas delicti, qualitas accuſati, & natura Teſtium faciant Iudicem inclinare pro Accuſatore tute inclinabit, & illi adhærebit, ſiue non loquor, inquit Boſius in Iudice iuſto.

9 † Si verò ſit iniuſtus, vt multi ſæpe reperiuntur hæc concluſio Doctorum, quod res ſit ei arbitraria omnia damnat, & deturbat, vt docet Farinacius *dicta q.65. num. 163.* videndus

à num.

Digitized by Google

à n.194. videndus Aretinus *in cap. cum tu hoc tit. num.18.* † Qui declarat, vt quando Iudex vult
10 adhærere Teſtibus Actoris, tenetur cauſam maioris credulitatis exprimere, ſecùs quando Iudex vult adhærere Teſtibus Rei, quia tunc non tenetur exprimere cauſam, vt dicit etiam Felinus *hic num.2. in fine*, iuncto verſic. *dummodò cauſam adhæſionis*, Crotus *de Teſtibus p 9. n.369.* verſic. *& ſubdit eleganter*; Imò nec ſufficiet, quod Iudex cauſam exprimat, niſi illa ſit ſufficiens & rationabilis, prout dixerunt Aretinus *hic num. 14. ad finem*, & idem Felinus *n. 2.* verſic. *& idem ſi cauſa adhæſionis expreſſa non eſt ſufficiens.* Adiunges *infra adducta in cap. 2. de Sententia, & re Iudicata q. 1. in fine*, verſic. *vnde infero*, & quæ tradit Zenedus *in pract. q.8. à n.20.* vbi cum multis dicit an Iudex in pari dubio opinionum, poſſit pro amico Iudicare.

11 Ad ſecundam partem quæſtionis dixerunt multi probationem per Teſtes eſſe efficaciorem, quàm ea quæ fit per inſtrumenta, digrioremque eſſe cæteris probationibus: Sic tenet Gloſſa 1. verbo *ſi verò Teſtes* in præſenti, & Gloſſa celebris *in cap. tertio loco de probationibus*, & facit ratio textus *in Auth. de fide inſtrum. collat. 6.* verſic. *ſi verò tale ibi cum ea, quæ viua dicantur voce, hæc digniora fide, quàm ſcripturam ipſam ſecundum ſe ſubſiſtere.* Vnde Gloſſæ *in dicto cap. tertio loco*, dixit potius viuæ voci, quàm mortuæ credendum. Et confirmari videtur ex textu *in cap. cum Ioannes de fide Inſtrumentorum*, verſic. *porro*, vbi Teſtium probationem præferendam eſſe dicitur, ibi, *non tamen quodlibet Inſtrumentum tanti debet eſſe momenti, vt trium, vel plurium idoneorum Teſtium dicto præferatur.* Et videbis quæ ibi dico, *q.1. cum aliis.*

12 Rurſus etiam probatur: Nam probatio, quæ fit per Teſtes eſt naturalis probatio, vt patet ex illo Matthæi *cap. 18.* relato *in cap.4. hoc tit. & in cap. nouit de Iudiciis*, quæ verò fit per inſtrumenta, eſt accidentalis, prout colligi videtur ex *dicta Auth. de fide inſtrumentorum, in princ.* & dicit communem Vetoius *in cap. ſicut, n.5. de probationibus*, ſed ſi concurrant hæ duæ cauſæ, naturalis ſcilicet, & accidentalis, naturalis cauſa ſemper vincit accidentalem, vt probatur *in l.3. ff. de Tutelis, & in l. ſi quis poſthumus in princ ff. de liberis, & poſthumis*, igitur fortior, & efficacior probatio erit illa Teſtium, quàm hæc inſtrumentorum: Videbis Paz. *in praxi tempore* 8. 1. *p. num.6.* Villadiego, qui pluribus aliis ita tenet in Gloſſa *leg.21. tit.1. lib.2. del fuero Iuzgo à n.4.*

13 Contrariam tamen ſententiam alij tenent per Gloſſam *in Rubr. ff. de fide inſtrument.* quam ſequitur Decios *in Rubr. hoc tit.* & facit textus *in l. cenſus ff. de probationibus*, ibi cenſus, *& Monumenta publica potiora Teſtibus eſſe Senatus cenſuit.* Tum ex textu *in l. Teſtium, Cod. hoc tit.*, ibi *ad probandam ſolutionem debiti quinque Teſtes, vel ſcriptura à Creditore facta de ſolutione requiritur*, & ob id videtur fortiorem eſſe inſtrumenti, quàm Teſtium probationem, & confirmatur ex Gloſſa *in cap.1. §. poſtquam de cenſibus lib.6.* vbi referuntur plures caſus, quibus probatio per teſtes non ſufficit & requiritur probatio per inſtrumenta, aut ſcripturam: Imò hæc dicitur ſecurior probatio: Alia fundamenta adducit Gloſſa *in cap. tertio loco de probationibus.* Longè de hac quæſtione diſputat ad vtramque partem Maſcard. *de probationibus q.6. per totam.*

Sed quia video pro vtraque Doctores poſſe 14
defendi, & in ſimul conſiderem quod Teſtes & inſtrumenta æqualem vim habent in exercendis litibus, & cauſis, *l. in exercendis, Cod. de fide inſtrumentorum*; Ideò exiſtimo illud in hac quæſtione tenendum, vt licet verùm ſit Teſtium fidem in his, quæ viſu comprehenduntur omnibus probationibus præſtantiorem, & efficaciorem eſſe; Cæterum per inſtrumenta leuius, facilius, & ſecurius fieri probationem; vt docet gloſſa *in d.c 1 de cenſibus*, verbo *in ſcriptis*, *§. poſteà quam* probatur argumentum textus, *in l.* cõtrahitur *de pignoribus* ibi, *fiunt enim de his ſcriptura*, vt quod actum eſt faciliùs probari poſſit, & ſine his, valet quod actum eſt ſi habeat probationem; & ideò ſecuram probationem eſſe dixit *lex.* 115. *tit.18. p. 3.* quia hominum memoria labilis eſt, vt notat ibi Gregorius Lopez. Gloſſa penultima & anteà docuerat Gloſſa fin. *in dicto cap. tertio loco de probationibus*: Sic tradit Rodriguez. *de ordinando proceſſu.*

Nec obſtant ſupra adducta, quia reſpondeo, 15
quod ſi ſumus in caſibus, in quibus ſpecialiter ſcriptura deſideratur, de quibus in dicta Gloſſa *cap.1. de cenſibus*, tunc eò caſu præſtantior eſt probatio per ſcripturam, quàm per Teſtes, quo pacto procedit *in dicta l. cenſibus*, cum ſimilibus pro prima ſententia adductis: Sin autem ſimus in caſibus, in quibus ſcriptura non deſideratur: Tunc vna probatio alteram non ſuperat iuxta textum *in dicta l. in exercendis, Cod. de fide inſtrument.* ex relatis à Maſcardo *dicta q.6. num.21.* Et quamuis Rodriguez *de ordinando proceſſu dicto cap.7. num.11. in fine*, dicat probationem ita fieri poſſe per Teſtes, ſicut per inſtrumenta, & vtraque plena, & legitima erit probatio; Sed non inde ſequi probationem Teſtium efficaciorem eſſe. Tamen ego conſiderans, dico relata procedere quando Teſtes & inſtrumenta ab vna, & eadem parte producuntur, quia ſi Teſtes ab vna parte producantur. & ab aduerſa, inſtrumenta; Tunc prudenter arbitrabitur Iudex naturam, & qualitatem negotij, cum multa occurrant, quæ meliùs Teſtibus, quam inſtrumentis probentur; qualia ſunt ea, quæ viſu percipiuntur. Alia verò ſunt, quæ meliùs inſtrumentis, quàm Teſtibus probantur, vt facta antiqua iuxta textum *in cap. cum cauſa de probationibus*, & quæ *ibi* adduxi, & acta Iudicialia proceſſus *cap. quoniam de probat. & ibi* dicta, & tunc præſtare Teſtibus inſtrumenta: notat Gloſſa fin. *in dicto cap tertio loco de probat.* & *ibi* Balboa *à n 58.* & caſus, in quibus ſcriptura requiritur, ponit Valaſcus *de Iure
Emphyth. q. 7.* † Ex quibus intelliguntur quæ 16
adducit Barboſa *in cap.4. de Teſtibus cogendis ſub n.2.* in verſic. *quorum appellatione*, quatenùs agens dubio refert duas contrarias opiniones, vnam, qua probatur probationem Teſtium idem eſſe, ac inſtrumentalem, aliam nempe, vt diuerſitatem contineant, & ait primam intelligi, quando inſtrumentum in genere ſumitur ſemoto communi vſu loquendi; Poſterior verò quando ſpecialiter inſtrumentum aſſumitur; Sic expendens verba textus *in l. 1. ff. hoc tit.* ibi *accipienda ſunt*, & ibi *inſtrumentorum*, & ibi *habentur.*

Ad alteram quæſtiunculæ partem, an vnus 17
Teſtis inſtrumentarius præponderet inſtrumento, reſpondebis ex his, quæ adduxi *in cap. quoniam contra falſam, de fide inſtrument. q.1.* & ibi in verſic. & licet *ex noſtro textu.*

Ad

18 Ad quartam quæſtionis partem, an plus credatur Teſtibus affirmantibus, quam pluribus negantibus: Reſpondeo cum Doctoribus *hic, & in cap. in tua hoc tit. &, in leg. diem proferre, §. ſi plures*, vbi Gloſſa in verbu *conſenſerunt, ff. de Arbitris*, & cum Baldo *in leg. Actor, Cod. de probationibus, num. 11.* cum Patiano *de probationibus, lib. 1. cap. 36. num. 12. & in cap. 50. per totum*, Maſcardo *de probationibus concluſ. 70. à numero 1. & lib. 3. concluſ. 1374. num. 6.* cum Farinacio *dicta quæſtione 65. à num. 200.* & multis ab iſtis relatis potiùs credendum eſſe Teſtibus affirmantibus, quam negantibus, & hoc etiam ſi Teſtes negantes numero ſint plures, quia, vt inquiunt Doctores, plus creditur duobus affirmantibus, quàm mille negantibus: Tradit Aretinus *hic num. 17. in fine*, verſic. *& tunc* Abbas *in dicto cap. in tua num. 2.* Hector Æmilius *de Teſtibus*, verbo *Teſtis affirmans à num. 3.* vbi de hoc dixit eſſe Gloſſam communiter approbatam *in dicta l. diem proferre, §. ſi plures*, & huius dicti ex Ariſtotele, poſt Ioannem Carraſium, quem allegat, dixit hanc eſſe rationem, quia ſcilicet meliùs, & certiùs aliquid nouit, qui quod agitur affirmando nouit, quàm qui negando. Et adiunges quæ tradit Guttierez *per textum noſtrum, tota allegatione 6.* vbi expendit. Et quæ adduxi *ſupra in cap. quoniam contra falſam 11. de probationibus, & in cap. ad noſtram 12. vbi de affirmatiua & negatiua probanda eodem tit. q. 2.*

19 Vnde infero magis credendum eſſe Teſtibus affirmantibus Poeliam natam eſſe viuam, quàm teſtibus dicentibus eſſe natam mortuam, vt optimè tradit Zepol. *in conſ. 50. n. 3 col. 2.* Patian. *d. c. 50.*
20 *lib. 1. de probationib n. 4.* † Qui cum Natta *conſ. 462. prætendit, n. 10.* verſic. *præterea plurimi volum. 2.* docet magis eſſe credendum Teſtibus deponentibus de diligentia, quod eſt quid affirmatiuum quàm deponentibus de negligentia, quæ eſt quid negatiuum, & quod negligentia eſt quid negatiuum, nec probari poſſit ſi non eſt coarctata: Tradit Orcanus *in cap. quoniam contra falſam 11. de probationibus* in verbo *Teſtium depoſitiones num. 103. in fine*, & ante ipſum Bart. *in conſ. 102. chariſſime col. 2.* Baldus *in leg. ſciam num. 25. col. fin. Cod. de Teſtibus.*

21 Sed quia multa quæ adduxi *in dicto cap. quoniam contra falſam, de negatiua, aut affirmatiua probanda*, conducunt ad plenam tractationem huius quæſtionis; Ideò videbis *ibi dicta à quæſtione 2.* Et ſic nunc breuiter dico taliter affirmantibus Teſtibus plus credi, vt procedat etiam ſi Teſtes affirmantes nullam rationem cauſæ redderent, vt ait Baldus *in dicta l. Actor num. 21. Cod. de probationibus*, vbi ait faciliùs credi affirmatiuæ ſine redditione cauſæ, quàm negatiuæ, ſubdens hanc eſſe rationem, quia cum affirmatiua offerat ſe ſenſui, poteſt reddi ratio credibilioris cauſæ, quod ſecus eſt in negatiua, quæ
22 non ita ſe offert ſenſui. † Et facit quod notat Innocentius *in cap. extirpandæ col. fin. propè finem de præbendis*, vbi ait quod facta ſe manifeſtant; ſed non facta latent: Sic etiam Guido Papæ *in dict. ſingul. 619.* Natta *in dicto conſ. 483. num. 4. volum. 2.*

23 Verùm præfata ſententia venit declaranda modis ſequentibus. Primò vt procedat in negatiua improbabili, ſecùs in negatiua probabili, vt ait Abbas *hic in fine.*

24 Et alij, quos ſequitur Patianus *in dicto cap. 50. lib. 1. de probationibus num. 7.* Secundò vt procedat, quando Teſtes deponunt illud, de quo non habent expreſſam cognitionem, veluti quando ſimpliciter dicunt ſe neſcire, vel non recordari, vel ſe non interfuiſſe; Tunc enim, quia remouent ſenſum ab actu, nihil probant: Nam qui neſcit probare, non poteſt, vt ait Baldus *in l. 1. ſub num. 7.* verſic. *ſi autem in fine, ff. de bonorum poſſeſſ.* ſecundùm tabulas, Bartolus *in l. hæredes palam num. 7.* verſic. *vlt. col. fin. ff. de Teſtibus*, Aretinus *hic dicto num. 17.* verſic. *ſuper primo*, & Felinus *num. 5.* verſic. *fallit primò.* † Tertiò de- 25
claratur, vt habeat locum, quando Teſtes deponentes ſuper negatiua, aut nullam, aut ineſficacem cauſam ſcientiæ redderent, vt ait Aretinus *hic num. 18.* verſic. *ſuper ſecundo col. 4.* & Felinus *ſub num. 2.* verſic. *iſtis adde*, quod ſi Teſtes *col. 3.* Ripa *in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſionis, num. 89.* verſic *vltimo ſcias 4.* Baldus *in l. cum hi, §. nihil num. 3. ff. de tranſactionibus* vbi Iacobin. *n. 9.* † Quartò procedit quod 26
dicimus *de affirmatiua*, quando ſcilicet perciperetur ſenſu corporeo, & negatiua non quia tunc magis creditur affirmantibus; Sed ſecùs quando vtraque, id eſt tam affirmatiua, quàm negatiua à ſenſu corporeo non poſſet percipi, & deberet vtraque probari per medium alicuius ſenſati, & ſigni affirmatiui. Nam tunc data paritate Teſtium nulla eſſet differentia inter eos, tantùmque crederetur negantibus, quantùm affirmantibus, quoniam vtraque probatio diceretur mediata, & indirecta, vt ait Aretinus *hic ſub dicto num. 18.* verſic. *aliquando Teſtes qui probant col. 4.* & Felinus *n. 6.* verſic *fallit 2.* Baldus *in l. 1. quæſtione 5. Cod de Teſtamentis.* † Et in tali 27
caſu, non ſolùm Teſtis negatiue reſpondens, tenetur etiam, non interrogatus reddere rationem dicti ſui, vt ait Ripa *in dicto cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ. num. 88.* verſic. *nota tamen quod in omnibus.* Verùm & tenetur eandem reddere Teſtis ſuper affirmatiua teſtificans, vt ait Ruinus *conſ. 63. viſo* ſub *num. 6.* verſic. *ex hoc* volumine:

28 Vbi tradit, quod ſicut Teſtis non probat, ſi non reddit cauſam ſcientiæ, quando negat herbam non potuiſſe manducari à Beſtiis arbitrio boni viri: Ita nec etiam probat ille, qui affirmat dictam herbam potuiſſe manducari, niſi reddat, etiam non interrogatus rationem ſui dicti, ex eò, quia ſcilicet an herba ſit bona pro beſtiis, non percipitur ſenſu corporeo ſolo, ſed potiùs Iudicio intellectus; Idem ſenſit Alex. *conſ. 136. viſo ſub num. 5.* verſic. *quinimò dato*, & Melius *conſ. 147. viſo num. 16.* verſic. *nam quando Teſtis.*

29 Itaque infertur ex his, quod tantùm creditur neganti, quantùm affirmanti ſuper eo, an res ſit vitioſa, vel non, vt probant Aretinus *hic*, Felinus *n. 6.* verſic. *fallit 2. col. 2.* & Ruinus *conſ. 63. num. 6. volum. 4.* Bartolus *in l. ſi quando, ff. de auro & argent. legato in fine*, vbi inquit negatiuam efficaciter probari quando Teſtis dicit quod talis res non habet vitium, nec liber eſt corruptus, quia vidit.

30 Imò Aretinus *hic n. 18.* & Felin. *n. 6.* dixerunt tantùm credi Teſti dicenti quem eſſe furioſum, quantùm dicenti eſſe ſanæ mentis, ex eo quia cum talis qualitas ſit inuiſibilis neceſſarium ſic vt in vtroque modo probetur per medium ſenſati & ſigni affirmatiui.

Igitur

31 Igitur dicendum eſt, quod Teſtes ſuper ne-
gatiua, vaga, pura, & non coarctata loco, & tem-
pore deponentes nibil probant, quia talis nega-
tiua non cadit in ſenſum Teſtis, & de ſui natu-
ra eſt improbabilis *cap. ſuper hu in fine de renun-
tiat. cap. accuſator 6. q. 5. l. Actor, Cod. de probat.
Gloſſa in cap. bene el primero,* in verbo *per rerum,
de elect.* faciunt quæ adduxi *ſupra in d. cap. quo-
niam* 11. *de probat. à q. 2.* vbi *de negatiua probanda,*
32 † Tamen ſi negatiua eſt coarctata loco, & tem-
pore tunc probabunt Teſtes, quia talis negati-
ua cadit in ſenſum ſicut affirmatiua: Ita Areti-
nus *hic n. 20.* verſic. *videntur, & poſt n.* 21. verſic.
prima opinio Abbas *n. 6. in fine* Felin. *n. 7. &* 8. &
multis adductis Farinac. *d. q. 65. de Teſt. à n.* 221.
33 † Vbi *à n* 24. ait data paritate Teſtium numeri,
& dignitatis magis credi illis, qui deponunt ſu-
per negatiua coarctata, quàm ſuper affirmatiua
dumtamen ſint idonei, & deponant coarctando
negatiuam ad tempus, & ad tempus non breue,
& hoc quando in eius depoſitione remonent
actum à ſenſu, non autem ſenſum ab actu: Alia
proſequitur Farinac. quæ ſatis intelliges ex his
quæ adduxi *in dicto cap. quoniam* 11. *de probat.*
34 Itaquè tum demum iuxtà regulam, de qua lo-
quimur, magis creditur teſtibus affirmantibus,
quàm negantibus, quando ſcilicet deponunt ſu-
per affirmatiua, quæ ſit Iuri communi confor-
mis; ſecus autem, ſi cum depoſitione teſtium
negantium concurrat Iuris præſumptio, quia
tunc magis creditur negantibus, quàm affir-
mantibus, Curt. Papienſ. *de Teſt. concl. 26. n. 53. ad*
35 *medium, & concl. 7. n.* 10. Farinac. *à n.* 33. † Qui ait
à n. 339. magis credi Teſtibus deponentibus de
facto proprio, etiam ſuper negatiua non coarcta-
36 ta. † Item magis etiam credi teſtibus peritis ſuper
negatiua deponentibus, quàm aliis non peritis
37 ſuper affirmatiua. † Sed affirmantibus magis cre-
di, quàm negantibus, quando affirmatiua eſt ple-
nè probata; Aliter ſecùs, quia tunc magis credi-
38 ditur duobus negantibus. † Tamen teſtis qui de-
ponit ſuper negatiua coarctata loco & tempore,
vel aliàs ad hoc, vt probet, debet etiam non in-
terrogatus rationem reddere ſui dicti, vt iam di-
xi, docet Alex. *in l. 1 ff. ſi quis Ius dicẽti non obtemp.*
cum aliis Farinac. *d. q. 65. à n* 250. & ad perfe-
ctam declarationem de affirmatiua, & negatiua
probanda adiunges quæ ex multis adducit Pa-
tianus *dicto cap. 50. lib. 1. de probat. à n.* 34. vbi la-
tiſſimè expendit, eum videbis.
39 Ad quintam quæſtionis partem de Teſtibus
deponentibus ſuper furore & metu, an plus
credatur, quàm ſi deponant ſuper ſanitate, &
ſpontanea voluntate. Et ſic quatenùs ad partem
de deponentibus, an quis ſit furioſus, ſeu ſa-
næ mentis, credo diſtinguendum eſſe: Nam ſi
Teſtes deponentes, quem eſſe furioſum, lo-
quantur in genere, Illi verò qui affirmant quem
eſſe ſanæ mentis in ſpecie deponant: Tunc ma-
gis credi debet duobus Teſtibus in ſpecie depo-
nentibus, quàm multis aliis deponentibus in
genere, vt ait Albericus *in leg. turpia num. 2.*
verſic. *Item allegatur, ff. de leg.* 1. Gabriël *con-
cluſ. 4. num. 73.* verſic. 21. *infertur lib. 1. hoc tit.*
Patianus multis adductis, *lib. 1. de probationibus*
40 *c. 50. à n. 16. &* 17. † Vbi cum Alexand. *conſ.* 147.
ſub n. 15. verſic. *pauci, volum. 7.* ait idem dicen-
dum eſſe ſi verſa vice contingat, vt magis creda-
tur Teſtibus in ſpecie deponentibus ſuper fu-
rore, quàm in genere affirmantibus de ſana mente.

Et *ibi n.* 18. addit cum Iaſone *conſ.* 178. *in* 41
cauſa à num. 1. quod ſpecialis probatio in hoc
caſu accipienda eſt duobus modis, vel quando
exprimuntur ſpeciales actus, tam furoris, quàm
ſanæ mentis, vt per ſe patet, vel quando re-
ſtringitur probatio ad actum, de quo quæritur,
quia in hoc caſu dicetur magis in ſpecie probare,
qui magis ad tempus celebrati actus ſuam pro-
bationem coarctauit, & ſic qui deponunt de
tempore actus celebrati, magis in ſpecie pro-
bant, quàm illi qui deponunt de furore ante
contractum, vel poſt contractum, Socinus *in
conſilio 34. num. 14. volumine* 4. Pariſius *in con-
ſilio 15. circa, ſub num.* 11. verſiculo *quo ſit,
volumine* 4.
Quod ſi vtraque pars ſpecialem probationem 42
fecit: Tunc ex iam dictis, cum nulla ſit diffe-
rentia inter negatiuam, & affirmatiuam, ſtan-
dum erit maiori parti Teſtium, iuxtà diſpoſitio-
nem textus *in l. ob carmen, §. Si Teſtes,* & ibi
Gloſſa in verbo *impari, ff. hoc tit.* notat in ter-
minis Alexander *conſ.* 141. *ponderatis, col pen.
in prine* verſic. *& præferenda eſt volum.* 1. † Ve- 43
rùm ſi Teſtes ſunt æquales numero & dignita-
te, data in omnibus paritate: Tunc reuera
magis credendum eſt Teſtibus de ſana mente
quàm de furore deponentibus, ex eo quia ha-
bent in fauorem præſumptionem iuris, & natu-
ræ: Ita Bartolus *in l. nec Codicillos, Cod. de Co-
dicillis,* Decius *in l. furioſus num. 20.* verſic. *& ad
hoc facit. Cod qui Teſtamenta facere poſſunt,* alia tra-
dit Patianus *à num.* 19. † Quod ego intellige- 44
rem cum Iaſone *in dicta l. furioſus num.* 3. ſi ap-
paret aliquem eſſe furioſum, non ſemper, ſed
aliquo breui tempore, putà vna, vel duabus ho-
ris, aut vno die, vel duobus; Secùs ſi appareat
de furore ſucceſſiuo, quia tunc licet habuerit
dilucida interualla, quidquid egerit præſumi-
tur tempore furoris egiſſe, niſi qualitas depo-
ſitionis magis conueniret homini prudenti,
quàm inſano, ſequitur Decius *in dicta l furioſus
n. 12. col. 2.* Alciatus *in Reg. 2. præſumptione* 18.
Pariſius *conſ. 87. à n. 12.* verſic. *alterius volum.* 3.
Quo pacto ſunt componendi alij Doctores deci-
dentes & relati à Patiano *dicto cap. 30. à n.* 21.
Alia enim pars huius quæſtiunculæ videtur 45
declarari ex eiſdem principiis, quibus declara-
tur id quod diximus de teſtibus deponentibus
ſuper furore, aut ſana mente; Nam licet dici
ſolebat, quod magis credi ſoleat duobus teſti-
bus deponentibus, quàm decem aliis aſſerenti-
bus de libera voluntate, vt ait Baldus *in l. ob-
ſeruare, §. proficiſci in quæſt.* 13. *ff. de officio procon-
ſulis* Angelus *in l. 1. ff. de eo, quod metus cauſa.* &
plures adducti à Patiano *de probationibus dicto
cap. 50. lib. 1. à num.* 24. † Vbi cum *n.* 25. aſſerat 46
quod metus atque animi libertas ſint paſſiones
quæ oculis videri non poſſunt, ſed ex ſignis
intrinſecis coniecturantur veriùs videri ex do-
ctrina Decij *in cap fin. n. 27. col. fin. de appellat.*
vt data paritate terminorum illi præferri de-
beant, qui fortiores coniecturas adduxerint, &
huius dicti plures adducit idem Patianus. † Qui 47
cum referat alios hoc dictum impugnantes *n.* 26.
in verſic. *quæ concluſio ne n.* 28. primam ſenten-
tiam Innocentij, & aliorum dicentium teſtes de
metu deponentes eſſe præferendos habere locũ,
& procedere quando de facto apto ad faciendum
metũ, manifeſtè conſtaret: nam ſi ex aduerſo vel-
lẽt teſtes alij dicere illud factũ non intuliſſe me-

tum, cettè non probarent: Tum quia teſtificarentut de mente hominis, quæ ſuli Deo nata eſt; Tum etiam quia præſumptio eſſet quod quis timuerit illud, quod regulatitet ab umuibus timendum eſt, & exemplia exotnat ex Bald. *in dicta l. obſeruare*, §. *proficiſci in q.* 1. & alibi ab eo telatis item & ax Ioanne Andrea *in cap. quod ſuper de renuntiatione n.* 17. & ex Abbate *ibi* Buttio *num.* 28.
48 Imola *ſub n.* 20. † Et Angelus *in l. fin. num.* 2. *ff. quod metus cauſa*, ait quud ita demùm Teſtes deponentes de metu præferendi ſunt iuxta ſententiam Innocentij, quandu præſumptio non contradicit intentiuni allegantis metum, ſicut econuerſò ſubiungit, quod probationibus exiſtentibus paribus forſitan etedendum eſt plus Teſtibus probantibus ſpouteneam voluutatem, quàm prubantibus enactam bae tatione, quia in dubio præſumitur pro libera voluntate *leg.* 2. *Cod.*
49 *quæ vi, metusve cauſa fiunt.* † Verùm ſi probationes iſtæ hinc inde iam pro metu, quàm pro libera voluntate efficaciores ſint: Tunc atbitrium Iudicis in hoc maximè verſaretur, quibus eſſe etedendum inſpecta qualitate perſonarum, vt tradunt Buttius & Abbas *ſupra in dicto cap.*
50 *quod ſuper*, Patianus *dicto cap.* 50. *n.* 31. † Vbi ait ambigendum non eſſe, quod in dubio ſit inclinandum in eam partem, quæ præſumptionem iuris habet, vt ait Iaſon. *in l. interpoſitas n.* 5. verſic. *limita, Cod. de tranſact.* Boërius *deciſ.* 100. *n.* 6. Decius *in dicto cap. fin. de appellat. n.* 26. Alcianus
51 *præſumptione* 7. *in fine Reg.* 3. † Illud autem quod ſolet dici plus credi duobus Teſtibus de metu deponentibus, quàm mille de ſpontanea voluntate non eſt in Iure cautum, ſed fuit inuentio Innocentij, & Ioannis Andreæ, vt ait Angelus *in l. ſi quis ad ſe fundum*, *n.* 8. *col. penult. Cod ad legem Iuliam de vi pub.* & ſic malè loquutus Gratianus *in conſ.* 43. *n.* 14. *volum.* 2. vbi dicit quod leges hoc voluerunt: Ita tradit Additio ad Patianum *littera D.*

52 Ad vltimam partem huius quæſtiunculæ de ſama deponentibus, vt reſpondeam ſuppono primò, quod ſama tequirit maiorem partem gentis, vel populi Gloſſa *in cap. inquiſitiones de*
53 *accuſat.* §. *fin.* † Quare licet Bartolus *in l. ii poteſt, ff. de acquirenda hæred. n.* 19. verſic. *circa hoc & in l. de minore*, §. *plurimum n.* 26. *ff. de minoribus*, videatur tenere quud duæ famæ contratiæ poſſint eſſe de eadem re, in eodem loco, & eodem tempore; Tamen Baldus ſibi contrarius *in dicta l. non poteſt in principio*, ait impoſſibile eſſe, vt eodem puncto temporis ſint duæ famæ contrariæ, cum fama requirat maiorem partem populi, vel gentis, vel hominum, vt dixi: Sequitur Patianus *de probationibus dicto cap.* 50. *à n.* 90.
54 *lib.* 1. † Vbi *à n.* 93. ait vt non procedat in duabus opinionibus, vulgi contrariis, quia poteſt vno, & eodem tempore reperiri vna opinio, & vnus rumor popoli, alteri contraria, vel contrarius iuxta illud *ſcinditur incertum ſtudia in contraria vulgus*, notat Imola *in dicta l. poteſt col.* 2.
55 ibi Romanus *n.* 10. *col.* 1. Et Alexander *ibi n.* 16. *col. penultima*, & *ibi* Iaſon *num.* 90. verſic. *& ſic pondera*, etiam declarat, vt non procedat vltima opinio in duobus locis, in quibus poſſunt eodem tempore reperiri vna opinio, & vnus ru-
56 mor populi, alteri contrarius de eadem re. † Et ſic Patianus *ſupra n.* 95. hoc declarans, ait cum aliis, quod famæ duæ de eadem re in eodem tempore, & eodem loco poſſunt eſſe apparenter non tamen eſſentialiter, & quod Teſtes de duabus famis deponentes dicuntur incompatibiles.
† Et ſic eſt, quod duæ famæ contratiæ tantùm 57
poſſunt dari in eodem loco, non vno temporis puncto, ſed ſucceſſiuè, id eſt vt manè vna & meridie altera naſcatur, propter inconſtantiam vulgi, vt tradit Baldus *in l. ea, quidam n.* 50. verſic. *præterea, vtraque fama, col. penult.* † vbi in- 58
quit quod de eodem, & eodem die poſſunt eſſe duæ contrariæ famæ inuicem incompatibiles, & vtraque fama poteſt eſſe vera propter temporis, & opinionis gentium varietatem, & quia multæ flexionis eſt noſter intellectus, vt multæ lubricitatis eſt lingua. † Et ad alia an fama publica 59
faciat plenam probationem, leges quæ tradit Zeuallus *in pract. quæſt.* 203. de quo dico *in cap. illud de Clerico excommunicato*, & dicit non facere plenam probationem, niſi cum aliis adminiculis. Et ait *ibi num.* 6. quod in ciuilibus probat fama cum vno Teſte, ſed hoc relinqui arbitrio Iudicis ait *ibi n.* 7. *& num. ſequentibus* ait probare eam in factis antiquis, & in his quæ ſunt difficilis probationis, & in his quæ reſpiciunt hominis qualitatem. Et ſic ſcientiam, vel peritiam alicuius benè probare.

Quibus ſuppoſitis nunc ad difficultatem vi- 60
detur reſpondendum, quod vbi ſunt duæ famæ contratiæ probatæ, altera affirmatiua, altera negatiua, nullam eſſe differentiam inter vtramque, tantùmque credi negantibus, quantùm affirmantibus; Itavt in tali caſu ſeruaretur diſpoſitio textus *in dicta l. ob carmen*, §. *fin ff hoc tit.* vbi notat Bart. *& in l. de minore*, §. *plurimum*, *n.* 26. verſic. *quid ergo ſi eſt probata*, *ff. de quæſt.* & Baldus *in l.* 1. *ff. de quæſtionibus*, ait ſtandum eſſe melioribus probationibus, & tradit Gloſſa *in cap.* 1. verbo *memoria in fine de præſcriptionibus*, & multi relati à Patiano, qui plura tradit vt explicet, *dicto cap.* 50. *de probationibus*, *lib.* 1. *à n.* 77. vbi videbis. † Qui *num.* 78. in verſic. *ſed ego* ait hanc 61
materiam eſſe arbitrariam Iudici, qui ſimiliter in hoc caſu conſiderabit qualitatem Teſtium, & veriſimilitudinem atteſtationum vera probatio ſit præferenda, quod ego expendendum eſſe credo iuxta diſtinctiones, de quibus iam dixi, quia ſi contingat: v. g in duabus famis contrariis, quod vna ſit probata in genere, altera in ſpecie hæc præferatur: Sic Natta *in conſ.* 362 *num.* 12. verſic. *alterius* cum aliis Patianus *num.* 80. † Vbi 62
n. 81. cum multis ab eo relatis, ait prædicta non habere locum in criminalibus ad defenſionem Rei; Nam ſama ipſius bona præfertur alteri malæ ſamæ contra ipſum probatæ, etiamſi Teſtes aliquantulùm excederent.

Itaque vt perfectè cognoſcas, aduertas quod 63
famæ contrariæ dupliciter conſiderantur, aut naſcuntur diuerſis temporibus, aut eodem tempore concurrunt in primo caſu poſterior fama tollit primam: Nam fama elidet famam; Imò abſorbet quando eſt poſterior, vt notat Bartolus *in dicta l. de minore*, §. *plurimùm*. *ff. de quæſt. num.* 27. verſic. *ſed quæro*, Decius *in cap.* 5. *de appellationibus*, *n.* 61. Baldus *in l. ſi mater in principio. Cod. ne de ſtatu defunct.* † Vbi ait quod ſi varietas diuerſis temporibus interueniat, po- 64
ſteriora tempora ſpectari conueniet Proſequitur Patianus *dicto capite* 50. *de probationibus num.* 82. *lib.* 1. † Vbi *numero* 83. hoc de- 65
clarat procedere, quando poſterior fama eſſet veriſimilior, vt putà nata ex certa cauſa *ex dicta l.*

ſi mater Baldum ſequutus, & ſecundò, vt non
apparente de cauſa famæ; Ita demum poſterior
fama præualeat, quando duæ famæ contrariæ
ſunt in eodem loco; ſecùs ſi io diuerſis ortæ lo-
cis: Nam tunc præualet illa, quæ eſt io loco
contractus, vel delicti, vel alterius caſus, puta
mortis, vel io loco vicinlori, quis vicini ſcien-
66 tiam certiorem præſumuntur habere. † Item
procedet quòad impediendum actum exercen-
dum; ſecùs quòad tollendum actum iam conſu-
matum, vt ait Bartolus *in l. ſi poteſt n.*10. verſic.
pro declaratione, ff. de acquirenda hereditate ſi con-
currant eodem tempore duæ famæ; tunc reſpon-
debis ex dictis in verſic. *ad alteram.* Alia ſcribit
dicenda Patianus cum relatis ab eo *à n.*85.
67 Vnum tamen pro complemento huius dicti
de negatiua & affirmatiua, notabis quod non
ſolùm regulariter Teſti neganti minùs creditur
quàm affirmanti. Verùm eò ipſo, quod Teſtis
deponit ſuper negatiua, dicitur incurrere fal-
ſum, vel ſaltim ſecundùm aliorum opiuionem
eſſe ſuſpectum de falſo; Ita pro vtraque parte
docent Doctores, quos adducit Farinacius *de
Teſtibus, q.* 65. *à n.* 205. qui *n.*207. ſequitur ſe-
cundùm dictum, & ob id extra ordinem arbi-
trio Iudicis puniri, Ita Cagnolus *in l.*1. *ff. ſi quis
Ius dicenti non obtemp. num.* 38. vbi docet de
communi.
68 Et Boſius *in tit. de defenſione Reorum, num* 36.
in fine, ait ex hac falſi ſuſpicione Teſtis depo-
nentis ſuper mera negatiua poſſe Iudicem abſti-
nere ab iſta extraordinaria pœna, & eius loco
ponere Teſtem ad torturã: docet Patian. *de proba-
tionibus lib.* 1. *cap.*36. *n.*11. vbi loquitur etiam in
Teſte deponente ſuper negatiua, habente impli-
69 citam affirmatiuam † Tamen ſi negatiua non
ſit vaga, & pura, ſed coarctata loco, & tempo-
re, tunc non erit teſtis ſuſpectus de falſo, vt tra-
dit Boſius *ſupra n.*34. *in fine*. Alia docet Farina-
70 cius cum multis *à n* 115. † Vbi ait, quod Te-
ſtis deponens ſuper affirmatiua, ex qua reſultat
probatio negatiua ſatis probat, dum tamen af-
firmatiua, ſuper qua depouit, & ex qua negati-
ua implicita reſultat, ſit talis, vt benè cadat in
ſenſum Teſtis, etiam reſpectu incluſæ negatiuæ.
Quod exemplificatur, veluti ſi Teſtis dicit quod
Titius poſſedit per annum, quia ex hac Titij poſ-
ſeſſione probatur negatiua, quod Titius non
poſſedit per Regulam; quod duo inſolidum
poſſidere non poſſunt: Et addit Farinacius *à
num.*118. quod probat Teſtis quem non fuiſſe in
vno loco de vno tempore, ſi dicat de eodem
fuiſſe illum in alio loco diſtanti: Ita quod non
poterat eſſe duobus in locis, niſi miraculosè,
quia tunc eò ipſo quod Teſtis affirmat & probat
quod fuit in vno loco de neceſſitate, etiam negat
& benè probat, quod non fuit io alio, & ſic per
probationem affirmatiuæ venit probatio nega-
tiuæ ad textum *in l. optimam, Cod. de contrahenda
ſtipulatione, & in §. item verborum inſtit. de inuti-
libus*, vide quæ tradit Herculanus *in tractatu de
negat. n.*195 *& à n.* 237. Menochius *de arbitra-
riis lib* 2. *caſu* 170. *à n.*8. Patianus *de probat. dicto
lib.*1. *cap.*36. *à n.*14. *&* 15. & Laiius *cap.* 37. *à
n.* 24. Videbis Boſium *in tit. de defenſ. Reorum,*
71 *n.*24. † Et rurſus *à n.*19. vbi ait, quod, ex proba-
tione huius negatiuæ reſultantis ex aſſiſtentia in
vno loco, non eſt neceſſe quod Teſtis dicat, vt
ille non potuiſſet inde recedere, quin Teſtis vi-
72 diſſet. † Et idem Boſius *à n.*25. pariter am-

pliat etiam quando ageretur de probando ne-gatiuam reſpectu horæ, *& ibi* benè declarat quomodo Teſtes iſto caſu ſint interrogandi, & quomodo debeant deponere, vt probent. Et de hac interrogatione Teſtium docent Doctores *in cap. ex tenore* 35. de quo dico *in cap. cum cauſam* 37. *infra hoc tit*.

Et alia notat videndus Barboſa *hic* plura col- 73
ligens ex multis ad expoſitionem textus noſtri, de quibus quamplura dixi *ſupra q.*1. *&* 2.

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXIII.
Tam litteris hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

HIc ſedet materia de ſingularitate Teſtium, de qua ago infra per quæſtiones.

I. Item in verſic. *niſi de auditu, & fama,* poterat agi de deponentibus de auditu, de quo plenè dico *infra in cap. licet ex quadam hoc tit.* Et de teſtibus deponentibus de fama applicabis dicta *ſup. in c. præcedenti* in verſic. *ad alteram*, vſque *in finem.*

II. Et ibi *ſiue laicos, ſiue fœminis*, laici, an recipiantur in teſtes, contra Clericos, dixi *ſupra in c. de cætero* 14. *hoc tit.* item de admittendis fœminis, ad teſtificandum dico *infra in hoc textu, q.* 3.

III. Et ibi *recipiatis legaliter, & examinetis prudenter*. De idoneitate teſtium dixi *ſupra in c. quoties* 5. & alibi *huius tituli.* & de interrogandis Teſtibus, & qualiter diligenter examinandi ſint, dico *in cap. cum cauſam* 37. *hoc tit.* IV. Ibi *excommunicantes ſolemniter, ſi quis eos impedire præſumpſerit, quominùs Teſtimonium perhibeant veritati:* Applicabis *dicta in cap. conſtitutis* 45 *hoc tit.*

V. Et ibi *demum atteſtationibus publicatis, ſi fortè conſtiterit irregularitatem huiuſmodi non eſſe probatam indicatis eidem electo purgationem Canonicam de obiectis.* Ad hæc verba applicabis quæ adduxi *in cap. præſentium* 31. *in cap. fraternitatis* 17. *& in cap.*18. *hoc tit.* & de purgatione Canonica indicanda videbis ad titulum *de purgatione Canonica.* Aliqua de Iuramento purgationis *in cap. fin. de Iureiurando, ſub quæſtione* 2. *& ſub quæſtione penult.*

VI. Et ibi, *Vt electionem non differant de alio canonicè celebrare.* Hic agi poteſt de his, qui idonei ſint ad beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas, de quo ad titulum *de præbend. & dignitate, & alibi.*
VII. Et ibi *litteras nobis ſub nomine, &c.* de ſubſcriptione, aut obreptione reſcripti, dico *in cap. ſuper litt.* 20 *de reſcript.* vbi *de pœnis debitis Clericis, ſic impetrantibus reſcriptum, aut litteras.* Et de his pœnis dico *infra* proprius *in cap. ad falſariorum de crim. falſi* VIII. Et *in princ.* ibi *tam litt. veſtris, quam teſtibus*: per hæc verba agunt DD. de quæſtione an efficacior ſit probatio per teſtes, quàm per inſtrumenta, de quo annotaui, *in cap. præcedenti.* Item de alia, quibus teſtibus improbatur inſtrumentum agit Couarr. per textum noſtrum, *lib pract. cap* 20 *num.*6. & ibi verſic. *ſecundo*, de quo dico *infra in cap. cum Ioannes de fide inſtrument.* videbis quæ notat *hic* Barboſa.

QVÆSTIO I.

An Teſtes ſingulares probent: Vbi quibus modis dicantur ſingulares: Et an ſi eorum ſingularitas in ſimul iungi poſſit, plenè probent?

SVMMARIVM.

1 *Singulares Teſtes ſingularitate obſtatiua nihil probant, n. 2. 3. 4. 5. in diuerſificatiua tantùm ſemiplenè. Quid de adminiculatiua n. 7. 8. 9.*

2 *Singularitas Teſtium, quid ſit, & quotuplex,* numeris ſequentibus.

10 *Singulares Teſtes in hæreſi, Simonia, & aliis, qualiter æſtimentur, & à n. 24. latè.*

11 *Singulares Teſtes in ciuilibus, vt probent aliquando, qualiter accipiantur à Iudice numero 12. 13. 14. 15.*

16 *Teſtes deponentes ſingulariter diuerſis actibus circa poſſeſſionem benè eam probant n. 17. 18.*

19 *Teſtes deponẽtes de ſingulis actibus eandẽ cauſam habentibus probant, & originem probant, n. 20.*

21 *Teſtes ſingulares deponentes in cauſis, quæ iungi non poſſunt, probant plenè, n. 22. 23.*

24 *Teſtes ſingulares, quare in probanda Iuriſdictione, poſſeſſione, & aliis iungantur, non item in probanda hæreſi, & aliis nonnullis, n. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.*

1 PEr textum noſtrum ibi *Teſtes ſint, vel ſoli, vel tales, qui non potuerunt illa legitimè comprobare*, optimè venit diſquirenda hæc materia ſingularitatis Teſtium, & vt optimè ea tractari queat aduerto quod licet nonnulli dixerunt duplicem eſſe ſingularitatem Teſtium, vnam obſtatiuam, alteram adminiculatiuam; Alij verò magis communiter dixerunt triplicem eſſe; itavt duabus adiectis ſpeciebus addant alteram, ſcilicet diuerſificatiuam, ſiue ſubalternam, Obſtatiua ea nempe eſt, quando in Teſtibus datur repugnantia, aut contrarietas. Adminiculatiua erit, quando in Teſtibus nulla adeſt repugnantia, vel contrarietas, vtpotè, quando vnus deponit de falſo, alter de fama, vnus de viſu, alter de auditu, vnus de numeratione, alter de confeſſione, vnus de vna confeſſione, alter de alia, & iis ſimilia. Diuerſificatiua erit quando Teſtes deponendo diuerſis actibus inducunt diuerſitatem in ſe in effectu, & in ſubſtantia, veluti in articulante de decem numeratis ex cauſa mutui, & Teſtes aliqui dicunt de mutuo facto in vno loco, & certo tempore, Alij autem in alio loco & tempore; Ideòque Doctores dicunt Teſtes iſtos eſſe ſingulares, non in ſingularitate obſtatiua, ſed diuerſificatiua, quia ex varietate temporis & loci de neceſſitate inſurgit diuerſitas mutui, & ob id Teſtes non vti contrarij; Sed vt diuerſi, & de diuerſis actibus deponentes reputantur à Doctoribus *in cap. licet cauſam de probationibus.* expendit ea multis Farinacius *de Teſtibus quæſtione 64 per totam, à num.* 4. Quibus addo Gutierrez *pract. quæſtione* 12. *lib.* 3. *à num.* 7. cum aliis per eum, & Riccium *collect.* 127. & Ioſeph. Ludouicum, qui has ſpecies expendit *in deciſ. 9. Rotæ Peruſina*.

2 Item aduerto quod ſingularitas idem eſt quod vnitas, & ſic idem eſt dicere aliquem eſſe ſingularem, vel dicere aliquem eſſe ſolum, vt probat textus noſter & Gloſſa in verbo *ſoli*, vbi expenditur *ſoli*, id eſt ſingulares, Ita expendit Farin. *vbi ſupra num.* 2. cum Petro Antonio de Petra *in*
tract. de fideicommiſſis q. 12. *n.* 572. † Et Baldus 3
in l. Teſtium hoc tit. n. 14. verſic. *poteſt*, ait quod ſingularitas Teſtium inducitur per quatuor cauſas, videlicet efficientem, formalem, materialem, & finalem. De efficiẽti *vt quando vnus dicit Petrus, alter verò Ioannes*. De formali, vt quando vnus dicit *venditum fundum ſine domo, alter cum domo*. De finali, ſeu modo veluti quando vnus dicit quod fuit celebratus contractus *do, vt des*, alter verò dicit quod fuit celebratus, *do, vt facias*, & ex his enim modis dixit Baldus plerùnque incidere teſtes in contrarietate, ne dum in ſingularitatẽ: alia præmittit omninò videnda Farinacius *dicta q.* 64. *à n.* 9. vſque *ad* 31. quæ generaliſſima ſunt ad diſtinguendum in hac materia.

Quibus omnibus conſideratis admodùm la- 4
borant Doctores in ſedanda hac difficultate, vt videre poteris per ea, quæ longiſſimè congerit Farinacius *dicta q.* 64. *per totam*, & *ibi à n.* 33. & benè diſputat Gutierrez *dicto lib.* 3. *pract. quæſt.* 12. *per totam*, vbi expendit textum *in l.* 57. *tit.* 5. *lib.* 2. *recop.* Parianus *de probationibus, p.* 2. *cap.* 14. *à num.* 4. Flores de Mena *var. cap.* 22. *circa finem*, qui omnes pluribus vtuntur diſtinctionibus, Riccius, *collect.* 127. *& collect.* 1084. pluribus etiam adductis Scobar *de puritate ſanguinis* 1. *p. q.* 9. § 3. igitur communis eſt Doctorum reſolutio, quod Teſtes ſingulares plenè ſaltim non probant iuxta textum *in cap. bonæ memoria* 23. §. *contrà legati de elect. dicto cap. licet* 9. *de probationibus, cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſionis & proprietatis*, §. *non igitur, cap. cum dilecti* 18. *de accuſ. c. nihilominus* 3. *q.* 9. Et eſt ratio, quia cum ſingulares dicantur, eòquod ſoli & quod teſtentur de vnicis ſingulis, & inter ſe diuerſis rebus dictis, aut factis, quæ inter ſe coniungi non poſſunt ſecundùm textum *in l. Papinianus* 20 *in princ. ff. de minoribus, l. naturaliter* 12. §. *nihil commune* 1. *l. permiſceri* 52. *ff. de acquirenda poſſeſſione, leg. ſancimus* 34. §. *ſed quid autem, Cod. de donat. l. ſi maritus* 10. *Cod. de donat. inter l. vſura* 10. *Cod. de vſuris*, mirùm non eſt vt ſit idem, ac ſi vnuſquiſque in ſpeciali cauſa ſeparatim depoſuiſſet, & ſoluiſſet in ſuo dicto, cumque ſinguli per ſe fidem non faciant, nec ius plenam fidem præſtet vnico tantùm Teſti, iuxta quæ adduxi *ſupra* latè *in cap. cum à nobis* 28. *hoc tit.* nec omnes ſimul ad probandum iungi valeant, quia diuerſi ſunt, & adeſt res abſque plena probatione, vt cum vnico tantùm Teſtimonio, & ob id dixit Baldus *in l. Iuriſiur.* 9. *col* 2. *n.* 4. *Cod. hoc tit.* quod mille Teſtes ſingulares tantùm probant, quantùm vnus, & multis aliis Zened *ad textum noſtrum, col* 173. *n.* 1 *&* 2. Farinac. cum aliis *num.* 37. quod verum dicit *à numero* 39. in ſingularitate obſtatiua, ſecùs in diuerſificatiua.

Verùm quia non deſunt qui dicant per Teſtes 5
ſingulares benè rem probari, quos referunt præcitati, exiſtimo hoc in dubio cum diſtinctione procedendum, & per concluſiones ſequentes iuxta id quod retuli de ſingularitate obſtatiua adminiculatiua, & diuerſificatiua, & ſic prima concluſio eſt, quod teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua nullam fidem faciũt, nec Iudex poteſt eam adhibere, vt in exemplo Suſanæ legitur, de quo per Gloſſam *in l. ob carmen, ff. hoc tit.* vt tradit Farinacius

Farinacius *dicta quaeſt.* 64. *num.* 4. *& à num.* 33.

6 Secunda concluſio eſt, Teſtes ſingulares, ſingularitate diuerſificatiua, etiamſi ſint mille, faciunt ſolam ſemiplenam probationem, ſicut vnus, vt iam adduxi Baldus, Salicetus, & alij *in d. l. Iuriſiurandi*, & multi adducti à Farinacio *ſuprà dicta q.* 64. *à n.* 47. & veriùs docent, quod eſt ſi non faciant plenam probationem, faciunt plus quàm ſemiplenam, quod intelligit Farinac. dum tamen non ſit magna diuerſitas inter Teſtes, nam ſi tanta eſſet diuerſitas, vt imaginem contrarietatis haberet: Tunc nec ſemiplenam probationem oriri & *num.* 55. totum Iudicis arbitrio relinquit.

7 Tertia concluſio eſt, Teſtes ſingulares, ſingularitate adminiculatiua, quando agitur de probando integrale, ſcilicet aliquid compoſitum ex diuerſis partibus, vt puià poſſeſſionem, quæ naſcitur, & acquiritur ex vno, & diuerſis actibus Dominium, iuriſdictionem, & ſimilia quæ ſub ſe includunt plures actus, plura indiuidua, plures ſpecies faciunt plenam probationem dicta Gloſſa magna *in l. ob carmen hoc tit.* & Gloſſa *in cap. nihilominùs* 9. *q.* 3.

8 Itaque infertur vt Teſtes ſingulares ſingularitate adminiculatiua, quando agitur de probando officio, ſtatu, & qualitate perſonæ, quæ omnia includunt ſub ſe plures actus particulares, & conficiuntur ex actibus diuerſis, & ſunt ſicut quodlibet integrale faciunt plenam fidem, vt ſi agatur de probando, quod quis eſt Mercator, aut Campſor publicus, probatur ſi vnus dicat quod videret mercari illum vna die, alius alia, alius quod habebat pergulam in manu, alius quod habebat menſam publicam, alius quod eſt expoſitus cambiis, aut quod habet officinam dandi ad vſuras, quod eſt eſſe publicum Vſurarium,
9 Cou. *lib.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 4. † Aut quod eſt Lenoluſor publicus, concubinarius publicus, infamis inhoneſtæ vitæ, aut quod eſt Prædicator, Dogmatizator, Hæreſiarcha famoſus, publicus, & manifeſtus latro, & ſic de ſingulis, vt tradunt Cranera, Hypolitus, & alij relati à Florez de Mena *dicto cap* 22. *n.* 43.

10 Quarta erit concluſio Teſtes ſingulares, deponentes de diuerſis propoſitionibus hæreticis, aut de diuerſis contractibus vſurariis, aut de diuerſis actibus fornicationis, vel adulteriis, aut de diuerſis periuriis, vel de diuerſis actibus alicuius delicti, vel facti reiterabilis: Tunc &. ſi ex eis videatur concludi aliquod delictum in genere, dummodò ex eis non inferatur officium, ſtatus, habitus, & qualitas hominis, vt puià, quod quis ſit talis, qualis in præcedenti *tertia concluſione* dictum eſt, ſed ſolùm feciſſe duo, aut tria, vel plura delicta, non faciunt integram, & plenam probationem, ſed ſolùm ex eorum dictis poteſt Reus torqueri vel condemnari in aliqua pœna arbitraria: tradit, & expendit Florez *dicto cap.* 22. *var. à num.* 44.

11 Quinta concluſio eſt, quod Iudex, vel ob paruitatem cauſæ, vel ex natura negotij, vel motus, & perſuaſus ex aliis circunſtantiis, in ciuilibus, poteſt fidem adhibere Teſtibus bis ſingularibus ex Paulo *in l. Lucius, ff. de his*, qui notantur infamia in criminalibus, vel poteſt adhibere Torturam magnam vſque ad duas, vel tres vices, vel poteſt Reum punire pœna arbitraria graui, tradit Florez *dicta q.* 22. *n.* 41. vbi *n.* 48. † Vbi ait
12 poſſe Iudicem adhibere teſtibus ſingularibus in cauſa criminali, non ad effectum puniendi, ſed vel ad effectum inquirendi, capiendi, & torquendi vel ad probandum aliquem Articulum incidentem, ſcilicet ad repellendum Teſtes, vel inhabilitatem perſonæ ex Iulio Claro *in praxi q.* 53. *num.* 18.

Sed quia alia communis Doctorum obſeruat, 13
quod ſi dicta Teſtium non ita diuerſa fuerint, nec actus, de quibus deponunt, vt omnes ſimul tendant in vnum quid, cuius natura ſit formari & diuerſis factis, ſeu vocibus, nec conſiſtere valeat abſque alia actuum diuerſitate: Tunc & ſi teſtes ſingulares exiſtant coniugi ſimul valent, plenè probabunt, vt apparet in probatione famæ, quæ propriè conſiſtit in pluribus & diuerſis populi vocibus & locutionibus, qua vocum diuerſitate probata, dummodò contrarietas non interueniat in fama, & quæ probari intenditur plenè ipſa manebit probata & aliis exẽplis expendit Scobar. *de puritate ſanguinis.* 1. *p. d. q.* 9. §. 3. *à n.* 3. veluti in conſuetudine, in poſſeſſione & Iuriſdictione. Et ſic apparere videtur *ex l. quis ſententiam, C. de pœnis*, & Gloſſa *in dicta l. ob carmen*, § *fin. hoc tit.* vbi Bart. & Fulgoſius, & Baldus *in l. Actor, Cod. de probationibus n.* 17. plures alios refert Parisius *de probationibus dicto cap.* 14. *lib.* 1. *n.* 2. qui aſſerunt ſecundum magis communem probare Teſtes ſingulares, quando in eundem finem generis concordant, licet per diuerſa media deponant, & ſic Baldus *dicto n.* 17. dixit ſatis in genere probari hæreſim de qua infra.

Et hanc partem confirmant DD. ex eo: Nam 14
ſicut in humano corpore ex multis membris inuicem cohærentibus fit perfectum corpus, & in melodiis ex multis conſonantiis conſtat harmonia, ſiue quædam eſſentia, quæ eſſentia eſt integritas quædam ex propriis ſuis partibus conſtans quæ & forma dicitur, cui nihil eſt detrahendum, & ſicut in Muſicis eſt reperire tonum & ſemitonum; quæ concurrunt ad vnam conſonantiam: Ita etiam idem eſſe in Teſtibus tendentibus ad eandem concluſionem finalem, & habentibus cauſas ſimilitudinis, ac conſonantias colligatas ad inuicem *dicta l. qui ſententiam, Cod. de pœnis*, notat Barbatia *conſ.* 25. *col.* 2. *vol.* 2. Curtius *in concluſ.* 12. *de Teſtibus, num.* 27. Rolandus *conſilio* 33. viſis *in princ. vol.* 2.

Verùm quia alij diſtinguunt dicentes, vel agi ad 15
probandum aliquid in ſpecie, vel aliquid, in quo certum tempus ſit neceſſarium, & tunc nihil probare *ſupra dicta*, vel agi ad probandum aliquid in genere, aut aliquem actum ſucceſſiuum ad nullum tempus præcisè reſtrictum; tuncque Teſtes in eundem finem concordantes ſufficere, non obſtante, quod per diuerſas ſpecies deponant vt docent Butrig. *in l. Arriani, Cod. de haret.* Bald. *conſ.* 204. *vol.* 4. Felin. *in cap. licet ex quadam hoc tit.* & multi alij relati à Parian. *d. c.* 14. *de probat. n.* 12. vbi hanc diſtinctionem, licet in ſe veram, non applicat; & in probando alteram diſtinctionem Iulij *dicta q.* 53. *in praxi criminal. n.* 19. verſic. *ſequid*, concludit *ibi à num.* 12. ſecundùm Doctores, quod Teſtes in eundem finem concordantes licet per diuerſa media deponant plenè. Tamen probant, quando illud, quod ad probandum in genere ſuſcepimus, habet plures actus, vel plura diuerſa media, quæ ſemper tendunt ad genus, vel ad eundem finem eiuſdem generis; nec capit eſſentiam ab aliquo loco, vel ab aliquo momento temporis, & ponit exemplum

in iuriſdictione, in poſſeſſiooe, in decimis, &
io ſimilibus, quæ habent ſub ſe plures ſpecies,
vel plures actus, qui ſioguli ſiot apti (licet inter
ſa diuerſi ſint) ad demonſtrandam iuriſdictio-
nem, poſſeſſionem, & ius decimandi.
16 Itaque fit, vt ſi teſtes adducti ad probandam
iuriſdictionem vnus ex iis deponat ſe vidiſſe
prætorem facere decapitari Titium, & alius te-
ſtis dicat ſe vidiſſe eundem facere Semptonium
fuſtigari probabunt io genere iuriſdictionem,
quia licet media ſint diuerſa; tamen quodlibet
17 medium ſonat io iuriſdictionem. † Et ita ſi-
militer ſi quis vult in genere probare ſe poſſe-
diſſe, & per vnum teſtem probet, quod viſus
fuit arare, vel colligere frumenta, & per alte-
rum, quod viſus fuit ſeminare, vel colligere
fabam plenè probabit in genere poſſeſſionem;
quoniam quilibet ex prædictis actibus ſonat io
vim poſſeſſionis: ſic Felinus *in d. cap. licet ex
quadam, col. penult.* Baldus *in conſ.* 514. *ad eui-
18 dentiam vol.* 5. † Vbi dicit, quod tendere ad
eundem finem, intelligitur is, qui depooit per
idem medium, vel ſimile, & ideo in vſu iuriſ-
dictionis, ſi teſtis vnus dicit de vno actu, & al-
ter de alio, communis opinio eſt, vt iuriſdictio-
nem in genere probent, ex eo quia eadem iu-
riſdictio ineſt vtrique actui, ſicut genus ineſt
ſpeciei, & de eadem iuriſdictione vna cum poſ-
ſeſſione, & decimis: tradit Corneua *d. conſ.* 54.
col. 2. & *conſ* 247. *in littera L. volum.* 4. latè Ga-
briel *de Teſtibus, lib.* 1. *concluſ.* 2. *num.* 23. verſic.
ſecundo, Patianus *vbi ſupra d. cap.* 14. *n.* 14. vbi
in verſic. *nec iſto caſu*, ait teſtes in iſto caſu non
poſſe dici ſingulares, licet per diuerſa media de-
ponant; quoniam illa depoſitio per diuerſa me-
dia noo efficitur ad probandum illud medium,
vel aliquem actum particularem, ſed efficitur
pro reddenda ratione, vel cauſa ſcientiæ, vt in
exemplia poſitis: nam licet teſtes reddant ra-
tiones diuerſas, ſi bonæ ſint, & tandentes ad
vnum finem plenè credendi ſunt: alia adducit
omoino videnda, qui præ cæteris melius, &
clarius in hac difficoltate diſtinxit.
19 Item hæc dicta probantur, quia teſtes, qui
de ſingulia actibus eandem cauſam babentibus,
& originem deponunt, conueniunt in vnum
quid certum, nempe in vnam cauſam, & ori-
ginem illorum actuum, qui ſemper ab ea ſolent
prouenire, & ſic in geoere, ſaltim perfectè il-
lam probant, Craueta *de antiquitate temp. p.* 4.
princip. ſect. ſed enim *n.* 14. Guttierrex *d. libro* 3.
pract. q. 12. *n.* 10. & per Farinacium *d. quaſt.* 64.
20 *a n.* 159. † Tum quia ſinguli teſtes per ſe ſemi-
plenam probationem, aut ſaltim præſumptio-
nem conſtituunt, vt *in leg.* 1. § *ſi quis Roger.* 2.
*quemadmodum teſtamenta aperiantur, l. Theopom-
pus, ff. de dote prælegato, cap. veniens* 10. *cap. li-
cet* 23. *hoc tit.* Maſcardus *de Probationibus, lib.* 1.
quaſt. 11. *num.* 2. & 3. cum aliis, quæ omnes
præſumptiones coniuoguntur, ſaltim io ciuili-
bus, vt ſunt prædicta exempla, vt pleoè pro-
bent, vt volunt Gloſſa *in l.* 2. *ff. excuſat. tuto-
rum*, verbo *legitimis*, & *in cap. veniens*, *el* 1. *hoc
tit.* in verbo *illorum*, Menochius *de Arbitrarys,
quaſt.* 89. *à num.* 65. Valenzuela *conſ.* 21. *à num.* 57.
Maſcardus *de Probationibus, concluſ.* 1213. *à n.* 1.
Antonius Gomez. *lib.* 3. *pract. cap.* 12. *num.* 26.
Scobar *de puritate dicta quaſt.* 9. §. 3. *à num.* 10.
vbi ait maximè procedere, cum plures ſiot actus
ex totidem Teſtibus probati, qui veritatem
cauſæ demonſtrant, cum non ſit veriſimile tot
teſtea conuenire in tot actibua, licet diuerſis,
qui ab vnica cauſa originem trahunt, niſi cauſa
ipſa vera exiſteote.
Vnde infero, quod ſi teſtes ſingulares depo- 21
oant in cauſis, in quibus coniungi non poſſunt,
vt quia omnino ſunt diuerſæ, nec ratione origi-
nis, quia nullam habent præter delioquentis
voluntatem, & legem prohibentem. Ex qua-
rum ratione coniungi minimè poſſint: tunc ve-
rum eſt dicere, vt nullo modo teſtes ſingulares
probare queant, nec ad id coniungi, & exem-
plificatur io Simonia, hæreſi, & aliia crimina-
libua: vide quæ cum aliis expendo, docet Sco-
bar *vbi ſuprà à n.* 13 & declarabitur ex aliis dif-
ficultatibus *infrà* referendia, in quibus oon pro-
bant teſtes ſingulares, niſi cum adminiculis, &
præſumptionibus.
Et confirmatur ex dictis *ſuprà in* 4. *concluſione*, 22
verſic. *quarto erit*, licet contrarium illius dicti
obſtinatè defenderit, & dicat ſic iudicatum
Hipolytus, Riminaldus iunior *conſ.* 7. *lib.* 1. &
Craueta *conſ.* 73. *n.* 33. & alij infiniti, quorum
opinionem reprobat Flores de Mena *lib.* 1. *Var.
cap.* 22. *n.* 44. ait manifeſtè falſam eſſe, quæ ſi
vera eſſet deſtitueret omnia, quæ notaotur de
ſiogularitate teſtium, vel in iotelligibile, facit
illud, quod appallat probari aliquem eſſe ta-
lem in genere, quia ſi voeas genus, vt dialectici;
quod prædicatur de pluribus differentibus ſpe-
cie, eſt ens rationis primæ intentionis, quod
deducitur ab ipſis indioiduia, & ſic præſuppo-
nit ſubſtantiam indiuiduam in hoc aut accidens
ſingulare, quod ad hoc, vt conſtet, debet pro-
bari duobus Teſtibus conformibus. Et ſic pe-
timus principium. † Sin autem vocas genus ali- 23
quid confuſum, quod elicitur ex ſingularibus
nihil eſt. Verò vocas integrale, nullum poteſt
coofiderari, quod non claudat ſub ſe plures par-
tes, & delicta particularia; niſi ex eis inferatur
qualitas, aut officium, & habitus, non faciunt
integrale, nec ipſa ſunt quid integrale: nam
non ex eo, quod quis luſerit vnà, vel duabus
vicibus eſt luſor, niſi frequenter, & publicè id
faciat, nec ex eo quod quis fecerit duoa con-
tractus vſurarios, eſt vſurarius publicua, niſi
frequenter, & publicè faciat, nec quia eſt leno,
quia vnà, vel duabus vicibua lenocinium com-
miſerit, nec concubinarius publicus, quia vnà,
vel duabus vicibua habuerit rem, cum aliqua,
nec dogmatizator, qui duas propoſitiones fal-
ſas affirmauerit forſan ſecretè; licet ſit hæreti-
cus, quia de his ſolùm poteſt affirmari, quod
commiſerint duo, vel plura delicta, quæ de-
bent benè probari, quodlibet duobus Teſtibus:
nam ſi Teſtibus ſingularibua nullum eſt proba-
tum, quia de quolibet ſolus eſt vnua teſtis qui
non facit plenam fidem ex dicta *l. Iuriſiurandi,
Cod. hoc tit.* ita Flores de Mena vbi *n* 45. & 46.
improbat Simancas, & Crauetam in caſibus,
quibus ipſe loquitur, nempe hæreſis, & con-
feſſionis debiti, de quibua *infrà*.
Sed quia videtur non ſatis expendi, aut de- 24
clarari nodus difficoltatis: quare teſtea in iu-
riſdictione, poſſeſſione, conſuetudine, decimis,
& huiuſcemodi caſibus ſingulares tendentes ad
vnum finem coniunganrur, & in hæreſi, & in
aliis caſibus relatis à Flores de Mena, & à
Scobar non item, cum etiam eorum ſpecies
tandere videantur, ad probandam hæreſim, aut
alia

Digitized by Google

alia delicta; ſed bene præter alios reſpondet Scobar *dicta quaſt.9. §.3. à num.19. & 20. de puritate ſanguinis.* Primo quia hæc differentia eſt inter Iudicia ciuilia, & criminalia, vt in ciuilibus, veluti cum agitur, de probanda Iuriſdictione, poſſeſſione,& aliis teſtes ſingulares ad vnum tendentes plene probent; ſecus autem in hæreſi,aut in criminalibus.

25 Tamen hæc prima diſtinctio videtur futilis quia ſi reſpicis ad ciuilia, leges hoſtienſem in ſumma *de Teſtibus,§. quæ diuerſitates* ſub *num.*10. verſic. *quid agatur*, vbi notat Ius decimandi non eſſe probatum, ſi vnus teſtis dicat fuiſſe fabam ſolutam, & alter fuiſſe ſolutam ciceram, quia licet in genere concordent: tamen in rebus ſunt diſcordes: aliis adductis refert Parianus *dicto cap.14. de probat. à num.*8. *lib.*1. Et in criminalibus videtur dicendum contra hoc dictum quemadmodum de Iuriſdictione, & poſſeſſione probanda dictum eſt, ſiquidem de hæreſi probanda dixerunt Baldus *in l. actor*, *num.* 17. *Cod. de probationibus*, & ibi Salicetus *num.*17. verſic. *ſecundo*, Felinus *in cap. licet ex quadam*, verſic. *ſecundo limita hoc tit.* Boëtius *in deciſ.* 23. verſic. *quoad primum*, *num.*44. verſic. *quartò præſuppono*, & alij adducti à Pariano, *vbi ſupra*, *num.*3. quod ſi quis vult probare aliquem eſſe hæreticum in genere ſufficient duo teſtes,quorum alter deponat de vno articulo fidei, & alter de alio: nam licet reſpectu ſingulorum articulorum videantur illi teſtes ſingulares:tamen hæreſim in genere probabunt, cum vtraque ſpecies ſub genere comprehendatur.

26 Et confirmatur ex eo, quia omnis res, quæ ſub ſe plures ſpecies, vel plures actus comprehendit, poterit à teſtibus per diuerſas ſpecies deponentibus plenè comprobari; Et ſic impudicitia, & inhoneſtas, quæ plures impudicos actus amplexatur, commodiſſime eodem modo probabuntur, etiam quoad pœnam inducendam, vt ait Baldus *conſ.* 207. *volum* 4. Vbi dicit quod honeſtas, & pudicitia eſt actus generalis, ſicut èc contra inhoneſtas, & impudicitia, quia multis modis committitur, quæ poſſunt à teſtibus probari per diuerſas ſpecies deponentibus, vt docet Parianus cum aliis ab eo adductis *dicto cap.*14. *à num.*18. cum Crauetta *conſ.* 73. *dicendum*, *num* 33. qui ad multa alia exempla infert à quo Gabriel *lib.* 1. *de teſtibus*, *concluſ.* 2. Omnia ferè mutuatus eſt, quibus addit Alexand. *in conſ.* 131. *in cauſa*, *& lite*, *n.*7.
27 verſic *non obſtat quod teſtes*, *volum.* 4. † Et idem Crauetta *conſ.*82. *& ſi ſatis*, *n.*31. verſic *imo*, an quod etiam in genere poteſt probari tranſitus nauium, & aquæ occupatio, fidelitas, ſolicitudo, & incuria, item inueſtigatio, procuratio, & adminiſtratio item coniuratio& crimen læſæ maieſtatis, partus ſuppoſitus, item ſcientia & mala fides, quod à multis refert idem Parianus *dict. cap.*14. *à num.*23. licet ipſe doceat hæc non carere multa difficultate ex antea dictis,vt retuli; quæ tamen ad turbandam relatam diſtinctionem, & aliàs ſufficere videntur.

28 Quare ego rem hanc conſiderans exiſtimo ita explicandam fore, nempe quia licet actus Iuriſdictionis, poſſeſſionis, famæ, conſuetudinis, & ſimilium inter ſe diuerſi videantur, reſpectu tamen cauſæ, à qua proueniant, quaſi idem ſunt cenſendi, cum ſinguli ita ſuæ cauſæ iungantur, vt ab eadem ſemper prouenire dicantur, & teſtes de eis deponentes incidunt in idem, in eademque cauſa, præcipuè quia actus illi non principaliter per ſe probari intenduntur, ſed propter ſuam cauſam, & originem, à qua proueniunt quæ primo à teſtibus, inquiritur, & deducitur ex illa actuum diuerſitate, per illos teſtes aliata, quia cum natura illarum rerum ſit habere diuerſitatem in actibus & in exercitio Iuris ſui per ipſam diuerſitatem probantur, nec reijcere poſſunt quod habent ex ſua met natura, nec hoc impugnat, nec in eo adeſt inconueniens,ita ratiocinatur Scobar *in dict. quaſt.*9. §. 3. *num.*10. Cui adiungo Felinum *in dicto cap. licet ex quadam hoc tit. col.* 1. verſic, *ſecundo reſtringenda*, & alios, quos ſequitur Farinacius,*quaſt.*64.*num.*159. † Vbi ait quod quan- 29 do agitur de probando vnam originem & vnam cauſam prouenientem ex pluribus actibus talis origo ex cauſa probatur per teſtes ſingulares deponentes ſuper dictis actibus.

At cum hæc diuerſa ſint in hæreſi, & in ca- 30 teris criminibus, quorum ſinguli actus ita in ſua eſſentia perfecti ſunt, vt tantum per ſe reum conſtituant hæreticum, ſimoniacum, & criminoſum independéter ab alia cauſa,& debeant velut perfecti perfectè probari,& qui per ſe abſque alia cauſa operantur,cum non intendatur probari quid in genere, ſed actus hæreſis & ſimoniæ, ſpecialiter euenit, vt debant plene probari, cum generica non ſufficiat, vbi ſpecifica requiritur probatio; Non enim delictum committitur in genere, ſed in ſpeciali actu, qui ita probari oportet, vt ex inde ſequatur probatio, ſicut præceſſit delictō; Etenim genus oſtenditur per ſuas ſpecies, ſed non econtra ſpecies per genus, ſicut conſtituitur genus ex pluribus ſpeciebus; non enim plures ſpecies ex vnico genere, cuius probatio, vt rei naturæ conueniat eodem modo fieri debet vt probetur genus per ſpecies; non verò ſpecies per genus, cum genus probetur ex ſpeciebus, ſi ipſæ perfectè probentur,cum plura imperfecta conſtituere vnum perfectum non valeant, ſicut etiam non erit certum genus, niſi certæ appareant eius ſpecies cum quid certum ex in certis prouenire non valeat; ita idem Scobar *dict.n.*10 Et ad hanc diſtinctionem exiſtimo reducenda plura, quæ adduxit Farinacius *dicta quaſt* 64 *de Teſtibus*,*à num.*10. † Vbi cum Baldo 31 *in l. teſtium*, *num.* 14. *hoc tit. & alibi*, ait quod ſingularitas teſtium inducitur ex decem prædicamentis,quæ ſunt ſubſtantia relatio, quantitas, qualitas agere, maleficij. † Vbi quando, & ibi 32 ſiue ſitus: argumento textus *in l. aut facti*, *ff. de pœnis* Vbi quod in augendis,& minuendis pœnis conſideranda ſunt cauſa,perſona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus, quia hæc prædicamenta ſont ſubſtantialia actus, ſiue negotij, vt conſiderat, & exemplificat, *ibi* & *à num.*11. & longè per totam quæſtionem cum infinitis ab eo relatis.

Quare ex prædicta diſtinctione, non videa- 33 tur omnino reijcienda *ſupra adducta* Fabret de Nena in verſic. *vnde infero.* Et ſic infero ex proximè dictis,quod ſi ſinguli actus famæ poſſeſſionis Iuriſdictionis decimationis,conſuetudinis, & ſimilium,intendantur probari principaliter per ſe, non quatenus ſuæ adiunguntur cauſæ; & velut acceſſorij ſunt,debent per conteſtes non ſingulares probari, & quilibet eorum per duos ſaltim teſtes. Si verò cauſa ipſa, vt v.g. Iuriſdictio

pet ſpeciales actus in genere probari intendatur, & teſtes cauſam ſcientiæ, & rationem aſſignantes, dicant vous quod ſcit iuriſdictionem apud Petrum eſſe, quia vidit eum mulctam imponere, alter quia eius vigore exequutionem fieri agnouit, alius quia præceptum iuriſdictionale imponi aſpexit; & ſic cæteri ſimul omnes iuriſdictionem plenè probant: vt optimè Bart. adduxit *in l. de quibus, n.24. ff. de Legibus*, quem alij ſequuntur: docet Scobar *d.q.9. §.3. num.22.* ſic intelligendi alij relati à Farinacio *d. quaſt.64. n.192.* vbi loquens de conſuetudine ita docet.

34 † Et veniunt etiam declaranda illa, quæ generaliter idem Farinacius adduxit *à n.155.* nempe vt teſtes ſingulares probent quid in genere: dummodo ſpeciales actus, ſuper quibus deponunt, & ex quibus infertur ad genus, plenè probentur per duos conteſtes; ſecus ſi vnus actus pro-
35 betur per vnum teſtem, & alius per alium. † Et lucem accipit quod ibi dixit, *num.162.* ſcilicet quod quando agitur de probando, vnum totum teſtes ſingulares deponentes de diuerſis partibus benè probare illud totum; dummodo ſingulæ partes ſint perfectè probatæ, quia tunc reſultat plena totius probatio, vt ait Aretinus *in d. cap. licet ex quadam hoc tit. n.26.* & ibi Felinus *col.5. ad finem*, verſic. *ſed pondera*, & alibi hanc doctrinam procedere in indiuiduis. *Ex his enim iam ad plures quaſtiones poteris inferre.*

Et nouiſſimè qualem probationem faciant teſtes ſingulares optimè Fragoſus *de Repub. Chriſt. p.1. lib.5. diſput.13. §.14. à num.71. ad 93.* vbi cum multis, vbi *à n.80.* an teſtes ſingulares probent hæreſim, de quo eſt dicendum, vt proximè dictum eſt, & ad alium caſum infrà *q ſeq. in fine*, vbi quibus Teſtibus probentur ſubornationes Iudicum, & Talebellionum.

QVÆSTIO II.

An nominatio, ſiue electio ſit probanda duobus Teſtibus conteſtibus: an vero ſufficiat: ſi ſingulares ſint: Quid de ſanguinis puritate: De hæreſi: De Simonia: De vſura: De iure decimandi, ſeu de confeſſione debiti, & de multis aliis reſumptiuè: Et de irregularitate?

SVMMARIVM.

1 *Nominatio, electio, ſeu præſentatio probetur ne Teſtibus ſingularibus, n.2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*
L. verba Cod. de Teſtamentis.
L.1, Cod. de falſa cauſa.
10 *Puritas ſanguinis, ſeu macula, poteſt Teſtibus ſingularibus probari, n.11. 12. 13. & 14.*
15 *Teſtes vt probent generis maculam, qualiter deponent, n.16. 17. 18. & 19.*
20 *Hæreſis ex diuerſis actibus, & per teſtes ſingulares, quomodo probetur ad pœnam, n.21. 22. 23. 24. & 25. & cum diſtinctione, n.27. 28. 29. 30. & 31. Quid in Hiſpania, Luſitania, & Roma, n.31. 32. & n.41. & 42. vbi de Simonia, & vſura.*
35 *Hæreticus, ſeu Iudæus ad pœnam ordinariam criminis ſatis quæ probatur duobus conteſtibus omni exceptione maioribus, n.36. 37. 38. 39. & 40.*
41 *Simonia, vſura, non plenè probatur teſtibus ſingularibus, n.42.*
44 *Decimandi ius probatur Teſtibus ſingularibus.*
45 *Teſtes deponentes de diuerſis ſummis debiti coniunguntur ad minorem probandam.*
46 *Singulares teſtes in pluribus ſufficiunt, veluti cum agitur de probanda frequentia actuum, num.47.*
48 *Singulares teſtes probata vita benè probant, niſi in ſingularitata obſtatina.*
49 *Singulares teſtes, quando ad probandam recipiuntur, debent eſſe plures in numero, quàm duo, vel tres conteſtes.*
51 *Irregularitas Teſtibus ſingularibus, poteſt probari.*

EX adductis *ſuprà in prima quaſtione*, poteſt 1
inferri ad plures caſus, quibus ex diſtinctionibus ibi poſitis, non erit difficile reſpondere, & quia Farinacius *q.64. de Teſtibus*; minutatim cum multis Doctoribus ab eo relatis de omnibus ſcribit cum variis limitationibus, & ſubdiſtinctionibus; ideo ad ipſum te remitto, & ad Doctores antiquos hîc, & *in cap. licet ex quadam*
hoc tit. † Et quatenus ſpectat ad primam partem 2
quæſtionis, quæ videtur propria textus noſtri, in quo actum fuit de probando contra electum, vt conſtat ex verbis *ibi, intelleximus nihil eſſe contra lucanum electum ſufficienter oſtenſum. Et* ibi, *vt electionem*, & ibi, *contra prædictum electum*, videtur dicendum quod ad probandam electionem, ſeu nominationem, ſufficiunt teſtes ſingulares, quia idem contingit in probanda electione ſepulturæ, vt tradunt Guido Pap. *q.544.* ſequuntur Rolandus *conſ.81. n.44. lib.2.* Riminaldus iunior *conſ.7. n 64.* Maſcardus *de Probationibus, lib.6. concluſ.1199. à num.24.* idem *concluſ.1198.* Guttierrez *de Iuramento confirmat. p.1. cap.4. in fine.*

Sed exiſtimo in hoc caſu, etiam proceden- 3
dum iuxta diſtinctionem, de qua *infrà præcedentis quaſtionis*, Quare aduertendum eſt, quod nominatio, aut electio poteſt conſiderari, vel prout claudit voluntatem ſimpliciter, & tunc Teſtibus ſingularibus probatur, quia ex eis concluditur habitus voluntatis; hoc eſt certum velle.
† Quod vt explicem dico, quod voluntas po- 4
teſt dupliciter conſiderari, vel in habitu, ſcilicet quando quis habet voluntatem ſemper tale quid faciendi; ſiue cogitet, ſiue non cogitet de actu, ita quod quando cogitat de actu faciliter, & ſine difficultate, & anguſtia exit in actum volendi; & ſic intelligitur, quando decimus Petrus habet voluntatem emere talem rem; eo quia iam eſt determinatus, & deliberata voluntas adeſt, & dicimus eum velle; etiam ſi dormiat, & concipimus eum habere decreto talem voluntatem, quia pluries eam manifeſtauit; itaque ex multis retroactis non dubitamus de eius voluntate, & quando loquitur de re, ſemper faciliter declarat ſuam voluntatem, & hoc eſt habere voluntatem in habitu, vel in actu elicito, ſcilicet quia vna ſola voce, aut duabus declarauit ſuam voluntatem, vel quia habet actum expreſſum volendi tale, vt tale.

Vnde cum voluntas in habitu ſit quædam 5
qualitas in anima conſiſtens, quæ conficitur ex diuerſis actibus, ex quibus generetur habitus, & eſt velut quid integrale, mirum non eſt ſi probetur Teſtibus ſingularibus deponentibus de

diuerſis

diuerſis actibus, ex quibus conficitur habitus, vt dictum eſt; at verò ſi agatur de actu ſiogulari probando voluntatis, qui nihil aliud eſt, quàm quoddam particulare indiuiduũ: tunc licet poſſit reiterari, non dicetur probatus ille actus *hic & nunc*, oiſi probatur duobus teſtibus conteſtibus: ſic expendit Flores de Meua cum Cacialupo *dict. cap. 12. var. lib. 3. à n. 50.*

6 Et ſic de additione hæreditatis dixit Cacialupus *in l. admonendi, ff. de Iureiurando, quaſt.* 8. quod additio hæreditatis probatur teſtibus ſingularibus, & hoc ideo, quia additio oihil aliud importat, niſi nudum cooſenſum, & voluntatem, ſine reſtitutione ad certum actum. Vel prout iucludit actum ſpecificum declarandi voluntatem per electionem, vel oominationem; & tunc non probatur teſtibus ſiogularibus, quia agitur de probando certo actu.

7 Tameo idem Flores, *dicto cap. 22. num. 54.* & Caldas *in tractatu de nominatione, quaſt. 1. à n. 8. 12. 20. 22. cum ſequentibus*, docent io omni oominatione; & electione, niſi conditionaliter præferatur concludendum eſſe agi de ſolo nudo cooſenſu, & voluutate; quæ ſignis, & nutu, & quibuſlibet verbis poteſt declarati, & ſic eam poſſe teſtibus ſiogularibus probari, vt beoe in electiooe ſepulturæ teouerunt Doctores citati *ſupra in princ.* & Guido Pap. dixit ſic ſemper Iu-
8 dicatum. † Et his omoibus addo declarationem voluntatis aut eius teuocationẽ probari duobus teſtibus, vt probatur, *in l. 2. n 39. ff. de vulgari*, & eſt cõmunis contra Deciũ vt per Bart. *in l. hared. palã, ff. de hared inſtit.* Maſcard. *de probat. concl. 485. p. 1.*
9 Flores *vbi ſup. n. 55.* qui *n. 56.* cum Caldas, & aliis. † Vbi quãdo intelligatur teuocata voluntas nominationis ad emphytheuſin, vel ad maioratum; Et coocludit quod tunc demum, ſi ex propoſito, & animo teuocandi nominationem dixit teſtator coram duobus teſtibus ounquam ex filiis vlium oominaui ad emphitheuſim, ſeu maioratum, alias io dubio eſt præſumenda obliuio, vt error quo pacto intelligitur textus *in l. verba, Cod. de teſtam.* vbi Salicetus, Corneus, Iaſon, & alij, ſed ipſe Flores aliud ſentit, quia Ius non diſtinguit, & expendit textom *in l. 1. Cod. de falſa cauſa adiecta*, quæ pro diſtinctione adducitur à Caldas *in di tract de nominat q. 1. n. 45.*

10 Ad ſecundam partem quæſtionis, videtur abſolutè dicendum probandam eſſe puritatem, ſeu ſanguinis maculam, ſaltim duobus conteſtibus. Primo quia improbaoda deſcendentia, opus eſt quod ſaltim duo teſtes deponant de ſingulis gradibus. Secundo quia teſtes ſinguiares uon probant deſcendentiam, nec conſanguinitatem, *cap. licet ex quadam hoc tit.* Tertio quia in probandis deſcendentiæ gradibus debent teſtes concordare, abſque vlla varietate, oec contrarietate, ex quibus ſingularitas etiam aperte reijcitur, iuxta textum *in cap. parentela 8. 31. q. 6.* ibi *tam in gradibus diſcordare*, & ibi *in quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas inueniri.*

11 Sed exiſtimo in hoc puncto eum diſtinctione procedendum eſſe, quia ſi intendatur probari generaliter, & independenter, quod puritas, ſeu macula prouenit à certa, & determinata cauſa vt communiter fit cum prædictæ qoalitates inueſtigantur vigore ſtatutorum puritatis, ex quibus inquiſitio generaliter fit circa qualitates inquiſiti, & circa opinionem, & famam, in qua illa, & ſui maiores, vſque adhuc fuut conſtituti: tuoc teſtes ſingulares plenè probabuot, quia omnes modi & circunſtantiæ, quæ poſſunt excogitari ad probaodas prædictas qualitates, probantur per teſtes ſiogulares, & pereonſequens ipſæ qualitates, quarum probatio regulari debet ſecundùm naturam eorum, ex quibus conſtituuntur: argumeoto textus *in l. cuius affectus 148. ff. de reg. Iuris, lib. 3. Cod. de ſumma trinitate, & fide Catholica, l. rem non nouam 14. verſic. ſic etenim, Cod. de Iudiciis, cap. quatuor 27.* vbi Gloſſa verbo *doceat 12. quaſt. 1.* cum ſimilibus ita duodecim validiſſimis fuodamentis probat Scobar *de puritate ſanguinis, q. 9. §. 3. part. 1. à num. 13.* vbi leges, & ea recoliges à Farinacio *q. 64. de Teſtibus, n. 297. 159. 164. 147. 224. 262. & q. 47. n. 304. 265. & d. q 64 n. 253. &* 254. & alibi cum multis ab eo relatis.

Et confirmatur quia præcipua ſanguinis qua- 12
litatum probatio conſiſtit in communi reputatiooe, voce, & fama populi, vt tradit Gutierrex *lib. 3. pract. cap. 14. per totum*, idem Scobar latè *de puritate ſanguinis, quaſt. 10. part. 1.* Sed communis fama, & reputatio ex teſtibus probatur ſiugularibus; oempe ſi vous dicat io platea audiuiſſe, alius io via alios in Domo, ſiue quia ille dixit audiuiſſe à Titio, & Seio, iſte à Marco, & Caio, aut quia alter commemorat audiuiſſe menſe aprilis, alter meoſe maij: tamen omnes ſimul famam, & communem reputatiooem concludunt, arg. textus *in l. ob carmen 21. §. fin. ff. hoc tit.* Bartolus *in l. de minore, §. plurimum, num. 24. ff. de minoribus*, Pegna *in direct. inquiſit.* vbi bene explicat *3. p. commun. 19.* verſic. *rurſus ſi teſtes*, Maſcardus *de probat. con-*
cluſ. 749. num. 13. † Cumque generis macula 13
nihil aliud ſit; quàm quædam communis diffamatio deſcendentiæ à conuerſis, ſiue pœoitentiatis per ſanctum officium, vt probat bene Scobar *de puritate ſanguinis, part. 1. quaſt. 4. §. 2.* & quælibet diffamatio teſtibus ſingularibus probetur, vt ait Baldus *in l. 1. num. 8. Cod. de teſtam. & in l ea quidem, num. 56. Cod. de accuſat* & alligati à Conaruuias *lib. 3 var. cap 3. num. 1.* Maſcardus *concl. 236. num. 1. & concluſ. 749. num. 24. & concluſ. 895. num. 3. & 4.* ſequitur dicendum; vt diffamatio maculæ, poſſit probari per teſtes ſingulares, & ex eo, quia ipſi probaot etiam circunſtantias diuerſas, quæ couiungi valeaot ad probandam eandem cauſam, & originem, ex dictis *quaſt. præcedenti*, & probat cum multis idem Scobar *dict. quaſt 9. §. 3 n. 14 & 30.* & ſic Felious *in dicto cap. licet ex quadam hoc tit. num. 2.* verſic. *reſtringenda* ita fieri; qoia in hoc caſu, quoties agitur de probanda puritate, ſeu macola, quæritor principaliter in aliqua generis; ſit origo ipfecta, & an puræ ſint omnes eius lineæ; ſed dum agitur de probanda origine, admittuntur Iure teſtes ſiogulares, præſertim ſi ad genus, & faoiliam pertineant, vt tradit Gu-
tierrez *lib 3. pract. quaſt. 12. num. 11.* ergo. † Et 14
expendens Scobar, *vbi ſupra dicta quaſt. 9. à num. 32* dicit hic agi reuera, de probanda quaſi poſſeſſione, in qua ille ex commoui reputatione habetur; circa prædictas qualitates, quod ſatis probatur per teſtes ſingulares, vt apertè conſtat ex dictis, *dicta quaſt. præcedenti*, & in terminis agit Gutierrez *dicto lib. 3 pract quaſt. 14. per totam, & n. 6. 22. & 25.* Flores de Mena *lib. 3. var. dict. q. 22. n. 41.*

Vnde infero, quod ſi in probanda generis 15
maculæ

macula ſint teſtes, qui eam aſſerát ea ratione, quia
agnouerunt aſcendentem extra fidem fuiſſe, alij
quia conſanguineus ex eadem linea eiectus fuit
propter puritatis defectum, ab aliqua commu-
nitate; ſeu honore, alij quia ita eſt publica, &
communis opinio, & cæteri quia audierunt de
eadem alloqui macula, etiamſi nec in perſonis,
à quibus audierunt, nec in loco, nec in tempo-
re conueniant, ſeu aliàs aſſignent rationes, quæ
tamen coniungi valeant ad maculatam deſcen-
dentiam probandam: tunc teſtes ſingulares ple-
nè, ac perfectè probant; ita tradit Scobar *vbi*
16 *ſuprà num.57. & n.59. & 60.* † Vbi quod teſtes,
quorum aliqui dicunt deſcendentiam à reconci-
liatis, & alij à pœnitentiatis, & aſſerentes ma-
culatam deſcendentiam aſſignando diuerſos gra-
dus plenè probant, & ſi ſingulares ſint, eo quod
vulgus illa vocabula confundit de facili, nec
enim graduum longinquitas, aut propinquitas
ad rem facit, dummodo certa ſit deſcendentia,
17 & in ea concordent teſtes. † Et ſic in cauſis
Iuriſpatronatus, quod defertur iure nobilis ſan-
guinis, & deſcendentiæ, quæ non poteſt pro-
bari per diſtinctionem graduum, & matrimo-
nium poterit probari per famam, ſecundum
Baldum *in cap. cum ſuper de renuntiatione, num.5.
& 10. q.* Scobar cum aliis *d.q 9 §.3.n.47.*

18 Tamen ſi rationes contrariæ exiſtant, & con-
iungi non valeant, ad quid certum probandum,
veluti aliqui in puritatem aſſerant, quia præten-
ſor deſcendit determinatè à certa perſona; nem-
pe Petro, qui Legem Moyſis ſeruauit, aut qui
aliter punitus fuit per Sanctum Officium Inqui-
ſitionis; alij quia ortum capit ab eodem Petro,
qui ſectam Mahometi fuit amplexus; alij quia
Lutheranus extitit; & ſic de aliis ſectis: tunc
reuera teſtes ſingulares non probare ait Scobar
d. q.9. n.58. quia non ad idem coniungi poſſunt;
alia *ibi* refert videnda.

19 Nec obſtant adducta *ſuprà in principio huius
quæſtiuncula*; quia cum teſtes ad diſſoluendum
matrimonium iam contractum, debeant depo-
nere ex certa ſcientia gradus, & impedimentum
conſanguinitatis, & habeat gradus limitatos;
ita vt vltra quartum non excedat, ideo fit, quod
in eo teſtes debeant eſſe conteſtes, & indubita-
tè probare. Quod ſecus fit, dum agitur de pu-
ritate, aut macula, probat, quia nullus inter-
cluditur gradus, & vtraque procedit, vſque ad
longiſſimam metam, quia ſi non diſcordent in
ſtirpe, ſufficienter probant, etiam teſtes ſin-
gulares, ſecundùm dicta, & probat latè Scobar
ſuprà a.40. Expendit Farinacius *n.264.* & ante
eum ab eo relati, quod verum dicit, dum agi-
tur de matrimonio diſſoluendo; ſecus ſi de eo
impediendo; ad quod videbis quæ adduxi *ſuprà
in cap. ſuper eo hoc tit.*

20 Ad tertiam quæſtionis partem, an hæreſis
Teſtibus ſingularibus probetur ad pœnam ordi-
nariam imponendam, & an ad hunc effectum
coniungantur duæ ſemiplenæ probationes, &
an ad illam pœnam imponendam, ſatis eſt, vt
probetur duobus Teſtibus conteſtibus, & ido-
neis, & ad primam harum difficultatem, vide-
tur iam fuiſſe, *ſuprà in q.1.* datum congruum re-
ſponſum ex multis, quæ *ibi* de hæreſi probanda
adduxi, ſed vt aliquid amplius *hîc* addatur, leges
Gomez *var. tom.3. cap.12. n.12.* Zanquinum *de
hæret. cap.16.* & alios, quos citat, & ſequitur
Rojas *de hæreticis, p.2. aſſert.6. n.139.* Freitas *in
addit ad tract. de confeſſariis ſollicitantib.* Acugnam
q.22. n.25. quos tradit Flores de Mena *d. q.22.
var. a 45.* & pro his facit deciſio textus *in cap.
excommunicamus 1. de hæret. cap. accuſatus eodem
tit. lib.6.* vbi probari videtur quod omnes hæ-
reſes connexæ ſunt, & colligatæ inuicem, & ſe-
cundùm hunc modum dicendi ſatis erit, ſi te-
ſtes ſingulares contra Caium, v. g. deponant
de diuerſis hæreſibus, prolatis ab eo diuerſo in
loco & tempore, vt ſi aliquis teſtificetur Caium
menſe Ianuario audiuiſſe negantem in hoſtia
conſecrata eſſe corpus Chriſti; alius dicat di-
uerſo tempore & loco, Caium negantem Ma-
riam Matrem Dei eſſe Virginem.

Verum alij dixerunt ex diuerſis actibus hæ- 21
reſis diſtinctis ſatis in genere probari aliquem
eſſe hæreticum, veluti, ſi vnus teſtis deponat
de vno articulo fidei, & alter de altero: nam
licet reſpectu articulorum ſingulorum videan-
tur illi teſtes ſingulares: tamen hæreſim in ge-
nere probabunt, cum vtraque ſpecies ſub ge-
nere comprehendatur, vt notant Baldus, &
Salicetus *in l. actor, Cod. de probat.* Felinus *in
cap. licet ex quadam hoc tit. col.5.* verſic. *ſecundo*,
& alij relati à Pariano *lib.1. de probat. cap.14. à
n.3.* & hanc ſententiam poſt longam diſquiſi-
tionem videtur reſidere Farinac. *de Teſtibus, q.64.
à n.101.* videndus *ibi à n.105.* qui *n.107.* multos
adducit hanc partem negantes. Alij equidem
dixerunt quod duo teſtes ſingulares hæreſes
non probant, ſed tres, aut plures, qui ſint ſin-
gulares, non ſingularitate obſtatiua, ſed di-
uerſificatiua, benè eam probare; videbis quæ
adducit ipſe Farinacius, ex Albertino & Si-
mancas *d. q.64. à n.208. & 210.* vbi etiam ſen-
tentiam improbat.

Alij vero dixerunt probari per teſtes ſingula- 22
res; dummodo concordent in eadem ſpecie, &
ſecta hæreſis, veluti ſi vnus teſtis Bononiæ di-
xerit Papam non eſſe caput Eccleſiæ, & alius
alibi, & alio tempore; ita Simanc. *de Hæreticis,
tit.64. à n.75.* Corrad. Brunus *in eodem tract. lib.4.
cap.9. ad finem*; ſed eam improbat Farinacius
n.214. qui *n.511.* refert aliam Doctorum diſtin-
ctionem, & ipſum videbis longè diſputantem, &
ſcribentem, *in tract. de hæreſi, q.188.*

Alij enim abſolutè dixerunt teſtes ſingulares 23
nullo modo probare hæreſim ex eo, quia per
teſtes ſingulares nulla ſpecies hæreſis eſt plenè
probata: nam ex pluribus diuerſis nunquam re-
ſultat vnum integrale, vt patet *in leg. Sancimus,
§. ſi quis autem, Cod. de donat.* & *in l. vſura, Cod.
de vſuris*, & plura imperfecta non faciunt vnum
perfectum, vt habetur, *in l. vnica quæ ita ſumma-
tur, C. qui n. tutel. ſe excuſant*; ita Rojas loco iam
citato *n.134* Cantera *in quæſtionibus criminalibus,
cap.1. de vera conſ. n.17.* Morla *in emporio iuris,
p.1. tit.11. in præiudicio. n.51.* & aliis adductis a
Diana *p 4. tract.7. reſol 31.* in verſic. *at his*, &
originaliter tenuit Ioannes Andreas *in cap. offi-
cium, §.1. in princip. de hæret. lib.6.* & alij plures
relati à Farinacio *d. q.64. n.102.* & addit Rojas
vbi ſuprà à n.156. & Eimericus *in director. In-
quiſit. p.3. q 72. n.1.* & ibi Pegna *comment.121.
col.1.* verſic. *ſecundum*, & verſic. *his ita*, hoc
procedere, etiam quando cum Teſtibus ſingu-
laribus concurreret publica vox, & fama: nam
non per hoc procedet condemnatio, & confir-
mat Maſcardus *de Probationibus, lib.2. concl.856.
n.11.* cum aliis ex ratione dicta; nempe quia in
criminalibus

Digitized by Google

criminalibus ex pluribus imperfectis probatio-
nibus ad condemnandum non ſit vna integra, &
perfecta probatio, ſecundam Gloſſam *in cap. ve-
niens* in verbo *illorum hoc tit.* tradit Farinacius,
num. 218. *&* 203. & in prædicto tractatu de hæ-
reſi. Et acertimè defendit Scobar *de puritate
ſanguinis dict. q.* 9. §. 3. *à num.* 13. dicens quod
& ſi omnes hæreſes, aduerſus vnum princi-
pium, & fidei veritatem dirigantur; Sed non
ob id teſtes ſingulares de diuerſis actibus teſtan-
tes coniungi poſſe, nec inferri de vno ad alium,
quia non valet coniungi trinitatis negatio, cum
negatione poteſtatis ſummi Pontificis, vt bene
24 ponderat, *à num.* 16. † Imo *& num.* 18. addit
hoc procedere, etiamſi in vnica tantùm ſpecie
hæreſis, teſtium diuerſitas conſiſtat, velut ſi
vnus dicat Petrú in foro dixiſſe Deum non tri-
num & vnum. Et alter dicat in domo eadem
verba audiuiſſe, cum non ſequatur negationem
in vno loco fuiſſe prolatam; eo quod aſſertam
in alio probetur, nec coniungi valere prædicta
teſtimonia ad quid certum probandum.

25 Verum aduerſus hoc vltimum dictum D.
Ioannis de Scobar, docent Simancas *in en-
chirid. tit.* 38. *num.* 8. *Inſtitut. Cathol. tit.* 64. *n.* 77.
Salicetus *in l. teſtium, Cod. hoc tit. num.* 16. Hy-
politus, Riminaldus *lib.* 1. *Conſil.* 7. Quod ſi te-
ſtes de eadem hæreſi ſint concordes, ſed eam
quiſque audiuit in vario loco, & diuerſo tem-
pore, tunc ſufficere hos teſtes ad condemnan-
dum pœna ordinaria & faciunt dicta *ſupra* in
26 verſic. *alij vero.* † Et Leſſius *de Iuſtitia, & Iu-
re lib.* 2. *cap.* 30. *dubio* 4. *num.* 33. ait quod ſi duo
de eadem hæreſi aſſerta deponunt, & ſolùm in
tempore diſcrepent, plenè probant, quia in ſub-
ſtantia delicti conueniunt, & quamuis non ſit
idem numero actus; tamen quia eſt idem nume-
ro ſignificatum habetur pro eodem actu, imò
diſcrepantiam temporis interdum facere ad ma-
iorem fidem, & Diana ait *dicta reſ.* 31. *circa me-
dium*, hanc opinionem eſſe probabilem; licet
eam ipſe non ſequatur, Videbis Villalobos *in ſum-
ma tract.* 17. *diff.* 3. *n.* 6 *part.* 2.

27 Ex hac enim diuerſitate opinionum re per-
penſa, & conſiderata, ſecundùm Doctrinam;
de qua *in dicta quæſt.* 1. *humiliterque ſubijciendo
mentem meam Eccleſiæ Iudicio*; ſic pro veritate
diſtinguendum eſſe Iudico nam vel teſtes ſingu-
lares concordant in loco, tempore, item & in
propoſitione hæreticali & in illius ſubſtãtia, ſed
tantùm diſcordent in verbis, & tunc ſufficien-
ter probabunt hæreſim, & ſufficiens ad con-
demnandum, niſi forte ageretur de formalita-
te verborum: ita docent traditi à Nicolao Ei-
merico *in directorio Inquiſit. part.* 3. *q.* 72. *n.* 3. & ibi
in addit Pegna *in comment.* 121 *col.* 1. verſic *poſtre-
mum* Maſcard *concl.* 856. *à n.* 18. Farinac. *dict. q.* 64.
n. 212. *&* 216.

28 Quod ſi teſtes diſcordent, vel in loco, vel in
tempore, vel in ſub ſtantia facti, aut propoſitio-
nis hæreticalis, & tunc ad effectum condem-
nandi, & puniendi pœna ordinaria, videtur di-
cendum illos non probare. Quod ſi non agatur
de indicenda pœna ordinaria; ſed tantùm de
purgatione Canonica, ac etiam ab Iuratione ve-
hementis ſuſpicionis, vel alia pœna, vel pœniten-
tia extraordinaria arbitrio Iudicis, Iuxta facti, &
perſonarum qualitatem, & teſtium grauitatem, &
quantitatem tunc poteſt admitti eorum opinio;
qui dixerunt ſupra hæreſim probari per teſtes ſin-
gulares: tradit ex aliis Farinacius *dict. quæſt.* 64. *à
num.* 217. Maſcard. *de probat. num.* 12. *concluſ.* 856. *&
num.* 15. *&* 26. vbi ait quod ita in foro Sacro ſan-
ctæ inquiſitionis paſſim obſeruatur in praxi, &
addit, *à num.* 17. *&* 22. Quod ſi non agitur de 29
condemnando hæreticum ſed de illum inqui-
rendo, aut torquendo: tunc ſine dubio teſtes
ſingulares ſufficere credit Farinacius *d. quæſt.* 64.
num. 119. optimè fundat Pegna *in direct. Inqui-
ſit. dicta part.* 3. *comment.* 121. *col.* 7. verſic. *quia
vero, & col.* 9. *in fine*, nec diſſentit Maſcardus
dicto num. 17. † Et ſic idem Farinacius *dicta* 30
quæſt. 188. *de hæreſi, num* 162. *&* 163. dixit eum
ab eo telaris teſtes ſingulares in crimine hæreſis
ſufficere ad inquirendum, & torquendum; item
ad condemnandum in aliquam pœnam extra-
ordinariam ſeu pœnitentiam.

Itaque ſi reus pluribus teſtibus ſingularibus 31
vrgeatur adhuc ordinariâ pœnâ puniri non po-
terit, ob id quæ ſi in negatiua perſiſtat per ali-
quod tempus ſpatium expectandum, & inqui-
rendum eſt, an teſtes per omnia concordes ha-
beri poſſint; ſed prius torquendus qui ſi nihil
confiteatur abiurabit de vehementi; & tunc ad
triremes, vel carcerem perpetuum damnabi-
tur, nec Curiæ ſæculari, tanquam negantibus
relaxari poterit, vt bene docent Pegna *in dire-
ctorio dict.* 3. *part. coment.* 121. Scaccia *de Iudiciis
lib.* 2. *cap.* 9. *dubio* 10. *num.* 527. Caſtrus Pa-
laus *tract.* 4. *diſp.* 8. *puncto* 15. §. 4. *n.* 16.

Vnum tamen notabis, quod ex hac diuerſitate 32
opinionũ, orta eſt differentia inter ſtylum In-
quiſitionis Hiſpan. & Inquiſitionis Luſitaniæ,
quod in Inquiſitione Hiſpanica nunquam rei
damnantur ad pœnam ordinarium ex teſtibus
ſingularibus; ſecus autem Inquiſitione Luſitani-
ca, vt notat Souſa *in quæſtione vnica de Teſtibus
ſingularibus poſt Aphoriſmum Inquiſit.* & videbis
Dianam *dicta* 4. *part. reſ.* 31. in verſic. *nota*, vbi
reperit quod ait Fernandez *in examine. Theolog.
mor. part.* 1. *cap.* 19. §. 10. *num.* 19. ex eo, quia ſi
pœnâ ordinariâ non puniatur reus, non prouſi-
deretur bono communi, quia poſſet vnus hæ-
reticus totam inficere vrbem, & Iudæus cum
ſingulis Iudaizare; Et ſic cum actus iſti tendunt
ad eundem finem, reuera bonum eſſet, vt reus
pœna ordinaria puniretur, præcipuè, ſi hære-
ſis probetur, vt dixi *ſupra* in verſic *ex hac enim
diuerſitate.* † Verum quia praxis inquiſitionis 33
Romanæ, quam omnes aliæ Inquiſitiones ſequi
maxima ratione tenentur ea ſit, quæ apud in-
quiſitores Hiſpaniæ ſeruatur, vt notat Freyras
in tractatu de confeſ. Solici *quæſt.* 12. *num.* 24. &
tradit Farinacius *dicta quæſt.* 64. *num.* 268. *in fine*,
Maſcardus *dicta concluſ.* 856. *num.* 25. *&* 26. quid
mirum, vt praxis Hiſpanica dulcior ſit, cum
præcipue tendat hoc ſanctiſſimum tribunal re-
ducere infirmos, eâ infirmitate ad legem Euan-
gelicã, & Ritus Eccleſiæ Romanæ, & ob id iux-
ta iuris regulas, & ſecundùm *dicta in quæſt.* 1. be-
ne facit extraordinariè puniendo admodum;
quo dulce fraternæ correctionis præceptum
procedit, de quo latiſſimè egi *in cap. nouit. de
Iudiciis, à quæſt.* 17. Quod ſi deinde relabatur
reus in hæreſim, tanquam ſufficienter monitus;
tunc pœna ordinaria plectetur. Et ſic etiam in
tribunali inquiſitionis Siciliæ procedit praxis
Hiſpanica, vt tradit Diana *ſupra dicto* verſic. *no-
ta in fine.*

Ex his fluit reſponſio ad ſecundam partem 34
præſentis

Digitized by Google

præſentis dubij, an ad damnandum reum pœnâ
ordinariâ, poſſint inquiſitores vnire duas ſemi-
plenas probationes, de quo plenè dixi *ſupra in
Rubrica de probat. quæſt.*1. ibi in verſic. *vnde ad
quartam.* Et ad maiorem expeditionem, videbis
ibi adducta in verſic. *ad tertiam.*

35 Et ad alteram dubij partem, an hæreticus
reus malæ vitæ, & famæ, poſſit puniri ab in-
quiſitoribus pœnâ ordinaria ex duobus tantùm
teſtibus, conteſtibos tamen, & idoneis, & in
hoc dubio nonnulli dixerunt non poſſe tali pœ-
nâ condemnari, quia teſtes, quorum oomina
non publicaotur, reſpectu rei, non ſunt idonei
& omni exceptione maiores, ſed io tribunali
ſanctæ inquiſitionis teſtium nomina non publi-
cantur, nec manifeſtantur reo, vt iam *ſupra* no-
tani *in c. præſentium hoc tit.* ergo.

36 Et facit pro hac parte illud, nempe quia ſic
reus, qui neſcit nomina teſtium, non, poterit
aduerſus eos aliquid apponere; & ſic publica-
tio nullius videretur momenti, Iuxta ea, quæ
generaliter addoxi *in dicto cap. præſentium:* do-
cent multi relati à Farinacio *de hæret. quæſt.*188.
§.3. *num.*56. cum aliis Barboſa *in collect. ad de-
cret. cap.*5. *de hæret. num.*5. Eimericus *in directo-
rio Inquiſit. part.*3. *quæſt.*71. Albertinus *de agnoſ-
37 cend. prop. hæret. quæſt.* 34. *num.* 3. † Et ſic ait
Diana *part.*4. *reſ.*32. *in fine tractatu* 7. quod hodie
praxis noſtræ ioquiſitionis hiſpaniæ, regula-
riter non damoat quoſcomque hæreticos ad
pœoam ordinariam, niſi per tres teſtes, con-
teſtes idoneos.

38 Verum in puncto Iuris credo probabiliorem
eſſe ſententiam, quæ docet duobus teſtibus
idoneis, & cooteſtibus ſatis probari hæreſim ad
condemnandom in pœna ordinaria, & eſt ratio,
quia in ore duorum, vel trium teſtium ſtat om-
ne verbum, ſecundum ea, quæ late addoxi *in
cap. cum à nobis* 28. *hoc tit.* Sed ſic eſt, quod nul-
lo Iure ab hac regula excipiuntur hi, qui de hæ-
reſi debent damnari: ergo ioſtè per duos teſtes
condemnabuntur, præcipuè ſi conſideres Iu-
dæos, hæreticos, & alios dogmatizaotes, ſer-
pere, & nimis occultè talia perpetrare delicta:
ita ſequuntur Simancas *in enchirid. tit* 64. *n.* 36.
Aotonius Sanctarellus cum aliis *de hæret. cap.*39.
dubio 2. *num.* 12. Torre Blanca *de Magia lib.* 3.
*cap.*17. *num.* 70. Leſſius *lib* 2. *cap.* 30. *dubio* 4.
*num.*31. Iulius Clarus *in pract. lib.* 5. §. *hæreſis*,
num. 10. Sic que vſu receptum in tribunali ſan-
ctæ inquiſitionis: tradit Pegna *in direct. co-
ment.*10. *Malleus maleficiorum tomo* 1. *part.*3. *q.*2.
Vbi dicit malæ vitæ, & famæ reum poſſe puniri
ab inquiſitoribus, tanquam hæreticum ex de-
claratione duorum teſtium; dummodo ſiot con-
teſtes, & omni exceptione maiores.

39 Vnde fit, vt contrariorum ſententia proce-
dat, quando teſtes non ſunt omni exceptione
maiores, & ob id teſtimoniom duarum fœmi-
narum non ſufficiet ad condemnandum hære-
ticum; ad quod videbis quæ latè dico *quæſt. ſe-
quenti de teſtimonio mulierum*, ſeu vt alij conſide-
rant ſententia aduerſa procedat quando delatus
alioquin eſt vir bonæ famæ ſecus ſi eſſet malæ
famæ, & ob id Rojas *de hæreticis, part.*2. *n.*103.
Sic ait *Ego non auderem in tam graui crimine, duo-
bus tantùm legitimis teſtibus quem piam condemna-
re, niſi delatus eſſet malæ opinionis, & famæ, vel
alia adminicula contra eum concurrant; quo caſu
communis Doctorum eſſet tenenda.* Et in hunc
fermè modum diſtinguit Pegna *ſupra.* Vbi ait
negatiuam ſententiam valde benignam, & ſe-
curam, quæ tunc potiſſimum non eſſet contem-
nenda, quando reus haberetur integræ famæ,
incorruptæ vitæ & inſignis probitatis; quia
tunc non eſſet incongruum, vel differre ſup-
plicium, donec forte aliæ accederent coniectu-
ræ, & probationes, aut mitius puniri; & ob
id non eſſe liberum vtcumque inquiſitoribus
ad voces duorum tantùm idoneorum teſtium
reum huius criminis condemnare. Alia de te-
ſtibus ſingularibus etiam in cauſis fidei ſcri-
bunt Carena *de officio Inquiſit. part.*3. *tit.*6. §.5. *à
num.*29. Maldonatus *conſ.* 9. *part.* 1. *à num.* 38.
Caſtro Palao *in moral. tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *pu-
nct.*15. §.4. *à num.*8. Eliſeos Danja *in tractatu de
pugna Doctores tit. de Teſtibus à n.*18. Bordon *de
officio Inquiſit. tit.*33. *à n.*45.

Nec obſtat argumentatio facta pro prima opi- 40
nione, quia reſpondeo cum Diana *dicta reſ.* 32.
*part.*4. *tract.*7. verſic. *reſtat*, & cum Ioſeph. Al-
drete *de religioſa diſciplina tuenda lib.* 1. *cap.* 14.
*num.*13. & aliis, quod in ſacro inquiſitionis tri-
bunali diligentia DD. inquiſitorum ſuppletur
abundanter id, quod adoritur defenſionis in te-
ſtium nominibus ſupprimendis, de quo io plu-
ribus cauſis huius inquiſitionis Vallis-oletanæ
expertos ſum & in praxim, tanquam Fiſcalis
Promotor fui vſitatus; ſiquidem plures ſunt
diligentiæ, quæ ſicut tendere poſſunt ad reum
damnandum, ſic & ad eum abſoluendum: &
in cauſis puritatis vulgò *in formaziones de limpie-
za*, pluries feci practicari; imo & in allegatio-
nibus fiſcalibus; ita pro fauore puritatis ſem-
per libellaui, ac libellabam ex officio macu-
lam, ſiue defectom opponendo, vt ſic DD.
inquiſitores diſertè vota ſuſciperent. Et de pro-
bando crimine læſæ Maieſtatis Farinac. *dicta
quæſt.* 64 *à num.* 220.

Ad quartam quæſtionis partem, vbi de ſimo- 41
nia, & vſura probanda agitur, duo eiſdem fer-
mè regulis probari, ac hæreſim ex his quæ tra-
dit Scobar *de puritate ſanguinis dicta quæſt.* 9.
§. 3. vbi dixit, *num.* 13. quod hæreſis, ſimo-
nia, & his ſimilia non plene probantur per te-
ſtes ſingulares, depooentes de ſingulis actibus,
ſeu delictis, niſi iuxta formam ſuper de hæreſi
relatam: nam rationes ibi traditæ deſeruiunt
prædictis caſibus, & ſic de Iure communi verius
eſſe docet. † Sed in vſuris de Iure Regio vide- 42
tur contrarium ſtatum per textum *in lib.* 4. *tit.*6.
*lib.*8. *recop.* Auendañus *de exequend. mandat.* 1.
*part. cap.*2. *num.*19. verſic. *& idem genus*, *&* 2.
part. cap 28. *num.*2. Azeuedus *in l* 6. *num.* 5. *tit* 9.
lib. 3. *recop.* & quatenus ſpectat ad vſuram ap-
plicabis dicta cum multis per Farinacium *dicta
quæſt.*64 *de Teſtibus, à num.*195. † Et an pro- 43
betur quem vſurarium ex eo, quod teſtes aſſe-
rant ſe illi vſuras perſoluiſſe: tradit Farinacius
cum multis *de Teſtibus, quæſt.*60. *à n.*18. ſed de his
in ſuis tractatibus dico.

Ad quintam partem reſpondebis ex dictis, 44
ſupra quæſt. 1. Nam decimandi Ius probatur eiſ-
dem modis, quibus Ius poſſeſſionis, ſeu con-
ſuetudinis, de quibus videbis quæ congerit Fa-
rinacius *dicta quæſt.* 64. *à num.* 164. 173. vbi
de probanda præſcriptione, & de probanda Iu-
riſdictione, *a num.*182. & ſeruitutis, *num.* 179.
& de conſuetudine *ibi à n.* 190. & ipſe de aliis
caſibus *ibi* videndus.

Ad

45 Ad ſextam quæſtionis partem de confeſſione debiti benè, & optimè expádit Guttierr. omninò videndus *pract. lib. 3. q. 12.* vbi de Teſtibus ſingularibus de duabus confeſſionibus extraiudicialibus, & multis adductis idẽ Farin. *d. q. 64 à n. 151.* vbi *à n. 232.* ait, quod io Teſtibus ſingularibus, quorũ vnus deponit de maiori ſũma, quantitate, aut numero, alter verò de minori, hos inquam teſtes concordari, ita vt probent in minori iuxta, *l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de Arbitris*, DD. *in l. penult. ff. de in litem iurando*, & *à n. 235.* ait qualiter eis credatur, ſi deponant de tempore, veluti ſi vnus dicat de poſſeſſione 30. annorum; alter verò de minori.

46 Plures alios caſus congerunt DD. adducti à Farin. *d. q. 64. per totam*, quos congerit Riccius *collect.* 127. ad textum, *in cap. bonæ memoriæ, el 2. de electione & collect.* 1084. ad textum, *in d. cap. licet hoc tit.* vbi ait in dubio præſumi teſtes conteſtes; nun autem ſingulares ex Rota, Aumon. *in dec 62.* & addit Balboa *dec.* 29. quod vbi agitur de probanda frequentia actuum teſtes ſingulares ſufficiunt; ita vt ex eis Inducatur conſuetudo, & ait aliquando eſſe in arbitrio iudicis adhibere fidem Teſtibus ſingularibus, vt iam dixi, & ipſe tradit *in dec. Curiæ, Archiep. Neap. 99.* ad quæ dicta applicabis quæ ex multis adducit Farin. *d. q. 64. à n 310.*

47 *&* 317. † Vbi *à n* 332. concludit faciendam eſſe omnem Interpretationem, ad hoc, vt teſtes dicantur conteſtes, & non ſingulares. Si tamen interpretatio fiat abſque vllâ verborum ſuppletione.

48 † Et *à n. 304.* dicit teſtes ſingulares probatæ vitæ, & nobiles benè probare, dum tamen non ſint tales ſingularitate obſtatiuâ & hoc quando agitur de probando quid in genere, vel ſi non agatur de alicuius præiudicio; & pro magis per facta declaratione leges quæ adducit Scob. *de puritate ſanguinis d. q. 9. § 3. à n. 12 vſque in finem*, § 1. vbi plures declarationes, ſeu caſus adducit pro intelligentia huius tractationis ſingularitatis teſtium, de quo fecit quæſtionem problematicam, Souſa *poſt Aphoriſmos Inquiſitorum*, vbi leges.

49 Vnum tamen notabis, quod in bis caſibus, in quibus teſtes ſingulares probant, non ſufficit idem numerus, ac ſi conteſtes fuiſſent, vt probat Simancas *de Catholicis Conſtitutionib. tit. 64. n* 81. & allegati à Maſcardo *de Probat. concl.* 856. & ab Alphonſo Narbona *in l. 2. gl. 4 n 9. tit. 2. lib. 8. recop. pag.* 902. & in cauſis puritatis ita communiter obſeruati tradit Scobar *vbi ſup. d. q. 9. §. 3. n. 65.* quia cum agatur de re vaga, & intellectu imperceptibili, de qua varij varia ſentiunt, & de maximo familiarium præiudicio, debet pluribus probari, vt in magis periculoſis, & grauibus negotiis ſuccurſu maioris probationis, ſubueniatur, vt *in l. 1. ff de Carboniano.* Et ibi dicit numerum qualem eſſe debere, ſi dubitetur hoc conſiſtere Iudicis arbitrio, vt perſonarum, & dictorum qualitatibus, atque circunſtantijs penſatis ratione, vt

50 regulent, & arbitrentur. † Sed Anton. Faber *in deciſ.* 51. *hoc tit.* dixit in actu reiterabili, & aliis generaliter probandis, quinque ſufficere teſtes tradit Riccius *d. collect* 127. verſic. *in his autem*, & hoc verũ eſſe Iudicio in actibus nõ maximi momenti, ſed in illis, qui ſunt graues: tunc recèta Iudicis arbitrium intrare, conſideratâ teſtium qualitate, & præeminentiâ rei, vt ex iam dictis colligo. Et ſic alia huius tractationis Omitto. ſiquidem ad caſus ſingulares poteſt facili negotiò reſpunderi ex doctrina tradita, *ſuprà in 1. quæſt.*

Ad vltimum breuiter dico iuxta textum noſtrum ibi, *irregularitatis obiectio*, & ibi, *ſi verè irregularitatis*, Teſtibus ſingularibus poſſe irregularitatem probari per teſtes deponentes de diuerſis actibus loco, & tempore celebratis; etiam ſi deponant de imperfecto celebrationis actu, vt exemplificat Gloſſa *in cap. nihilominus*, in verbo *ſimul*, verbo *vel ſi aliqui volunt.* 3. *q.* 9. vbi de vno teſte, qui audiuit finem miſſæ, & de altero, qui audiuit principium, licet relati à Farin. *d. q. 64. à n. 284.* id non admittant: ſed ſolùm quando deponunt de perfecto celebrationis actu, vtpotè de tota miſſa, veluti ſi vnus deponat de vno tempore, alius de alio: ſecus ſi de imperfecto, veluti ſi vnus deponeret de epiſtola, alius de Euãgelio. 51

QVÆSTIO III.

An mulieres admittantur ad teſtificandum, vtcumque: Vel poſſint adeſſe ad ſtatuta condenda? Et num ipſæ aut viri, vt teſtes ſingulares probent plenè Iudicem ſubornatum?

SVMMARIVM.

1 *Mulier in criminalibus, & in teſtamentis teſtis, quare non admittatur, n. 2. 3. 4. 5 6. 7. 8 9. & 10. vbi de Iure Canonico in criminalibus aliter diſponit praxis.*

2 Cap. 3 de Teſtibus.

3 Cap ex eo 15. q 3.

11 *Mulier in criminalibus de Iure Ciuili teſtis eſſe poteſt. n 12. 13. ſed quot eſſe debeãt, vt plenè delict ũ probent, n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.*

14 *Mulier infamis teſtis non admittitur.*

22 *Mulieres, vbi admittuntur teſtes, quantam fidem faciant, n. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 29.*

30 *Mulieres iam hodie de Iure Regio, etiam in criminalibus teſtes admittuntur, num 31. præter teſtamenta, n. 32.*

33 *Mulieres quare teſtes teſtamenti eſſe nequeant antiquitus, nec hodie, n 34 35. & 36.*

37 *Mulieres queunt eſſe teſtes in teſtamento inter liberos, & ad pias cauſas, n. 38. militis, n. 39. & in tempore peſtis, n. 40. & 41.*

42 *Mulier admittitur teſtis in voluntate non reuocatoria teſtatoris.*

43 *Mulieres in codicillis, & in donationibus cauſa mortis, poſſint ne teſtes eſſe, n. 44. 45. 46. 47. 48. 49. & 50.*

47 *Hermaphrodita præualentes in ſexu fœminee teſtes non ſunt in teſtamento, n. 48 49 & 50.*

51 *Mulieres nequeunt congregari ad ſtatuta condenda; etiam ſi auguſti aliquo, dum nupta ſit, n. 52 fallit in Regina, n 54. & in illuſtribus habentibus feuda, n 55. Quid in comitiſſa, n. 56. vel in habẽtibus priuilegium, n. 57.*

53 *Mulierum vſus nequit inducere conſuetudinem: Quid ſi ad earum artem ſpectet, n. 57.*

58 *Mulier etſi ad ſtatuta condenda ſit inepta eius, vero conſilium deſideratur.*

60 *Teſtes ſingulares qualiter Iure Regio probent Iudicem, aut Tabellionem ſubornatum.*

PRomiſi *ſuprà in cap. quoniam* 3. agere hic de hac difficultate ex verbis huius text. ibi, *quatenus teſtes, ſiue laicos, ſiue fœminas*, & ibi *ne laici, vel fœmina*; ſed quia Farinacius plura congerit 1

ex multis per eum telatis, *de Teſtibus*, *quaeſt*. 59. *per totam*, caſus ponit; nempe de teſte moliere, in criminalibus, *ibi à num*. 1. Et de teſte muliere in ciuilibus, *ibi à num*. 32. Et de teſte muliere in teſtamentis *à num*. 55. & plura congeret more ſuo Riccius *collect*. 1135. Vbi latius videbis; ideo ad hoc dubium magis breuiter reſpondere conabor igitur communis eſt Doctorum aſſertio, quod mulier repellitur à ferendo teſtimonio in criminalibus, & in teſtamentis. Ratio quare in criminalibus ea nempe eſt, nam propter ſexus fragilitatem eſt timor, quod varium mutabile, vel falſum teſtimonium proferat, vt probat textus *in c. forus*, verſic. *vltimo de verborum ſignif. cap. mulierem* 33. *quaeſt*. 5. & vtrobique Gloſſæ ordinariæ notant: refert plures Petrus Morla *in emporio tit*. 11. *num*. 78. licet hoc de Iure in criminalibus cauſis criminaliter attentatis mulieres non admittantur, niſi ſolùm ad veritatem detegendam ex textu *in dicto cap. quoniam* 3. *hoc tit*.

x Sed videtur obſtare huic reſolutioni idē textus *in d. c.* 3. *hoc tit*. Vbi concubina in eodem crimine contra Clericum ad teſtimonium admittitur. Verùm reſpondeo ideo admitti mulierem ad teſtificandum, licet ſocia criminis ſit in defectum probationis, cum de crimine ciuiliter agitur, cuius teſtimonium non eſt plenum ad plenam probationem; ſed ad indicium tantùm; ita expendit Graña *in cap. veniens* 10. *hoc tit. num*. 4. in verſic. *nec obſtat*.

3 Sed adbuc videtur obſtare textus *in c. ex eo* 15. *q*. 3. quo abſolute DD. fundāt eam concluſionem, nempe vt mulier in omni cauſa poſſit eſſe teſtis; & ſic Ius ciuile tranſcripſit *ex d. c. ex eo in l. ex eo ff. hoc tit*. & ob id Felinus *in d. c*. 3. *hoc tit. n*. 1. *in fin*. verſic. *& vnum conſidera*. Et videtur tenere Decius *in l. fœmina, n*. 35 *ff de regulis Iuris*, vbi reſpondet Iuribus *in d. c. forus de verb. ſignif. & in c. mulierem* 33. *q*. 5. & Gloſſa *in c*. 2. *de Iudiciis, l*. 6 ſeurit ibi in verbo *Iure prohibente*, mulierem poſſe eſſe teſtem in cauſa criminali criminaliter intentata, cum non magis ſit probibita in ciuili, quàm in criminali.

4 Adhuc tamen dicendum eſt, quod in cauſis criminalibus de Iure canonico mulier teſtis eſſe non poteſt, ſi agatur ad pœnam criminalem, veluti ad pœnam mortis vel alia pœna corporali, veluti membri abſciſſionem, ſecundùm ea, quæ ex multis Doctoribus expendit Farinac. *d. q*. 59. *à n*. 5. *& à n*. 27. Secus autem ſi agatur de cauſa criminali ciuili, vel ciuiliter intentata, vt pota ad priuationem beneficij, quia tunc de Iure canonico fœmina non repellitur à teſtimonio dicendo: ſic tradit idem Farinac. ad textum noſtrum cum Gloſſa hic verbo *fœminas*, & ad textum, *in c. quoniam*, & *ibi Gloſſa* in verbo *mulieres*, verſic. *cum verò agitur ciuiliter*, vbi Abbas *n*. 1. verſic. *nota*, *n*. 2. Felinus *n*. 1, Baldus *n*. 4. Imola *in princ*. Ancharranus *n*. 2. Borrius *n* 6. & alij relati, à Farinac. *d. n*. 5. qui docent quod textus *in d. c. quoniam* 3. *hoc tit*. quatenus admittit mulierem ad teſtificandum contra Preſbyterum, intelligitur, vt loquatur in

5 cauſa criminali, ciuiliter intentata † Quod dicit Bart. non admitti, quando pœna eſſet fiſco applicanda, etiam ſi ſit pecuniaria, quæ ad hunc effectum dicitur cauſa criminalis, & taliter vt ſi ciuiliter intentetur, non admittatur mulier in teſtem; ſic *in l*. 1. *poſt Gloſſam ibid* in verbo *aureorum centum, ff. de ſepulchro violato*, & alij quos ſequitur Farinac. *d. q*. 54. *n*. 6.

Itaque dicendum eſt de Iure canonico procedere, vt quando agitur criminaliter ad inſtantiam accuſatoris, mulier non admittetur in teſtem; ſecus tamen eſſe, quando Iudex agat ex officio; vel per inquiſitionem, vel per denunciationem, quia tunc mulieris teſtimonium recipietur, etiam in criminalibus, Iuxta Gloſſam *hic*, verbo *fœmina*, verſic. *ſicut in denunciatione*, & *dict. cap. forus de verb. ſignif*. verbo *non fœmina*, verſic. *& in inquiſitione*; & facit Gloſſa textus *in dicto cap. quoniam*, quem ſic interpretatur in verbo *mulieres in fine*, verſic. *aut in modum inquiſitionis*, & in figuratione caſus, Imola *in primo notabili*, Ancharranus *poſt num*. 2. Ioannes Andreas, *num*. 4. Innocentius, *numero* 1. Dueñas *reg*. 315. *in* 4. *fallent*. aliis adductis Farinacius *dict. quaeſt*. 59 *num*. 9. † Qui ait *ibi num*. 10. cum aliis Doctoribus regulariter in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, ſimoniæ, & in aliis excepis criminibus admitti mulieres in teſtes. † Imo & Gloſſa *in dicto cap. mulierem* 33. *quaeſt*. 3. verbo *nec teſtis*, & Burrius *in dicto cap. quoniam*, docent mulieres in criminalibus, etiam criminaliter intentatis in teſtes admitti, in quibus admittuntur ad teſtificandum infames de Iure canonico, & Henric, Boyc, *in dicto cap. quoniam*, *numero* 2. verſiculo *ſecundùm canones*, *iuncto*, *numero* 5. verſiculo *vel dic*, dixit poſſe de Iure canonico recipi in teſtem, ad aliquam præſumptionem faciendam; Farinacius *dicta quaeſt*. 59. *num*. 13. † Vbi *num* 15. addit recipi fœminarum teſtimonium de Iure canonico in criminalibus ad probandam innocentiam rei, & ad eius defenſionem. † Et etiam admitti, vbi veritas aliter haberi non poſſit, vt docent Felinus *in dicto cap quoniam*, *num*. 1. Abbas *num*. 2. Iaſon *in l. fin. num*. 2. *Cod. de locis*, *quibus vt indignis*, vbi quod iſto caſu duæ fœminæ plene probant delictum: multis adductis Farinacius *dict. quaeſt*. 59. *num*. 8. Maſcard. *de probationibus, concluſ*. 762. *num*. 16.

The right-margin numbers 6, 7, 8, 9, 10 stand beside the lines beginning "Itaque dicendum", "nacius dict. quaeſt. 59", "ptis criminibus", "dicta quaeſt. 59. num. 13." and "& ad eius defenſionem." respectively.

Hæc ita ſe habent Iuxta diſpoſitionem Iuris canonici, ſed de Iure ciuili, licet Ioannes Faber *in §. teſtes autem*, *num*. 1. verſic *ſed videtur*, iuncto verſic. *& hoc fortificatur inſt. de teſtamentis*, Lanfrancus *de teſtibus*, *num*. 3. verſic. *ego vero* Burſatus *conſ*. 20. *numero* 22. *libro* 1. & alij relati à Farinacio *dicta quaeſt*. 59. *num*. 18. docent prædicta ſimiliter procedere; tamen communis Doctorum calculus docet de Iure ciuili generaliter etiam in criminibus criminaliter intentatis mulieres in teſtes admitti, vt probant relati à Farinacio *ſupradicta quaeſt*. 59. *num*. 17. *ex dicta l. ex eo*, *ff. de Teſtibus*, *l. qui teſtamento*, *§. mulier*, *ff. de teſtamentis*, & in id Gloſſa *in dicto cap. quoniam ponderat textum in lib*. 3. *§. lege Iulia*, *ff. hoc tit*. & facit textus *in dicto cap. ex eo* 15. *quaeſt*. 3. † Et ita Rodriguez *de ordinando proceſſu*, *cap*. 9. *numero* 27. *&* 28. dicit procedere, vt teſtes in criminalibus, mulieres admittantur, præterquam ſi publico Iudicio damnatæ exiſtant, vt colligitur ex *dicta l. ex eo*, vel pro vt ipſe notat; ſi niſi crimina ſint publicorum Iudiciorum, in quibus ad teſtimonium ferendum admitti mulieres non debent; *lex de crimine*, *Cod. qui accuſari non poſſunt*, *lib*. 1. *Cod ad legem Iuliam de adulteriis* ſuppoſito, quod in his publicorum criminibus, quia admittitur ad accuſandum, admittitur etiam ad teſtimonium ferendum; ac per conſequens qui accuſare

accuſare prohibetur, & à teſtimonio repellitur,
vt *in cap. licet Hely*, verſic. *cum igitur in fine de*
ſimonia, vbi Doctores.
13 Et quamuis multi relati à Farinacio *dict. q.59.*
num.21. doceant de Iure etiam ciuili non admit-
ti mulieres ad teſtificandum in cauſis crimina-
libus, in quibus pœna mortis, aut pœna abſci-
ſionis imponitur, ſeu alia corporalis, quia de
grauiſſimo agitur præiudicio. Tamen Tiraquel-
lus *ad leges connubiales, lib.9. num.61. in fine*, Maſcar-
dus *de probationibus, concluſ. 62 num.14. etiam in*
fine, cum aliis docuerunt verius eſſe vt etiam in
talibus cauſis admittantur in teſtes; Farinacius
ſupra num 23. Gomezius *lib.3. var. cap 11 num 13.*
verſic. *ſed his non obſtantibus*; vbi dixit ab hac
ſententia non eſſe recedendum, nec in Iudican-
14 do, nec in conſulendo. † Verum ſi mulier eſſet
infamis, aut aliam pateretur exceptionem: tunc
ait Bartolus *in dicta l. qui teſtamento*, §. *enim qui*
num. 1. & alij, quos ſequitur Farinacius *ſupra*
num. 24. non admitti in teſtem; idem docent
Gomez. & Maſcard. *ſupra* Et aduertit Farinac. *à*
*num.*26. quod licet fœmina de Iure ciuili in cri-
minalibus admittatur modo dicto; ſed hoc in
15 caſu non dicetur integræ fidei. † Et ob id di-
xit Decius duas fœminas non plenè probare in
criminalibus; ſic *in dicta l. fœmina, ff de re In-*
16 *dicata, num.*36. † Et Gandinus cum Hypolito,
quos ſequitur idem Farinac. addit quod in ca-
pitalibus & vbi agitur de pœna mortis tres mu-
17 lieres reum non conuincunt. † Et licet Decius
voluerit per duas fœminas plene probari ſup-
poſitionem partus, tamen hoc intelligitur
quando ciuiliter agitur ad diſſolutionem matri-
18 monij, non ſi ad pœnam criminalem. * Imo
& Angelus Aretinus *in conſ.71. num 57. & 58.*
lib.1. crimin. conſ. diuerſ, dixit furtum probari
quando agitur ciuiliter per duas mulieres; ſecus
quando agitur criminaliter.
19 Ex his reſoluendum venit, quod in terris Ec-
cleſiæ ſeruabitur Ius canonicum in terris autem
imperij Ius ciuile, vt tradit Florianus *in dicta l.*
ex eo in fine, verſic. *& hoc ſcire. ff hoc tit.* cum
aliis Farinacius *dicta quæſt.* 59. *num.* 20. vide va-
lenſem *in Rub huius tit* §. 1. *n.*13.
20 Diximus iam mulierem in teſtem admitti in
cauſa criminali ciuiliter intentata; & ſic fortius
videtur eſſe dicendum, vt admittatur in cauſa
mere ciuili, vt docent expreſsè Doctores *in di-*
cta l. ex eo hoc tit. & dicta l. qui teſtamento, §. *mu-*
*liere, ff de teſtamentis cap. ex eo 15. quæſt.*1. Et
hanc regulam æquabiliter procedi, tam de Iu-
re canonico, quam ciuili; probat Gloſſa *in cap.*
ſi teſtes, §. *Hermaphroditus*, in verbo *ad teſti-*
monium, verſic. *in Iudicio 4. quæſt.3. & in dicto*
cap. forus de verb. ſignif. Felinus *in dicto cap. quo-*
*niam 3. hoc tit. num.*10. Henricus Boyc. *num.*2.
Maſcardus *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 764. *num.* 7.
21 cum aliis Farinacius *dicta quæſt.*59. *num.* 32. *
Vbi *à num.*35. declarat procedere, etiam in
cauſa matrimoniali, quamuis grauis reputetur,
& criminali forſan æquipararetur ad textum *in cap.*
mulieri extra de Iureiurando, Iuxta ea, quæ dixi
ſupra in cap. ſuper eo el. 2. hoc tit. facit textus *in*
cap. videtur 35. quæſt. 6. firmat Gloſſa *in*
dicto cap. forus in fine, in verb *non fœmina* Maſ-
cardus *ſupra concluſ.*762. *num.*7. Couarruuias
de ſponſalibus 2. part. cap. 8. §. fin. verſic. *non hoc*,
vbi ait procedere, etiam quod agatur de ſepa-
ratione matrimonij de hoc dubio videndi ſunt

Tiraquel. *de legib. connubial, in l. 9. num.*61. Vil-
lalobos *in ærario comm. oppin. tit* 11. *num.*153.
Suarez *in commmunib. ead. litt. num.* 163. Dueñas
*reſp.*315. Nouellus *reg.*116. *num* 9. Clarus *in pra-*
*xi q.*24. Moral *in emporio tit.*11. *num* 98 Farinac.
quæſt.9. à num.1. ad 31. Sanchez *conſ. lib.6 cap* 5.
*dub.*14 *num.* 1 bona de ætate annu 2056. *ex n.* 15.
Barboſa cum aliis *in c quoniam hoc tit. n.2 & 4.*
Eſt tamen controuerſum, an in his cauſis ci- 22
uilibus mulieres teſtificantes ſint integræ fidei;
& licet multi Doctores per textum *in dicto cap.*
ſuper eo hoc tit. Vbi dicitur quod duæ mulieres
plenè probant matrimonium. * Et ob id Cro- 23
tus *de Teſtibus, part.4. num.*154. dicat taliter in
mulierem adductam reputari integræ fidei, vt
actori probanti per vnam mulierem, ſuam in-
tentionem deferri poſſit Iuramentum, in ſup-
plementum probationis, ſecundùm Abbatem
in cap. ex inſinuatione col.2 verſic. *& quod dictum*,
& alij relati à Farinacio *vbi ſupra dict. quæſt.*59.
num 35. tamen quia *num.*36. refert plures alios
aſſerentes nec in ciuilibus mulierem eſſe teſtem
integræ fidei; docet hoc vltimum procedere, ſi
teſtificentur in cauſis arduis, & magnæ quanti-
tatis, necnon in matrimonialibus, vbi de illius
diſſolutione agitur. Nec obſtare ait textus *in di-*
cto cap. ſuper eo, quia dicit ipſum non loqui quo-
ad ſolutionem matrimonij, & ſi forſan rectè
inſpiciatur eius ſenſus non bene probare primam
ſententiam, cum loquatur de mulieribus con-
ſanguineis admittendis, & non admittendi ſe-
cundùm diſtinctionem, de qua ego *ibi* dixi.
Hæc tamen dicta de fœminis in teſtibus ad- 24
mittendis in cauſis ciuilibus, aliquibus limitatur
caſibus. Primo in cauſa feudali, in qua cum re-
quirantur teſtes integræ fidei; ideo non admit-
tuntur mulieres ad textum *in c* 1. *in fin quot teſtes*
ſint neceſſarij ad proband. feud. ingrat. c.1. pariter in
fin. qui teſtes ſint neceſſarij ad nouam inueſtituram pro-
bandam; & ſic per hæc Iura firmatum Baldus, Al-
baroſus & alij, Felinus *in d. c quoniam 3. hoc tit.* * 25
Quod limitat Maſcard. *l* 2. *de probat. concluſ.*764.
n.2. & 3. in fœmina illuſtri, & habente feuda, &
caſtra ſub ſe nam talis poterit eſſe teſtis in cauſa
feudali.
Secundo non procedat in ſcriptura probata 26
tribus teſtibus ſubſcribenda in caſu *l. ſcripturæ,*
C. qui potiores in pignore habeantur, in quo teſtes
fœminas non admitti, dixit originaliter Bald. *ibi*
in verbo *trium, n.*4. Felinus *in c. ita quorumdã n* 1.
de Iudæis aliis adductis Farinac. *d. q.59. n* 41. qui
*n.*43 declarat hoc procedere, quando contenditur
de hypotheca cum alio habente publicũ inſtru-
mentum, ſecus ſi de tali prioritate, & potioritate
non diſputetur; quia tunc nihil eſt; quod impe-
diat fœminam in teſtẽ adduci in ſcriptura priuata
Quo pacto interpretatur Couar. *pract. c.*21. *n* 3 &
alij relati à Farin. *d. q* 59. *n.*41. dicentes teſtes eſſe
idoneas in ſubſcribendo ſcripturam priuatã. * Et 27
Bart. *in Auth ſi quis in aliquo, n.6 C. de edendo*, ver-
ſic. *breuiter*, & relati à Maſcard *d concl.*764 *n.*10.
*concl.*908. *n* 6. *& concl* 32. *n* 29. dicunt mulieres nõ
admitti ad probandũ tenorẽ inſtrumẽti deperditi
cum teſtes ad eius probationẽ debeant eſſe periti,
& etiam idonei, vt cognoſcant defectus inſtrumẽ-
ti, & litteras Notarij: ſequitur Farin. *ſup. n* 44. qui
*n.*45. ea Maſcard. *ſup* & Dueñas *reg.*113 *in limit.*4.
† Et Tiraquel. ait quod ſi è contra mulier perita 28
eſſet, tunc poſſit in teſtem admitti ſuper tenore
inſtrumenti. † Et addit, *ibi num.*47. quod li- 29

cet Baldus diaerit non prohiberi mulieres eſſe teſtes in inſtrumentis, *in dicta leg. ſcripturas, num. 4. in fine*, verſic. *iſto caſu*, & addentes ad Abbatem *in dicto cap. forus, num. 4. littera D. de verb. ſignif.* tamen Farinacius dicit eſſe non recordari vidiſſe inſtrumentum, ſeu contractum, in quo fœminæ ſunt adhibitæ in teſtes, ipſum videbis & applicabis, *in q. 62. à num.* 110. itaque Aretinus *in d. §. Teſtes inſtit. de teſtam.* dixit *n. 1.* mulierem nec in contractibus recipi in teſtem.

30 Quod ſi dubites de Iure Regio quid tenendum, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus doceo mulieres bonæ famæ poſſe teſtificari in eis, vt docet text. *in l. 17. tit. 16. p. 3.* ibi, *muger de buena fama puede ſer teſtigo en todo pleyto, fueras ende en teſtamento*: tradit Greg Lopex *ibi*, gloſſa verbo *en todo pleyto*, & ab ea non eſſe recedendum in Iudicando, & conſulendo tenuit, affirmat Anton. Gomez. *d. lib. 3. var. cap. 12. n. 13 in fine*, propter dictæ legis generalia verba: ſequitur Rodriguez *de ordin. proceſſu, d. cap. 9. n. 28.* verſic. *cæterum*, dicens id procedere tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam capitalibus, præterquam in
31 cauſis teſtamentariis. † Lege tamen 8. *lib.* 2. fori in legibus ſtyli diſpoſitum erat mulierem non poſſe teſtificari, niſi in caſibus pertinentibus ad mulieres, vel in geſtis in locis, vbi ſolent conueniri, veluti in flumine, vel furno.

32 Vnum tamen notabis, quia etſi mulier admittatur ad teſtificandum, ſed non erit tantæ fidei quantæ, & maſculus, niſi quando eſſent bonæ famæ, & maſculi malæ, vt docet Farin. cum aliis *dicta q. 19. à n. 49.* ſeu quando fœminæ deponerent pro reo viri pro actore, de quo dixi iam alibi *in hoc tit.*

33 Ex his, & ex prædicta Lege Regia 17. *tit. 16. p. 3.* imò & ex Iure ciuili, quo cauetur fœminam non eſſe admittendam ad teſtificandum in teſtamento ex dicta *l. qui teſtamento, §. mulier, ff. de Teſtamentis*, & in *§. teſtes autem inſtit. eod.* vti docent infiniti relati à Farinac *d. q. 59. de teſt. à n 55.* quibus addo Rodrig. Gomez. *ſuprà*, relatos, & Valenſem *ad Rubricam noſtri tituli. §. 2. num* 21. & 22. Vbi benè, & breuiter expendit, & alios relatos à Pichardo *in dicto §. Teſtes*, qui benè de ratione expendit, & taliter id procedere ait Farinacius ex multis *dicta q. 59. à num* 59. etiam de Iure Canonico mulierem non poſſe teſtem eſſe in teſtamento. Et ſic contra nonnullos ab eo relatos *ibi num.* 60. aſſerentes in terris Eccleſiæ mulieres poſſe teſtes adhiberi in teſtamento, & contra Couarruu. *in cap. cum eſſes de teſtamentis, num.* 14. id verum eſſe eſto, quod omnes teſtes eſſent fœminæ, ait *ibi n* 61. nunquam ſe vidiſſe fœminas in terris Eccleſiæ teſtes fuiſſe in teſtamento adhibitas, nec à notariis vſitatum. Plures congerit Parianus *in reg.* 463.

34 Sed ſi dubites quare in cæteris actibus teſtificari queant, vt iam dictum eſt, in teſtamentis non item, non omnino concordant Doctores, quia ſi dicas cum Accurſio *in dicto §. teſtes*, verſic. *ſed nec mulier, inſtit. de teſtamentis*, & cum Speculatore *de teſtam Gloſſa 31. princip. ex n. 11.* id factam eſſe propter inconſtantiam, variúmque teſtimonium mulierum: tunc conſtantiſſimè vrgeres dicendo hanc rationem conuenire, etiam aliis cauſis criminalibus, quæ vt in plurimum ſunt grauis momenti; imò, & in ciuilibus arduis, in quibus non minor fides exigitur quinimo, & aliquando integrius; ſiquidè videmus in criminalibus non eſſe integrum teſtimonium minorum viginti annis ex textu, *in l. in teſtimonium 20. ff. hoc tit. l. 9. tit. 16. p. 3.* cum tamen ad teſtamenta puberes admittantur, vt primum decimum quartum annum exceſſerint, vt conſtat *in d. §. teſtes*, verſic. *nec impubes inſtit. de Teſtibus, l. 3. §. lege Iulia, l. inuiti 8. ff. hoc tit.*

Nec dictum Accurſij, & Spini iuuatur *ex d.* 35
cap. forus, verſic. *teſtes de verborum ſignif.* quo Abb. *in cap. cum eſſes de teſtamentis, col.* 2. & Couarr. *ibi n.* 14. putant eorum teſtimonium admittendum eſſe in teſtamentis, ſicut admittitur virorum, vt latè etiam defendit Menchaca *lib. 1. de ſucceſſionum creatione, § 12. n. 42.* & *§. 13. n 74. & lib 3. §. 30. n. 26.* Quia reſpondeo textum illum tantùm probare illarum teſtimonium eleuari nec tàm integræ, & perfectæ fidei adhiberi, ſicut virorum, quoties concurrunt, vt iam *ſuprà* dixi, & notat Pichard. *in d. § teſtes n. 18. & 19.* vbi addit verius eſſe Iure etiam Canonico mulieres teſtes eſſe non poſſe, in teſtamentis, vt iam etiam dixi.

Vnde vt alij tradant diſcriminis rationem, 36
ſupponunt olim mulieres inteſtibiles fuiſſe, id eſt, non habuiſſe teſtimonij dictionem, vt deducitur ex traditis ab Aulugelio *noct. atticar. cap. 7.* poſtea autem ne probationum facultas coanguſtaretur, vt *infrà* dicam *in cap* 41. *hoc tit.* & pater, *ex l. 1. ff hoc tit.* dicens eam ampliandam, & ne ſic delicta, quæ furtim, & fortuitò ſemotis viris præſentibus: tamen mulieribus perpetrantur, manerent impunita publicâ reclamante vtilitate æqua eſt ea puniri, *l. item ſi verberatum ff ad legem Aquiliam*, generaliter mulieris teſtimonium admiſſum fuit (ſecundùm formam iam relatam,) præterquam inteſtandi actuque eſt ſolemnitatis, & cæremoniarum plenus, & nonniſi per prudentiſſimos, & ſapientiſſimos viros tractandus, vt ait Iuſtinian. *in l. fin Cod. de teſtam.* ideo cum id in mulieribus, non æquè inueniatur factum eſt, vt à teſtimonio repellerentur, ſed hoc dictum fallere inquam poſſet in mulieribus illuſtribus, ſeu peritis, & perſpicacibus, vt iam dixi reſpectu aliarum cauſarum.

Quare fortior, & æquior ratio, ob quam mu- 37
lieres in teſtamentis non admittantur in teſtes ea verò eſt, quia cum teſtamenta apud acta; hoc eſt in medio foro, & coram Iudice ſint aperienda, iuratis, & vocatis Teſtibus, *l. 1. Cod. quemadmodum teſtamenta aperiantur, & per totum, ff. eodem, l. 2. titulo 2. parte 6.* latè Spino *gloſſa* 34. *à num.* 22. & inde eueniret, vt mulieres cogerentur in publicum prodire, & virorum cœtibus admiſceri contra matrimonialem, virginalémque pudorem, quod non eſt ferendum ex *l. 1. ff. de poſtulando, in §. ſexum*, & *ex l. maritus* 21. *Cod. de procurat.* & ex generalitate text. *in l. fœmina, ff. de regulis iuris*, & ex dicendis in dubio ſequenti appoſito in hac quæſtione; ideo rectè factum eſt, vt non admittantur, quod magis admitti debet, ſi hæc prohibitio referatur ad teſtamenta, quæ calatis comitiis fiebant, vt tradit Conanus *libro 3. comment. cap. 3. num. 3.* Pichardus *in dicto §. teſtes, num. 15. & 16.* vbi addit quoad ſolemnitatem, magna ex parte retineri illum antiquum teſtandi vſum, quod hiſce noſtris temporibus contingit, ſiquidem in vnum teſtes teſtamentarij concurrunt, quando teſtes adhibentur; & ſic commiſcerentur aliquando loquutione inhoneſtâ cum mulieribus, ſi ad illum actum vocarentur; id

tamen

Digitized by Google

tamen in aliis actibus non habetur; ſiquidem
ſeparatim à viris teſtimonium poſſunt proferre,
vt patet de communi praxi. Et facit dictum va-
lenſis *in Rub. de Teſtibus. dicto*, §. 2. *num.* 23. *in*
fine.
38 In aliquibus tantùm caſibus poſſunt in vlti-
mis voluntatibus mulieres eſſe teſtes, veluti in
teſtamento inter liberos, iuxta *Authenticam quod*
ſine, Cod. de Teſtamentis, Abbas *in dicto cap quo-*
niam 3. *hoc tit. in additionibus*, incipit *an & quando*
liber, Felinus *ibi num.* 43. quod declarat Farina-
cius *dict. quaeſt.* 59. procedere in teſtamento con-
dito inter liberos legitimos, & naturales; ſecus
in condito inter naturales tantùm, & baſtardos:
nam in eo fœminæ, non recipiuntur; ſic Baldus
in dicta l. qui teſtamento, § *mulier*, verſic. *in ea Gloſ-*
ſa, ff. de teſtamentis, vbi refert contrarium tenen-
tes, *& in l. fin. C. familiae erciſcundae*, qui non carent
probabilitate.
39 Item etiam limitatur in teſtamento ad pias
cauſas, in quo & fœmina in teſtem recipitur, Bal-
dus *in lib.* 1. *num.* 9. *Cod. de Sacro ſanctis Eccleſiis*,
addentes ad Gloſſam *in* §. *teſtes autem*, in verbo
nec mulier, Sebaſtianus Sap. *in addit. ad Abbatem in*
dicto cap. quoniam, verſic. *an & quando mulier*, &
verſic. *poteſt eſſe teſtis*, vbi dicit procedere vtroque
iure canonico, & ciuili, & *ibi* Felinus *num.* 3. ver-
ſic. *quod autem*, vbi dicis ſine dubio de iure cano-
nico tenendum, & Crotus *de Teſtibus part.* 1. *n.* 8.
quod hæc opinio eſt tenenda in practica; licet
contra eam faciant plures rationes ab eo relatæ.
40 † Et idem procedere in teſtamento militis addi-
tiones, poſt Gloſſam *in dicto*, § *teſtes*, in verbo *nec*
mulier inſt. de teſtamentis ibi Aretinus *num.* 1. & alij
41 citati à Farinacio *dict. quaeſt.* 59. *num.* 70. *&* 71. †
Item tempore peſtis, ſi probaretur, quod eo tem-
pore copia maſculorum haberi non poſſet; ſic
concordat Farinacius multos Doctores pugnan-
42 tes *ſupra à num.* 72. *&* 74. † Et *num.* 75. ait pro-
cedere etiam in teſtamento eius qui in ciuitate
permanſit, vt labenti Reipublicæ ſubueniret; ſic
43 cum Ripa. † Item limitari docet idem Farina-
cius cum aliis in hoc, quod eſt voluntatem teſta-
toris probare prioris, non reuocatoriam, non ſi
eſſet reuocatoria, vt relati à Farinacio *à num.* 77.
voluerunt, quia tunc abſurdum eſſet, vt admitte-
rentur fœminæ ad deſtruendum teſtamentum
iam factum, in quo teſtes eſſe non potuerunt;
addo valenſem *in Rub. hic d.* §. 2. *à n.* 21.
44 An verò in codicillis idem ſit, quod in teſta-
mentis, vel in donationibus cauſa mortis, vide-
tur aliud dicendum; nempe, vt fœminæ in teſtes
adhiberi poſſint, vt docent Doctores per Gloſ-
ſam *in dict. l. qui teſtamento*, §. *mulier* in verbo *non*
poterit, ff de teſtamentis, *& ibi* Bartol. *num.* 4 alij re-
lati à Farinacio *dict. quaeſt* 59. *à num.* 64. & ſic ve-
rius reputat Valenſis *in dict. Rub hoc tit. num.* 22.
quia id non reperitur prohibitum ſic ſecundùm
Gloſſam *in l. fin.* verbo *quinque, Cod. de codicillis*. †
45 Nec obſtare an, quod codicilli ſint teſtamenti
ſequela, ſeu pars veniantque largo modo appella-
tione teſtamenti iuxta Gloſſam *fin. in l.* 1. *ff. de te-*
ſtamentis, & videantur ab eodem dependere ex
Gloſſa *in dicto*, § *mulier dicta l. qui teſtamento*. quia
reſpondet, quod non ſunt vere teſtamentum. &
docent Accurſius *ibi* Bartolus, Matienço *in lib.* 2.
Gloſſa 9. *num.* 8. *tit.* 4 *lib.* 5. *recop.* & Burgos de Paz
in lib. 3. *tauri*, *num.* 1310. ait ſic fuiſſe iudi-
catum in hac Regia Cancelleria Vallis-ole-
tana.
46 Tamen Pichardus noſter acerrimè defendit
idem dicendum de codicillis, ac de teſtamen-
tis; ita vt fœminæ non admittantur in teſtes,
niſi vt ibi dictum eſt, & hoc exaltat ex eo, quia
codicilli plurimum habent de natura teſtamen-
torum, vt patet ex titulis, *ff. & Cod. de codi-*
cillis, eiuſdemque ſint partes *ex l. quidam refe-*
runt 14. verſic. *nimirum*, *ff. de Iure codicillorum*,
eademque ſolemnitate aperiantur, *l. fin. ff. quem-*
admodum teſtamenta aperiantur, & affectione te-
ſtamenti pendent; is enim poteſt codicillos fa-
cere, qui & teſtamentum, *l. Diui Seuerus* 6.
§. *codicillos*, *l. conficiuntur* 8. verſic. *codicilli*,
ff. de codicillis: † Cumque eædem prohibitionis 47
rationes militare videantur ſequitur, hanc ſen-
tentiam rationabiliſſimam eſſe, præcipuè ſi con-
ſideres *ex lib.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop.* verſic. *y enlos*
codicillos interuenga la miſma ſolemnidad, que ſe
requiere en el teſtamento nuncupatiuo: ergo cum
iure Regio concordi omnium ſententia admiſ-
ſum ſit teſtes maſculos eſſe oportere in teſta-
mentis, *lib.* 1. *&* 9. *tit.* 1. *part* 6. *lib.* 6. *tit.* 16.
part. 5. *lib.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *recop.* ibi *teniendo las otras*
qualidades que el derecho requiere, vbi Matienço
Gloſſa 8. *num.* 3. Azenedus *ex num.* 41. quid mi-
rum, vt in codicillis, & teſtes maſculi ſolùm
admittantur; ita cum aliis multis ipſe Picar-
dus probat.
Et videtur coadiuuari ex diſpoſitione tex- 48
tus, *in lib.* 10. *tit* 1. *part.* 6 quæ de Hermaphro-
dito loquens ſic ait, *eſte tal decimos que ſi tira*
mas à natura de muger, que de varon no puede ſer
teſtigo en teſtamento, ni en todas las otras viandas
que home ficieſſe; ſed dubium non eſt illa ver-
ba (*ni en todas las otras mandas que home ficieſſe*)
referenda eſſe ad fidei commiſſa, & codicil-
los, quæ continentur appellatione vltimæ vo-
luntatis; *dicta leg fin. Cod. de codicillis*: ergo
neceſſario dicendum, & multò magis fœminas
in teſtes non admitti in codicillis.
Namque ſi Hermaphroditus ex eo, quod in 49
ſexu fœmineo præualet, nec in teſtamentis,
nec in codicillis teſtis eſſe poteſt; imo & ſi non
præualeat magis in vno ſexu, quam in alio, vt
voluerunt relati à Farinacio *dicta quaeſt* 59. *à*
num. 57. vbi ſecus ait ſi Hermaphroditus præ-
ualeat in ſexu maſculino, quia tunc æquipara-
tur maſculo, & non repellitur à teſtificando
ex l. quaeritur, *ff de ſtatu hominum*, *l. repetundarum*, §. 1. *ff. de Teſtibus*, *cap. ſi teſtes*, §. *Her-*
maphroditus 4. *quaeſt.* 3. & ibi Gloſſa in verbo *ad*
teſtimonium 3, item Gloſſa *in dicto*, §. *teſtes autem*,
in verſic. *ſed nec mulieres* verbo *quid de Her-*
maphroditis ibi Aretinus, & addentes ad Ab-
batem *in dicto cap. forus de verb ſignif.* mani-
feſte apparere videtur fœminas longè magis re-
pellendas, vt grauiter conſiderauit prædictam
legem Regiam in hanc opinionem, Molina
de primogenus, *lib.* 2. *cap.* 8. *num* 26. Ceruan-
tès *in dicta lib.* 3. *tauri*, *num.* 157. militant
enim in hoc caſu rationes, quas pro teſtamen-
to adduxi. † Quare licet Baldus *in dicta l.* 50
qui teſtamento, §. *mulier in fine*, verſiculo *in*
ea Gloſſa, *ff de teſtament.* Iaſon *in dicta l. fin.*
Cod. de codicillis, *numero* 17. Aretinus *in di-*
cto, §. *teſtes inſt de teſtamentis*, Campegius *de*
Teſtibus Regula 124. *in fallentia* 2. verſiculo
ſecus in teſtamento eſſe adiecta clauſula codicil-
laris, dicant quod cum hodie in teſtamen-
tis apponatur clauſula, *codicillaris*; ideo
eo in caſu, quo prædictum teſtamen-
tum ſuſtinetur virtute dictæ clauſulæ in

vim codicillurum, non vitiari, ſi teſtes fœmi-
næ adhibitæ ſiot. Tamen ex iam relatis hæc
doctina videtur ouo admittenda, eum potius
codicilli aſſumant teſtamentorum originem,
& cauſam; & ſic ſi fœminæ in teſtamentis non
admittuntur, nec admittuntur virtute clauſulæ
codicillaris, vulgò *ſi no valiero como teſtamento*,
valga como codicilo, quia hoc habedit locum
reſpectu numeri teſtiom, ſed non quod fœmi-
næ admittantur in codicillis, & ex his mibi val-
dè opinabilis eſt, hæc doctrina; licet cootra com-
51 muoem. † Et de hoc dubio videbis qoæ ſcrip-
ſit Zeuallos *in quæſtion. pract. quæſt.* 700. bene
diſputans, dicens de iure ciuili, & Regio teſtem
eſſe nou poſſe fœminam; ſecus de Iure caoooi-
co, nec in codicillis admitti de Iure Regio.

52 Ad ſecundam difficultatis partem fluit reſ-
pooſum ex dictis, quia cum ad ſtatuta cooden-
da mulieres concurrerent ad cætus virorum; id
eo ex regula dictæ legis fœmioæ, *ff. de regulis*
Iuris, merito fœminæ non poterunt adeſſe ad
ſtatuta condenda, Iuxta textum *in lib.* 1. *ff. de le-*
gibus, vbi Bartol. Cyn, & Bald. Ioannes de Pla-
tea *in l. fin. Cod. de muner. patrimon. lib.* 10. & ſic
Felinos tradit *in dicto cap. quoniam hoc tit num.* 5.
ideo fœminas coodere ſtatuta non poſſe, quia
eſt quid Iuriſdictionis, & quia inter eas non ſo-
let regnare prudentia, vt inquit, Æneas Sil-
uius *Epiſtola* 88. late Ioanoes de Neuican. *in*
ſua ſylua nuptial. lib. 1. *num.* 41. quam vocat
commuoem Ioannes Oroſcius *in dict. l.* 1. *ff.*
de leg. n. 13.

53 Vnde licet qood ſi fœmina oupta ſit, etiam
quod ſit auguſta oon poterit ſtatuta condere te-
ſte Gloſſa *in l. Princeps*, *ff de legibus*, Decius *in*
dicta l. fœmina, *num.* 47. Ioannes Oroſcius *ſupra*
54 *dicto num.* 13. † Et ob id nec vſus mulierum
poterunt induoere conſuetudinem dixerunt Pa-
normitanus, qui bene probat *in conſ.* 53. *num.* 1.
lib. 2. Bartol. *in dicta l* 1. *ff. de legib. num.* 7. Pa-
normit *in cap. fin. num.* 8. *de conſuetudine* late Pe-
trus Dueñas *in Reg.* 310. Abiles *in capitibus præ-*
tor. in proœm, Gloſſa *ordenancas*, *num.* 9. Decius
in dicta l. fœmina, *num.* 37. cum aliis Gratianus
reg. 211.

55 Verùm prædicta concluſio limitatur in Re-
gina in ſuo proprio Regno, vt notatur per An-
gelum *col.* 1. & Iaſonem *num.* 14. *in dicta lib.* 1. *ff.*
de leg quod etiam hodie procedere, & ſi ſit ma-
ritata ſine licentia mariti, vt latè probat Bur-
gos de Paz *in proœmio legum tauri*, *num.* 304. &
ſic tempore Regum D. Ferdinandi, & Iſabelis
Regum Hiſpaniæ plures leges ab eis inſimul
conditæ fuerunt, vt patet *in lib nona collectio-*
nis, paſſim. Item limitatur, vt non procedat
in mulieribus illuſtribus habentibus feuda, ſeu
Dominia tranſitoria ad eas, vt *in cap* 1. *de ſuc-*
ceſſione feudi, & *ibi* Baldus, & Iaſon, Baldus *in*
56 *deciſ.* 117. † Item comitiſſa poteſt leges, ſeu
ſtatuta in ſuo territorio condere, Decius *in di-*
cta l. fœmina, *ff. de reg. Iuris*, *num.* 37. Balbus
ſupra dict deciſ 117 & facit textus *in lib.* 4. *tit.* 4.
57 *part.* 3. † Item ſi ex priuilegio mulieri compe-
58 tat Iuriſdictio, dum tamen ſit ſpeciale. † Item
& in his, quæ ad mulierum artem ſpectant, vt
dicit Abileſius *in capitibus prætor in dicta Gloſſa*
ordenancas, *num.* 12. Et de his tribus modis ſcripſe-
runt Iaſon, & Ioannes Oroſcius *in dicta lib.* 1.
ff. de legibus; imo & Petrus Dueñas *Reg.* 310. aliis
tribus modis limitat.

Vnùm tamen notabis quod & ſi fœmina nou 59
poſſit adeſſe ad ſtatuta condenda; tamen pote-
rit eius conſilium haberi, quia imperatoe ipſe
dicit legem feciſſe, & conſilij participem habuiſſe
coniugem ipſius, in Authentica, vt Iudices ſine
quoquo ſuffragio, § *hæc autem omnia*, per quē tex-
tum ita limitat Decius *in dicta l. fœmina ff. de reg.*
Iur. num. 58. Tamen Catelianus Cota, *in memora-*
bilibus Iuris verbo *maſculinum*, contrarium docet,
& ſequitur Gratianos *dict. reg.* 211. *num.* 4. eo
quod eius conſilium ſemper eſt dimiourum, &
in nihilo poſſit, vt inquit Gloſſa *in l.* 2. *qualiter*
mulier permit. aliena.

Ad tertiam quæſtiools partem num teſtibus 60
ſingularibus probetur iudex ſubornatus ſuppo-
ſitis quæ adduco *ſupra quæſt.* 1. & 2. nunc ad
propoſitum iure noſtro Regio diſpoſitum eſt *in*
l. 6. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopil.* vt ſufficiant teſtes ſio-
gulares & etiam de actis diuerſis ſed ipſi tantum
qui munera contulerunt qoibus negatur recu-
peratio & iudices alia via tam ſuſpecto & banc
diſpoſitionem vocauit magnam diſpenſationem
Scipioo Theodoro *alleg.* 97. *num.* 14. Cum dicat
thomas Hurtado *de Inſt. tract.* 4. *c.* 8. *reſolut.* 8. eſſe
inter doctores iugentem controuerſiā num poſſit
princeps lege ſua facere vt teſtibus ſingularibus
reus conuincatur ad pœnam inſligendam, &
hanc legis formam omnino ſeruandam oec iu ea
credendum dixit in quodam maoo ſcripto DD.
Chriſtophorus Moſcoſo conſilij Caſtellæ hoc
anno 1658. in menſe auguſti conqueſtus cum iu-
dicibus acerrime coodemnantibus quendam
prætorem nobilem per teſtes ſingulares in alie-
no facto coniungendo illis cum mala fama
ipſius prætoris circa idem addens cum Solorza-
no *tom.* 2. *de gubernio indiarum lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 58.
Bouadilla *lib.* 5. *polit. cap.* 1. *num.* 224. Lattea *al-*
leg. 48. *num.* 27. contra Affomadam, Olaoum,
Auendañum, Maſtrillom & alios, *de l.* 6. extendi
etiam ad reſidentiam & quod non eſt neceſſaria
probatio bonæ famæ in teſtibus ſingolaribus
qui deponunt iuxta, *l.* 1. *tit.* 27. *lib.* 4 *recopil.* §. ante
penultimam, contra Tabelliones ſubornatos
quia ipſa lex non expoſcit & qui ipſi ſcribæ
ſunt inferiores Iodicibus alia proſequitur D.
Moſcoſo.

Qvæstio IV.

An in criminalibus cauſis à reo criminis exigatur Iuramentum de veritate dicenda?

Svmmarivm.

1 *Iuramentum de veritate in criminalibus exigitur à reo etiam inuito, n.* 2.

3 *Iurans non commiſiſſe delictum, aut de calumnia, & poſtea contrarium appareat, non punitur de periurio.*

5 L 2. Cod de rebus creditis.

PEr hunc Textum video Tiberium Decia- 1
num docere, *lib.* 2. *criminalium*, *cap.* 22.
num. 13. In criminalibus non poſſe à reo exi-
gi Iuramentum de veritate dicenda; tenent etiam
Hypolytus *in practica*, §. *poſtquam*, *num.* 4. &
eius opinionem aſſerit communem Salicetus
in l. principalis, §. *quod obſtruari*, *n* 21. verſic. *ſed*
quid ſequuntur.

Tamen

2 Tamen quod poſſit à reo exigi etiam inuito, vt luret de veritate dicenda, docent Bartol. *in l. Marcellus, ff. de rerum amotarum*, approbat textus *in lib.4. tit. 29. part. 7.* quæ communiter ita practicatur in his Regnis, vt tradit Suarez *in lib.4. tit. de las arras lib. 2. num. 14.* quamuis non deberi practicari firmet Bernardus Diez *in pract. crimin. cap. 126.* videbis quæ latè adducit Couarr. *lib.1. var. cap. 2. à n. 2.* & Antonius Gom. *3. tom. var. cap. 1. à n. 65.* multis adductis Zeuall. *in pract. q. 301.* huius opinionis fundamenta benè expendit Salced. *in additionibus ad Bernardum Diez, d. cap. 126. littera A.* alia tradit Villalob. *in ſumma, tract. 56. p. 2. difficult. 1.* vbi agitur an reus interrogatus de delicto, teneatur veritatem dicere; alibi, iam aliqua dixi, & dico latiſſimè ad textum, *in cap. fin. de Iureiurando*, nonnulla adduxi ad titulum *de iuramento Calumniæ*.

3 Vnum tamen notabis, quod ſi iuraſſet delinquens ſe non commiſiſſe delictum, & contrarium poſtea apparuiſſet, non eſſet puniendus de periurio, vt tenent ſingulariter Alexander ad Bartol. *in additione 2. l. 1. ff de bonis eorum, qui mortem ſibi Conſcil.* quod dicit menti tenendum Æneas de Falconi ad Abbatem *in cap. 1. num. 3. de Teſtibus cogend.* & *in cap. 2. additio penult. de confeſſis ad finem*, & illud commendat Maranta *de ordine Iudiciorum, pag. 405. num. 9.* & Sylua Nuptialis *lib. 3. n. 43. ad finem*, dicens ſe alibi non legiſſe, & tenet Suarez *in d. l. 4. de las arras, lib. 2. fori, n. 17. fol. 200.* & Gomez. Arias
4 *in l. 78. Tauri, n. 14.* † Idémque ſeruandum in iurante de calumnia: tradit Ripa *in cap. 1. de reſcriptis, n. 5.* Baldus *conſ. 299. lib. 5.* & probatur, *in l. ſtyli 136* & addit Zeuallos *vbi ſuprà, n. 5.* hoc pacto intelligendam eſſe, *l. 2 Cod. de rebus creditis*, de cuius intelligentia optimè Pichardus *in §. ſi quis poſtulante inſtit. de actionibus*, quæ lex intelligenda venit per textum, *in l. 26. tit. 11.*
5 *p 3.* † ſolum iſte peierans habebit Deum vltorem, vt tradunt Beroius *q. 134. n. 3.* Boſſius *in pract. de periurijs, num. 3.* Iulius Clarus *in pract. q. 45. n. 10.* Villalobos *dict. 2. p. ſumma tract. 17. dif. 4.* & applicabis quæ dicit Gloſſa *hic* verbo *probata*. Sed quia punctum huius difficultatis, non moliùm conducit ad textum noſtrum; ideo gradum facio de periurio, & eius pœnis, & de explicatione, *dicta legis 2. de rebus creditis, & Iureiur.* multa dico *infrà in cap. breui 17. de Iureiurando.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXIV.
Cum olim, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

5 *Sententia appellatione diffinitiua intelligitur, non interloquutoria.*

1 HIc agi poteſt de materia litis conteſtationis. De qua *in Rub. ad titulum de litis conteſtat.* item de exceptione, quæ valeat repellere Actorem ab agendo, de quo applicabis dicta *in cap. intelleximus de Iudicijs*, & *in cap. 1. & 2. de ordine cognit.* Item agitur de conuocandis partibus ad locum ſecurum *ibi*, in verſic. *ad locum ſecurum partibus conuocatis*, de quo latè dixi, *in cap. accedens 4. ſuprà vt lite non conteſtata.* † Item agitur de recipiendis Teſtibus, maximè ſenibus, & valetudinariis ante litem conteſtatam, propter contumaciam *ibi* in verſic. *vos teſtes*, de quo dixi latè *in cap. quoniam frequenter vt lite non conteſtata.* 2

Et ibi, *ſtatuentes partibus terminum peremptorium*, dixi de termino litigantibus aſſignando ſuprà *in Rub. & tit. de dilationibus.* † Et ibi, *quo* 3
per ſe, vt reſponſales idoneos, &c. Per hæc verba agi valebat de puncto, an perſona principalis debeat per ſe ad Iudicium venire, an per ſuum procuratorem, de quo dixi, *in cap. paſtoralis 14. de Iudicijs.* 4

Et Gloſſa *hic* verbo *receptare*, notatur ad hoc, quod appellatione ſententiæ, venit definitiua, & non interloquutoria Couarr. *pract. cap. 25. n. 3.* verſic. *quinto*, Scaccia *de appellat. q. 17. limitatione 6. membro 7. n. 30. & ſub n. 11.* verſic. *ratio*, Tuſchus *practicar. concluſion. tom. 7. littera S. concluſ. 106. num. 10.* & *concluſ. 180. num. 4. & 5.* de quo Barboſa *hic n. 2.* & *de appellatiua verbor. vtriuſque iuris ſignif. appell. 242. n. 1.* 5

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXV.
Ex tenore, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

DE materia huius textus, an publicatis atteſtationibus admittatur probatio, videbis quæ adduxi, *in cap. fraternitatis 17. cap. intimauit 28. cap. præſentium 31.*

I Et ibi, in verſic. *pars mulieris*, & in verſic. *miles*. Poteſt agi cur promiſſioni matrimoniali ſtandum ſit, ad quod applicabis quæ dico *infrà in cap. ſicut ex litteris 22. de ſponſalibus, & alibi*. Et applicabis materiam textus, *in cap. commiſſum eodem*, vbi de adimplendo iuramento ducendi aliquem in vxorem.

II. Et ibi in verſic. *cum per teſtes milites*, & in verſic. *verum*. Hic poteſt agi de probanda coarctata negatiua loco, & tempore, de quo videbis multa, quæ adduxi, *ſuprà in cap. quoniam contra falſam 11. de Probationibus*, & *in cap. 12. eodem.*

III. Et ad materiam huius textus videbis quæ notat Rice. *collect. 1312.* de quo in locis iam relatis, & *in dicto cap. fraternitatis, q. fin. in fine*, verſic. *pro complemento*, cui etiam adiunges plura, quæ ex multis notat *hic* Barboſa omninò videndus.

Google

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXVI.
Significauerunt, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

2 *Expenſarum condemnatio quis fieri interloquutoria, non ſpectata diffinitiua.*

1 De materia huius textus videbis quæ adduxi, *ſuprà in cap.3. de Indicijs*, *q.4. n.4.* verſic. *ſed aliter*, ibi, *quomodo*, & *in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſionis*, *q.1. n.8.* & applicabis quæ ibi dixi, *de petitorio*, *& poſſeſſorio intentato*, & *in cap.2.* & *in cap. cum dilectus*, de quo prius cognoſcatur: *ad verba hic tam ſuper proprietate, quam ſuper poſſeſſione*, & io verſic. *& niſi adeò ſit in petitorio proceſſus vſque in finem.*

Et ibi, *pro eo quod voluerunt effrenatam multitudinem teſtium refrenandam.* De oumero teſtium, qui poteſt adhiberi ab vtraque patte ſuper quolibet articulo probaodo dico, *infrà in cap. signi-*
2 *ficauit 41.* † Ibi, *ſi in probatione defecerint in expenſis legitimè condemnentur.* Applicabis quæ dico *in cap. finem litibus de dolo*; & ſic Barboſa *hic n.5.* & alter Barboſa *in l. eum, qui temerè n.152. ff. de Iudiciis*, docent, quod in ſeoteotia interloqoutoria debet fieri expenſatum coodemnatio, quam victus ſtatim ſoluet, etiam noo ſpectatâ ſenteotiâ diffinitiuâ. Et ibi, *intra decem dies poſt interloquutoriam ſententiam appellaſſe.* Per hæc verba agi poteſt de tempore, intta quod ſit appellandum, de quo dixi, *ſuprà in c. fin. de libelli oblat. q.4. §.2. per totum*, & *in cap.4. & 5. de appellat.*

Alia dicit Balboa *in cap.1. de cauſa poſſeſſionis, à n.11.* vbi an liceat appellare in cauſa momentaneæ poſſiſſionis. & Gomez. *in l.45. Tauri à n. fin.* ſed de hoe dico latè *in cap 11. de appellat. infra.*
3 † Et per honc textum Faquinetus diſputat de quæſtione quotoplex ſit poſſeſſio, an ſit facti, vel Iuris, *lib.8. cap 5.8 9 & 10.* ſed videbis quæ latè dixi ad Rubricam *de cauſa poſſeſſ.* Videbis eundem Balboam *in d. cap.5. de cauſa poſſeſſionis, à n.34.* vbi de eonelusione ad Gloſſam verbo *liquere*, & ad quæſtionem, *à n 38. 41. 44. 49. 51. & 52.* & ad aliam, *n.62. & 77.* de quo plenè *ibi* ego dixi. Vbi *de cumulando poſſeſſorio, & petitorio*, ſiue *de iſto ſuſpendendo.*

QVÆSTIO I.

An quarta productio teſtium ſit concedenda: Et an remiſſoria ad probandum Iuſpatronatus ex fundatione, & dotatione concedatur?

SVMMARIVM.

a *Remiſſoria ad probandum Ius patronatus ex fundatione, vel dotatione, dari ne debeat, n.3. 4. 5. & 6.*

1 AD primam quæſtionis partem, qoæ principalis eſt ad noſtrum textum dico *infrà in cap. vltra penult. hoc tit.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, video Ricc. 2
per textum noſtrum alloquentem *collect.1576.* vbi ait cum Caſſadoro *in deciſ.3. de dilat* quando communitas habet aliquas præſomptiones iuris contra ſe; tunc erit oeceſſe quod doceat de ſumo aliàs non ſit concedenda ad probandum Ios patronatus, ex eo, qoia præſumitur calumoioſè petere. Et prima præſumptio eligitur ex eo quod eum quælibet Eeclesia præſumatur libeta; ideo qui aſſerit habere Iuſpatronatus, habet iuris præſumptionem eontta ſe, ita R Rubinus *in de-*
ciſ.95. † Secunda præſumptio fundator in eo 3
quod communitates præſumuntur habere Ius patronatus ex vſurpatione Creſcēt. *deciſ.13. lib.1.* Ioan. Paul. *in deciſ.85. & 87.* & in cauſa Oſcen. Parroch. Than. *in deciſ.68.* Achiles de Graſſis *in deciſ.4 de Iurepatronatus*, ſic tenentes ex doctrioa
Butrij *in cap. dilectus de Iurepatron.* † Et in præ- 4
fatis caſibus eo fortius non eſſe dandam, quoties articuli producti, oon eſſent releuantes, vt ait Chiſan. *in deciſ.164.* Cardin. Paleotus *in deciſ.1. in fine de ſequeſtratione poſſeſſ.*

Tameo quod talis remiſſoria ſit concedenda 5
probatur, ſecuodùm alios, ex eo qood cauſa Iuriſpatronatus ad effectum obtinendi remiſſoriam, eſt profana, Graſſis *in deciſ.11. de Iurepatronatus*, & io profanis indiſtinctè remiſſoria conceditur, Cardin. Pot. *in deciſ.61. & 201. lib.1.* per
textum, *in Auth. apud eloquentiſſimum, C. de fide* 6
inſtrum. † Quod ampliat Antoo. Auguſt. *in deciſ.122. lib.3.* Coſta *in deciſ.377* latiſſimè Cæſar de Graſſis *in deciſ.1. de dilationib.* vt concedi debeat, etiam abſque probatione alicuius fumi, & quando remiſſoria concedatur ad probandum videbis quæ latè adduxi, *in cap. ſi qui 8. ſuprà hoc titulo, quæſt.3. & 4.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XXXVII.
Cum cauſam, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

ISTE textus amplam materiam habet. I. Et *ibi* in verſ. *mandamus*. Probat eſſe teſtes recipiēdos ab vtraq; parte litigante productos; tam ſuper principali negotio (ſecundū ea quæ abhinc in iuribus relatis latè dixi) quàm in perſonas teſtium. II. Et ſic per vltima verba poteſt diſpotari de exceptionibus io teſtes opponendi, & quaodo, de quo *infrà in cap. teſtimonium hoc tit.* & DD. *ſup. in cap. veniens 10.* & *in cap.1. de except.* III. Et *ibi* in verſic. *de ſingulis*, docet textus iſte qualiter debeant Iudices teſtes examinare, ſeu de quibus circunſtantiis interrogare, vt benè probant, de quo dico *hic* per quæſtiones. IV. Et in verſic. *quod ſi forsè.* Hic agit Pontifex contra eos. qoi impediunt teſtes, vt liberè coram Iudice deponant, de quo *hic* etiam dico. V. Et in verſic. *volentes autem effrenatam.* Hic dicit Pontifex non eſſe recipiendos teſtes à parte præſentatos vltra quadraginta, de quo dico *infrà in cap. ſignificauit 41. hoc tit.* VI. Et in verſ. *ita tamen.* Hic poteſt applicari materia textus, *in cap fin. ſuprà de probat.* & *in c. cauſam quæ 11. ſuprà hoc tit.* VII. Et qoia hic mouet quæſtioocm Gloſſa de teſte contratia

traria dicente in verbn *voluerint*, applieabis quæ latè dixi *in cap. per tuas ſupra de probationibus*, *à quæſtione 5.*

QVÆSTIO I.

Quare diligenter Teſtes à Iudice ſint examinandi, eos interrogando de circunſtantiis (de quibus hic) vt reddant ſui dicti rationem cum ſint plures caſus, in quibus Teſtes etiam non interrogati teneantur cauſam, & rationem reddere: Et quandoque Teſti non reddenti rationem credatur?

SVMMARIVM.

1 *Examinari & interrogari debent diligenter Teſtes de circunſtantiis à Iudice n.13.*

3 *Teſtes non interrogati, tenentur adhuc reddere rationem, fallit n.4.25.26.27.*

6 *Dicta Teſtium ſine ratione ſcientia generaliter non probant n.7.6.14.*

9 *Teſtis debet concludentem rationem ſua depoſitionis reddere num. 10.11.12.13 14.15.16. 17.20.21.22.23.24*

18 *Teſtis vt probet immunè conſuetudine, vel fama, quam reddet rationem, & quam ad Dominium, n.19.*

25 *Teſtes non interrogati, non tenentur reddere cauſam ſua ſcientia in his, qua facti ſunt, & ſenſu corporeo percipiuntur n.26. Quid in criminalibus n 27.*

28 *Teſtes debent teſtificari ex certa ſcientia, & viſu, non ae nudun n.29.*

30 *Teſtis deponentis ratio debet eſſe per viſum, auditum, guſtum, tactum, & odoratum, & per ſenſum optimum n.31.32.*

33 *Teſtis deponens, dicendo ſe ſcire, quia vicinus fidem facit.*

34 *Teſtis ſi non interrogatus dicit rationem, eam non tenetur repetere, ſi poſtea interrogetur ſuper ea, nec reddere rationem rationis n.35.*

36 *Periti à Iudice electi: vt declarent: non tenentur reddere rationem, fallit in aliis n.37.*

38 *Teſtis ad purgandam innocentiam Rei, non tenetur rationem reddere.*

39 *Suppletorum Iuramentum, vt deferatur ad dictum vnius, debuit reddere rationem.*

1 Difficultatem facit primò: Nam ſi Teſtes deponunt ſuper æſtimatione alienius Rei, debent reddere ſui dicti rationem: licet per Iudicem non interrogentur, aliàs non probabunt, non enim ſufficit, vt dicant tantùm rem valere, niſi cauſam reddant, vt docet Baldus *in leg. fin. n.7. Cod de Iure Dominij.*

2 Nec ſufficit etiam quod Teſtes dicant ſe ita pro certò eredere, tantùmque valere, vel quod tantùm daret pro re, de qua ageret, niſi cauſam & rationem aſſignaret, vt vltrà Bartolum *in l.2. Cod. de reſcindenda vendit.* reſoluit optimè Pinalus *ibi 3.p.cap. fin. n.11.& 12.*

3 Item Teſtes non interrogati debent cauſam, & rationem reddere, videlicet quando ſuper negatiua deponunt, vt ait Baldus *conſ. 172. vol. 2.* Aretinus *in cap. in noſtra hoc tit.* & hic Ripa, & communis *in cap. quoniam contra falſam*; vbi latè *de negatiua probanda*, dixi *ſupra de probationibus* Farinacius *de Teſtibus q 70. à n.13.* & vt congrua ratio in hoc caſu intercedat, debent Teſtes dicere ſe fuiſſe præſentes. & quod actus ſuper quo deponunt fieri non potuiſſent, quin ipſi vidiſſent ſic Bart. *in l. 1. § hoc interdictum, ff. de itinere actuque priuato* Aretinus *in l. hæredes palam, n.4. ff. de Teſtamentis*, Riccius *collect. 1555. ad textum in l. ſolam Cod hoc tit.*

Econtrà verò ſi Teſtes deponunt ſuper his, 4 quæ ſenſu corporeo percipi poſſunt. Tunc valet eorum depoſitio abſque eo, quod ſui dicti rationem reddant; tenet Harram *in deciſ. 1. hoc tit.* Riccius *ſupra dicta deciſ. 1555. in fine*, & alios caſus conſcribam *infra in hac quæſtione ergo.*

Eſt ergo in hac quæſtione cum diſtinctione 5 loquendum: Nam licet regerà Teſti ſine ratione deponenti non eredatur: Tamen accidit ſæpius, vt eâ non præſtitâ fides ei adhibeatur. Quare primò iuxtà noſtrum textum dicam de caſibus, in quibus ratio, & cauſa deponendi Teſtis deſideratur, deinde loquar de aliis.

Igitur Teſtes, qui ſine ratione & cauſa ſcien- 6 tiæ deponũt generaliter eorum dictum non probat ex text. *in Auth de Teſtib. § & licet ibi Gloſſa in verbo cauſam*, verſic. *item nota* & eſt textus *in l. ſolam, Cod. hoc tit.* vbi Gloſſa *magna* & Bartolus, & Baldus *ibi cap. ſi Teſtes, § ſola, & ibi Gloſſa in verbo ſola 4. q.3.* textus noſter *ibi, prudenter, in quibus de cauſis*, & Gloſſa in verbo *de cauſis*, Innocent *n.1.* Ioannes Andreas *n. 8. in fine*, verſic. *in Gloſſa cauſam*, Imola *n. 4.* Buttius 18. & alij, quos pleoâ manu ſequitur Farinacius *de Teſtibus n.70. à n 1* quibus addo Riccium *ibi ſuprà dicta collect. 1555.* Rodriguez *de ordinando proceſſu cap. 7. à n.55.* † Imò Gloſſa *in dicta l. ſolam*, vbi 7 Cynus, Bartolus, & alij relati à Farinacio *ſuprà n.4.* docent quod ab Examinatore Teſtis, vel ex Iudicis officio, vel ad inſtantiam partis de ratione & cauſa ſcientiæ interrogetur, ſi illam non reddat; tunc ei non eredi, etiam in caſu, in quo aliàs illam reddere non teneretur, videbis Maſcardum *de probat. concluſ. 1396. à n 49.* vbi alios refert. † Et *n 51.* ait Teſtem ſui dicti rationem 8 reddere teneri, ſiue interrogatio ſit explicita ſiue implicita, veluti ſi Iudex examinans dicat Teſti *quid ſcis*, docet *hic* Felinus *n. 2.* verſic. *fallit primò.*

Vnde deduco primò Teſtem debere conclu- 9 dentem rationem ſuæ depoſitionis reddere, vt probat textus noſter, & textus *in cap. ſicut* iuncta Gloſſa verbo *de cauſis de re Iudic.* & *textus in dicta Authentica de Teſtibus, §. & licet dudum, col.7.* Nam quamuis Teſtis non interrogatus non teneatur reddere cauſam, & rationem ſui dicti, eiuſque valeat Teſtimonium; vt *in dicto cap. ſicut* iuncta Gloſſa ibi, & Gloſſa *hic*, verbo *de cauſis Gloſſa 1. in l.3. Cod. hoc tit.* argumento textus *in l. de pupillo, § qui opus, ff. de noui operis nunciat.* cum aliis adductis à Gloſſa *in dicta l. 3.* interrogatus tamen ſufficientem cauſam & rationem ſcientiæ ſui teſtimonij, præſtare tenebitur, & faciunt quæ tradit ex multis Farinacius *dicta q.70. à n.8.* † Vbi *n. 12.* ait in tantùm attendi red- 10 ditionem rationis in Teſtibus, vt ſi ratio fuerit bona, & concludens probet ipſe Teſtis etiam quod eius dictum non concludat, & econtra ſi dictum benè concludat, & ratio Teſtis non concludat, vel alio modo ſit inepta corruere omninò tale dictum, & ſic à ratione Teſtis dictum pendere,

pendere, & per eam reſtringi, ampliari, & de-
11 clarari. † Nam vt ait Andreas Valenſis *in Ru-*
brica hic, §. 2. n.12. ratio in Teſte dat eſſe eius
teſtimonio, & illud ſaluat, vel deſtruit; Et ideò
licet dictum eius per ſe non probet: Tamen ra-
tio dicti reddita ſufficiens probat, vt ſi dicat
nihil ſcio, niſi quod viderim contenta in Arti-
12 culo fieri. † Contrà verò ſi dicat ſcio quia au-
diui ab alio, iam deficit ratio & fundamentum
ſui dicti, nec probat, vt patet ex textu *in cap. li-*
cet infra hoc tit. vbi probatur quod teſtimonium
de auditu alieno regulariter eſt nullum, & ſic
Baldus *hic n.44.* noſtram doctrinam probat, ex
eo quia ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere, & ob
id ſcire non dicetur, qui neſcit rationem redde-
re. Et *in dicta l. ſolam, Cod. hoc tit.* Voluit vt de-
poſitio Teſtis deponentis ſine ratione in caſu,
quo rationem reddere tenetur, non ſolùm vt ſit
nulla, ſed etiam ipſo iure nulla. Et apparet ex
verbis illius textus ibi *nullius momenti.*

13 Itaque iam apparet debere Iudicem inquirere
cauſam ſcientiæ, quam ſi non reddiderit Teſtis
non valebit eius teſtimonium *dicta l. ſolam,* Fari-
nacius *ſupra n.13. cap. 1. 24. q. 3* ibi, *ſed fortè ſi*
eſſent interrogati, reperirentur idonei, inde reddere
rationem debent. Quare Gloſſa *ibi*, verbo *idonei*
inquit Teſtes non eſſe recipiendos, qui dicunt
rem ſcire, niſi qualiter, & vnde nouerint, de-
clarent, quia niſi omnia inquirantur, non po-
teſt ad veritatem perueniri *cap. occidit 23. q. 8.*
dicto cap. ſi Teſtes verſic. *item ſolam 4. q. 3.* vbi no-
tat Gloſſa verbo *annotationem*, & confirmat
textus *de Iure Regio in l. 56. tit. 16. p. 3.* ibi *deuen*
le preguntar como lo ſabe faciendole decir porque
raçon lo ſabe, *l. 58.* ibi *porque razon lo ſabe*, & ibi
ſi dixere como lo ſabe es valedero ſeu teſtimonio, vbi
notat Gregorius verbo *como lo ſabe in dicta l. 26.*
dicens ſufficientem cauſam in Teſtem eſſe, quod
reddat cauſam ſcientiæ per illum ſenſum corpo-
ris, quo percipitur actus, ſuper quo deponitur,
quod exemplificari poteſt ſecundùm ea, quæ la-
tè tradit Abbas *hic n. 6.* & Felinus, & multis
exemplis exornat Farinacius legendus *dicta q. 70.*
à n.38. & tradit Gregorius in Gloſſa verbo *pre-*
guntando: Latè Maraota *de ordine Iudiciorum 6.*
p. memb. 10. de Teſtium productione à n.9.

14 Et hæc doctrina procedit non ſolùm, quando
agitur in ciuilibus, ſed multò magis in crimina-
libus, in quibus Teſtes contra Reum examinati
nihil omninò probant, niſi eorum depoſitionis
rationem reddant, etiam non interrogati, Bar-
tolus *in dicta l. ſolam in 1. lectura littera A. in fine*
in verbo, *ſed in hiis* Farinacius cum aliis *à n. 14.*
15 *dicta q.70.* vbi *n.15.* † Ait procedere, non ſo-
lùm quando agitur de condemnando Reum, ſed
etiam quando de illum torquendo, quia depoſi-
tio Teſtis ſine cauſa, nec etiam facit indicium
ad Torturam, Maſcardus *de probat. in præfat. q. 5.*
16 *n.153.* † Et ſic ſi Teſtis deponat de particulari
perſona delinquentis non probat, niſi etiam in-
terrogatus reddat rationem, quomodo ſciat; ſci-
licet ſe cognouiſſe delinquentem, quod eſſet
17 v. g. Titius aut Caius. † Etenim ratio dicti de-
bet eſſe ſeparata ab ipſo dicto. Quare ſi Teſtis
deponat mutuaſſe Titium Seio centum pro cau-
ſa ſcientiæ dicere debet, quia vidi centum nu-
merari ex cauſa mutui, non autem dicere, quia
ſcio; Nam tunc ratio eſſet eadem cum dicto; at-
que ita non probaret, vt ait Valenſis *dicto §.2. in*
Rubr. n.12. in fine.

Et ob id Balbus *in deciſ. 500.* Cardinalis Pu- 18
teus pulcherrimè *in deciſ. 317. lib. 2.* Verallus *in*
deciſ.208 p.1. dixerunt quod teſtis inductus ſu-
per mutuo, conſuetudine, vel mala fama, poteſt
interrogari quid ſit mutuum, quid conſuetudo,
quid fama, & nolens reſpondere interrogato-
riis partis, nihil probare, ſiue in ciuilibus, ſiue
in criminalibus, & ſi ignorare dixerit, eius de-
poſitionis non eſt habenda ratio; Secùs ſi ſcien-
tiæ allegauerit rationem, Maynard. *in deciſ. 53.*

Hinc dixit Verallus *in deciſ. 579. p. 1.* quod 19
Dominium, quod requirit plenam probationem;
quando de eo diſceptari contingerit principali-
ter per viam actionis, quod alioquin probatur
indiciis excipiendo non intelligitur probatum
per Teſtes deponentes de aliquo facto abſque
redditione cauſæ ſcientiæ: Sequitur Riccius *di-*
cta collect. 1555. in verſic. *hinc Verall.* & tenuit
Bartol. *in dicta l. ſolam*, & cum aliis Farinacius
dicta q. 70. à n.46. vbi *n.47.* ait id verum quando
agitur de probando directo Dominio, & alia
ibi dicit *num ſequentibus.*

Hinc etiam eſt, quod ſi dicta Teſtium ſint du- 20
bia & obſcura, eò quod non reddiderint ratio-
nem eorum dicti cogi poterunt iterùm depone-
re, vt ait Artamanus *de Teſtibus per textum ex-*
preſſum in cap. cum clamor infra hoc tit. deciſ. 6. de
Teſtibus † Et addit *in deciſ. 3.* eodem, plus cre- 21
di duobus Teſtibus deponentibus de acto viſibi-
li, qui cadit per ſenſum corporeum, quàm cen-
tum teſtibus deponentibus de actu mentali, &
præſumpto. † Imò addentes ad Bartolum *in di-* 22
cta l. ſolam, Cod. hoc tit. littera C. verſic, *in mate-*
ria, Abbas *hic n. 6* & alij quos ſequitur Farina-
cius *dicta q.70. num.19* docent, vt magis creda-
tur teſtibus cum ratione deponentibus, quàm
illis, qui ſine ratione deponunt, & etiam quod
numero plures ſint ac etiam, quod de ratione
non fuerint interrogati, vel alias illam reddere
non tenerentur.

Et ob id Doctores *in dicta l. ſolam, Cod. hoc tit.* 23
& hic docent, quod teſtes, non ſolùm debent
reddere cauſam ſuæ ſcientiæ, & rationem ſui di-
cti; Sed illam quidam debeant proferre con-
gruam, concludentem, neceſſariam, genera-
lem, veram, & manifeſtam aliàs non probare
quia paria ſunt rationem non reddere, vel non
bonam, & non ſufficientem reddere ad tex-
tum *in dicta Auth. de Teſtibus, in §. licet*, ibi, *aut*
etiam cauſam teſtimony fortè faciant manifeſtam. Et
in dicta l. ſolam ibi, *nec aliis legitimis adminiculis*
cauſam deprobatam. † Et ſi plures deſideras ca- 24
ſus ſcire, in quibus dictum teſtis ſine expreſſio-
ne rationis valeat; videbis 30. caſus, quos ex
bonis Authoribus congerit *hic*, videndus Barbo-
ſa *ſub n.6.* quos non repeto, quia ex doctrina
jacta percipi queunt.

Nunc vt ad obiectiones *ſupra in princ.* addu- 25
ctas reſpondeam, præmitto pro ſecunda parte
noſtri textus, quod regulariter ſi teſtes de ratio-
ne interrogati non ſint, non tenentur eam red-
dere: Gloſſa magna *in dicta l. ſolam, Cod. hoc tit.*
pluribus adductis Farinacius *dicta quæſtione 70. à*
n. 90. vbi Cynus *n 1. in fine*, Bart. *num. 3. & 4.*
Baldus *poſt num. 1.* Gloſſa hic, & Doctores, quos
idem Farinacius refert, quibus addo Andream
Valenſem *in Rubrica huius tituli*, *§. 2. num. 13.* vbi
id colligit ex noſtro textu, quia teſtis non debet
eſſe verboſus, nec reſpondere ad ea, de quibus
non rogatur, vt notat Felinus *hic num. 2.* † Et ita 26
Bartolus

Bartolus *vbi ſupra*, dixit, vt quidquid aliàs ſit in his, quæ Iudicio intellectus percipiuntur, & quæ Iuris ſunt: tamen in his, quæ facti ſunt, & quæ immediatè ſenſu corporeo percipiuntur, teſtis non tenetur ſui dicti rationem reddere; ſequitur Farinacius qui *num.* 94. id declarat, vt ſi teſtis deponat de re, quæ ſimul ſenſu corporeo, & Iudicio intellectus percipitur: tunc inſpici debet, an præualeat Iudicium intellectus, an verò Iudicium ſenſus, & ſi præualeat Iudicium intellectus, non valeat dictum teſtis ſine ratione; ſecus ècontra, vt bene declarat Ioannes Sicard. *in dicta l. ſolam*, *num.*4 *poſt medium*, verſic. *concludendo ergo*. & Baldus *ibi in ſummario*, dixit dictum teſtis ſine redditione cauſæ non probare, niſi aliis adminiculis apparuerit eſſe approbatum, prout etiam dixit Salicetus *ibi in ſummario*.

27 In cauſis tamen criminalibus, & vbi agitur de factis, quæ ſolo Iudicio intellectus percipiuntur, veluti ſi deponat aliquem eſſe ſanæ mentis, eſſe diuitem, eſſe Dominum alicuius rei, habere ius decimandi, vel aliquid aliud ſimile, quod Iudicio intellectus potius, quàm aliquo ſenſu corporeo percipitur, tunc teſtem teneri ad reddendam rationem, etiam non interrogatum, quia de ſupra dictis nudè aſſerere potius eſt Iudicare, quàm teſtificari, quod ad teſtem, non pertinet, vt docet Valenſis *in dicta Rub. hic*, §.2. *num* 14. cum Farinac *dict. quaſt.* 70. & cum Maſcardo *de probationibus dict. concl.* 1176. & Abbate *hic col.*3. quo pacto lucem accipiunt quæ adduxi, *ſupra num.*1. & 2. ſi tamen ſenſu corporeo percipi poteſt, valebit dictum teſtis abſque redditione rationis. & ſic ex dictis patet intellectus ad illud, quod dixi *ſupra in princ. n.* 3. & ſub hac diſtinctione poteris inferre ad plures caſus, quos longe refert Farinacius *dicta quaſt.* 70.

28 Iam ergo ad alia textus noſtri pergo, & dico teſtes debere ex certa ſcientia, & viſu, non vero de auditu, & credulitate teſtificari; & ſic vt fidem faciant de his, quæ in eorum præſentia facta ſunt deponere debent; Ita quod ſenſu corporeo illud perceperint, iuxta textum *in l. teſtium*, *Cod. hoc tit.* vbi Gloſſa verbo *praſto*, & probat textus *in cap. teſtes* 3. *quaſt.*9. ibi *ſed praſentes de his, qua nouerunt, & viderunt veraciter teſtimonium proferant*, & *in cap. relatum* 5. *quaſt.*2. ibi *teſtimonium dicam, niſi de his, qua ſub eorum praſentia acta eſſe noſcuntur*, & confirmat *dicta l. Reg.*28. *dicto tit.*16. *part.* 3. ibi *ſi dixere que los aue porque eſtaba delante quando fue fecho a quel pleyto, da quella cauſa, e que el a vido facer, es valedero ſu teſtimonio*, aliqua dico *ſupra ſub. Rub. & cap.* 1. *de ſtrut. in ord. fact.*

29 Nec obſtat textus noſter, quatenus in verſic. *de ſingulis*, ait Pontifex *producenter inquirens de cauſis, videlicet perſonis, tempore, viſu, auditu, ſcientia, credulitate, &c.* Quibus verbis colligi videtur eandem probationem poſſe facere teſtes de auditu, & credulitate, ac de viſu: Sed reſpondeo non hoc velle Pontificem, ſed tantùm, vt Iudex interroget teſtes de omnibus circunſtantiis, vt magis ad veritatem perueniat, ſed non de omnibus ſimul, niſi bene de viſu deponit, quo veram, & plenam facit probationem, ad quid neceſſe erit vt eum interroget de auditu, aut de credulitate, cuius probatio non eſt firma, vt iam dixi ad Rubricam aliqua de credulitate, & de auditu, ſiue de fama dico *infra in dict. cap. licet hoc tit.* quare Iudex debet interrogare à teſte gradatim, vt ſic melius ſuum ſenſum informet, & inſpiciat, ex modo, quo teſtis deponit, quanta ſit ei fides adhibenda, iuxta ea, quæ adduxi *ſupra in cap. in noſtra* 32. *hoc tit.*

Ex his infero quod ratio teſtis debet reddi 30
per ſenſum corporeum; nempe viſum, auditum, guſtum, tactum, & odoratum, & alio modo reddita non eſt bona, vt tradit Bartol. *in dicta l. ſolam*, *Cod. hoc tit. in* 1. *lect.* Sicardus *n* 3. & probat textus noſter ibi *viſu*, *auditu*, *&c* & *hic* bene notant; & exemplificant Innocentius *à num.*1. Hoſtiens, *à num.*4. Ioannes Andreas, *num.*4. Baldus *num.*1. *in fine*, & *à num* 2. Butrius *num.*18. Ancharranus *num.* 7. Felinus *num* 5. multis adductis Maſcardus *de probat. concluſ* 369. *num.* 53. & faciunt quæ adducit Farinacius *de Teſtibus. quaſt.* 68. *num.*63. & *quaſt* 70. *à num* 127.
† Vbi *à num* 118. ait eam rationem debere, non 31
vtcumque reddi, ſed per ſenſum aptum illi rei, ſuper qua deponit, & bene expendit, *num. ſequentibus*, vbi videbis, vſque *ad num.* 133. vbi diuerſos dicendi, ſeu declarandi modos adducit, & *à num.*135. docet qualiter debeat teſtificari de re, quæ duplici ſenſu percipitur, & ſic *à num* 152 ait bonam eſſe rationem ſi teſtis deponat, *dicens ſcio quia fui praſens*, vt notat Bald. *in d. l ſolam*, & *hic n.*14.

Et alia ſcribit Farinacius *num. ſequentibus*, & 32
antea *à num.* 142 & *num.* 147. ait quod ſi ratio teſtis probabiliter concludit, ſufficit: argumento textus *in l. nec natales*, *Cod. de probat.* vel Iuris præſumptio: argumento textus *in l. fine*, *ff. eodem* & *l. filium*, *ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni Iuris*: ſic Baldus, Alex. & alij relati à Farinacio qui *num.*148. ait hoc verum eſſe in his, quæ rectè, & immediatè percipi, non poſſunt; ſecus in his, quæ per immediatum ſenſum corporeum, percipi poſſunt; quia tunc non ſufficit rationem reddere præſumptiuè, ſed per neceſſe, vt iam *ſupra* adduxi.

Quod ſi teſtis deponeret dicendo ſcio, quia 33
ſum vicinus: tunc tenera fidem faciet in his, de quibus vicini ſolent teſtificari, ſeu conſanguinei, iuxta *dicta ſupra in cap. ſuper* & *l.* 1. *hoc tit.* exemplum erit, veluti ſi aliquis deponeret dè aliquo, quod ſit diues ſanæ mentis, vel bonæ conditionis; ita Bartolus *in l.*1. *à num.*15. *ff. ſi certum petatur*, vbi probat ex eo, quia vicini, & conſanguinei præſumuntur, ſcire facta eorum vicini, & conſanguinei, *l.*8. *ff. vnde cognat. l. tutela*, *Cod. de in integrum reſtit*, *l. ſi ita in fine*, *ff. de fundo inſtructo*, *cap. quoſdam de praſ*, multis adductis Farinacius legendus *d. quaſt.* 70. *à num.* 164. qui multis modis exemplificat, & *à num.* 180. vſque *ad* 205. limitat 17. modis, eos *ibi* leges.

Pro complemento notabis, quod ſi teſtis non 34
interrogatus ſui dicti reddit rationem: tunc etiam interrogatus non tenetur eam reddere, quia ſufficit teſtem ſemel loquutum eſſe, ſemelque rationem reddidiſſe: argumento textus *in l.* 1. *in fine*, *ff. de dote pralegat.* & *in l. fundi Trebatiani*, *ff. de vſufructu legat.* vbi dicit Scæuola, *reſpondi, prout ſupra reſponſum eſt*, Baldus *in dicta l. non ſolam*, *Cod. hoc tit. num* 5. verſic. *ſexto quæro*, Sicardus *num.*1. Baldus *hic poſt num* 16. verſic. *dicit Innocentius*, Campegius *de Teſtibus reg.* 191.

in 4.

35 *in 4. & 6. fallentia.* † Vbi dixit quod ſi teſtis ſemel reddidit rationem ſui dicti, non tenetur reddere rationem rationis, & propterea valere dictum teſtis, qui dicit ſe aliquem vidiſſe, licet poſtea interrogatus aliam rationem non reddat: ſequitur cum aliis Farinacius *ſuprà a n.97.* Vbi refert duas contrarias Iaſonis, & Curtij *in dicta l.1. ff. ſi certum petatur*, quatenus Iaſon dicit valere dictum teſtis, qui interrogatus reſpondeat, afferatque rationem nullam, & in ſufficientem, Curtius tamen contra, ſed Farinac. dicit primam ſententiam procedere, quando ſecunda ratio eſt concordabilis cum prima; contraria tamen opinio intelligatur, quando dicta ſecunda ratio non eſt concordabilis cum prima; ita diſtinguit Cagnolus *in d. l. n.92.* Curt. *n.34.* & ſic intelliguntur Bald. *hic n.16.* Felinus *n.2. col.3. poſt medium in fine, prima fallentia.*

36 Secundò notabis quod peritis à Iudice electi, vt declarent, non tenentur ſui dicti rationem reddere; ſecus ſi à parte eligantur: ita concordat Farinac. duas contrarias opiniones Aretini *hic n.12. & 14.* & Felin. in verſic. *tertiò tempora.* Et Alexand. Stiat. *in pract. cap.16. n.69.*

37 Quod ſi teſtes non eſſent periti, & vellent deponere ſuper rebus artificiatis, veluti lapillis pretioſis ſtromatibus, iſti tenebuntur reddere rationem depoſitionis, vt ait Campeg. *reg.192. in 12. & 13. fallent.* Maſcardus *concl.1569. n.34.*

38 † Et Farinacius cum Bart. & aliis *a n.101. ſuprà dicta quæſt.70.* aut quod ſi teſtis deponit ad purgandam innocentiam rei inquiſiti, vtputà quod homicidium ſit factum ad defenſionem: tunc non teneri rationem reddere.

39 Tertiò breuiter notabis, quod vt deferatur iuramentum ſuppletorium in depoſitione vnius teſtis, neceſſe eſt, quod ille teſtis, etiam rogatus reddiderit cauſam dicti ſui, ſeu ſcientiæ, aliàs non facere ſemiplenam probationem: ſic Valenſis *in Rub. hic dicto* § 2. *n.15.* Farinacius *dicta q.70. n.20.* & Abbas *hic n.6.*

QVÆSTIO II.

An teſtes prius examinentur ſuper articulis, quàm quod interrogentur à Iudice: & quando ſine interrogatoriis datis à parte, probent, vel non: Et an teſtes deponentes extra articulos fidem faciant: Et quid dicendum de Teſtibus non cognoſcentibus, litigantes contrahentes, vel Notarium: Et de quibus poſſint à Iudice interrogari: Vbi de aliis?

SVMMARIVM.

1 *Teſtes examinandi ſunt prius per articulos, quàm interrogandi, n.2.*

3 *Teſtes quando probent ſine interrogatorijs datis à parte, num.4. & 5. & quid Iudex faciet, num.6. 7. & 8.*

9 *Teſtis deponens extra articulos non probat regulariter, n.10. 11. 12. 13. & 14.*

15 *Teſtes non cognoſcentes litigantes regulariter non probant, declaratur, n.17. 18. 19. 20. 21. & 22.*

16 *Teſtes, vt probent, debent eſſe benè noti.*

22 *Teſtes ſi debeant non cognoſcere litigantes nominatim: tunc ſit exhibitio eorum in veſtimentis, & habito conſueto: Quid in ſancto officio, n.22.*

23 *Teſtes recepti in inſtrumentis, quando debeant cognoſcere contrahentes, aut ipſi noſci à Notario, n.26. & 28.*

24 *Teſtes inuentarij debent cognoſcere hæredem.*

26 *Teſtes in teſtamentis debent bene cognoſcere teſtatorem.*

27 *Notarius teneatur ne cognoſcere contrahentes?*

29 *Teſtes interrogantur ſuper ſpecialiter contentis in articulis, & ſuper circunſtantiis ſubſtantialibus, n.30. 31. & 32.*

32 *Teſtis ſuſpectus ne ſit, relinquitur Iudicis arbitrio.*

33 *Teſtis quit interrogari de loco, & tempore, non tamen ad angulum, n.34 & 35. de alijs, n.46.*

36 *Teſtes queunt interrogari de credulitate, & de alijs, n.37. & 38.*

38 *Teſtis de cauſa ſuæ turpitudinis non interrogatur, benè tamen an ſit pauper, vel diues, num.39.*

40 *Teſtis interrogatus de crimine, tenetur reſpondere ad omnia, quæ aliquem reddunt inhabilem ad teſtificandum.*

41 *Teſtes examinati, non datis interrogatorijs, probant.*

43 *Iudex omittens interrogare teſtes, aut citare, ad quid teneatur, n.44. & 45.*

47 *Atteſtationes teſtium inualidæ de conſenſu partium validari queunt.*

48 *Teſtis, qui dicit* heri neſcio, hodie ſcio *benè creditur.*

49 *Teſtes in ſimul deponentes, fide carent.*

VT enim exactè materiam, de qua *hic* percipias, leges quæ *ſuprà adduxi, in cap. vnic. de litis conteſtat. q. fin.* & quæ *ibi adduxi a q.1. de poſitionibus.* Igitur ad primam difficultatem breuiter dico, quod prius teſtes ſunt examinandi per articulum, deinde interrogandi per interrogatoria ex aduerſo data: ita refert Riccius *collect.1406.* Ad textum, *in cap. præſentium ſuprà hoc tit.* Verùm, quia vt ipſe refert cum Sarnenſ. *in deciſ.29.* & Peregrin. *in deciſ.49. lib.1.* Rota diuerſ. *in deciſ.311. lib.3.* ſecus in Curia Romana obſeruari; imò extra Curiam conſultios partem facere, quæ petat, & proteſtatur ante omnia interrogari teſtes per interrogatoria ab eo data, quàm per articulos examinari, quia ſtante tali proteſtatione, non poteſt aliter procedi. 1

Quod ſi neglectis interrogatoriis teſtis non interrogatur illa, ſed per articulos examinatur, non ob id examen ex ipſo iure eſt nullum, ſed teſtes ſic examinati non probant: ita Myſing. *cent.1. obſeruat.32.* quod intelligunt Cardinalis Puteus *in deciſ.427. lib.1.* & *in deciſ.317 libro 2.* Balbus *in deciſ.59.* vt non probent quouſque repetantur, & iterum per dicta interrogatoria ex aduerſo data examinentur, & interrogentur expenſis illius, cuius culpa teſtes prius per interrogatoria examinati non fuerint. Sequitur Riccius *ſuprà*, vt dicit ſic late reſolutum fuiſſe in Rota in vna Siracuſan. quartæ 29 Maij 1597. coram Lipſio, & per alias plures. 2

Ad ſecundam difficultatis partem, infero ex iam proximè dictis, & inuenio DD. inter ſe diſſentire: nam plerique exiſtimant, quod nihil probant teſtes examinati ſine interrogatoriis datis à parte, vt tenent Ioannes Andreas *hic num.12.* 3

Digitized by Google

*num.*12. *ad medium*, verſic. *& propter*, Bellamera,
*num.*1. Butrius, *num.*17. Cardinalis *poſt*, *num.*3.
verſic. *Gloſſa quarta*, Anchatranus, *num.*13. verſic.
aduertendum, Abbas, *num.*6. *in fine*, verbo *alio*, Feli-
nus, *num.*2. *quibus*, & Vocatiua, *de litteris remiſſo-
rial; cap.*6. *à num.*21. vbi dicit præſertim procede-
re, ſi præcedat proteſtario nullitatis examinis,
niſi teſtes interrogentur ſuper interrogatoriis.
4 † Sed Alexander, *conſ.*41. *num.*9. *lib.*4. *& conſ.*172.
*lib.*2. Decius *in cap. licet cauſam, num.*56. *de probat.*
Maſcardus *de probationib. concluſ.*684. *num.*1. *&* 2.
docent teſtes examinatos ſine interrogatoriis da-
tis à parte poſſe & debere repeti cum dictis in-
terrogatoriis, etiam poſt eorum publicationem;
& ſic videri, vt probent etiam examinati ſine
interrogatoriis, licet ſit ſaluum Ius repetendi iux-
ta textum *in cap. per tuas, hoc tit.* refert plures Fa-
rinac. *de Teſt. q.*66. *à n.*284.

5 Et vt explicet idem Farinacius, *quaſt.*73. *de
Teſtibus*, ait primam ſententiam eſſe in hoc pun-
cto veriorem, tum quia Doctores pro contra-
ria ſententia non dicunt, quod teſtes examina-
ti ſine interrogaturiis datis à parte probent,
quia imo, & non probant, & poſſunt repeti,
vt docent Doctores pro prima ſententia & Fe-
linus, *hic num.* 8. verſic. 6. ait teſtes examina-
tos ſine interrogatoriis datis à parte, & ſi non
probent, poſſe tamen partem facere, vt hi re-
petantur cum dictis interrogatoriis, & hoc etiam
factâ teſtium publicatione, vt dicit latè Farina-
cius, *dicta quaſt.*66. *à num* 284. de qua repe-
titione dico *infra* latè *in dicto cap. per tuas:* alia
tradit de hoc puncto idem Farinacius *dicta q.*73.
vbi *num.*8. ait regulam, de qua loquimur pro-
cedere non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in cri-
minalibus ad textum, *in l. ſtipulauerit*, §. *quæ-
ſtioni* ibi, *interrogandi qua facultas datur patro-
6 nis, ff. de adulteriis.* † Et Couarruuias, *pract.
cap.* 18. *num.* 7. ait quod ſi pars non dedit in-
terrogatoria adhuc poteſt iudex ex officio teſtes
7 interrogare. † Et *num.*23. ait idem dici de no-
tario, quod etiam ſibi non datis à parte inter-
rogatoriis, poſſit ex ſuo officio teſtes interro-
gare de cauſa ſcientiæ, loco & tempore, & con-
8 teſtibus. † Et Andreas Gailius *obſeruatione* 95.
num 8. *lib.* 1. dicit quod ſi pars dedit interro-
gatoria, ſed non perfecta, adhuc poteſt iudex in
illis ſupplere.

9 Ad tertiam quæſtionis partem dico quod re-
gulariter non probat teſtis deponens extra arti-
culus: ſic Doctores per textum *in cap de Teſti-
bus hoc tit.* Vbi Gloſſa verbo, *non iurati*, vbi
Doctores pluribus adductis docet Farinacius,
10 *quaſt.* 71. *de Teſtibus à num.* 1. † Et *num.* 3. ait
vt pariter non probet teſtis inductus ſuper vno
articulo; ſi examinetur ſuper alio, quod verum
eſt ſi teſtis deponit ſuper vno articulo, & ſuper
illo particulariter iurat dicere veritatem, & quan-
do articulus, ſuper quo deponit, eſt ſeparatus om-
nino ab eo in quo iurauit deponere.

11 Vnde infero quod teſtis inductus ſuper arti-
culo poſſeſſionis nihil probat, ſi deponat ſuper
proprietare, Gloſſa *in l. momentanea in fine*, ver-
bo *cuſtodiri*, & *ibi* Buttig. verſic. *modo col.* 3 Ful-
goſius *poſt*, *num.*3. verſic. *alio*, Salicetus, *num.*16.
Cod. qui legitim, perſon & hoc eſt verum ſi abſo-
lutè teſtis iurauerit dicere veritatem ſuper arti-
culis in actis deductis; nam tunc non poterit
deponere ſuper proprietate: nam de ductu in ar-
ticulis, etiam quod proprietas adminicularetur
in poſſeſſorio; ſecus autem ſi iuraſſet dicere ve-
ritatem ſuper articulis, & tota cauſa, quia tunc
valet depoſitio teſtis ſuper proprietate, licet ſit
inductus ſuper poſſeſſione, quando ex proprieta-
te adminiculatur poſſeſſio, ſecus ſi non admini-
cularetur, vt tradit Farinacius, quem leges, *in dict.
quaſt.*71. *à num.*8. † Vbi *à num.*20. id expendens 12
ait, quod ſi id ſuper quo teſtis deponit eſſet de
connexis deponentibus, & acceſſoriis reuera:
tunc iurans dicere veritatem ſuper articulis, cen-
ſetur etiam iuraſſe illam dicere ſuper acceſſoriis,
Maſcardus *de probationibus, lib.*3. *concluſ.*1365. *n.*4.
& hoc ſi iuramentum non releuaret, nec dictum
teſtis valeret, niſi porrigeretur ad dependentia, &
connexa.

Quare iudex animaduertere debet, vt faciat 13
iurare teſtem, non ſolùm dedicendo veritatem
ſuper articulis, ſuper quibus interrogabitur, ſed
etiam ſuper tota cauſa, Bartol. *in l ſi duo patroni*,
§. *idem iulianus. num.*9 & *ibi* Alexander, *n.*16. *&* 17.
verſic *quod confirmo ff de Iureiurando*, Cagnolus *in
l.*1. *num.*76. *ff. ſi certum petatur* vbi quod hodie pra-
ctica obſeruat, vt teſtis iuret dicere, & deponere
veritatem ſuper capitulis, & tota cauſa, & facit
textus, *in dict. cap. de Teſtibus*, ibi, *vt cogatur ſuper
toto negotio dicere veritatem Sacramento, eos poſtu-
lauerit obligari*; ſecus ſi non petatur, niſi ſuper vno
articulo, vt agit Gloſſa ibi *in figuratione caſus*; ta-
men ſi ſimpliciter iurauerit dicere veritatem, cen-
ſetur iuraſſe illam dicere, non ſolùm ſuper articu-
lis, ſed etiam ſuper tota cauſa.

Itaque ſi teſtis iurauerit dicere veritatem ſu- 14
per articulis: tunc extra articulos deponens ni-
hil probat, quia non iuratus deponit, vt patet
ex dicto cap de Teſtibus, ibi, *cum ſuper ea tan-
tùm iurauerint dicere veritatem*, vt ibi notant
Abbas, *num.* 1. Bellamera, *num.* 9. verſic. *&
præmiſſa*, Bartol. *in dicta l. ſi duo patroni*, §. *idem
Iulianus, numero* 8. cum aliis Farinacius *dicta
quaſt.* 71. *num.* 13. Vbi *num.* 14. cum eodem
Bartol. Et aliis ait quod ſi iurauerit dicere ve-
ritatem ſuper articulis, & tota cauſa; tunc
etiam deponendo extra articulum probat; dum
tamen aliquo modo pertineat ad cauſam, ſuper
quo iurauit, aliàs ſecus, vt cum aliis multis de-
clarat *ibi, num* 18. *& num.*19. *& numeris ſequentibus*,
exemplis illuſtrat.

Ad quartam quæſtionis partem, regulariter 15
reſpondent Doctores, quod teſtes non cognoſ-
centes litigantes, regulariter nihil probant: ita
Gloſſa *in* §. *ſi vero ignoti litt. & in Authentica de
Teſtibus*, alia Gloſſa *in l. fin.* §. *ſin autem dubius*,
in verbo *cognoſcant*, verſic. *ſed ibi quando*, *Cod. de
Iure deliberandi*, *& in fine dicta Gloſſ. & vbi non ſit*,
& ibi Bartol. *num.*4. verſic. *primo*, Baldus, *num.*17.
verſic. *& nota*, cum multis Farinacius *de Teſti-
bus*, *quaſt.*71. *à num* 32. vbi probat, *num.*34. hanc
regulam multò magis procedere in criminali-
bus, in quibus teſtes deponant aliquem nomi-
natim deliquiſſe, pro quo faciunt ab eo dicta,
quaſt 70. *num.* 18. † Et ſic Gloſſa, & Archi- 16
diaconus *in cap. canonica* 3. *quaſt.* 5. & addentes
ad Abbatem, *hic num.*16. *littera F*, verſic. *quod au-
tem*, Felinus *num* 12. *ante finem*, verſic. *& iſtis adde*,
docet vt licet in ciuilibus teſtes ignoti admittan-
tur, tamen in criminalibus debent teſtes bene no-
ti, & approbati eſſe, aliter non probant. Et textus
in d Auth de Teſt. §. *& licet dudum*, dicit teſtes non
debere eſſe tranſeuntes, & ignoti in probatione
ſolutionis debiti per iuramentum contracti.

17 Hæc tamen declarabis, primò quia licet te-
ſtes debeant cognoſcere litigantes, non tamen
tenentur cognoſcere omnes litigantes, ſed tan-
tùm illum, de cuius dicto, vel facto deponunt,
& ſi deponant de facto tertij; tunc nec vnam,
nec alteram partem cognoſcere tenebuntur, ſe-
cundùm Gloſſam *in l. teſtium, §. ideoque* in ver-
bo *quarta fides*, verſic. *ſed hoc puto verum, ff. hoc*
18 *tit.* † Vbi propterea infert, quod quando agi-
tur de perſonali actione teſtis debet cognoſcere
litigantes; ſecus quando agitur de actione reali,
voluit etiam Bart. *ibi* verſic. *item quæro, num.* 4.
Albericus *num.*9. Butrius *hic num.* 21. verſic. *dic
quod*, Imola *num.* 11. benè exemplificat Abbas
*num.*16.*ibi* addentes,*littera,F,*verſic *ſed dicit* Feli-
19 nus *num.* 11. † Secundo quia ſufficit vt teſtes
cognoſcant litigantes tempore, quo deponunt
per nomen, pronomen,& perſonam; licet tem-
pore actus, ſuper quo deponunt, non cognoue-
rint,niſi perſonam: ita Bart. *in l. fin. §. cum igi-
tur,num.*4. verſic. *& puto quod ſufficiat,Cod.de Iu-*
20 *re deliber.* † Et addentes ad Abbatem *hic num.*6.
*littera,F,*verſic. *item adde quod non eſt neceſſarium,*
docent quod licet teſtes debeant cognoſcere li-
tigantes; non eſt tamen neceſſe, quod ipſi cog-
noſcantur à litigantibus.
21 Vnde ſi teſtes examinati dicant ſe nominatim
cognoſcere litigantes,ſed quod benè eos cognoſ-
cerent, ſi viderent; debent tunc tales partes
litigantes ipſis teſtibus ad effectum præmiſſum
exhiberi in veſtibus,& habitu conſueto;ita quod
illis non reperiatur difficultas recognoſcendi, ſe-
cundùm Gloſſam *hic* in verbo *de cauſis*,ad finem
verſic.*& ſi dubitetur*,Antonius de Butrio *num.*21.
verſic. *& ſi nominatim non cognoſcant*, multis ad-
22 ductis Farinacius *dict. quæſt.*71.*num.*38. † Quod
in officio ſanctæ inquiſitionis vidi practicari,ſed
tunc teſtis ſtat in parte, in qua non poſſit à reo
videri, & ipſe tamen eum videt ad faciem per
aliquam feneſtram intercluſam cum alio inſtru-
mento vulgò *verja.ò zeluſia.*
23 Dubium tamen eſt an inſtrumentis debeant,
ſiue contractibus teſtes partes cognoſcere, ſeu
ipſi à notario,& quoad primum regulariter Do-
ctores docent, quod in inſtrumentis teſtes non
debent cognoſcere contrahentes Gloſſa *in l. fine,
§. ſin autem dubius* in verbo *cognoſcant*, verſic. *ſin
autem per inſtrumentum,&* *ibi* Butrig.Cynus, Bar-
tolus, *num* 4. Baldus *num.*17. & alij relati à Fari-
nacio *dict.quæſt.*71.*num.*39.Innocent, *hic num.*10.
Abbas *num.*16.Felinus *num.*11 verſic.*idem de Te-
ſtibus*. Et licet Abbas, & Felinus relati dicant,
quod licet in inſtrumentis non debeant cognoſ-
cere contrahentes per prius;bene tamen debeant
cognoſcere tempore contractus,& Farinacius *ibi
num* 40. *&* 41. dicit ſe non videri quomodo poſ-
ſint eſſe teſtes maximè cum rogantur,vt audiant
*l.hæredes palam,§.in teſt.ff.de teſt.cap.teſtes, §.ſi de-
bitum* 3.*quæſt.*9.& ita quotidie tabelliones practi-
cantur in inſtrumentis vbi in eorum calce teſtes
nominando adijciunt ſe eos cognoſcere. Tamen
ſi hoc ita ſemper reciperetur in praxi,vtique eue-
niret, vt ſæpius inualidaretur inſtrumentum, eo
quod per ſæpius tabelliones; præcipuè in nun-
dinis aſſumunt in teſtes eos, quos non cognoſ-
cunt, & ob id dici debet,vt inſtrumenta non per
hoc inualidentur regulariter,quia aliàs maximum
eſſet totius reipublicæ nocumentum.
24 Tamen in inuentario hæredis debent teſtes
cognoſcere hæredem, iuxta textum *in dict. l.fin,*
§ ſin autem dubius,in verſic.*quoniam ignarus*, ibi *te-
ſtibus vide licet aſſumendis,qui hæredem cognoſcant*,
& ibi notat Gloſſa Bart. *num* 4. Imola *hic num.*4.
Abbas 19.& alij relati à Farinacio.Vbi *à num* 45.
ex multis ait ex textu *in §.oportet verò*,& ibi Gloſ-
ſa in verbo *maxime in Auth. de inſtrument cautel,
& fide.* quod in contractu celebrato in ſcriptis
per imperitum litteratum, debent adhibiti teſtes
cognoſcere contrahentes, quod declarat Abbas
*hic num.*16. verſic. *hunc tamen caſum*, quando ſit
ſcriptura nomine imperiti,& neſcientis ſcribere
ſine notario; ſin autem notarius interuenerit,tunc
non eſt neceſſe, quod teſtes ſint noti,vt colligi-
tur ex *d. §.oportet ponderando*,verbum *maxime.*
Item etiam in Apocha, vel ſcriptura priuata,in 25
qua teſtes adhibiti debent cognoſcere contra-
hentes;vt probat textus,*in §.ſi quis igitur*, verſic.
ſed is qui depoſitum dat, & ibi *hunc numerum*, & ibi
Gloſſa *littera, G, in Authentica de inſtr. cautel.* † 26
Itē & in teſtamentis,in quibus teſtes debent be-
ne cognoſcere teſtatorem, ad textum *in l. ſi non
ſpeciale, Cod. de teſtamentis*, & ob id dixit Fari-
nacius, *quæſt.*69.*à num.*105. in iſto caſu oportere
vt teſtes non ſint, quando deponunt retro pa-
rietem, vel cortinam, & idem, *dict. quæſt.*71.*à
num* 49. declarat prædictam legem dicere, vt in
teſtamento teſtes adhibiti,debeant videre, & co-
gnoſcere teſtatorem,ſed non quod debeant illum
per prius cognoſcere.
Pro complemento notabis, quod ſicut non 27
tenetur notarius cognoſcere teſtes in inſtrumen-
to adhibitos, ita nec etiam tenetur cognoſcere
contrahentes, & ideo, ſi ſuppoſita ſibi vna per-
ſona pro alia bona fide à contrahentibus decipi-
tur non tenetur in aliquo, vt ait Baldus *in Rub.
Cod. de fide inſtrument. à num.*11. Vbi bene com-
probat, & reſpondet contrariis, quos concor-
dat Farinacius *dict. quæſt.*71. *num.* 56. dicens
contrariam opinionem procedere ad bene eſſe,
non autem de neceſſitate. † Et Felinus *hic* 28
*num.*11. *ante medium*, verſic. *vel niſi ſtatutum*, &
Butrius *num.* 21. *ad medium*, verſic. *& ſtatu-
tum*, Innocentius, *num.*10. verſic. *interdum*,do-
cent valere ſtatutum, quod diſponit, vt teſtes
debeant cognoſcere contrahentes.
Ad quintam quæſtionis partem dico ex no- 29
ſtro textu, quod teſtes poſſunt interrogari, non
ſolùm ſuper ſpecialiter contentis in articulis,ſed
etiam ſuper illorum circunſtantiis; vt patet ex
verſic.*hic, & de ſingulis circunſtantiis diligenter in-
quirens*, vbi Gloſſa in verbo *circunſtantiis*, dicit
quod aliàs non peruenitur ad veritatem.
Et Ioannes Andreas,*num.*3.*&* 47.ait quod cir- 30
cunſtantiæ ſunt quæcumque agrauant factum,vel
poſſunt mouere animum iudicis ad credendum,
vel diſcredendum,Bellameta *poſt, num.*1. Butrius
*num.*18. verſic *eſt tamen*, vbi exemplificat ali-
quas circunſtantias, Ancharranus *poſt*, *num.* 3.
& num. 15. Abbas *num.* 1. *in fine*, verſic. *nota
Iudicium ex officio*, *& num.* 10. Aretinus, *num.* 4.
in 3. *notab.* Gloſſa *in cap. præſentium hoc tit.*in ver-
bo *interrogatoria*, Bartol. *in l teſtium*, *Cod. hoc
tit.* † Sed hoc intelligit Farinacius *dict. quæſt.*73. 31
de Teſtibus, *num* 27. *&* 47. *&* 52. Vbi procedat
in circunſtantiis ſubſtantialibus, & pertinenti-
bus ad cauſam, aliàs non item, vel ſi teſtis eſſet
ſuſpectus, quia tunc poteſt omnibus modis in-
terrogari, & iudex laborare debet nimis, vt
ipſum Teſtem in mendaciis, & contrarietatibus
intercipiat:notat Gloſſa *hic* verbo *tempore*, verſic.
niſi

niſi eſſet ſuſpectus, Innoc. *n.3. in fine*, verſic. *niſi &*
teſtes, Hoſtienſis *n.9.* verſic. *niſi quando*, & *n.26.*
verſic. *ex quo*, Ioan. Andreas *poſt n.1.* verſic. *vnde.*
32 † Baldus *n.54.* vbi quod Iudicis arbitrio remit-
titur, an teſtis ſit ſuſpectus, vt etiam tenet Cyn.
in d. l. teſtium, n.11. in fine, Bald. *n.16.* Fulgoſius
n.6. Odofredus *in l. ſi quando, Cod. hoc tit. num.8.*
verſic. *ſed demum*, vbi etiam, quod Iudicis arbitrio
remiſſum eſt, an teſtis ſit bonus, vel malus: Et
videbis Barboſam *hic n.3.*

33 Vnde breuiter dico quod teſtis poteſt inter-
rogari de loco, & tempore, vt probat textus no-
ſter ibi *loco, & tempore*, vbi Gloſſa verbo *tempore*,
& verbo *loco*, Innoc. *n.3.* Hoſtienſis 20. & 25.
Bellam. *in princ.* Butr. *n* 21. Anchatran. 5. Abb. 17.
Felinus 12, Gloſſa *in d. cap præſentium, hoc tit.* in
verbo *interrogatoria*, Bart. *in l.3. §. ideoque, n.6.*
ff. hoc tit. & Gloſſa *in d. l. teſtium.* in verbo *præſto*,
34 verſic. *de tempore autem.* † Tamen Hoſtienſis *hic*
n.9. & Albericus *in d. l. teſtium*, declarant quod
non ſunt teſtes reſtringendi an angulum tempo-
ris, vel loci: nam ſufficit teſti declarare annum,
menſem, & diem, & Farinacius monet procu-
ratores *ſuprà n.19.* contra illa interrogatoria ſo-
lita fieri, vt ſcilicet teſtes interrogentur de loco,
35 loci hora, & die. † Et ſic *ibi n.30.* ait quod non
ſunt interrogandi teſtes de qualitate temporis,
an ſcilicet fuerit nebuloſum, vel ſerenum, niſi
teſtis eſſet; aliàs ſuſpectus, quia hæc interroga-
toria captioſa ſunt, & cauilloſa, & ob id non
admittenda, vt, ait Hoſtienſ. *hic n.9.* verſic. *nec*
tale: tradit cum aliis multis idem Farinac. *n.51.*

36 Item poſſint teſtes interrogari de credulitate,
nedum de certitudine, vt probat textus hic *ibi*
credulitate, famà, & certitudine, Ioannes Andreas
n.5. Baldus *n.62. & 63.* vbi etiam, quod aliquan-
do teſtis interrogatur de conſcientia Abbas *n.2.*
quod Farinac. declarat hoc à Iudice admitti poſt
factum. Verum examen de certa ſcientia, aliàs
non benè de auditu, & credulitate interrogare,
quia poteſt captioſè inducere teſtem ad varieta-
37 tatem: ſic expendit *d. q.73. à n.31.* † Et poſſunt
teſtes interrogari de cauſa ſcientiæ, vt ait Bald.
hic poſt n.3. Item & generaliter multis aliis mo-
dis, de quibus videbis in Gloſſa *d. cap præſen-*
tium hoc tit. verbo *interrogatoria litt. N.* Hoſtienſ.
38 *n.26. lib.6.* † Quod ſi teſtis de ſua depoſitione,
iam bonam, & congruentem rationem præſti-
tiſſet, amplius interrogari non debet, vel quan-
do interrogaretur ſuper turpitudine ſua, vt ait
Hoſtienſis *hic n.20. in fine*, multis adductis Fa-
39 rinacius *ſuprà n.53.* & ante *n.34.* † Vbi ait quod
benè poteſt interrogari an ſit pauper, vel diues,
ſi paupertas non eſſet occulta, vt dicit Butrius
hic n 20. *col.6.* verſic. *puto etiam*, Abbas *n.14. in*
fine, Henric. Boye. *num* 17. Socinus *reg.411. in*
40 *fallentia 2.* * Item licet de crimine non tenea-
tur teſtis reſpondere: tamen interrogatus tene-
tur reſpondere ad omnia, quæ reddunt inhabi-
lem ad teſtificandum. Abbas *num* 13. *in quarta*
opinione, & num.14. Bartolus *in dicta l.3. de Te-*
ſtibus, Farinacius *ſuprà* cum multis, *à num.70.*
vbi cum Butrio *hic num.20.* ait non ſolùm in
ſpecie, ſed etiam in genere poſſe teſtem inter-
rogari; docet etiam Imola *num.8. ad finem*, Za-
batella *poſt num.3.*

41 Etenim quando pars non dedit interrogato-
ria; tunc teſtes ſine illis examinati benè pro-
bant, Baldus *in cap. per tuas hoc tit. num.7.* Vi-
42 bius *opinione* 866. *num.5.* verſic. *cæterum.* * Vbi
addit quod iſto caſu, nec minor reſtituitur ad-
uerſùs omiſſa interrogatoria, niſi conſtet de
læſione, Farinacius *ſuprà n* 75. * Qui *num.13.* 43
cum multis ait quod Iudex omittens interro-
gare, teſtes ſuper interrogatoriis datis à parte,
tenetur ad damna, & intereſſe. * Qui *num* 25. 44
dicit quod debet citari pars ad dandum interro-
gatoria, & quod pars, quæ dedit interroga-
toria, poteſt eſſe præſens, quando pars,
ſuper illis interrogatur, quod de ſtylo non
credo verum. * Tamen verum eſt in praxi, vt 45
articulorum copia detur parti, vt poſſit forma-
re interrogatoria, ſed ſi data non ſit, non per
hoc annullari teſtimonium, ait idem Farinacius
à num.15. alia ipſe adducit *ibi* videnda, ex mul-
tis, quos refert.

Nouiſſimè breuiter ex his omnibus non tan- 46
tum duxi poſſe Iudicem interrogare de qualita-
tibus, vel circunſtantiis negotij, vel delicti
ſcilicet in quo loco commiſſum fuit, & quo
tempore, an manè, ſerò, die vel nocte, vel item
quâ veſte erat induta pars contra quam, vel pro
qua producitur, vel quibus armis, vel cuius æta-
tis eſſet delinquens, vel offenſam paſſus, vel
de alia ſimili qualitate perſonæ, dum tamen
teſtes ſint vacillantes ſeu leuis, & notæ opi-
nionis, vt Iudex eos capere queat in verbis, vt
dicitur de Daniele, & Suſanna; Danielis *cap.13.*
facit *l.3. §.1.* verſic. *tu magis, ff hoc tit* ſecus ſi
ſint idonei; ita optimè expendit cum Cyno, &
aliis Antonius Gomez *lib.3. Var cap.12. n* 11.
& cum Farinacio *quæſt.73. de Teſtibus, n.28. 29.*
& 30. docet *hic* Barboſa *n.5.* dicens ab eodem
Farinacio, quod non ſunt reſtringendi reſpon-
dere ad angulum temporis, quod nec ad quali-
tatem temporis, an fuerit nebuloſum, vel ſere-
num, quod intelligi debet, ſuppoſitâ diſtinctio-
ne relatâ.

Item noto ex textu noſtro, verſic. *ratas habere* 47
voluerint atteſtationes teſtium, licet ſint inualida,
poſſe tamen conualidari de conſenſu partium
Dueñas *reg.23* Barboſa *hic num* 9. qui *n.12.* notat
quod teſtes nulliter recepti per Iudicem poſſunt,
& debent iterum examinari, etiam poſt publi-
cationem, ſic cum Farinacio *p.2. in praxi, q* 75.
à n.358. de quo videbis quæ dico *infrà in cap cum*
clamor hoc tit. vbi *de repetitione teſtium* Item do-
cent Viuianus *tom.3. commun. opinion lib.4. tit.10.*
n.341. pagina 555. Couarr *lib* 2 *Variar. cap* 13.
n.7. Menchaca *vſufrequent. cap* 32. *à n.4.* * Quod 48
teſtes qui dicit heri neſcio poteſt dicere, hodie
ſcio, quod dictum, applicabis ad ea, quæ adduxi
ſuprà de Teſtibus varijs, & contraria dicentibus in
cap. per tuas de probat. à quæſt.4. & quæ Doctores
notent per textum *ibi, in cap litteras de præſum-*
ptionibus.

Iterum notabis ex textu, *in cap. Venerabilis* 52. 49
hoc tit. in verſic. *examinare curetis*, quod teſtes
in ſimul deponentes nullam fidem faciunt, cum
vnus alium inſtruere poſſit, Farinac. *in praxi de*
Teſtibus, quæſt.80. à num.9. Abbas *in cap. quia*
propter de elect. num.14. & 15. cum aliis Barboſa
in d. cap. venerabili ſub n.2. in fine.

AD TEXTVM IN CAPITE XXXVIII.

Veniens, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

DE materia huius textus, quatenus loquitur, quod atteſtationes in ſummario fidem non faciunt in plenario, applicabis quæ adduxi, *ſuprà cap.17. hoc titulo*, & ibi, *quæſt.2.* Aliqua dixi *ſuprà cap. præcedenti, quæſt. 2.* vbi de interrogato in ſummario, ſi reſpondeat in plenario, an fidem faciat, vel ſi reſpondeat extra articulos: Et quia *hic* etiam agitur de alia principali quæſtione, an facta teſtium publicatione, alij teſtes ſuper eiſdem articulis recipi poſſint recurres ad ea, quæ latè dixi, *ſuprà in cap. fraternitatis 17. cap.18.* & *cap. præſentium hoc tit.* & ad multa de tertio oppoſitore impediente exequutionem ſententiæ, poterat *hic* agi, ſed de his videbis quæ dico *in cap.5. & 17. de ſent. & re Iud.* & *in cap. penult.*

I. Et *ibi*, in verſic. *quia vero quæ in capitulo aguntur, non facilè poſſunt, niſi per ipſos Canonicos probari:* Per hæc verba recurres ad ea, quæ dixi *de Teſtibus de vniverſitate, aut de capitulo admittendis ſuprà in cap.tertio loco de probat.* & *in cap.6.* & *in cap. cum nuntius 2. hoc tit.*

II. Et in textu ibi *lite igitur*, & ibi, *dummodo poſſet objicere, tam in perſonas teſtium, quàm in dicta.* Per hæc verba diſputant Doctores de quæſtione, an contra teſtes receptos in ſummario Iudicio vulgò *del interim*, poſſit excipi. ſic Couarruu. cum ab eo relatis *cap.17. pract. n.4.* verſic. *ſeptimo*, de quo dico *infra in cap. teſtimonium.*

III. Et *ibi*, in verſic. *volumus, vt ad cautelam abſoluatis eoſdem:* de abſolutione ad cautelam dico *infrà in cap. per tuas de ſent. excommunicat*, benè Couarruo. *in cap. alma mater, part.1. §.7. num.7.* verſic. *quarta concluſio*, vbi benè expendit textum noſtrum. IV. Item per hæc, & ſequentia ibi, *vt vocati ad teſtimonium liberè valeant pro vtraque parte teſtari:* hic diſputant Doctores, de abſolutione ad certum actum, quo finito, ſtatim reincidunt abſoluti in eandem cenſuram, & vulgò appellatur, *abſolutio ad reincidentiam, ſeu conditionalis*, de qua idem Couarruu. *in dicto cap. alma mater, §.11. n.6.* verſic. *ſecundo per textum noſtrum*, & ego dico *infrà in cap. præterea 40. de appellat.*

V. Et *ibi*, in verſic. *nos igitur*, dicitur quod Iudex debet pronuntiare, tam de quæſtione principali, quàm de incidenti; ad quod applicabis *dicta in cap.1. & 2. de ordine cognit. & ad titulum de cauſa poſſeſſ. & prop. cap.5. & 6.* VI. Et de intellectu huius textus dico *infrà in cap. nuper 51. q.1.* in verſic. *quare*, & in verſic. *nec obſtat.* Et videbis quæ *hic* notat Barboſa pro complemento noſtri textus, de quibus *alibi* dico.

AD TEXTVM IN CAPITE XXXIX.

Tuis Quæſtionib. hoc Tit.

PRÆMISSVM.

TRIA, principalia dubia in hoc textu inueniuntur. I. Primum an Monachi poſſint de ſuis fratribus, ac conuerſis teſtes in cauſis producere, ad quod applicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. tertio loco de probationib.* vbi an admittantur in teſtes ij, qui ſunt de propria familia: Et applicabis dicta *ſuprà in cap. cum nuntius 12.* & *in cap. in litteris 24. hoc tit.* II. Secundum, quod abſque iuramenti exhibitione, non poſſunt religioſi in teſtes admitti, de quo videbis quæ dico *inf. in c. nuper 51. hoc tit* & applicabis quæ *ſup.* generaliter dixi de neceſſitate iurandi per textum *in cap. quoties 3. hoc tit.* III. Teſtium eſt, an pars aduerſa poſſit remittere iuramentum teſtis ſui aduerſarij, ſine Iudice. Ad hoc applicabis quæ dixi *ſup. in d. cap. quoties 5. q.3.* in verſic. *ad ſecundam, & q. fin.* vbi *de forma iurandi*, & ad aliàs *ibi.* IV. Et quomodo præſtanda ſint iuramenta dico *infrà in c.5. de Iureiurando*, & à Iudice an remitti queat, ſi habet in commiſſione, vt procedat non ſeruato Iuris ordine, dixi *ſuprà in dicto cap. quoties quæſt.4.* verſic. *ad tertiam.*

V. Et per textum ſolent diſputare Doctores de quæſtione, qualiter teſtes iurantes, puniri debeant. De quo dico *in cap.1. de crimine falſi, aliqua in cap. teſtimonium hoc tit.* Et ad declarationem huius textus addes quæ dicit Riccius *col. 163. & col.919. & collect.1532.* Vide quæ dico *in cap 4. & 5. infrà de Iureiurando:* alia notat hic Barboſa, de quibus dixi ſuis in locis.

QVÆSTIO I.

An ex conſenſu partium poſſit remitti iuramentum teſtis de veritate dicenda: Et an ex conuentione partium fieri poſſit, & vnius teſtimonio credatur?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de veritate dicenda poſſe à partibus remitti Teſtibus verius eſt, n.2. 3. 4. & 5. à n.6. 7. 8 9. 10. 11. 12. & 13.*

2 *Teſtibus nullo ſine iuramento non creditur, nec aliter recipiuntur à Iudice, cui committitur, vt procedat omiſſà ſolemnitate iuris, n.4.*

5 *Religioſus vir duci poteſt, vt teſtis, etiam ſi probationibus ſit renunciatum.*

7 *Iuramentum in Teſtibus, fuit principaliter inductum in fauorem ipſarum partium, & ſit renunciabile numeris ſequent. fallit in cauſa ardua, & criminali, n.10. in matrimoniali, n.11. ſeu beneficiali, n.12.*

9 *Fundamenta contraria ſententiæ diluuntur, n.10. 11. 12. & 13.*

14 *Teſtimonio teſtis vnius plena fides quæ à partibus præſtari, n.15. ſed qualiter contingat, num.16. & 17.*

15 *Proba*

Digitized by Google

15 *Probationes plenæ, & legitimæ dicuntur, quæ conſenſu litigantium probata fuerunt.*

17 *Cauſa poteſt committi ab vno litigatore, vt ex declaratione alterius decernatur.*

1 VT plenius ad primam reſpondeas partem leges quæ dixi, *ſuprà in dicto cap. 5. hoc tit. q. 2.* in verſic. *vnde*, & ibi in verſic. *ad ſecundam:* & ſic non ita longè agam, & pro negatiua ſententia videtur facere; nam taliter iuramentum in Teſtibus eſt neceſſarium, adeo vt quantumcũque religioſus ſit is, qui in teſtem producitur, adhuc iurare teneatur, vt probat text. *in c. nuper infrà hoc tit.* & ob id nec Cardinalibus ipſis, ſi teſtimonium ferant, non iuratis fides datur, Gloſſa *in cap. cum olim eſſemus*, verbo *fratrum de priuilegijs.*
2 † Item facit quod mille Teſtibus non credatur, ſi modo iurati non ſint, vt tenet Dominicus *in cap. multis 44. diſt.* & ſic Auguſt. de Ancona *lib. de poteſtate Eccleſiæ, q. 55. art. vlt.* quem ſequutus eſt Felinus *in cap. conſtitutus, num. 16. de reſcriptis*, dicit hanc deciſionem eſſe ſtupendam, & Legiſtis incognitam, quam etiam refert, & ſequitur Hipolytus *ſingulari 124. circa finem:* ſequitur addition. Bartol. *in l. 1. §. 1. n. 4 littera E. ff. de ferijs*, Ripa *in l. admonendi, num. 149. ff. de Iureiurando.*

3 Quare ad expeditionem textus noſtri, non deſunt, qui dicant poſſe in puncto iuris teneri, vt partes non poſſint huiuſmodi iuramentum de veritate dicenda Teſtibus remittere, quoniam ex hoc Iudiciorum authoritas læderetur, cuius intereſt ne falſi quidquam in Iudicio committatur. Præterea Reipublicæ intereſt maximè ſententias ferri à Iudicibus ex legitimis, & veris probationibus, *Authent. de Tabellionibus in princip. cum aliis*, at verò remiſſo iuramento, ſi ad humanæ fragilitatis reſpiciamus infirmitatem, parum tuta veritas eſſe videretur, atque proinde fortaſſis, nec legitima eius probatio.

4 Et facit pro hac parte: nam ſi alicui commiſſum ſit, vt procedat in aliqua cauſa, omiſſa ſolemnitate Iuris Ciuilis adhuc recipere non poteſt teſtes non iuratos, vt tenet Baldus *in l. milites, num. 5. Cod. de teſtamento militis*, cuius opinionem magis teſtatur Iaſon *in §. in bonæ fidei, n. 29. inſtit. de actionibus*, quamuis Bart. *in l. Filiusfamilias, n. 5 ff. de donat.* teneat contrarium.

5 Et ſic qui hanc opinionem docent, reſpondent ad textum noſtrum, in verſic. *ibi niſi à parte remittatur aduerſa*, dicendo agere de perſonis religioſis; nempe de Monachis quibuſdam, propter vitæ maximam integritatem; & ideo nihil mirum ſi partium conſenſus operari poſſit iuramenti remiſſionem illis perſonis: tradit Ioan. Gutt *in l nemo poteſt, ff. de leg. 1. n. 134. in fine.* Et ſic Speculator *in tit. de inſtrumentorum editione. §. fin. verſ. Sed quid ſi debiter*, dixit quod etſi probationibus ſit per partes renunciatum, adhuc duci poterit in teſtem vir religioſus, Monachus honeſtæ, & probatæ fidei, & non ſolùm is, qui religioſus ſit, ſed etiam alius, dum tamen probatiſſimæ opinionis ſit, vt tradit benè Hipolytus *in l. 4. §. ſi quis vltro, n. 50. cum ſeqq. ff. de quæſt.*

6 Tamen verius eſt, vt à partibus poſſit remitti Teſtibus iuramentum, vt iam dixi, *in d. cap. quoties q. 2.* in verſic. *ad ſecundam*, & in dicto verſic. *vnde* ex generalitate noſtri text & probat Gl. 10. *in l Iuriſiurandi, Cod. hoc tit.* vbi Cynus *num 1. in quæſt.* Bartol. *in l. lectura, num. 1.* verſic. *item non poſſit remitti*, Iaſon *in l. admonendi, ff. de Iureiurando, num. 125.* verſic. *item pars*, ibi etiam Ripa *n. 199.* vbi comprobat, & reſpondet contrariis, Maſcardus *lib. 1. de Probat. q. 5. à n. 103 & n. 105.* vbi teſtatur ſic conſuetudine receptum eſſe. Farinacius cum multis *de Teſtibus, q 74. à num. 83.* qui benè declarat, & ego declaraui, *ſuprà in d. cap. 5. hoc tit. in præcitata quæſt. 2.*

Et vltra *ibi* dicta addo ideo ſic procedere, quo- 7
niam iuramentum in Teſtibus principaliter fuit inductum in ipſarum partium fauorem, vnde poſſunt (vt dicam quæſtiuncula ſequẽti) ſe ſubmittere dicto alicuius hominis, cuius opinio integra ſit, nec vlla infamiæ notâ ſigillata, illaque ſe tuto credere abſque iuramento, vt probari videtur, *in l. 28. tit. 18. p. 3.* alia tradit *ſuprà*, Gutierrez *in dicta l. nemo, ff. de leg. 1. à n. 126* & ob id *in n. 136.* hanc vltimam opinionem affirmat eſſe veriſſimam, vtpotè probatam ex hoc noſtro textu, qui non hoc permittit, eo quod teſtes Monachi, & religioſi ſint; ſed quia conſenſus partium, huiuſmodi teſtium iuramenta
remittentium accedit. † Idémque ſeruandum in 8
quibuſcumque Teſtibus, etiam non religioſis, quia quod ibi ſint religioſi facti fuit contingentia; non verò iuris neceſſitas; præſertim quia prædicta lex Regia in his non loquitur; ſed generaliter in quibuſcumque Teſtibus partium conſenſu, iuramento deponentibus.

Qua retentâ opinione ex noſtro textu, non 9
obſtant quæ dicta ſunt *ſup* pro prima ſententia, quia principaliter iuramenta inducta ſunt ad veritatem eruendam in fauorem partium, ſecundario in fauorem Reipublicæ; quo caſu intrat deciſio textus, *in cap. de cauſis de officio delegati*, & concurrunt quæ cum maxima diſtinctione adduxi, *in cap ſi diligenti de foro competenti:* alia conſiderat Gutierrez *ſuprà n. 37. & 36. in*
fine. † Vnum tamen addunt relati à Farinacio 10
dicta quæſt. 74. Maſcardus *dicta quæſt. 5. à n. 107.* quod regula, de qua loquimur, non procedit in cauſa criminali, præſertim, ſi agatur de pœna capitali, vel ciuili ardua, in qua Teſtibus iura-
mentum non remittitur. † Et Innocentius *hic* & 11
Hoſtienſis *num. 4.* dicunt in cauſa matrimoniali
non poſſe iuramentum remitti. † Aut quando 12
agitur de beneficio Eccleſiaſtico, aliave ſpirituali re, non dependente à mera voluntate partium, Andreas Gayl. *obſeruat. 101. num. 6. lib. 1.* Vibius
opinione 931. n 18. in fine † Et quod dictum eſt de 13
matrimonio procedere, quando agitur de eo diſſoluendo; ſecus ſi de eo contrahendo, iuxta ea, quæ latè adduxi, *in cap. ſuper eo, & l. 5. hoc tit.* Gl. hîc in verbo *remittitur*, verſic *ſed nunquid iuramentum*, & *ibi* notant Bald *n. 4.* Felin. *n. 4.* Henric. Boyc. *ſub n 9.* Maſcardus *dicta quæſt. 5. num. 111.* Farinacius 94. *dicta quæſt. 74.* cum aliis per eum relatis, vbi addit alia *a num. 95.*

Ad ſecundam partem quæſtionis ex prædictis 14
licet admodum obſtare videatur regula textus, *in cap. 4. cap 23 & 28 hoc tit.* vbi latè dixi, ſaltim duobus Teſtibus conteſtibus fidem adhiberi, & ſingularibus, iuxta etiam quæ latè adduxi, *ſuprà in cap. tam litteris 33. hoc tit.* nihilominus exiſtimo affirmatiuè reſpondendum, quod conſenſu partium, & earum conuentione, effici poteſt, vt teſtimonio tantùm vnius teſtis credatur, vt ſecundùm id, lis, & controuerſia decidenda ſit iuxta deciſionem textus noſtri, quod deciſum eſt, poſſe remitti Teſtibus iuramentum

ex conſenſu' litigantium: ſic docet expreſsè Couarruuias *lib.2. Variar. cap.* 13. *num.* 1. vbi dicit pari ratione prohibitum eſſe teſtimonio vnius, vel Teſtibus non iuratis fidem adhiberi, *ex dicta*
15 *l. Iuriſiurand. Cod. hoc tit.* † Tum etiam, quia licet interſit Reipublicæ à Iudicibus cauſas definiendas fore ex legitimis probationibus; tamen apertiſſimi iuris eſſe, eas dici legitimas, quæ conſenſu litigaotium probatæ fuerint ex noſtro textu, & ob id ait ſolere renuntiari omnia, quæ ad probationem de iure requiruntur præcipuè ſi tendant in litigaotium fauorem quoad eorum exequutionem; quâ ratione dictum vnius, quoad plenam fidem admittendum eſſe dixit Speculator *in tit. de teſte, §. reſtat. 24. fallent.* Romanus, Alexander, Aretinus, & Nootores *in l.1. ff. vltim. ff. de verb. obligat.* Gloſſa *in cap. veniens, & l.1.* & *in cap. licet vniuerſis* 23. *hoc titulo.*

16 Sed Gloſſa Dinus, & Raynerius *dicunt in leg. Theopompus, ff. de dote prælegata*, voius teſtimonium ſemiplenam probationem, tantum efficere non plenam, etiamſi conſenſus litigantium præceſſerit, qui rem omnem illius aſſeuerationi commiſerint: plura tradit Couarruuias *vbi ſuprà dicto num.* 1. ex Bartol. *in l* 1. *§. vltimo, ff. de Verborum obligat. num.* 2. vbi Alciatus *num.* 23. eo quod vnius teſtimonium ad plenam fidem iure non admittatur, quia & Reipublicæ intereſt ſententias ferri à Iudicibus ex legitimis, & plenis probationibus, Bartol. *in l.4. §. hoc autem Iudicium, ff. de damno infecto*, Aretinus *in l. vnica, Cod. vt quæ deſunt Aduocatis*, textus *in Auth. de Tabellionibus in princ.* de quo latè dixi *in d. cap. cum à nobis* 18. *hoc tit.*

17 Verùm quia prima opinio plauſibilior eſt, quando ſcilicet conſenſus præſtatur certæ perſonæ, & nominatim quoad certum negotium, ne alioqui detur occaſio fraudibus & falſitatibus, ſecundum Angelum *in l. pactum inter heredes, ff. de pactis*, quem ſequuntur Iaſoo *in leg. admonendi in repetitione, num.* 200. *ff. de Iureiurando*, Aretinus *num.* 40. Socinus 3. & Alciatus *in d. l.* 1. *§. vltim ff. de Verborum obligat. num.* 28. ideo dico ſanè poſſe verum eſſe, vt conuentione, atque conſenſu partium litigantium, & contrahentium fiat, quod cauſa, & lis decidatur, iuxta aſſertionem, & declarationem alterius partis; nam Actor, vel reus poteſt totam litem delatione iuramenti alteri ſecum controuertenti committere: ſic cum multis ex antiquis notat Couarruuias *dicto cap.* 13. *lib.* 2. *Variarum num.* 1. in verſic. *illud ſanè*; ergo ex eadem ratione poteſt euenire, vt litigantes conſentiant in teſtem vnum, cuius teſtimonio ad deciſionem cauſæ ſtetur, vt latè, & benè probaoi, *in d. cap. cum à nobis* 28. *hoc titulo*, à verſic. *nec tertio obſtat*, & in verſic. *vnde*, verſic. *& quamuis*, & verſic. *ex his.*

18 Ad alia autem vtilia videbis quæ dico *infrà in cap. teſtimonium hoc tit.* vbi an poſſim reprobare teſtem, quem ſemel approbaui.

AD TEXTVM
IN CAPITE XL.
Dilecto, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

4 *Poſſunt fœminæ habere ius ex priuilegio Apoſtolico conferendi beneficia.*

HIc agi poteſt de oeceſſitate duorum teſtium ad plenam probationem faciẽdam, vt apparet in verbis ibi, *cum de iure ſuo non niſi per ipſum, & alium vnicum tantùm teſtem fidem facere poſſet.* Ad qood applicabis latè dicta *cum à nobis* 28 *hoc tit.* † Et ibi, *idem præpoſitus citra litis* 1
conteſtationem. Hic agi poteſt de exceptionibus, quæ ſunt proponendæ ante litem conteſtatam, de quo *ſup. in c.3. de ordine cognit.* Item de verbis, quibus lis conteſtatur, dixi latè *ad Rubric. de litis conteſtat. q.7.* † Et in verſ. *nos igitur*, agitur de ratio- 2
ne, quare ſi ad teſtificandum in cauſa Iudicis perſona ſit neceſſaria, ea remoueatur à iudicando, & eius loco alius iudex ſubrogetur: applicabis quæ adduxi, *ſup. in c dilect. 6 de Iudic q.8. n.* 1. vbi quod Iudex, qui ſcit aliquem eſſe innocentem, debet procurare omnes modos, quibus eum liberet.

Et ibi, *quinimo poſt ad appellationem à præbendarum ipſarum donatione ſuſpendiſtis eundem* per hæc 3
verba diſputatur communiter à Docturibos de quæſtione illa an ſi appellatioois cauſa verificata ſit coram iudice ſuperiore; & ſic appellatio iuſta pronuntietur, debeat adhuc cauſa prioribus remitti Iudicibus, ſeu Iudex ſuperior poſſit illam retinere de quo dico *infrà in cap. vt debitus honor* 49. *de appellat.* Et ibi, *in cap. præterea* 22. & *in cap. ad hæc* 27. *eodem tit.*

Et quatenus ex textu noſtro in verſ. *comitiſſam* 4
Flandrenſem, DD. dicunt, qood poſſunt fœminæ ex priuilegio Apuſtolico habere ius conferendi beneficia Eccleſiaſtica, vt ootat *hic* Barb. & ex aliis, quos refert DD *ſup. in c. dilecta* 12. *de maiorit. & obedientia*, Gonzalez *in reg.* 8 *Cancellariæ, gl* 23. *n.* 13. probatur argumento eorum, quæ adduxi, *ſuprà quanto* 3. *de Iudiciis, q* 5. vbi dixi, an laicus poſſit aliqoo io caſu beneficia conferre.

QVÆSTIO I.
An Iudex poßit à iudicando remoueri eo quod pars petat, vt teſtimonium ferat pro ſe?

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt remoueri ab officio iudicandi data neceſſitate, vt tanquam teſtis deponat, n.* 2. 3. *&* 4.

VT exactè hanc difficultatem apprehendas, 1
præmittes quæ adduxi *ſuprà in cap. dilect* 6. *de Iudiciis, q.*7. 8. *&* 9. & præmittes etiam cum Rebuffo *tract. de repetit. teſt.* quod ſi Iudex ſuper qua re litigatur, veritatem ſciet, poteſt recuſari, vt teſtificetur, ſed ſi ipſe iuret ſe nihil ſcire, non poterit recuſari, vt ſequitur Barbuſa *hic num.* 5.

† Qui

Digitized by Google

2 † Qui etiam, *n.* 3. cum eodem Rebuffo *n.* 177.
ait quod Iudex datus ad cauſam, quando non venit ad ſententiam vel fuit recuſatus, aut compromiſſum expirauit, poteſt eſſe teſtis.

3 Vnde dicendum eſt, quod datâ neceſſitate teſtimonij, poteſt litigator petere, vt Iudex ab officio Iudicandi remoueatur, & in cauſa ſuum proferet teſtimonium, ita Gloſſa *hic* verbo *vnicum*: ſequitur cum multis Barboſa *ſub*, *num.* 1. in verſiculo *probat*, id declarans procedere, quando legitimè conſtat ſemota fraudis ſuſpicione, alios deficere teſtes, per quos cauſa probari poſſit, vt probant verba hic *non niſi per ipſum, & alium vnicum teſtem*, & *ibi eius Iuſti-*
4 *tia*, valeat deperire. † Et tunc bene expendens ait idem Barboſa omnino eſſe Iudicem à Iudicando remouendum, quia ſi adhuc Iudex in aliqua parte remaneret, & in alia committeret vices ſuas; tunc teſtem in parte commiſſa eſſe non poſſe, & postea, *num.* 4. cum multis dicit Iudicem teſtem eſſe non poſſe in cauſa coram ſe vertente, vel in qua fuit Iudex.

AD TEXTVM
IN CAPITE XLI.
Significauit, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD Textum hunc applicabis *ſupra dicta in cap. cum cauſam* 37. vbi *de diligentia adhibenda in examine teſtium*, quod notatur in verſic. *examines diligenter*.

I. Et *ibi* in verſic. *vnde timens ne proceſſu temporis probationis copia valeat deperire*: per hæc verba, & alia in verſic. *& eorum dicta*, agunt Doctores de probatione, quæ fit ad perpetuam rei memoriam, de qua late dixi, *in cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſtata*, aliqua Gomezius *tom. 3. var. c. 1. n. 19.*

II. Et ibi *Et eorum dicta in publica redigi facias monumenta*: Ad hæc verba applicabis dicta, *ſupra in c. quoniam contra falſam, q. 1. de probat, & d. in c. cauſam* 13. vbi *de probatione per libros, ſeu ſcripturas antiquas.*

III. Et ibi *denuntiando fundatoribus dictis, vel eorum heredibus, vt receptioni teſtium ſi velint interſint*: ad hæc verba generaliter applicabis quæ, *ſupra* adduxi *de neceſſitate citandi partem aduerſam vt videat deponere teſtes alterius partis in cap. 2. hoc tit.* IV. Item & ſpecialiter de forma, quâ ſolent citari intereſſe putantes, quando agitur de lite rei beneficiariæ, veluti ſuper Iurepatronatus, vt hic vel ad prouidendum beneficium, applicabis nonnulla quæ adduxi, *ſupra in cap. 1. de cauſa poſſeſſionis, & prop.* & ibi *quæſt. 1. & quæſt. 3.* Vbi de nonnullis, & quando fiat citatio per edicta, & dicam ſuis in locis ad titulum *de conceſſione præbendæ, & de Iure patronatus.*

V. Et ibi *ſuper denuntiatione ſic facta confici, facias publicum inſtrumentum*: ad hæc verba applicabis dicta *in dict. cap. quoniam contra falſam dict. quæſt. 1. de probationibus*, quatenus ibi dixi omnes actus Iudiciales eſſe per tabellionem ſcribendos.

QVÆSTIO I.

An probationis facultas ſit coanguſtanda ad certum numerum teſtium: Et an ex quo fundatores Eccleſiam dotarunt, tranſeat Ius patronatus in ſuos hæredes ſeu Eccleſia remaneat libera: Et an Iuris patronatus cognitio ſpectare poſſit ad Iudicem laicum?

SVMMARIVM.

1 *Probationis facultas preciſè non coanguſtatur ad certum numerum teſtium, num* 2. 3. *&* à *num.* 6. *Quid in praxi, num.* 4. 5. *n.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
3 Cap. cum cauſam 37. de Teſtibus.
7 *Teſtes* 12. *in ſancto officio ad puritatem probandam ſufficiunt, in quolibet aſcendentium gradu, num.* 8. *fallit ſi contingat, vt aliqua impuritatis nota infingatur, ab aliquo, cum tunc plures alij deſiderentur, n.* 9. 11.
8 *Teſtes in collegiis, quot ex communi ſtylo ad puritatem probandam.*
12 *Teſtes ſeptem ex ſtatuto Romano, & non plures recipiuntur ad probationem cuiuſlibet capituli cauſa.*
16 *Iuris patronatus cognitio ex Pontificis licentia, poteſt laico committi.*

COngruebat vt prima quæſtionis pars agitaretur, *ſupra in cap. ſignificantibus* 36. ibi 1
multitudinem teſtium refrenare, & *in cap cum cauſam* 37. ibi *volentes effrenatam multitudinem teſtium*, ſed quia eam reſeruaui ad hunc textum, ideo de ea nunc ago, & breuiter dico ex dictis Iuribus Iudicem poſſe teſtium multitudinem refrenare, & ad ſufficientem numerum, coarctare & probat textus, *in l.* 1 *§. quamquam, ff. hoc tit.* tradit eleganter Menochius *de arbitrariis lib* 2.
cent. 3. *caſu* 249. † Dicens licet dubitari poſſit, 2
quando effrenata multitudo teſtium, dicatur id Iudiciis arbitrio relinquendum eſſe, qui vt prudens arbitrabitur, iuxta perſonarum & negotiorum qualitatem quis ſit ſufficiens, & quis effrenatus numerus, iuxta Gloſſam in verbo *effrenatam, dict. cap. cum cauſam*: videbis quæ ante eum dixit Rebuffus *in* 3. *tom. comment, tit. de Teſtibus, Gloſſa* 3. *n.* 1.

Sed videtur obſtare textus *in dicto cap. cum* 3
cauſam, quatenus ibi taxatus dicitur numerus teſtium; ſiquidem Pontifex decernit; *vt hinc inde*, id eſt ab vtroque litigare produci poſſint vſque ad quadraginta teſtes, ibi, *volentes autem effrenatam multitudinem teſtium refrenari, volumus, vt hinc inde quadragenarium numerum teſtium excedere non permittas*, ergo cum textus ſit numerus teſtium, iam non erit, vt in arbitrio Iudicum hoc exiſtat.

Et confirmatur hodie de Iure Regio *in l.* 7. 4
tit. 6. *lib* 4 *recopilat.* vbi taxatus eſt numerus teſtium, vſque ad triginta; igitur Doctores per textum *in l.* 1. *Cod. de ſententiis*, qui pro eo, quod intereſt rectè dicunt ea, quæ in infinitam producta ſunt, & prolixitatem afferunt, debere in anguſtum coarctari. † Et praxis videtur obti- 5
nere in inferioribus tribunalibus, quod tantùm duodecim teſtes in quolibet cauſâ recipiantur ſuper quolibet articulo, vt tradit Paz *in praxi* 1. *p. temp.* §. *n.* 15.

6 Sed mibi videtur ex his Iuribus non coarctari
præciſè numerum teſtium, quia licet *in dict. cap.*
cum cauſam, in dict. verſic. *volumus*, mentio fiat de
quadragenario, *& in dict. l. Regia de trigenario*: ta-
men non ob id intelligitur, vt poſſit Iudex illum
numerum abbreuiare, ſecundùm Iuris commu-
nis diſpoſitionem; nam equidem poterit, ſi vide-
rit expedire quia vt ait Rodriguez *de ordin. pro-*
ceſſu, cap. 7. num. 21. & ante eum Azeuedus *in dict.*
lib. 7. tit. 6. lib. 4. recopilat. lex illa tantùm diſponit,
quod in caſu, in quo neceſſe fuerit plures teſtes
præſentari, non poſſit excedi numerus ipſius le-
gis; ita quod Iudex etiam ex officio ſuo permitte-
re, plures teſtes, examinari non poſſit; reſtringere
vtique poſſit, vt confirmatur ex his, quæ dixi *ad*
Rubr. de dilationibus, vbi quod dilatio eſt Iudicis
arbitraria; ita vt ab eo queat coarctari.
7 Tamen pro complemento addo, vt licet in
omnibus fere communitatibus, ſit certus, & de-
terminatus teſtium numerus, vt ſunt duodecim
in tribunali ſanctæ inquiſitionis, hoc modo, quod
ſi aſcendentia parentelæ prætenſoris ſemper vi-
xerit in vno oppido, ſi duodecim teſtes inte-
grè, & cum ratione, & certa ſcientia deponunt,
ſufficit; ſed ſi auunculi paterni, ſeu materni ex
diuerſis locis originem ſumant: tunc pro ſingu-
lis erunt neceſſarij duodecim teſtes, qui & ſimi-
liter deponant, vt practicari quotidie video in
8 ſecreto huius Vallis-oletanæ inquiſitionis. † Et
in collegiis praxis ea eſt, vt viginti quatuor in ſe-
cretis, & totidem in publicis informationibus
ſic dictis, quia teſtes producuntur coram publi-
co Scriba, & iudicis loci, & hæc vocatur *la pu-*
blica, quæ fit poſt ſecretam ab informanti col-
legiali facta, à quo etiam teſtes examinantur in
illo numero.
9 Verùm ſi contingat, vt ex teſtibus nonnulli
de macula deponant, ſeu alterius defectus adſit
teſtimoniuo: tunc prædictus numerus excedi
poterit, & debet, vſque rei veritas legitimis ap-
pareat probationibus, quia & ſi iudex non va-
leat ſolitum excedere numerum, ſecundùm tex-
tum *in l. prætor 75 ff. de Iudiciis*, Azeuedus & Re-
buffus, *ſupra*, & qui excedunt nullam fidem fa-
ciant, vt tradit Farinac. *de Teſtibus*, *quæſt.* 80.
num. 117. tamen in cauſis arduis, & criminali-
bus, & aliis, in quibus officio iudicis procedi-
tur, & non ad petitionem partis; maxima ad
innocentiam probandam, numerus optimè exce-
di poterit, vt probat Rebuffus *dict. 3. tom. ad le-*
ges Gallicas Gloſſa 7. 8. 9. & Gloſſa 2. verſic. *in cri-*
minalibus: Sequitur Scobar *de puritate ſangui-*
10 *nis 1. part quæſt. 4. § 4. à num* 10. † Vbi idem di-
cit, quando agitur de cauſa ſtatus, in qua ex-
ceſſus in hoc proderit, & vtilis erit etiam, ſi in
commiſſione numerus ſit expreſſus, quia intel-
ligi debet, niſi aliud rei ſtatus, & circunſtantiæ
11 petant, ad pleniorem veritatis indagationem. †
Et ſic etiam video in hoc tribunali practicari, vt
ſi à commiſſariis ſupra numerum ordinarium
fuerit facta receptio teſtium nihilominus ad-
huc *por ſegundas*, ſeu aliis vlterioribus diligen-
tiis; ſolet illi, ſeu alio committi, vt amplius re-
cipiantur alij viginti, v. g. ſiue triginta teſtes,
vltra prius receptos, qui deponant de notorie-
tate, ratione ſiue ſcientia notæ, & hoc quo-
uſque plenum iudicium facere poſſint, & ſi ſunt
neceſſaria aliqua inſtrumenta antiqua, ea quæri
mandant in tabellionum regiſtris, ſeu in aliis
archiuis.

Romæ verò adeſt ſtatutum *in 1. lib. Rub. de* 12
numero teſtium, *cap.* 71 quo cauetur in qualibet
cauſa non recipi, vltra ſeptem teſtes ſuper quo-
libet articulo, ſeu capitulo tradit Farinac. *dict.*
quæſt. 80. de Teſtibus, *num.* 117. & Manſuet. *in p.*
cap. 17. Rubr. de Teſtibus, num. 8. verſic. *item ad re-*
frenandam, & Lacius Menochius *vbi ſupra de ar-*
bitrariis dict. lib. 2. caſu 149. à num 5. referunt plu-
ra ſtatuta de locis, quibus cauetur de numero
teſtium, vt ſic refrenetur eorum multitudo, &
ad plures caſus contingibiles leges quæ adducit
Petrus Rebuffus *in tract. de Teſtib. art. 1. per totum,*
à n. 1. vbi magiſtraliter loquitur.
Vnde iam ex his apparet hæc non eſſe contra 13
litteram noſtri textus, quo cauetur, vt proba-
tionis copia non pereat, quæ videtur perire ex
eo, quod taxatur numerus teſtium, quia præter-
quam, quod dixerim, ſæpius vltra taxatum nu-
merum teſtes recipi. Tamen vt ſpectat ad intel-
lectum noſtri textus, ea eſt ſententia, vt licet
teſtes, qui recipiendi ſint, debeant eſſe fide di-
gni, omni exceptione maiores. Tamen aliquan-
do, ne probationis copia pereat, eo quod non
ſemper inueniuntur tales teſtes; ideo poſſunt
recipi alij teſtes quamuis ex aliquo ſint notati, vt
infra late *in cap. teſtimonium hoc tit.* & docent DD.
in cap. 1. de exceptionibus, vbi Balboa expendit tex-
tum noſtrum, *num. 5. & 36.* Et patet ex his, quæ
dixi de Teſtibus conſanguineis domeſticis, mu-
lieribus, & aliis ſupra in pluribus capitibus, qui
propter diuerſas rationes, admittuntur ad pro-
bandum, licet non ſint omni exceptione maio-
res. † Et de hoc dubio videbis quæ congerit 14
Barboſa *in cap. cum cauſam 37 hoc tit. num 9.* cum
multis ab eo relatis, vbi in fine ex Hypolito
conſ 92. num. 12. notat quod ſi adiungantur inqui-
ſitiones teſtium alterius proceſſus, non ſint nu-
merandi in certo numero à ſtatutis relatis requi-
ſito, cum talis probatio non fiat per teſtes, ſed
per ſcripturam.
Ad ſecundam partem quæſtionis Abbas hic 15
aliqua notat, *num.* 1. & per hunc textum de quæ-
ſtione diſputat Riccius *collect.* 1513. & Couarru-
uias agit de alia quæſtione *in cap. Rainutius de*
teſtamentis, §. 9. *num.* 12. & alias monet, *lib. 2 var.*
cap. 18. à num. 6. de quibus ago *infra in cap. ex lit-*
teris, & in cap. nobis de iurepatronatus.
Ad tertiam quæſtionis partem per noſtrum 16
textum, ſolent diſputare Doctores de *q.* an laici
iudices poſſint cognoſcere de cauſa iurispatro-
natus, de quo videbis quæ latè dixi *ſupra in c. 3.*
de Iudic, & Balboa *in c. 2. de Iudiciis, num.* 157. ait
per textum noſtrum poſſe laicum de commiſſio-
ne Pontificis cognoſcere de cauſa iuris patrona-
tus, vt notant hîc Cardinalis, & Felinus, & do-
cet Lambertinus *de Iure patronatus 3 part. quæſt. 5.*
art. 1. multa ego dixi conducibilia *ibi in dict. cap. 3.*
item & *in cap. nouit. 13 eodem, & in cap. tuam de or-*
dine cognitionum, & in cap. fin de Iud. quæſt. 2. Et ad
intellectum huius textus videbis quæ adducit
Felitianus de Vega *in dict. c. 3. de Iudiciis à n. 89.*
& 97. Et videbis quæ tradit idem Balboa *ibi à*
num. 18.

t

AD

AD TEXTVM
IN CAPITE XLII.
Cum cauſa hoc titulo.

PRÆMISSVM.

MATERIA huius textus quatenùs agit de recipiendis Teſtibus facta iam publicatione, videbis quæ late dixi *ſupra in cap. fraternitatis* 17. *in cap. intimauit* 18 *& in cap. præſentium hoc tit.*

I. Et in verſic. ibi *quanti pretij venditionis tempore poſſeſſionis prædictæ fuere*, & in fine ibi, *& aliud probare quantitatem valoris*: hic agam qualiter valor probari poſſit per Teſtes

II. Et ibi *quoniam aliud eſt probaſſe deceptionis exceſſum*. per hæc verba veniebat agendum de deceptione in contractibus, emptionibus. & venditionibus, de quo dico *in cap. cum dilecti* 3. *de emptione & venditione*, & applicabis quæ mouet Gloſſa hic. Alia notat Barboſa hic.

QVÆSTIO I.

An valor Rei poſſit per Teſtes probari: Et quomodo probetur valor Beneficij?

SVMMARIVM.

1 *Valor Rei per Teſtes, per inſtrumenta probari poteſt.*

2 *Valor beneficij, & eius narratiua, debet diſtinctè probari.*

1 PEr textum noſtrum poterat ad longum agi de his duabus quæſtionibus, ſed de prima videbis quæ dico *in cap* 3. *& in cap. cum cauſa de emptione & venditione*, vbi eo quod quæſtio ibi ſit de læſione vltrà dimidiam iuſti pretij rectè de valore agendum erit, benè ad textum noſtrum agit Riccius *collect.* 1584. vbi Baldus, & de valore Rei probando per Teſtes, latè Maſcardus *conclus.* 657. videndus *à concluſ.* 650. vſque ad 665. vbi latè agit de modis, quibus etiam valor Rei probari poſſit, veluti per inſtrumenta, per Iuramentum, &c. Item videbis eundem *concluſ* 1403. vbi agit longè qualitat valor Rei tam mobilis, quàm immobilis probetur. Applicabis quæ dico de valore monetæ probando, & in quo tempore *infrà in cap. quanto de Iureiurando*. Benè etiam agit Valaſcus *in deciſ.* 31. *Rota Luſitana*: Et generaliter applicabis dicta *in cap. cum cauſam* 37 *hoc tit.* vbi de diſtinctione, & circumſtantiis, quibus Teſtes deponere debent.

2 Ad ſecundam partem quæſtionis quomodo valor beneficij probetur, & quia alibi dicam de verificanda narratiua, etiam in valore beneficij; Ideò nũc breuiter dico, quod vbi narratur valor beneficiorum, debet diſtinctè, & ſeparatim probari, non in confuſo, ſeu omnium ſimul, v. g. narratur quod vnum non excedit centum, & aliud 24. non ſufficit probare in confuſo, quod ambo non excedant 124. Sed eſt neceſſaria probatio diſtincta iuxtà narrata, ſcilicet quod vnum non excedat centum, & aliud 24. ea multis benè probat Garcia *de beneficiis p.* 6. *cap.* 2. *à n.* 165. applicabis quæ dico *infra ap Rubricam & titulum, vt Eccleſiaſtica beneficia, ſine diminutionè conferantur.* Et de hoc dubio dico *in Rubr. de reſcriptis q.* 1. verſic. *ad quartam.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XLIII.
Albericus hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

SVMMARIVM.

3 *Textus noſtri declaratio.*

NONNVLLA quæ adduxi ſupra *in cap. quoniam contra falſam de probat.* vbi de redigendis actibus Iudicialibus ad publicam ſcripturam per Notarium, vt de eis conſtet poſſunt hic applicari, & aliqua dicta in paraphraſi textus *in cap. ſignificauit* 41. *hoc tit.* Et quia latè dico *infra in cap ſicut* 16. *de ſententia & re Iudicata*, quod ſententia ſine ſcriptura à Iudice lata, poteſt per Teſtes probari; Ideò *ibi* dicta benè ad hunc textum applicantur, quemadmodùm applicari poſſunt dicta *in cap. quoniam frequenter, vt Lite non conteſtatâ*, vbi ad perpetuam Rei memoriam probantur per Teſtes, & coram Tabellione ſcribuntur, quæ alias obliuiſci poterant, & hoc aſſumpto poſſunt etiam applicari dicta *in cap. cum cauſa* 13. *de probat.* † Et hic in verſic, *tandem fuit lata diuortij ſententia*: poterat diſputari 1
de cauſis, quibus ſententia diuortij ferri poſſit, de quo dico ad titulum *infrà de diuortiis.*

Et ibi *timens ſibi & filiis, quos de legitima vxore ſuſcepit, &c.* quando filij dicantur legitimi, dico 2
ad titulum, *qui filij ſint legitimi.* † Alia notat 3
Barboſa *hic* qui in verſic. *quod in ſcriptis*, vbi poſtquam tradit intellectum ad hunc textum ex Abbate, Felino, & aliis, & ex Gloſſa hic verbo *in ſcriptis*; nempe vt loquatur ſpecialiter in cauſa Matrimoniali per verba ibi *Matrimonij quæſtio verteretur*, & ibi, *lata fuit diuortij ſententia*; Ipſe autem melius dicendum putat hunc textum non agere vtrum ſententia definitiua ſit in ſcriptis, vel ſine illis proferenda; Sed ſuppoſito quod in ſcriptis profertur illius publicatio ſit in acta redigenda, & per Notarium publicum ad hunc effectum ſcribenda, quæ reductio ſit ad hoc, vt ex actis Iudicialibus publicam fidem faciat, vt probat ex verbis ibi, *in ſcriptis redacta non fuit*, & addo facere pro hoc intellectu, quæ adduxi *in dicto cap. quoniam contra de probationibus tota quæſtione* 1.

AD

Digitized by Google

AD TEXTVM IN CAPITE XLIV. Cum in tua, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD matetiam huius textus, an publicatis atteſtatinoibns teſtes tecipiantur, videbis quæ adduxi, *in cap. fraternitatis* 17. *cap.*18. *& cap. præſentium hoc tit.* I. Et quid in caoſa mattimonij, *ibi quæſt.*2. in verſic. *ad vltimam:* Et quia ex epigtaphe colligitur, quod publicatis atteſtatinoibus puſſunt ptoduci teſtes ſupet eodem articulo, vel diteĉtè cnntrario, qui fuerunt prius ptoducti io iudicio ſummario, ſeu extra iudicium; ideo applicabis quæ *ibi* adduxi, *in dict. cap. fraternitatis, dict. quæſt.* 2. in verſic. *ad primam*, vbi an teſtium poblicatio facta in ſummarin, impediat publicarionem teſtium in plenario, & applicabis notata, *ſupra in cap. veniens* 38. *hoc tit.* II. Et quatenus in verſic. *verum* cum verbis ſeqoentibus agitur de teſtibus de parentela depnnentibus io cauſa matrimoniali; ideo applicabis qoæ dico, *infra in cap. licet ex quadam, hoc tit.* III. Et in verſic. *vndecim, vel duodecim propinquorum:* ex his vetbis ſatis agi poteſt de mateTia textus, *in cap. ſuper eo* 21. *hoc tit.*

IV. Et ibi *qui antiquiores tempore, & præſtantiores meritis:* per hæc vetba applicabis ea, quæ late dixi *in c. in noſtra* 32. *hoc tit.* vbi qui teſtes ſint præferendi.

V. Et ibi in verſic. *quamquam autem ad aliud, vel ob aliud Iurauerint, &c.* Per hæc verba agi poteſt de materia teſtium cnntratia dicenrium, cui dicto ſtetut, de quo videbis quæ latè adduxi, *ſupra in cap. per tuas de probationibus ibi à quæſt.* 5. VI. Item & agi poteſt de concordandis bis Teſtibus contratia dicentibus, & ad doc applicabis quæ dixi, *ſupra in cap. cum tu* 16. *hoc tit.*

VII. Et ibi *nec eo poſſent prætextu repelli, quod partes teſtificata dediderant:* per hæc verba agi poteſt de qoæſtione, qnam DD. agitant *infra in c. conſtitutus* 46. *hoc tit.* vbi dien.

VIII. Et de materia huius textus videbis qoæ tradit Menochius *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 108. *à num.*9. Ad quæſtionem eum Felino Couartuoias *lib.*2. *variarum, cap.*13. *à num.*7. & verſic. *cæterum, & num.* 9. & nntabis qoæ adducit hic Barboſa.

QVÆSTIO I.

An fidem faciat notarius, qui examinauit plures teſtes, & ſolùm ſcripſit teſtimonium vnius dicens cæteros idem dixiſſe: Et quid de Teſtibus deponentibus per eundem, præmeditatumque ſermonem.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio, ſeu notarius dictum vnius teſtis ad longum ſcribendo de aliis, notat idem dicere ſummatim, quando non minuat eorum fidem, n.*2.3.4.5.

3 *Teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem, ſi bona fama, & plures ſint probant, num.* 4. 5.

LIcet non videam qualiter quæſtin prima ex verbis buins textus puſſit tractati: tamen 1
eum Felinus hic *num.* 5. de ea loquatur; ideo breuiter reſeram duas opininnes Doctorum cōttarias, eteoim Cepola per textum, *ibi in l. idem oſilius in princ, num.*7. *ff. de ædilit. edicto, & in l. ædiles aiunt, §. loquuntur, ff. eodem*, docet valere teſtimonium notarij, qui ſcripſit vnius tantum teſtis dictum, & de aliis teſtibus dicit idem dixiſſe, ita Albericus *in l ſi reus per textum ibi, ff. de conditione indebiti cum l. ſequenti*, & Iaſon dicit hanc opiniooem communiter teneri, *in l. ſi pœna cauſa, §. ſi puteum, num.*1. *ff. eodem*, & ab hac in Iudieando, & cnnſulendo, oon eſſe tecedendom, quia communitet practicatur dicit Zeualins *in pract. quæſt.*554. & probatur ex texiu in argumenium, *l.* 1. *§. hoc autem inter dictum, ff. de fonte*, io illis vetbis, *& eadem ſunt hic dicenda quæ ad perſonam attinent quæcumque in ſuperioribus interdictis diximus.* † Felinus tamen *in* 2
*dict. num.*5. & Battol. *in l.*3. *§. fin. in fine, ff. de Teſtibus*, tenent quod talia dicta non probant, necque fidem faciunt, tanquam ſuſpecta; & ob id hanc opioinnem dixit vetiotem Abbas *in cap. nihil de verb. ſignif.* vbi eius additio plura tefert ptu vtraque patte, vbi Abbas neuttam sppellat communem; licet tepettotium Felini, verbn *notarium, col.*2. *in fin.* dixerit Abbatem dicto lnco hanc appellare communem.

Ego tamen exiſtimo præſatam dubirationem 3
eſſe ſedandam ex diſtinctiooe, qua teſpnndebo ad ſecundam partem quæſtionis in qua dien, quod licet teueta teſtes diſcordantes in verbis, & concordantes in ſubſtantia etiam ſi omnino deponant pet eadem verba præſumantur ſubornati, & quia præſumuntur deponere pet eundem præmeditatum ſermnnem, tanquam de falſo ſuſpecti nihil ptobent ad textum, *in l.*3. *§.*1. *eundemque præmeditatum ſermonem*, Vbi Doctores, *ff. hoc tit.* Tyndarus *de Teſtibus, part.* 3. *cap.*10. *num.*5. Nell. *in eodem tractatu, num.*195. Lanſrancus *in cap. quoniam*, in vetbo *teſtium, num* 56. *de probat.* Menochius *de præſumpt. lib.*2. *præſumptione* 55. *num.*6. Maſcatdus *de probat. lib.*1. *concluſ.*745. *num.*16. *& lib.*3 *concluſ* 1368. *num* 6. pro quo facinnt adducta, *in cap. ſicut* 9. *hoc tit.* Tamen quia prædicta Doctrina non procedit in teſtibus bonæ ſamæ, qui omnino probant etiam quod deponant pet eundem ptæmeditatum ſermonem, vt tenent Bald. *in tit de pace conſtantia, poſt princ*, verſic. *fin.* Campegius *in tractato de Teſtibus Reg.*214. *fallent.* Diax *Reg.* 761. *in* 1. *limit.* Maſcardus *de probat. concluſ.*1340. *num.* 4. *&* 1368. *num.* 8. ideo ad præcedentem quæſtionem ſub hac diſtinctione reſpondendum eſſe videtur; licet in ſe habeat aliam inſpectionem. † 4
Et Farinacius cum mnltis aliis videndus, *quæſt* 65. *de Teſtibus à num.*54. diait, *à num* 26. Iudicis arbirtio remitti, an teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem ſint ſuſpecti, an verò bnnæ famæ. † Et *num.*57. concludit quod quan- 5
du teſtes examinati eſſent plures; tune legitimè probant, etiamſi depooant per eundem, & ptæmeditatum ſermonem, quia ex numeru teſtiom tullitur ſuſpicio reſultans ex præmeditato ſermone, vt probat Buttig. *in dict. l.*3. *§.*1. *ff. hoc tit.*

Digitized by Google

tit. Maſcardus *dict. concluſ.* 1368. *num.* 9. & hoc in caſu primæ quæſtiunculæ primam relatam opinionem exiſtimo verum eſſe. Quod ſi teſtes pauci eſſent, & non bonæ famæ, tunc ſuſtineri opinionem Felini *hic.*

AD TEXTVM
IN CAPITE XLV.
Conſtitutis, hoc Titulo.
PRÆMISSVM.

DE impedientibus teſtes venire ad Iudicium vt deponant, videbis quæ dixit Abbas *ſupra in cap. cum cauſam* 38. *hoc tit.* De impedientibus ſanctæ inquiſitionis officium qualiter puniantur dico *infra de hæreticis*, item de impedientibus partes, vt ad iudicium proſequenda iuſtitia, poſſint venire plura ad titulos *de Iudiciis, & foro compet.* & applicabis nonnulla, de quibus, *in cap. 2. de ord. cognit.*

I. Et ibi *conſanguineos multa impedimenta præſtitiſſe per ſuam potentiam, quo minus probationum copiam in noſtra præſentia, ſecum haberet, cum quoſdam induxerint, ad iurandum, ne aliquid aduerſus Epiſcopum dicerent, & alios nimis, & terroribus a teſtimonio perhibendo arcere nitantur:* per hæc verba, & ſequentia noſtri textus plura queunt excitari. Primò *in dict.* verſic. *conſanguineos*, & in verſic. *quia veriſimile*, vt delictum commiſſum à conſanguineo meo in mei præſumitur fauorem, me conſentiente, commiſſum. Et ad hunc propoſitum dicit Felinus *hic* cum Abbate, & Imola hunc textum eſſe meliorem de iure; ſed de hac difficultate ago *in cap. Petrus* 17. *de homicidio.*

II. Item quod Iuramentum, quo retrahitur quis à teſtificando non obligat, tamquam iniquum ad tradita, *infra de Iureiurando in cap. querelam, cap. cum quidam.* III. Item & de incutientibus metum, vt aliquid Iuſtum non fiat. Vel vt quis Iuret *in cap. ſi vero de Iureiurando.* IV. Item & in verſic. *quoſdam induxerint*, poteſt applicari materia de ſubornatione teſtium, de qua diai, *in c. 9. hoc tit.*

V. Et ibi *Iudicis Authoritatem eluſam:* per hæc verba diſputari valet de Iudicum potentia, & de obedientia eis præſtanda, qualiter que ſit eorum mandatis, & prouiſionibus obtemperandum multa colliges *in tit. de Iudiciis.*

QVÆSTIO I.

An puniatur qui ſubtrahit teſtes à ferendo teſtimonio pro aliquo: Et an perdat cauſam pars, quæ ſubtrahitur?

SVMMARIVM.

1 *Subtrahens teſtes à teſtificando punitur pœnâ extraordinariâ, n. 3. 4. 5.*
2 *Impediens teſtes, ne deponant, tenetur parti læſa ad intereſſe actione de dolo.*
3 *Subtrahens teſtes, an perdat cauſam, n. 4. quid in criminalibus, n. 5.*

VT hanc quæſtionem plenè expendas ap- 1
plicabis quæ dico *infra in cap. 2. de teſt. cogendis, quæſt. 2.* verſic. *ad quintum*, vbi dico, *de teſte, qui ſe ſubtrahit, qualiter puniatur*; nunc vero dico ſic ſubtrahantem puniri pœnâ extraordinaria iudicis arbitrio, Butrius *in cap. ſuper eo, num. 7. de Teſtibus cogend.* Henric, Bye, *in cap. peruenit, & l. 1. num. 5. in fine*, verſic. *vnde eodem tit.* Vbi Bellamera, *num. 4.* Baldus *n. 1.* verſic. *ſed nunquid*, Felinus *num. 3. in fine*, verſic. *& addo Baldum*, Boërius *in deciſ. 292. num. 1. iuncto, num 9. ad finem*, vbi ſic tenet; licet aliqui dixerint ſubtrahentem pœnâ falſi puniri, nec diſſentit Boſius *in tit. de falſis poſt, n. 164.*

Quare dictum eſt quòd impediens teſtes, ne 2
deponant, tenetur parti læſæ ad intereſſe, actione de dolo, Bart. *in l. ſi falſus, num. 2. ff. de dolo*, & in quam aliam pœnam incidat, & de materia videbis eundem Bartol. *in l. 1. ſed & ſi quis, num 1. ff. de falſis*, Butrius *hic num. 5.* Tyndarus *de Teſtibus, lib. 1. cap 9. num. 13.* vbi quod occultans, Teſtimonium vni vel duabus perſonis non punitur de falſo occultans, verò vt omnini appareſt punitur de falſo per textum vbi de hoc dicit caſum *in l. 3. §. ſi quis dolo*, verſic. *& poteſt ff. de pub. exhibend.* ſed Farinac. *de Teſtibus, quæſt. 67. n. 251.* ait quod textus ille non reſpicit materiam huius dicti, quando ſcilicet quis impedit, & occultat teſtes, ne examinentur, ſed quando occultat teſtimonium, hoc eſt examen teſtium, qui iam depoſuerunt, de quo latè idem Farinacius agit *in tract. de falſitate, lib. 4.* dum agit de materia occultantis, & ſubripientis ſcripturas, de quo *in tract. de teſt. q. 78 à n.* 138.

Ad ſecundam partem dubij, an ſubtra- 3
hens teſtes perdat cauſam, dico diſcordare DD. nam aliqui dixerunt quod perdit cauſam feminæ interfuerunt, & ita Romæ *in curia*, practicari, Bellamer. Alex. Papæ VI. *in 1. part Bullary in ordine* 11 *fol* 146. ſed circunſcripta talis dubitatio, Butrius *in cap. ſuper eo de Teſtibus cogend. num. 7.* vbi dixit quod in ciuilibus cauſam perdit, & multò magis, quando quis ſubtrahit vnum teſtem, & is ſubtrahens habet contra ſe alium teſtem, quia teſtis ſurbiactus habetur pro producto, & ideo ſubtrahens perdit cauſam, tamquam habens contra ſe duos teſtes ſecundùm Gloſſam *in cap peruenit, & l. 1. de teſt cogend.* ibi Felinus, *n. 3.*

Alij inquam dixerunt non perdere cauſam, 4
ſi aliàs illam iuſtam habeat: ſic Ioannes Andreas *in dict. cap. peruenit*, Boſius *de falſitate, num 164. per totum in diſcurſu*, in tantum, vt ſi habeat alium teſtem contra ſe modo dicto ſolum ei deferatur Iuramentum in ſupplementum; ſic relati à Farinacio *dict. quæſt. 78. à n. 139. & 141.* qui *num. 142.* diſtinguit, quod ſi conſtet ex actia iuſtam habere cauſam, vel aliundè eam probet non amittere cauſam ſecus è contra.

In criminalibus autem ſubtrahens, & oc- 5
cultans, præſumitur culpabilis, & bonum Ius in cauſa non habere, *dict. cap. peruenit & l. 1. de teſt. cogend.* ibi *iniquam oſtendit à ſe litem fouere*: ex multis plura refert Farinacius *ſupra à num.* 144. † Vbi *num.* 148. pro concordia ait, 6
quod ex hac præſumptione, non poteſt ſubtrahens teſtis, condemnari de crimine, de quo inquiritur, quando de illius innocentia conſtat, vel conſtare poteſt; ſecus ſi de ea non conſtaret, & ſic præſumptio delicti oriens ex ſubtractione teſtium, contra ſubtrahentem, transfert onus

Digitized by Google

onus probandi ſuam innocentiam; aliàs condemnabitur, ſecundùm Hoſtienſ. *in d. cap. peruenit, n.1. & n.2.* vbi dicit quod hæc præſumptio facit ſubtrahentem tacitè confeſſum de crimine, & habetur pro conuicto, & quod tanquam con-
7 uictus puoitur. † Et Boſius *de falſitate, n.165.* agit an hæc præſumptio ſufficiat ad torquendum ſubtrahentem, & ad condemnandum ſubtrahentem de delicto, de quo inquiritur: videbis de prædicta diſtinctione, Henric. Boyc. *in dicto cap. peruenit, num.1. & 3.* & Boëtium *decis.292. n.9.* verſic. *ſed ſi cum vitio.*

AD TEXTVM
IN CAPITE II. & XLVI.
Conſtitutis, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. AD hunc textum applicabis dicta *ſuprà in cap. fraternitatis 17.* & melius, *in cap. intimauit 18. hoc tit.* Per verba huius textus ibi, *ſed de litibus à ſe eiuſdem prohibita,* agi poteſt de impedientibus partes, vt ad Iudicem accedant pro conſequenda iuſtitia; ad quod notabis dicta *in paraphraſi capitis præcedentis.*

II. Et ibi, *poſt appellationem ad nos interpoſitam diuortij ſententiam promulgauit*, & ibi, *aqua ipſa facit ad noſtram præſentiam prouocari.* Ex his verſiculis agi poteſt tam de materia attentatorum, de qua dico *in cap.1. & cap.51. de appellat.* & faciunt dicta *in tit. ſuprà vt lite pendente nihil innouetur*, quam de ea quæſtione, an ad Principem, ſeu Papam poſſit appellari, omiſſo medio, de qua dico *in cap. 7. eodem tit.*

III. Et ibi, *mandamus quatenus partibus ad locum idoneum conuocatis:* ad hæc verba applicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. accedens 4. vt lite non conteſtata,* vbi de exceptione loci non tuti, vt queant partes venire coram Iudice. Alia videbis notata per Barboſam *hic.*

QVÆSTIO I.

An teſtes examinari poßint poſt dedicita teſtificata: Et an poſt publicationem, non tamen de dicitis teſtificatis: Et dedicisse teſtificata, quando quis dicatur?

SVMMARIVM.

a *Publicatio ſola non ſufficit ad excludendum aliorum teſtium examen, niſi poſt dedicita teſtificata n.3. 4. & 5.*

5 *Dedicisse teſtificata, quando reuera quis dicetur, n.6. 7. 8. 9. 10. & 11. itavt ad aliorum receptionem non admittatur, vel ecõtra.*

1 VT ad has difficultates reſpondeas legea quæ adduxi, *ſuprà in dicto cap.17. hoc tit.* & *in cap. præſentiam*, vbi dixi propter timorem ſubornationis teſtium, factâ eorum publicatione, & poſt dedicita teſtificata eorũ dictũ nihil probare, & patet expreſsè hic ibi, *cum nondum teſtificata dedicerit,* & *in cap. veniens, & l.1. ad finem hoc tit.* ibi, *& eorum atteſtationes fuerant in Iudicio publicata, non licebat eidem, poſtquam teſtificata dedicerat ſuper eiſdem articulis alios teſtes in principali cauſa producere:* & quia de hoc iam dixi, *in d. cap. fraternitatis*, & qualiter contingat videbis ibi, *q.1.* verſic. *vnde ad declarationem.*

Quibus ſuppoſitis venio ad ſecundam partem a
quæſtionis, & in ea breuiter dico, quod licet controuerſum ſit, an ſola publicatio abſque eo quod fuerint dedicita teſtificata ſufficiat ad excludendum productionem, aliorum teſtium; igitur nonnulli dicunt non poſſe teſtes poſt publicationem examinari; etiam quod pars non didicerit teſtificata, dum tamen publicatio fuerit facta parte conſentiente, aut non contradicente, hoc dixit Bartol. *in Authentica at qui ſemel, n.17. in fine, Cod. de probationibus*, ibi Paulus de
Caſtro. † Sed ibi Baldus *n 5.* in verſic. *non eſt* 3
dubitandum, contrarium dixit, & pro vtraque hac opinione infinitos refert Farinacius omnino videndus *q.75. de Teſtibus, à num 324.* vbi *à num.26.* tres affert ex Doctoribus diſtinctiones. Prima quod ſola publicatio non ſufficit, niſi fuerint teſtificata dedicita, quando eſt facta vna teſtium productio, ſecus ſi fuerint factæ plures publicationes. Secunda quod ſola publicatio non excludit teſtium examen, quando certum eſt teſtificata non fuiſſe dedicita; ſecus autem ſi non eſt certum, & ſumus in dubio. Tertia eſt, quod ſola publicatio non excludit aliorum teſtium examen, niſi fuerint teſtificata de-
dicita, ſecus de Iure Canonico. † Ex his enim 4
reſoluit, *à n.337.* quod ſola publicatio non ſufficit ad excludendum aliorum teſtium examen, quando eſt certum teſtificata non fuiſſe dedicita, ſecus econtra; & tunc mihi probabilior erit prima relata opinio Bartoli, & adiunges quæ dicit Barboſa *hic n.4:* ex Farinacio, Maſcardo, & Surdo, quæ ſimillima ſunt iam dictis.

Ad tertiam partem quæſtionis, etiam breui- 5
ter dico quod non eſt inter Doctores minor controuerſia, *in d. Authent. at qui ſemel*, vbi Bartolus & Baldus, & cum aliis multis refert plures dubitationes Farinacius, vt diſſoluat *d. q.75. de Teſtibus, à n.54.* Et primo dicendum eſt non dici teſtificata, dedicisse eum, qui à Teſtibus ante eorum examen audiuit quid dicturi erant, quod limitata, ſi teſtes id partibus reuelaſſent, Iudice præſente, putà dicendo, *Domine Iudex de iſta cauſa neſcimus, niſi tale quid.* † Secundò 6
non dicitur teſtificata dedicisse, qui à Teſtibus poſt eorum dictum audiuit quidnam ipſi depoſuerint, & multominus procedet quando teſtes examinati eſſent plures, & pars non ab omnibus, ſed ab aliquibus tantùm percunctatus eſt eorum depoſitiones Baldus *hic n.3.* Quod limitatur quando teſtes qui retulerunt teſtificata parti, ſunt docti, & multùm amici fideles, & veri, ne agebatur de negotio, quod non requi-
reret magnum diſcurſum. † Tertiò ſi pars aliqua 7
plenè, & perfectè perlegit, putà penes notarium, vel aliam perſonam dicta teſtium; tunc reuera ad probandum non excipietur; ſecus ta-
men, ſi ea legerit tranſcurſorie. † Item quarto 8
dicitur teſtificata dedicisse illum ex eo, quod illa ſubtraxit, vel alias penes ſe reperiuntur, vel penes eius procuratorem, aut aduocatum; ſi tamen ipſæ atteſtationes fuerint originales, aut ſcriptæ manu Notarij; ſecus ſi eſſent copiæ ſcriptæ manu alterius Notarij, aut perſonæ. Quod ſi pars,

Digitized by Google

pars, quæ habuit penes ſe, atteſtationes probauerit, eas non legiſſe, nec didiciſſe hæc probatio tollet præſumptionem; Et ſic communiter dicunt Doctores ſatis diei probatum non fuiſſe dedicita teſtificata; eò ipſo quod atteſtationes reperiantur penès partem non ſigillatæ, ſed clau-
9 ſæ. † Quintò ſi pars examini teſtium fuerit præſens perfectè & punctualiter, & in loco, vbi omnia poſſit audire vulgari ſermone, & audiens ſit perſona non rudis; tunc reuerà ſi agatur de re modica, diſcurſu perceptibili, dicetur dediciſſe teſtificata, ſecùs econtrà. † Sextò ſi pars à No-
10 tario, ſine Iudice reuelante audiuit, dicetur ea dediciſſe, quia iſtæ perſonæ ex propoſito, & veluti causâ amicitiæ ea reuelauerint, non econtrà.
11 † Quod ſi inter partes fuit ſpecialis diſquiſitio, & diſputatio ſuper dictis teſtium, etiam dicentur dedicita teſtificata; Secùs ſi vna ab altera parte ſimpliciter reuelata ea audierit. Quod ſi ab extranea perſona audierit, non dicitur dediciſſe teſtificata; ita longè Farinacius ex multis, & alia tradit *dicta q. 75. n. 229.*

AD TEXTVM

IN CAPITE XLVII.

Licet ex quadam, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

HVsus textus materia ſpectat ad probationem, quæ poteſt fieri cum teſtibus de auditu; etiam in antiquis, non ſolùm in cauſa Matrimoniali, ſed etiam in aliis, quare de fide his teſtibus adhibenda inſtrà per quæſtiones agam, nunc verò ad paraphraſim videbis ſequentia. I. ibi *in conſanguinitatis, & affinitatis gradibus computandas, &c.* de computatione graduum affinitatis, ſeu conſanguinitatis, & à quo ſtipite & quare antiquitùs vſque ad ſeptimum gradum, & cur hodie poſt tridentinum, vſque ad quartum aliquid *ſup. capite 26.* dico latè verſiculo *in cap. quod dilectio de conſanguin. & affinit.* & qualis computatio fiat in hæreditatibus ibi dico.
II. Ibi *& ante litem motam teſtificata dedicerint ab antiquioribus quidem ſuis: non autem ab vno, ſed duobus ad minùs, nec ab infamibus, & ſuſpectis, ſed à fide dignis, & omni exceptione maioribus, &c.* & hic adiungi poteſt materia textus *in cap. quoties*, vbi quales debeant eſſe teſtes. Item & materia textus *in cap. cum à nobis 28. hoc tit.* Vbi quod adminùs debent eſſe duo teſtes in qualibet cauſa.
III. Ibi *& actus legitimi ſint infamibus interdicti.* De hoc videbis in regula infamibus *infra de Regula Iuris.*
IV. Et ibi *teſtes autem huiuſmodi proprio iuramento firmantes, &c.* Ad hæc verba applicabis quæ dixi *ſupra in cap. quoties hoc tit.*
V. Et ibi *tolerabilius eſt enim aliques contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra ſtatuta Domini ſeparare:* Ad hæc verba adiunges alia textus *in cap. quia circa de conſang. & affinit.* in verſic. *diſſimulare poteris.* VI. Ex prædictis enim verbis agitur de difficultate, qua coniugia iam contracta ſint ſeparanda; licet contrahenda de facili oppoſito conſanguinitatis impedimento contrahi impediantur iuxta dicta *in cap. ſuper eo, el 2. ſupra hoc tit.*

QVÆSTIO I.

Teſtes de auditu, an poſſint probare conſanguinitatem: Et quibus circumſtantiis ea probetur: Et an Teſtes de auditu ſufficienter probent: Vel an transferant onus probandi in Aduerſarium?

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de auditu alieno verius eſt, vt probent conſanguinitatem, parentelam, n. 2. 3. 4. 5. & 9.*
6 *Teſtes de auditu admittuntur ad probandam beneficij vnionem & in poſſeſſorio, & in negotio vetuſtiſſimo n. 7. & 8.*
10 *Teſtes de auditu, vt benè circa conſanguinitatem probent, debent commitari requiſita duodecim, n. 11. 12. 13. 14. 15. 16 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30 31. 32. 33. 34. 35.*
33 *Teſtes de auditu generaliter non probant, & à num. 42.*
36 *Teſtis vnus de auditu conſanguinitatis inter contrahentes, quando impediat Matrimonium num 37. & 41.*
37 *Teſtes de auditu, dum agitur de dirimendo Matrimonio debent habere 12. requiſita noſtri textus; Secùs ſi de illo impediendo, vide num. 38. 39. 40.*
43 *Teſtimonium de auditu alieno, etiam cum ſola fama non probat, inducit verò violentam præſumptionem n 44 45 46. fallit n. 47 48.*
49 *Teſtis fundans dictum ſuum ſuper aliena authoritate, & non ſua, non probat etiam fauore piæ cauſæ, nec Rei valorem dominium: nec poſſeſſionem, n. 50. 51. 52 53. 54.*
55 *Teſtis de auditu à parte inter ſe facta non probat.*
56 *Teſtimonium de auditu, ſi aliùs ſit adminiculatum quando probet n. 57. 58. 59. 60.*
59 *Teſtes de auditu comprobant, tunc demùm ſi alij à quo audiuerunt mortui ſint.*
60 *Teſtes de auditu debent perſonas, à quibus audiuerunt nominare, & tunc qualiter probent.*
61 *Teſtes de auditu non transferunt onus probandi in aduerſarium fallit n. 62.*
63 *Adminicula quibus teſtes de auditu probent qua pendent à Iudicis arbitrio, n. 64.*
65 *Teſtis de immemoriali deponens, quam ætatem debeat habere remiſſiuè.*

PRo negatiua ſententia faciunt ſequentia nam teſtis debet deponere de eo, quod nouit, & 1
præſens fuit, & ſuper proprium ſenſum alterius ad textum *in cap. teſtes 3. q. 9.* & dixi alibi *ſupra.*
† Tum etiam, quia quemadmodùm exemplum 2
exempli non probat, ſic nec teſtimonium de auditu auditus, vt docet Baldus *in l. ſancimus n. 1.*
in fino, Cod. de diuerſ. r. ſcript. † Et confirmatur 3
ex alio dicto eiuſdem Baldi *in l. ſi cui aqua, § idem labeo, n. 3. ff de aqua & ic uia arcend.* Vbi dixit quod cum per auditum auditus non percipiatur veritas ſenſus, ſed ſolùm quædam relatio veritatis. Ideò allegandi rationem, referentem illam veritatem non eſt credendum in Iudicio ſine iuramento ipſius, à quo iſta relatio cauſam habuit, quod conſiderarunt Bartolus *in tractatu de Teſtibus, num. 10.* verſiculo *non enim* Hectur Emilius *in eodem tractatu, Rubrica Teſtis auditum alienum deponens non probat fol. 294. n. 8.* † Præterea quia 4

in teſtimonio de auditu cauſa ſcientiæ non eſt,
pro vt eſſe debet manifeſtior dicto, ſed æque, vel
minùs, & taliter, quod ex tali teſtimonio Iudex
non redditur certus, cum ignotum per ignotius
deponatur, ſic Bart. *in dicto tractatu de Teſtibus
num.* 10. verſic. *huius ratio eſt*, Emilius *ſupra fo-
lio* 293. *tit.*4. *pract. conſ ſupra n.* 41. verſic. *Bart.*
& ita communiter Doctores docent *hic*, *& in
cap. tam litteris hoc tit. & in l. Teſtium, Cod. hoc tit.*
ergo idem dicendum eſſe videtur, quando agi-
tur de conſanguinitate probanda, cum gradus
diſtinctione.

5 Verùm in terminis noſtri textus dicendum eſt,
quod Teſtes de auditu alieno probant affinita-
tem, conſanguinitatem, vel parentelam, ita do-
cent verba hic *in conſanguinitatis, & affinitatis
gradibus computandis valere Teſtimonium de auditu*
vbi præſertim Ancharranus, Buttius, *in dicto
cap. tam litteris n.* 8. Felinus *n.* 2 Patianus *de pro-
bationib. cap.* 8. *n.* 43. Maſcardus *de probationibus,
lib*, 1. *concluſ.* 104. *n.* 19. & alij adducti à Farina-
cio *de teſtibus q.* 69. *à n.* 103. vbi dicit cum Ay-
mon. & Corneo hoc non ſolùm procedere ſi
agatur de probando conſanguinitatem in cauſa
Matrimonij, ſed etiam ſi agatur de ſucceſſione,
& hæreditate, & ſic Myſingerius *centuria* 6. *ob-
ſeruat.* 58. quem ſequitur Riccius *in collect. ad
textum, in dicta l. Teſtium*, vbi Gloſſa, *Cod. hoc
tit.* dixerunt hoc procedere, quoties agitur de
affinitate probanda.

6 Et confirmatur hæc pars, quia ſi agatur de
probanda vnione beneficiorum, benè Teſtis de
auditu probat, vt dixit Caputaquen. *deciſ.* 344.
7 *p.* 3. † Item & in poſſeſſorio, in quo teſtis de
auditu probat iuxtà caſum Rotæ *in deciſ.* 10. *de
8 Teſtibus in antiquis.* † Item quando agitur de
probando aliquo vetuſtiſſimo negotio iuxtà
textum *in l. ſi Arbiter, ff de probat.* & Antonius
Faber *in deciſ.* 41. *hoc tit.* decidit per Teſtes de
auditu poſſe probari immemorialem, alias limi-
tationes adducunt Doctores *in dicta l. Teſtium.
& in dicto cap. tam litteris hoc tit.* & aliis quam-
plurimis caſibus, quos expendit Farinac. *dicta
q.* 69. *à n.* 15. *cum ſequentibus*, vbi pleniſſimè vi-
debis, *& de probatione in antiquis, à n.* 125.

9 Ex his enim limitationibus, & aliis colligi
poteſt, quod doctrina noſtri textus quatenùs lo-
quitur de conſanguinitate probanda per teſtes de
auditu ſit limitatiua & reſtrictiua regulæ gene-
ralis, qua probatur Teſtes de auditu non proba-
10 re ex rationibus adductis *ſupra in principio.* † Sed
vt tales de auditu Teſtes in hoc conſanguinitatis
caſu plenè probent, debent habere duodecim re-
quiſita enumerata hic, de quibus Doctores præ-
ſertim Baldus, Innocent. & Hoſtienſ. Hector
Emilius *in tractatu de Teſtibus in Rubrica Teſtis
affinitatem fol.* 125. *n.* 2. quorum ſi vnum tantùm
deficiat, deficit etiam talis probatio, Hoſtienſ.
hic num. 11. Maſcardus *concluſ.* 419. *n.* 8. Hector
Emilius *Rubr. Teſtis affinitatem*, & Baldus ait hic
quod ſex prima requiſita concernunt perſonas
ipſorum teſtium; Alia autem eorum teſtium
dicta.

Igitur primum requiſitum ex textu noſtro,
11 vt teſtes debeant eſſe non infames, aut ſuſpecti
ex dicendis *infra in cap. teſtimonium, ſiue in cap.
quoties hoc tit.* ſed graues, & omni exceptione
maiores, vt ibi dixi, & colligitur *in cap. in no-
ſtra ſupra hoc tit.* Hector Emilius *ſupra fol.* 126.
n. 3. *&* 4. debent enim Teſtes, qui de auditu pro-
bant eſſe bonæ famæ fide digni, & omni excep-
tione maiores, ſic ex verbis textus noſtri ibi, *niſi
fortè perſonæ graues extiterint, quibus fides ſit meri-
tò adhibenda*, & iterùm ibi, *nec tamen infames ab
hominibus bonæ famæ*, & ibi, *& actus legitimi ſint in-
famibus interdicti*, ita Gloſſa hic verbo *perſonæ.*
† Vbi dixit quod *graues* iſto caſu appellantur, 12
non illi, qui in dignitate ſunt conſtituti, ſed qui
non ſunt leues, ſed bonæ famæ, & opinionis
exiſtunt: ita voluerunt Innocentius in verbo *gra-
ues*, Hoſtienſ. *ibi n.* 4. & in verbo *infames*, Butr.
n. 5. Hect. Emil. *de Teſt. in materia Teſtis de audi-
tu fol.* 247. *n.* 17. *& fol.* 268. *n.* 45. *&* 46. vbi loqui-
tur in probatione conſanguinitatis.

Secundum requiſitum eſt, quod vt teſtes de 13
auditu probent conſanguinitatem, debent depo-
nere ſe audiuiſſe ante litem motam; Sic textus
noſter ibi *ante litem motam*, & ibi Gloſſ. Hoſtienſ.
n. 5. *in fine.* Ioann. Andr. *n.* 4. Bald. *in princ.* verbo
ſciendum, Imola *n* 2. *&* 5. Butr. *n.* 1. *in* 3. *notabili*,
Abbas *n.* 3. Hect. Emil. *ſupra* in verbo *Teſtis affini-
tatem deponens fol.* 127. *n.* 5. *&* 6. vbi præſertim lo-
quitur in probatione conſanguinitatis, Patian *de
probat lib* 1. *c.* 9 *n.* 39. cum aliis Farin. *d. q.* 69. *n.* 109.
& à n 96. † Vbi ait quod vt teſtis de auditu pro- 14
bet, debet deponere de tempore, quod ſit ante
motam litem; quia iſto caſu probatio ſine tem-
pore non releuat, cum potuerit eſſe poſt litem
motam. † Quod ſi teſtes diu alibi, quàm vbi lis 15
mota eſt audiuerint, etiam poſt litem motam; ſi
hoc audiant probabunt, vt notat Archid. *in cap.
conſanguineos n.* 3. 35. *q.* 6. Hect. Emil *dicto f.* 27. *n.* 7.
Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 410. *n.* 32. condu-
cunt tradita à Barboſa *hic n.* 2.

Tertium requiſitum eſt, vt tunc demùm regu- 16
la noſtri textus procedat, quando teſtes depo-
nunt ſe audiuiſſe à maioribus, & antiquioribus
ſuis, aliter ſecùs in tantùm quod nec ſufficit di-
cere ab antiquis iuxta textũ noſtrum ibi, *ab anti-
quioribus quidem ſuis*, & ibi *ſe accepiſſe à ſuis maio-
ribus quod deponunt*, notant Hoſtienſ. *hic n.* 5. Ioann.
And. *n.* 4. Bald. *in princ.* verſic. *tertium* & verſic.
quarto. † Qui *n.* 5. ait quod iſti antiquiores, ſeu 17
maiores, à quibus teſtes iſti audiuerunt, debent
eſſe aſcendentes, & non colaterales, quia cola-
terales non dicuntur maiores. Farinac. *dicta q.* 69.
n. 110. *&* 111. videndus.

Quartum requiſitum eſt, vt teſtes conſangui- 18
nitatem probent, vt debeant dicere non ab vno,
ſed à pluribus audiuiſſe; vt apertè colligitur ex
textu noſtro ibi, *non autem ab vno, ſed à duobus*,
quia non ſufficeret ille ſi viueret, oportet enim, vt
illi, à quibus teſtis audiuit plures ſint quàm vnus
iuxta quæ latè dixi *in cap. cum à nobis* 28. *hoc tit.
& in cap. tam litteris*, vbi egi *de teſt. ſingularib. vt
probent* notat Gloſſa verbo *ab vno*, Innoc. verbo
duobus Hoſtienſ. *poſt n.* 6. *& n.* 11. Abbas *n.* 8. Cam-
peg. *de teſt. Reg.* 105. *in* 7. *fallent.* & alij generaliter
adducti à Farinac. *d. q.* 69. *à n.* 79. & Hect. Emil. *de
teſt. in materia teſtis de auditu f.* 256. *à n. & fol* 270.
n. 50. & in verbo *teſtis affinitatem deponens f.* 128. ait
præſertim ſic eſſe in probatione conſanguinita-
tis. † Sed hæc pars tunc demùm vera eſt, quan- 19
do is, à quo teſtis audiuit ille, & idem, qui actum
geſſit, quia tunc ſufficit quod teſtis illum tantùm
nominet in Auth. Crot. 413. *n.* 32. *lib* 3. † Item de- 20
clara quod licet nominati à teſte debeãt eſſe plu-
res non tamen ab aliis pluribus: quia ſufficit quod
audiuerint ab vno, aliàs eſſe procedere in infinitũ
vt ait Gloſſ. *hic* in verbo *ab vno* Abb. *n.* 8. Hoſt. *poſt
num.* 7.

num.7. Ioannes Andreas *num.11.* Campegius *de Teſtibus Reg.*216. *in 13.fallent.* ſufficit enim quod Teſtis nominet aliquem, à quo audiuit, deinde dicat, *& à pluribus aliis, quorum nomina non recordatur*, ita adducti à Farinacio *dicta quæſtione* 69. *num.*82. vbi *n.*83. illi Doctores à ſe relati loqui videantur in Teſte, qui aliquos nominat in Authores, & ſic plures quàm vnum, quia tunc valet teſtimonium ſi addat, *& à pluribus aliis, quorum nomina non recordatur*, & ſic quando vnum tantùm nominat, contrarium voluerunt Maſcardus *de probat. lib.*1. *conclus.*104. *num.*11. Hypolitus Riminald. *in conſ.*222. *num.* 28. *lib.*2. ex Cornelio, quem allegat *in conſ.*78. *lib.*3.

21 Quintum autem quod non ſolùm teſtes debeant eſſe fide digni, iuxta dicta in primo requiſitu, ſed etiam hi à quibus ipſi audierunt, aliàs non probabunt; Sic probat textus noſter, vbi omnes, & tradit Farinacius *dicta quæſt.69 n.*113.

22 † Et addo hic quod ſi Teſtis interrogetur, à quibus audiuerit, & reſpondeat ſe non recordari, nihil probat, vt ait Bart. *in leg. de minore*, §. *plurimùm n.*23. *ff. de quæſt.* & talem Actoris nominationem proprio nomine fieri debere videtur voluiſſe Curtius Iunior *in conſ.*17. *lib* 1. *n* 2. Hector Emilius *de Teſtibus in materia Teſtis de auditu fol.*265. *num.*33. imò *& fol.*257. *num.*8. *& fol.*265. *n.* 33. quod adhuc ſi Teſtis non interrogetur, debeat nominare eos, à quibus audiuerit, vt conſulendo ſcripſerunt Aretinus *conſ.* 73. incipit *diligenter, & maturè conſideratis, col. penult. num.* 12. Natta *conſ.*170. *n.*5. cum aliis Farinacius *ſupra n.*78. Patianus *dicto lib.* 1. *de probationibus, cap.*9. *num.*37.

23 Textum requiſitum quod vnus Teſtis de auditu non probat conſanguinitatem, ſed debent eſſe plures ad textum expreſſum *hic*, vbi omnes; docet

24 & tenet Farinac. *dicta q* 69. *n.*214. † Et ſic vnus de auditu alieno non facit indicium ad torturam ſecùs ſi ſint duo teſtes ſecundùm Brunum *in conſ. crim. diuerſ.*115. *n.*22. *lib. & pract.* Conrad. *Rubr. de negation. crimin. & term. n* 41. verſic. *ſe-*

25 *cundus eſt gradus fol.*303. *col.*12. † Vbi dixit quod duo Teſtes de auditu alieno ſufficiunt ad torquendum. leuiter in ſecundo gradu per vnum *pater noſter*, vel *miſerere* abſque quaſſatione: Videbis Gloſſam *in l fin. Cod familiæ erciſcundæ*, in verbo *vel indiciis*, ſed Farinacius *dicta quæſt.* 65. videndus *à n.* 14 *n.*17. hoc videtur improbare eo argumento, quod ſola fama ad torquendum non ſufficit, ad hæc ſaltim, vt probetur exigit duos teſtes, ſed probatio per famam maior eſt, quàm probatio de auditu, ergo iſta non ſufficiet ad torquendum, & reſpondet ad Gloſſam *dict. l. fin. Cod. familiæ erciſcundæ*, quod tantùm loquatur, vt illa probatio duorum Teſtium de auditu non faciat indicium ad torturam, ſed quod indicium remotum debeat probari per duos Teſtes.

26 Septimum requiſitum eſt, vt nunquam Teſtes, de auditu probent conſanguinitatem, quando ſic deponunt odio, amore, vel timore aliquo, prout notat noſter textus *ibi, odio, amore, timore vel commodo non procedant*, ſequitur Hoſtienſis *n.*10. in verbo *odio*, & *n.*11. verſic. *ſeptimum*. Baldus *in princ.* poſt verſic. *ſex autem*, Hector Emilius *in tractatu de Teſtibus, in Rubrica Teſtis affinitatem deponens fol.*129. *n.*14 Et ad hanc partem applicabis quæ *ſupra* adduxi generaliter *in cap. quoties* 5. *hoc tit.*

27 Octauum requiſitum eſt, vt conſanguinitas non probetur per Teſtes de auditu, niſi declarent perſonas, & gradus per nomina propria appellatiua, demonſtratiua, vel per circunloquutiones ſufficientes, vt probat textus noſter ibi *perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, vel circumloquutione ſufficiente deſignent*: Ita Gloſſa in verbo *demonſtratione*, Innocentius *in eodem verbo* Ioannes Andreas *n.*5. Baldus *n.* 1. Imola *n* 4. Butrius *n.*3. Hector Emilius *de Teſtibus, Rubrica Teſtis affinitatem fol.* 127. Farinac. *dicta q.* 69. *num.* 16.

Nonum requiſitum quod vt Teſtes probent 28
de auditu alieno debent ſpecificare ſingulos gradus conſanguinitatis excepto ſtipite, vt probatur ex textu noſtro *ibi ab vtroque latere ſingulos gradus clara computatione diſtingant*, & Gloſſa in verbo *gradus*, Hoſtienſis *poſt num.*10. *&* 11. Baldus *in princ.* verſic. 3. Hypolitus Riminaldus *conſ.*340 *à n* 50. *lib.*3. vbi ait præſertim procedere, quando agitur de probando conſanguinitatem limitatam ad certum gradum, & hoc ampliabis ex his, quæ dico *infra q.* 2. *de probanda deſcendentia ad effectum ſuccedendi, vel ad beneficia, &c.*

Decimum requiſitum eſt, vt Teſtes debeant 29
deponere cum iuramento, ad hoc applicabis *dicta in dicto cap. quoties in* 2. *quæſt.* & in terminis plures adducit Farinacius *dicta q.* 69. *num* 118.
† Cum aliis Sanchez *de Matrimonio q.*11 *lib.* 1. 30
n. 10. vbi dicit quod parùm creditur Teſti non iuranti *cap. tua de cohabitatione Clericorum*; Guttierrez *Canonic. lib.* 1. *cap* 11 *n.*31. *&* 32. Con. *in* 4. 2. *p. cap.*6. §. 10. *n.* 21. Abbas *in cap.* 1. *de conſang. & affinit.*

Vndecimum requiſitum eſt, quod tunc Teſtes 31
de auditu probabunt conſanguinitatem, ſi expreſsè dicant ſe credere ita eſſe id, quod audiuerunt iuxta verba textus noſtri *ibi & credere ita eſſe*, ita Hector Emilius *dicto tract. de Teſt. Rubr. Teſtis affinitatem deponens fol.* 130. *n.* 18. Corneus *conſ.*78. *ſub n.*5. verſic. *requiritur, & in conſ.* 46. *ſub n* 3. verſic *item requiritur quod deponant ſe credere lib.*3. Farinacius *ſupra n* 119. & generaliter in aliis materiis prærequiri docent *hic* Hoſtienſis *n.* 10. Ioannes Andreas *n.*6. Butrius 3. Abbas 3. cum aliis Farinacius *ſupra n.*99. & Felinus *in cap. tam litteris hoc tit. num.*4. quem ſequitur Hector Emilius *de Teſtibus in materia Teſtis, de auditu folio* 270. *n* 49. docet quod vt teſtes de auditu fidem faciant, non ſufficit ſi dicant ſimpliciter ſe audiuiſſe, niſi etiam ſimul aſſerent ſe id, quod audiuerint intellexiſſe.

Duodecimum, & vltimum requiſitum eſt, quod 32
teſtes de auditu deponant inſuper dicendo, quod viderunt tales conſanguineos, ſic pro conſanguineis ſe inuicem tractare, aliter non probare voluit textus noſter ibi *pro conſanguineis ſe habere*, & notant Hoſtienſ. *n.* 1. *in fine, & n* 11. Ioannes Andreas *n.*6. Baldus *n.* 1. *& n.* 3. aliis adductis à Farinacio *ſupra n.*120 & de his requiſitis, videbis etiam Scobar. *de puritate q.*9 *art* 4. *à n.* 70.

Sed quia hæc dicta adhuc ſunt ſimilitatiua re- 33
gulæ quæ generaliter docet teſtes de auditu non probare, ideò expendes noſtrum textum dicendo teſtes de auditu, tum demùm probare conſanguinitatem, quando ſcilicet ſumus in antiquis, & memoriam hominum excedentibus, aliàs ſecus Myſyng. *obſeruat* 58. *num.*4. *conſilio* 6. Campegius *Regula* 205. *de Teſtibus in prima fallentia*, aliis adductis Farinac. *dicta q.*69. *n.*121. quare fiet vt in his

quæ de viſu Teſtibus probari pnſſit, & de certa ſcientia uno eſt cur prædictis Teſtibus de auditu credatur, etiam in probanda conſanguinitate. Et hoc modn accipitur illud, qood dicitur in cauſa Matrimonij probare Teſtes de auditu, & dictum Baldi ita iorerpretandum exiſtimo *in l. Arbiter, col.* 2. verſic. *in cauſa tamen Matrimoniali, ff. de probat.* Imolæ *in dicto cap. tam litteris, num.* 8. *in fine*, verſic. *in cauſa*, Campegij *Reg.* 206. *in* 3. *fallentia*, Burſati *conſ.* 359. *n.* 13. *lib.* 4. & compooendi ſuot cum Cephalo *conſ.* 82. *n.* 43. *in fine lib.* 1. & Maſcatdo *de probationibus concluſ.* 797. *n.* 19. *lib* 2.
34 contrarium dicentibus. † Tamen Cauedus *Inſit. deciſ.* 73. *n.* 13. *p.* 2. docet extra caſum Mattimonij & ſucceſſionis ceſſare diſpoſitionem huius textus, vbi etiam tenet, quod quando agitur de conſaoguioitate, non propter conſanguinitatem ſed propter aliud conſequendum, ſufficit probare quaſi poſſeſſionem conſanguinitatis: tradit Barboſa *hic ſub n.* 2. *in fine.*

35 Vnde veniunt interpretandi Cardinalis *in capite* 2. *de conſanguinit. & affinit. n.* 2. vbi Ancharranus *n.* 2. Præpoſitus *n.* 1. Maſcardus *de probationibus concluſ.* 1035. *n.* 10. *& concluſ.* 410. *n.* 1. Guttierrez *canon. lib.* 1. *cap.* 11. Couarruuias *in* 4. *decret.* 2. *p. cap.* 6. §. 10. *n.* 21. dicentes quod licet regula ſit vt Teſtes de auditu non probant: Tamen hoc fallere, quando agitur de probanda conſanguinitate, quia tunc ſatis eſt de auditu teſtari, ſi Teſtis teſtificetur iuxta formam noſtri textus.

36 Sed eſt dubium an vnus Teſtis de auditu in hoc caſu, & relati ſic tenere videntur; Tamen Nauatrus *lib.* 4. *conſil. in* 2. *tit. de conſanguinitate conſ. num.* 1. ait queodam Teſtem, vt Mattimonium impediret depoſuiſſe, audiuiſſe à quodam ſuo maiore contrahentes eſſe conſanguineos, & affirmat non impediri, quia eſt Teſtis de auditu qui conſanguinitatem non probat, niſi à plutibus maioribus audiuiſſet iuxtà noſtrum textum: Proſequitur Sanchez *lib.* 1. *de Matrimonio diſpu-*
37 *tatione* 71. *num.* 11. † Vbi docet maximè affirmandum eſſe duodecim illa requiſita noſtri textus ad probaodam conſanguinitatem ex ſolo auditu tantùm deſiderari, dum agitur de Matrimonio contracto dirimendo; Nam dum ſolùm agitur de eo impediendo ſatis eſt vnicus Teſtis de auditu impedimenti conſanguinitatis, quia maioribus audierit, dummodò is diſtinguat gradus clara computatione ab vtroque latere: Sic Gloſſa, & textus noſter in verſic. *ſingulos gradus*, & Guttiertez *dicto num.* 34. ait ita praxi ſeruari: Facit doctrioa textus *in dicto cap. ſuper eo* 22. & quæ ibi dixi *hoc tit.*

38 Tamen aduerſùs hanc oppoſitionem videntur eſſe, Aretinus *conſ.* 57. *num* 3. *&* 4. prout eum allegat Maſcardus *de probationibus concluſ.* 511. *num.* 11. Hector Emilius *in tract. de Teſtibus, in materia Teſtis de auditu fol.* 282. *num.* 49. diceotes tunc demum Teſtes de auditu probare conſaoguinitatem, quaodo ſcilicet non agitur de graui præiudicio. ſecùs ſi de graui præiudicio agatur, putà de diſſoluendo Matrimonio, quia tunc Teſtes conſanguinitatem non probant, etiam quod ſimus in antiquis, & ſic videntur tenere hic Ioaones Aodreas *num.* 2. verſic. *in aliis*, Ancharranus *num.* 2. *in* 2. Butrius *num.* 3. *in fine.* Abbas
39 *n* 2. † Verùm hæc dicta ſuo ſenſu vera ſunt; Nam primum dictum habet locum, ſi ſimul conteſtibus de auditu concurrant adminicula & fama; Secùs ſi oon concurrant, quia tunc habet locum hæc ſecunda opinio, ad quod videbis Farioacium *dicta quæſt.* 69. *num* 73. *& num.* 123. & latè *à num.* 133. cum multis ab eo relatis.

Itaque vt magis declaretur textus noſter; di- 40
ces cum Maſcardo *dicta concluſ.* 410. *num* 9. *&* 10. vt quoad alios effectus, præter quam ad Matrimooiom dirimendum, ſatis ſit Teſtes de Auditu coOſanguinitatis depooentes ſint fide digni, dummodò probent diſtinctè grados, vt tradit ipſe *num.* 21. & Sanchez *dicta quæſt.* 71. *lib.* 1. *de Matrimonio num.* 11. *circa finem*, ex ea ratione, quia cum conſanguinitas, ſub corporeum ſenſum minimè cadat, neceſſaria eſt efficax Teſtimonij ratio, vt Teſtes probent.

Item neceſſum eſt, vt Teſtis aſſerat cum Iu- 41
ramento ſe certò ſcire impedimentum, aliàs vnicus Teſtis de ſolo audito teſtificans non impediter, quamuis alter Teſtis, ſimul cum eo abſque Iuramento de certa ſcientia deponeret. Etenim maiorem fidem facit fama, vel vnicus Teſtis iurans, quàm duo Teſtes, quorum vnus cum Iuramento depooit de auditu, alter verò abſque Iuramento de certa ſcientia cum hi duo noo impediant Matrimonium. Quod tameo vnicus Teſtis, vel fama impedit, cum Teſtis ille iurat de certa ſcientia: Sic Abbas *in dicto cap* 1. *de conſanguinitate, & affinit. num.* 3. *&* 2. Vbi Alex de Neuo *num.* 2. Cooatt. Maſcard. Guttierrez, & alij quos ſequitur Sanchez *dicto num. in princ.* & Nauarr. *dicto conſ.* 2. excepit ab hac regula Teſtem de auditu ſuper conſanguinitate, quem iotelliges modo iam dicto in hac quæſtione.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an Teſtes 42
de auditu ſufficienter probent, venit ex dictis reſpondendum generaliter non probare ex his rationibus, quas adduxi *ſupra à num.* 1. Sic Doctores probant per textum noſtrum, & *in dicto cap. tam litteris hoc tit. cap. tua nos de conſanguinitate & affinitate, cap. in primis*, verſic. *verum* 2. *q.* 1. *l.* 28. *tit.* 16. *p.* 3. Maranta *de ordine Iudiciorum* 6. *p. membro* 10. *num.* 18. Paz *in praxi* 1. *p. temp* 9. *num.* 17. aliis adductis Rodriguez *de ordinando proceſſu cap.* 7. *num.* 57. verſic. *ſi vero.* † Vbi 43
ait adeò verum eſſe teſtimonium de auditu alieno non probare, vt etiam ſi cum ſola fama concurrat probare non videatur, vt in *dicto cap. tam litteris*, iuncta Gloſſa verbo *de auditu, cap. inquiſitionis*, §. *quæſiuiſti de accuſat.* licet aliqualem præſumptionem inducat, vt tradit Gregorius Lopez *in dicta l.* 28. *in Gloſſa* verbo *de oyda*, niſi cum fama alia adminicula interueniant, quia tunc plenam fidem faciet teſtimonium de auditu: Ita Hoſtienſis, & Ioannes Andreas hic multa cum multis tradit Farinacius *dicto cap.* 59. *de Teſtibus à num.* 1. qui de hoc etiam dicit *ibi a n.* 22.
† Vbi *n.* 25. ait quod licet teſtimonium de audi- 44
tu non faciat fidem plenam ſimul cum fama, Tamen inducere violentam præſumptioοem, & Butrius ſic dicit *in dicto cap. tam litteris hoc tit. num.* 12.

Et io tantum etiam Teſtem de auditu non 45
probare docent Abbas *in dicto cap. tam litteris, num.* 5. Felinos *n* 2. Farinacius cum aliis *dicta quæſtione* 69 *à num.* 7 vt talis non dicatur verè, & propriè Teſtis, quia vt ait Fuluius Pacianos *dicto lib.* 1. *de probat. cap.* 9. *num.* 13. & Doctores per textum noſtrum teſtimonium de auditu alieno eſſe contra famam & Regulam iuris. † Et ob 46
id multòmagis in criminalibus tali teſtimonio credendum

Digitized by Google

credẽdum non eſſe ita vt nec faciat præſumptio-
nem, dixit idem Farinac. *à n.9.* cum multis ab eo
relatis, qui ita tenet cõtra Ripam *in l.1.poſt, n.88.*
ff. ſi certum petatur, dum tamen ille contra quem
fertur tale teſtimonium ſit bonæ famæ: tamen
hoc dictum limitat ait, quando agitur, de defen-
47 ſione rei; idem Farinac. *d.c.69.n.56.* † Item ſecun-
do in delictis occultis, & difficilis probationis,
dum tamen taliter occulta ſint, vt actu, & habi-
tu aliæ probationes haberi nõ poſſint, & in ſimul
alia concurrant: ita idem cum Hoſtienſe, Ioanne
Andrea, Butrio *hic d.q.69.n.52.* nec diſsẽtit quoad
primum requiſitum, Patianus *d.c.9.à n.29.lib.1.de*
48 *probat.* † Item limitatur in teſtimonio de auditu
proprio ab ipſo reo delinquente, pro vt notat
idem Farinac. *d.c.59.n.13.*

49 Nec teſtimonium de auditu probabit, etiam
ſi teſtis dicat ſe audiuiſſe à tali homine antiquo,
qui erat vir magnæ authoritatis, quia teſtis fun-
dans dicti ſui rationem ſuper alterius authorita-
te, & non ſuper ſua ipſius, nõ probat, vt ait Bart.
in d.l.1.n.29.ff. ſi certum petatur, & ibi Angelus *n.6.*
Decius *in 2. lectura, n.18.* Ripa *n.86.* Alciatus 55.
Zaſius *ſub, n.10.* Cagnolus qui hanc dicit commu-
nem, Hector Emilius *de Teſt. Rubr. teſt. Auth.n.41.*
50 verſic. *item ampliat fol. 235. à n.14.* † Vbi etiam di-
cit quod tale teſtimonium non probat fauore piæ
51 cauſæ, & dixit Ripa *d.n.86.* † Et addit Farinac. cum
Bart. *d.q.69. contra* Campegium *de Teſt. reg.206.*
fallent.11. teſtem de auditu non probare etiam ſi
52 dicat ſe audiuiſſe ab eo, qui præſens fuit. † Nec
etiam probare ait *ibi n 28.* cum Alberico *in l. te-*
ſtium, C. hoc tit. Bart Campegio, & Emilio, non ſo-
lùm quando principaliter dicit ſe audiuiſſe, ſed
etiam quando dicit ſe ita ſcire & in reddendo ra-
tionem dixerit, quia audiuit ſic contra Archidia-
conum, & Imolam.

53 Et ſic nec teſtem de auditu probata rei valo-
rem dixerunt, Corneus *in conſ 347.n.3. volum.1.*
Hector Emilius *de Teſt. in materia teſt. de auditu,*
fol.299.n.31. Quod tamen fallit ſi accedat fama in
caſu difficilis probationis, & concurrente legali-
tate producentis petentis, ſibi deferri iuramen-
tum in ſupplementum, & hoc modo intelligitur
Puteus *in dec.29.* incipit *in vna colonien, lib.1.* qui
54 contrarium tenuit. † Et ſic fiet vt nec teſtes de
auditu probent Dominum, & poſſeſſionem, quã-
do tractatur de probatione alicuius rei in qua re-
quiritur verus hominis actus, ad acquiſitionem
dominij, & traditio poſſeſſionis, ſiue illius appre-
henſio: ita docent Alex. *conſ.94.n.13.lib.2.* Hector
Emilius in materia de teſte; de auditu, *fol 297.*
n.20. Sed quãdo hi teſtes in antiquis probent, di-
xit bene Farinac. *d q.69.à n.125.* vbi videbis & ad
55 propoſitum, *n.31* † Qui ait, *n.86.* non credi teſti
de auditu à parte intereſſata, & litigante; pro quo
faciunt, *d. ſup in cap. tertio loco de probat.* & alibi, *in*
hoc tit.

56 Sed ſi teſtimonium de auditu eſſet adminicu-
latum aliis adminiculis, & coniecturis, tunc pro-
bare dixit Aman. *in c. præterea, n.4.* ibi etiam Imola
n.3. hoc tit Patianus *d.l.1. de probat c 9.n.34.* vbi ait
quod teſtimonium de auditu iunctum cum aliis
probationibus, viam faciliorem præſtat ad per-
fectam probationem faciendam, & Farinac. *dict.*
q.69. à n.44. ait tunc demum probare tale teſti-
monium adminiculatum, quando ſumus in ma-
teria, in qua eſt iudicandum ex præſumptioni-
bus, & coniecturis, illæ quæ habentur pro vera,
& concludenti probatione, aliter ſecus, & Imo-
la *in d.c. præterea, n.1. in 2 notabil.* & Anan. *num. 1.*
dixerunt; quod teſtes de auditu adminiculati,
tunc demum probant; quando agitur de pro-
bando aliquid, quod vere probari non poteſt,
pro vt eſt copula carnalis aliàs ſecus: bene exem-
plificat Natta *conſ 170.n 4. lib.1.* * Et Aymon *in* 57
conſ.277.col.3.in fin. verſic *ſi teſtimonium de auditu,*
Burſatus *conſ.284.n.13.& lib.3* & Hector Emil *in*
materia teſtis de auditu fol.151. n 9.& fol.255 n.31.
& fol.266.n.38.& fol.305.n.24.& fol.312.n.48 do-
cent probare teſtimonium de auditu, concurren-
te alio teſte, & multò magis concurrentibus plu-
ribus de viſu, de veritate facti, vel de propria
ſcientia. * Alia adducit Farinac. *ſupra*, in quibus 58
teſtes de auditu probent, veluti in cauſa, in qua
modica ſcientia fidem facit, vel in his, quæ facta
fuerunt tempore peſtis: vel contra producentem
teſtes de auditu, etiam ſi fiſcus ſit, vel vbi non
agitur de alterius præiudicio, vel in omni caſu, in
quo admittitur teſtimonium de credulitate vel
in probatione metus in cauſa matrimoniali, &
in aliis ab eo relatis, & ſecundùm diſtinctio-
nem ſupra adductam, quibus, & ad alios caſus
facies progreſſum. * Et ait *num.92.& 93.* gene- 59
raliter in omni caſu, in quo teſtes de auditu pro-
bant, id vtique ſit intelligendum, ſi illi, à quibus
teſtes dicunt ſe audiuiſſe mortui ſint, ſecus ſi vi-
ui, quia tunc, ſi iſti non examinentur, non eſt cur
eorum dictum, referentibus credatur. † Item etiã 60
teſtimonium de auditu probare, quando illi, à qui
bus ſinguli teſtes audiuerunt, ſunt eædem perſo-
næ ab vnoquoque teſte nominatæ ſecus ſi diuer-
ſæ, quia teſtes ſingulares, & diuerſi in authoribus
à quibus audierunt, nihil probant, vt tradit Gloſ-
ſa *hic* in verbo *ab vno* Maſcardus *de probat. lib. 1.*
concluſ. 104. *num.* 12. Patianus *dict. lib.* 1.
cap.9.n.41. & plures caſus, in quibus teſtes de au-
ditu probent: congerit Barboſa *in c. tam litteris* 33.
ſupra hoc tit. vbi viginti ponit quos ibi videbis,
ſed intelligendos eſſe exiſtimo, iuxta Doctrinam,
de qua *hic* dictum eſt. Et adiunges quæ tradit *de*
Teſtibus de auditu Cantera *de probation. per teſtes,*
c.2. Camilus Borrellus *in ſumma deciſ. tom 2. tit.13.*
Silauſſen *in arbore iudic. crimin. c.6. part. de teſtib. à*
n.128. cum aliis Carena *de officio inquiſitor. part.3.*
tit.6.§.2 vbi quod circa cauſas fidei.

Ad tertiam quæſtionis partem, an teſtes de 61
auditu transferant probationibus in aduerſarium
quia præter alios, quem viderim vberius, tradit
Patianus *de probat lib.1.c 9. & 10.* Farinac. *de Te-*
ſtib dict.q.69. à n.33. vbi alios, quam plures refe-
runt Doctores, ego breuiter dico cum Faquine-
to, & ab eo relatis, *l.11. controuerſ.c.66.* nullo mo-
do transferri onus probationis in aduerſarium,
quia nullus textus, nullaque ratio hoc euincere
poteſt, vt teſti ſit credendum, qui deponit de au-
ditu alieno, cum debeat deponere de ſenſu pro-
prio iuxta *l. teſtium C. hoc tit.* ſic Alciatus *in l 1. ff ſi*
certum petatur Menoch. *conſ.98.n 51.* & quamuis
idẽ Faquinetus pro contraria opinione, vt magis
communi adducat Farinac. *vbi ſupra*: tamen cum
ipſum perlegerim *à dict. num. 33.* inuenio eum,
num. 39. qui poſt quam nonnullas diſtinctiones
retulit in hæc verba ſuam ſententiam protuliſſe.
Ego tamen omnino, & ſecundum veritatẽ credo quod
indiſtincte etia in caſu in quo illi à quo teſtes audiue-
runt ſint mortui, præſumptio ex teſtimonio de auditu
oriẽs minimè trãsferat onus probãdi in aduerſariũ per

Digitized by Google

rationes, quas ipſe adducit, à num. 34. *qua generaliter in omni caſu procedunt,* & leges caſus, quos diſtinguit Parianus, *dict. cap.* 10. *num.* 10. 12. 17. & 25. vbi loquitur de Teſtibus de auditu, tam in matrimonio, io cauſa criminali, quàm circa vltimas vo-
62 luotates, & contractus. † Sed *ibi num. fin.* ait quod ſi teſtis ſit de àuditu proprio, transfert onus probandi in aduerſarium, de quibus dico, *q.* 5. & videbis *in c. afferte de præſumptionibus, q.* 3. in verſic. *vnde infero.*

63 Vnum tamen notabis, quod adminicula congruentia, & conuenieotia, ad conualidandum teſtimonium de auditu, ſunt, videlicet, *riſus, iocus, tractus, miſſio nunciorum, & iocalium, cohabitatio, complexus, oſculum,* & ſimilia: tradunt Ioannes Andreas *in dict. cap. præterea, hoc tit.* in verſic. *in Gloſſa vltima in col. fin.* Antouius de Buttrio *in 2. notab. & in col. penult.* verſic. *ſi teſtes deponant de auditu* Parianus *ſup. n.* 11.

64 Vbi dicit iudicis arbitrio relinquendum eſſe, vt æſtimet quantum valeant prædicta adminicula ex doctrina *dict. cap. præterea,* & tradit Farinacius *dict. quæſt.* 69. *num* 47. ex Hoſtienſi *in dict. cap. tam litteris, hoc tit* & ex Menochio *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 475. *num.* 1. & 9. 19 & 22. & Scobar *de puritate, quæſt.* 9. §. 4. *num.* 85. ait iudicem inſpicere debere quanta ſit fides teſtibus de auditu adhibenda, vt potius illis fidem præſter, qui magis rei veritati acceduot, & veriſimiliora deponunt, ita cũ multis, & latius, *in* 2 *p. q fin.* Hic. † Poſſes adno-
65 tare de ætate quam debent habere teſtes deponentes de immemoriali ad quod adiunges quæ dico *infra de præſcriptione immemorali in cap. fin. de præſcript. q.* 5.

Qvæstio II.

An deſcendentia ad effectum ſuccedendi, debeat per gradus diſtinctos, & ſigillatim probari: Et qualiter conſanguinitas probetur ad beneficia, ſeu capellanias certo generi perſonarum debitis ex fundatione: Et quatenus hæc omnia per teſtes de auditu probentur, etiam ad primogenia Hiſpania reſumptiuè?

Svmmarivm.

1 *Deſcendentia ad ſuccedendum, debet per gradus diſtinctos probari, num.* 2. 3. 4. *in aliis verò caſibus ſufficit probare quem eſſe de parentela, n.* 4 6. 7. 8 9.

5 *Deſcendentia. quando per inſtrumenta probatur, debent ea eſſe centum annorum, vbi de requiſitis, & n.* 6.

7 *Teſtes deponentes de deſcendentia ex auditu, debent concordare cum perſonis à quibus audiuerint.*

8 *Parentela ad beneficia, ſi eſt in concurſu Coopoſitorum, debet probari per gradus diſtinctos, num.* 9.

1 AD primam qoæſtionis partem, quam video à Doctoribus agitari per textom noſtrum, raſpondeo cum eis, vt deſcendentia ad effectum, ſuccedendi, debeat ſigillatim, & per gradus diſtinctos probari, iuxta verba textus ooſtri ibi *per ſingulos gradus,* docet Riccius *in collect,* 1260. vbi cum Rubin. *deciſ.* 8. ex Innocentio communiter recepto, *in cap ſeriis, hoc tit.* ait taliter ſic probari debere, qood deficiente vno gradu deſtruatur tota
probatio ipſius deſcendentiæ. † Et ob id pe- 2
tens hæreditatem, vti hæres, & conſanguineus, non admittitur ad illam, niſi vtrumque probauerit. † Tum etiam, quod nedum probari debet 3
deſcendentia per gradus diſtinctos, ſed etiã quod veniat aliena legitima, vt iam dixi, *q præcedenti,* & tenuit Rota Romana, in vna Sutrina benef. 18. Decemb. 1588. coram illuſtriſſimo Pamphilo: Et hæc coofirmari videntur, *ex l. non facile* 4 §. 1. *l.* 10. §. *nomen, ff. de gradibus, cognat, l.* 1. *l.* 2. *ff. vnde cognati:* applicabis quæ tradit Couar. *in* 4. 2. *p.* §. 6 *à num.* 1, Richardus *in* §. 1. *inſtit. de gradibus cognat.* & Farinacius *de Teſtibus, quæſt.* 69. *num.* 117. docet quod teſtes ad probandam conſanguinitatem, debeot probare ſingulos gradus, dempto ſtipite.

Et circa præſentem dubitationem tria practi- 4
cabilia conſiderari video primum, quod præfata regula procedit, quando lex vocans aliquem de deſcendentia, ſimul deſideret illum eſſe io certo gradu: nam tunc bene requiritur probatio deſcendentiæ per gradus diſtinctos; ſecus in aliis caſibus, quia ad probandum quem eſſe de parentela ſeu de genere, ſufficiunt indicia, & præſumptiones, ſeu duæ enunciatiuæ emanatæ à diuerſis perſonis non ſuſpectis, Achiles de Graſſis *in dec.* 5. *de Iurepatronatus,* Putaus *deciſ.* 207. *lib.* 2. aliis adductis, Riccius *ſupra,* & melius dico *infra in* 2. *parte quæſtionis.*

Secundo aduertendum eſt, quod inſtrumenta, 5
vt dicantur antiqua ad effectum probandi deſcendentiam, debent eſſe centum annorum, dempto tempore litis incboatæ, & debent ſaltim eſſe duo, quia ſicut fama non probatur per vnum tantùm teſtem, & probatio antiquitatis, vim habeat famæ: ſequitur, vt ſicut illa non probatur per voum tantùm teſtem, miuos probetur iſta, quæ illi æquipollet; ſic Rota diuerſorum *de-*
ciſ. 288. *part.* 2. † Et quod tequirantur enuncia- 6
tiuæ plurium ioſtrumentorum quæ ſint centum annorum: tradit pulcherrimè Puteus *deciſ.* 209. *lib.* 2. & iterum, *in deciſ.* 359. *eodem libro,* & in terminis probationis deſceodentiæ, tenuit Rota in vna Sutrina benef. ſancti Angeli 13. Martij 1588. Coram Cardinali Plat. ſequitur Riccios *dicta col.* 1160. *circa fin.*

Tertiò aduertendum eſt quod teſtes de audi- 7
tu deponentes eo caſu, quo admittuntur ad probandum deſcendentiam, debent coocordare com perſonis à quibus audiuerint; tradit idem Riccius *ſup. dict. dec.* 1160 *in fin. ex dec.* 18. per Decium communiter receptum, *conſ.* 120. & faciuot aliqua dicta *ſupra in prima q.*

Ad ſecundam partem quæſtionis, non difficul- 8
ter ex dictis inducitur: nam licet ad capellanias & beneficia io probanda conſanguinitate præſentari, non requiratur probatio per diſtioctionem graduum, vt ait deciſio Rotæ in vna Burgen. Capellaniæ de Poca 13. Martij 1595. coram illuſtriſſimo Cardinali Blanqueto, per textum ooſtrum, ſed ſufficiat leuior probatio, ſcilicet per indicia & præſumptiones, Gloſſa *in l.* 1. verbo *quoties, ff. de probat.* Aretinus *conſ.* 37. & ſic fuiſſe reſolutum coram Domino Penna in vna Placentin. Capellaniæ 15. Nouemb. 1593. vbi latè refert
Garcia *de benef.* 7. *p. c.* 15 *à n.* 28. & 29. * Tamen ſi 9
ageretur de probanda conſangoinitate ad certum gradum ſeu intra certum gradũ; aut quando ſeſe offert

offert cuncurſus oppoſitorum ad beneficia ſanguiuis; tunc teuera non ſufficere eam probatiouem in genere, ſed per gradus diſtinctos; pluries deciſum eſſe teſtatur Garcia, *vbi ſupra à dict. num.* 29. vbi videbis & probat Maſcard. *de probationibus, concl* 409. cum ſequentibus, Patianus *eodem tractatu lib.* 2. *cap.* 2. & multi relati à Garcia *dict. num.* 28. quibus addo quæ adduxit Lara *de capellaniis, part.* 2. *c.* 4. vbi latiſſimè egit de beneficiis, ſeu capellaniis dandis perſonis qualificatis, & quid in antiquis dico, *quaſt ſeq.* Et de multis ad teſtes de auditu ad prubandam conſanguinitatem ſiue parentelam pro maioratibus conſequendis D. Ioannes del Caſtillo, *lib.* 5. *controuerſ. cap.* 122.123.124.125. vbi latiſſime cum infinitis & omnino legendus & applicandus ad noſtrum textum.

Qværstio III.

An teſtes de auditu probent ſanguinis puritatem, aut aliquorum nobilitatem: Et qualiter probent in antiquis: Et an teſtes de auditu proprio probent: Quando ſi ex interiecto pariete, aut cortina: Vel ſi retro cortinam, ſeu parietem deponunt ſuper carnali commixtione, & copula: Vel quando probent, ſi loquentis vocem ſe bene notam habere aſſerant: Et an ſint caſus, in quibus præcisè requirantur ſemper teſtes de viſu?

SVMMARIVM.

1 *Puritas ſanguinis quando, & qualiter probetur teſtibus de auditu latè numeris ſequentibus, ad* 10.

11 *Teſtes de auditu antiquo, ſeu hominum memoriam, excedente probant, n.* 12.13.14.

15 *Teſtes de auditu probant confines, fideicommiſſum, Ius patronatus antiquiſſimum, num.* 16. 17.19.20.

18 L. 29. tit. 16. p 3. & numeris ſequentibus, num. 21.

19 *Taxatiua excludit tantùm, diſſimilia, amplectitur ſimilia & einſdem rationis.*

22 L. 8 tit. 11. lib. 2. recop.

23 *Teſtes de auditu qualiter probent hominum memoriam non extare.*

24 *Tempus antiquum, vt admittatur probatio per teſtes de auditu, aut per inſtrumenta quantum dicatur, n.* 25.

26 *Auditus eſt duplex alienus ſeu proprius in teſte per eum deponente, num.* 27. *vel vnus ſignificans actionem, alter referens actum, n.* 28.29.

30 *Teſtimonium de auditu eſt, quando teſtis deponit de alieno, non de proprio, & de primo Doctores ordinariè intelliguntur.*

31 *Teſtes deponentes per ſenſum proprium, regulariter probant, num.* 32. *etiam ſi per actum negatiuum, num.* 33.34.35.36.37.38.39 40.41.

34 Cap. cum dilectus de ſucceſ. ab inteſtato, & à num. 36.

41 *Teſtes de auditu cum probant, non requiritur, vt ſint rogati.*

42 *Teſtes deponentes ex interiecto pariete, vel cortina, in quibus probent, vel non, num.* 43 44. 45.46.47.48.49.50. *vſque ad* 60. *vbi de contractibus, vltimis voluntatibus, criminibus, & matrimonio.*

56 *Teſtes deponentes ex cortina, vel interiecto pariete, vt fidem faciant debent deponere de nota voce auditi, & de aliis, n.* 57.58.59.60. *& à n.* 62. *ad* 66.

61 *Teſtis deponens auditu acclamantis; dicens eius vocem ſibi bene notam, qualem rationem reddat vt probet, n.* 62.63.64.65.66.

67 *Teſtes de viſu in teſtamentis præciſè requiruntur, nec ſufficiunt de auditu, num.* 68.69.70.71. *& de ratione differentiæ inter contractus, vbi valent de auditu, n.* 72.73.

74 *Teſtes de viſu, præcisè requiruntur in omnibus caſibus, qui cadunt ſub prædicamento viſus, & qui iſti ſint, à n.* 75. *ad n.* 90.

91 *Dominium, & poſſeſſio per teſtes de auditu fama, & aliis concurrentibus probatur, aliàs per teſtes de viſu.*

AD primam quæſtionis partem, & ſi lon- 1
giſſimè videam agitatam à Scobar *de pu-*
ritate ſanguinis 1. *pract. quæſt.* 9. § 4. tamen ego ex
iam latè adductis, *quaſt.* 1. *&* 2. breuiter reſpon-
deo dicendo, quod & ſi regula generalis, vt te-
ſtes de auditu non probent, quia debent depo-
nere de his, quæ perceperunt ſub aliquo ex quin-
que ſenſibus corporis, dum præſentialiter adfue-
runt, aut adeſſe negotio potuerunt, non verò dũ
ex aliorum relatione aliquid cognouerunt, vt
ſignificauit Caliſtratus Papa *in cap. teſtes* 3. *q* 9.
Tamen quia, *ſupra*, viſum eſt hanc regulam in
multis fallere; ideo ad præſentem quæſtionem
reſpondendum eſt ſanguinis puritatem, ſeu no-
bilitatem poſſe probari teſtibus de auditu, ex eo
videlicet, quia ea, quæ ſunt difficilis probatio-
nis, recipiunt probationem ex auditu, & huius
metri ſunt qualitates ſanguinis, deſcendentiæ,
& parentelæ, & ſimilium, quia non poſſunt
cadere ſub corporis ſenſu: ſic Doctores *in l.*
Lucius 83 *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.*

Et confirmatur ea eo, quia iſtæ qualitates 2
probantur per indicia, & præſumptiones, iuxta
textum *in l. filium* 6. *ff qui ſunt ſui vel alieni iuris*, vt
tradit cum multis Nicolaus Garcia *de benef.* 7. *p.*
quaſt. 15. *ſub num.* 28. *&* 29. de quo *ſupra* dixi *q* 2.
& faciunt mults, quæ tradit Scobar *dict. quaſt.* 9.
§. 4. *à num.* 3. † Vbi *num.* 12. ait quod cum de 3
puritate, & deſcendentia probanda agitur, inqui-
ratur qualitas antiquiſſimæ aſcendentiæ & ori-
ginis, quæ plerumque ob tempus longiquitatem
obumbrari ſolet, *cap longiquitatem* 64. *in princ.* 12.
quaſt. 12. & in antiquis receptum ſit quod teſtes
de auditu plenè probent, vt dico *dubio ſequenti*,
ideo dici debet in caſu, de quo loquimur Teſtes
de auditu recipi, vt in terminis docent Felinus,
in cap. veniens & l. 1. *hoc tit. num.* 16. Aymon *de an-*
tiquitate temporis 1. *pract. ſect.* verſic. *de fama, num.* 8.
& Doctores per Textum *in l. ſi arbiter* 28. *ff. de*
probationibus, & Gregorius Lopez *in l.* 29. *tit.* 16.
part. 3. Patianus *lib* 1. *de probat. lib.* 1. *cap.* 9. *num* 45.
Garcia *de benef. dict cap.* 15. *num.* 35. Farinacius be-
ne *de Teſtibus, quaſt.* 69. *à num.* 135. multis addu-
ctis Scobar *vbi ſupra dict. num.* 12. *& num.* 15. in
verſic. *quare* Gutierrez *pract. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 17. *&* 18.

Sed quia nonnulli exiſtimarunt teſtes de au- 4
ditu in conſanguinitate, ſiue aſcendentia pro-
banda, non extendi ad alios caſus, præter matri-
moniales, & cum requiſitis noſtri textus, & ſic
doceant Ioannes Garcia *de nobilitate Gloſſa* 19. *&*

n.4.& Gloſſa 19.§.1.n.5.poſt medium, Pelaez de maioratib. a p.q.7.n.62.in nouiſſima impreſſione vbi
cum Paulo Bartol. in l. 2. §. item labeo, ff. de aqua
pluuia arcenda, Hypolit. Riminaldus conſ 363.&
maxima ratione fundari dixerit Valenzuela conſil.90.à n.72.vidēdus,conſ.91. n. 190. & conſ. 93.
5 num.34. & 36. † Et ob id Farinacius dict. q.69.
num.133. 134. & 135. doceat Textus noſtri, ſolemnitates non requiri extra caſum illius textus
in cauſis leuibus, & parui præiudicij, ſecus in
magnis, quales ſunt cauſæ honoris, & famæ.
Tamen quia Scobar, vbi ſupra num.19. improbat hanc diſtinctionem eo quod cum in hoc
noſtro textu agatur de deſcendentia probanda,
quæ regulariter agnoſci poteſt, vſque ad quartum gradum, ex verſic. vbi cum iam quartum gradum prohibitio non excedat, Clarius in l. 2. tit. 3.
part. 2. ibi faſta el quarto grado, que llamamos viſabuelos, porque dende en aquel tiempo no ſe pueden
6 acorder los omes. † Et in ſimul quia in matrimonij diſolutione certorum conſanguinitatis graduum prohibitio, neceſſaria eſt, quæ non oritur ex auditu incerto, & generali, ſed ex teſtimoniis, & rationibus certis cum diſtinctione
graduum, quia vbi requiritur probatio ſpecifica,
non ſufficit generalis, l. interpoſitas 13. Cod. de tranſact. ideo verum dicendum eſt, iuxta tradita, ſupra q. quod vbicumque certi gradus conſangoinitatis requiruntur, non ſufficit probatio auditus, niſi cum qualitatibus noſtri textus, & ita
in ſpecie ſe defendiſſe docet Pelaez de maioratibus, quaſt.7. num 62. Mareſcotus variar. reſol.70.
num.1. & 3. Gratianos diſcept. forenſ 999. num 6.
& 2. num.13. & hoc in caſu veram eſſe primam
opinionem, dixit Scobar dict quaſt.9. § 4. n. 51.
ſecus tamen, vbi certi gradus non requiruntur,
aut de re antiqua agitur, quia tunc ceſſant prædictæ, rationes, & diſpoſitio textus noſtri, vt
bene declarat Gregorius Lopez in l.50. Gloſſa 1.
tit.9. part.4. Maſcardus de probationibus concluſ.419.
à num 6. pluribus adductis Garcia de beneficiis 7.
pract. dict. cap.15. à num.28. quod verificatur in
probatione puritatis, ſiue generis maculæ, in
qua nulli ſont gradus præfiniti, ſed prædictæ
qualitates indiſtinctè petuntur ab omnibus aſcendentibus, etiam antiquiſſimis, & memoriam
hominum excedentibus, in quibus non eſt neceſſe obſeruari ſolemnitates noſtri textus, & impoſſibile ſic obſeruari poſſet, vt dicit Scobar
ſupra num. 22. cum Auguſtino Barboſa de poteſtate Epiſcop.1. pract. Gloſſa 17. num.37. referen-
7 te pluries à Rota deciſum eſſe. † Et quamuis
interrogatoria ad probandum, ſoleant præſentari
parentum, & Aounculorum, & non vltra, tamen
non ex eo deſinunt informantes interrogare de
opinione aliorum aſcendentium, & præcipuè ſi
aliquis teſtis aliquam notam ponit in ſanguine;
quia tunc cæteri teſtes interrogantur de maiori
aſcendentia.

8 Tamen huc vſque dicta veniunt etiam declaranda, vt procedant, ſi teſtes de auditu reddant
rationem ſui dicti, ſeu eos nominareot, à quibus audierunt, aut tam plures eſſe, & fide digni
integri, & omni exceptione maiores, vt verùm
dicere Iudicibus perſuadeant, aut alia concurrant, quæ eorum dicta veriſimilia efficiant, aliàs
nihil probare dixit Scobar dict. quaſt. 9. § 4.
num. 37. quis vt ait Antonius Gomez tomo 3.
variarum, cap. 12. num. 10. verſic. & idem eſt,
quando deponunt, Farinacius de Teſtibus, quaſt.70.
num.45. ſpeciale eſt in cauſis ſtatus, & puritatis, quod teſtes etiam non interrogati ſui dicti
reddant rationem. Cumque circa praxim probandarum ſanguinis qualitatum multùm periculi, & difficultatis adſit, quia ſolent adeſſe
amplæ inimicis viæ calumniandi, & falſas maculas cooperiendi, qui præmaximè in ſimilibus
cauſis paliatè, & abſconditè ſolent interuenire,
cum maxima nobilium familiarum iniuria, &
detrimento. † Imo & teſtes de facilè inueniantur, qui dicant ſic, & ſic rem audiuiſſe, & à 9
quibus, ſi ratio non exquiratur, facilè mendacia cooperiantur, quæ ſicut vera ſequerentur,
quibus non eſt dandus locus, iuxta textum in l.
ſi pater 4. § quoties, ff. de manumiſſis vindicta, cap.
per tuas 12. verſic. nos autem. qui filij ſint legitimi,
cap. nuper. 4. verſic. licet obuient, de bigamis. cap.
quicumque 81. diſt. ideo euenit, vt in auditûs probatione, circa puritatem cautè agendum
ſit, ne honor familiarum ex tam imperfecta probatione iniuria proſternatur.

Tam etiam quia de re graui, & nimis præiudiciali agitur plus conſideratè agendum eſt, iuxta 10
textum in l ſi inimicitia 4 § ſi autem ſtatus, ff de his
quibus, vt dignis, ſed nulla grauior, nec maioris
ponderis occurrere valet cauſa, quam ea, vbi agitur de honore familiarum, ex l. 2. §. penult. ff. de origine iuris vt rectè probat cum multis Valenzuela,
conſ.92.n.76.& 81 ergo euenit dicendum, quod ſi
teſtes nuditer deponunt; ita vt nec rationem, nec
auditus authores expreſſerint, nihil probent contra Zephalum conſ.137 n.45. Petram de fideicommiſſis, q.11.n.505. & ſecundùm hoc ſunt intelligendi relati à Garcia d.7.p. cap.15. à num.35. quatenus volunt, quod teſtes de auditu etiam ſine fama, nec adminiculis, & ſine requiſitis noſtri textus probent conſanguinitatem, quia eorum opinio, debet intelligi, dum in re graui, & nimis præiudiciali, ſui dicti rationem reddant, & plures, &
ſpectatæ fidei ſunt, & exprimunt authoris auditus, ſeu alias circumſtantias, quæ animos iudicum
ad credendum inducant: ita reſoluit Couar, vbi
ſup. d q 9.§.4. de puritate, n.38.

Ad ſecundam quæſtionis partem ex iam dictis 11
de facili poteſt reſponderi, & ſic breuiter dico
teſtes de auditu in antiquis probare, & multò magis ſi deponant in antiquis memoriam hominum
excedentibus vt putà centum annorum, dū tamen
concurrant illa duodecim requiſita noſtri text. de
quibus dixi ſup. q.1 & eſt neceſſum, quod vt teſtes
de auditu probēt, debeāt dicere ſe ſic audiuiſſe dici
ab antiquioribus vel à maioribus ſuis, iuxta noſtrū textū, & textus, in c teſt. §. de his etiā, qua audiuerunt. & ibi Gloſſa 3 q.9 vt tenent Hoſt. hic n.5.
Ioannes Andreas, n.5. Annania n.1 Imola n.1 Anchatranus n.1. Butrius n.1. Abbas n.3. hic Felinus
in c. præterea n.1 ho: 11. & multis adductis probat
Farinac. Legendus d. q.69 de Teſt. c.3. à n.125.

Quare infero primo, quod & ſi multi exiſti- 12
ment teſtes de auditu tantum probare in his caſibus expreſſis à canone, ſeu à lege, iuxta textum
de Iure Regio in dict. l.59. tit.16. part.3. ibi mas en
otro pleyto no deues ercanido teſtimonio de oyda, ſi
non como deſſu o di imos, & faciunt iuta de iure
communi, in l arbiter 28. ff de probat, & in lib 2. §.
idem labeo 8. ff. de aqua pluuia arcenda, ex quibus
deducta fuit, dicta l. 29. vt ait ibi Gregorius
Lopez Gloſſa 1. † Tamen verius dicendum 13
eſt, quod in factis tam antiquis memoriam hominum excedentibus, admittatur teſti-
monium

monium de auditu, non ſolùm in vno, aut al-
tero caſu expreſſo iuris, verùm, & in aliis non
expreſſis, niſi expreſsè prohibitus reperiatur, ex
eo, quia lex tot caſus cõprehendit, quot ratio am-
plectitur, l. neque leges 10. l. non poſſunt 12. ff. de
Legibus, l. 1. tit. 33. p. 7. vbi Gloſſa fin. l. illud 33.
ff. ad legem Aquiliam, l. lex Iulia 4. ff. de fundo
dotali, l. oratio 16. ff. de ſponſalibus, l. à Titio 18.
ff. de verb. oblig. latè Donellus lib. 1. comment.
cap. 14. Barboſa cum multis, axiomate 197. n. 3.
quod procedit non ratione extenſionis, ſed ex
proprio intellectu, & comprehenſionis, leg. no-
14 minis 6. §. 1. ff. de verb. ſignif. † Eſt enim certum
quod dum ratio in lege, ſeu Canone ſpecificè
inſpicitur ſcripta; tunc adæquantur ipſa ratione
ex vi comprehenſionis omnes caſus, vt optimè
expendit Scobar de puritate Sanguinis d. q. 9. §. 4.
à n. 39. & 43. vbi & num. 48. ampliat procedere
etiam, vbi ratio in lege, aut Canone ſcripta
non eſt, ſed vnica tantùm aſſignari poteſt, quia
tunc expreſſa cenſetur, & operatur extenſio-
nem, ſeu comprehenſionem, ſecundùm Gloſ-
ſam, & communiter Doctores, in l. quamuis,
Cod. de fideicommiſſis, & l. non dubium, Cod. de
Legibus, qui n. 42. in fine, cum aliis ab eo rela-
tis ait hanc doctrinam admitti ad probationem
puritatis, & deſcendentiæ antiquæ.
15 Secundò infero ex eadem doctrina teſtes de
auditu probare confines, quando ſumus in an-
tiquis; poſt alios ſcripſit Alexand. conſ. 187.
num. 16. lib. 2. Hieronymus de Monte de finibus
regundis cap. 51. per totam, Maſcardus de proba-
tionibus, lib. 1. concluſ. 395. n. 4. Hector Emilius
de Teſtibus in materia teſtis de auditu, fol. 286. n. 25.
& 27. quod notabis ad ea, quæ latè adduxi, in
cap. pen. de probat.
16 Tertiò infero teſtes de auditu alieno etiam
probare fideicommiſſum in antiquis, vt in ſpe-
cie conſulit Aretinus in conſ. 37. incipit, ſequendo
ordinem in 1. & 2. dubio, Natta conſ. 378. num. 6.
17 Farinacius cum aliis d. q. 69. n. 131. † Vbi n. 132.
cum aliis ait quod ad probandum Iuſpatrona-
tus de tempore antiquiſſimo, admittuntur etiam
teſtes de auditu, ſecundùm Lambertinum de Iu-
repatronatu, p. 2. lib. 2 art. 4. q. 10. n. 14. Menoch.
conſ. 241. n. 23. lib. 3. & alios.
18 Vnde non obſtat deciſio textus, l. 29. tit. 16.
p. 3. ibi, e porque acaeze muchas vezes que a tales
labores, como eſtas ſon antiquas, que non a home
ninguno viuo que las vieſſe fazer, porende tuuieron
por bien los ſabios antiquos que fizieron las leges an-
tiquas, que en tal pleyto como eſte que valieſſe te-
ſtimonio de oydas. Cuius verbis acerrimè Ioan-
nes Garcia de nobilitate gloſſa, §. 1. n. 14. defen-
dit ſolùm in caſu iuris expreſsè admitti teſtes de
auditu, videlicet antiquorum ædificiorum, cum
excluſiua omnium cæterorum caſuum, & ſpe-
cierum antiquarum: vt confirmatur ex aliis ver-
bis dictæ legis Regiæ ibi, mas en otro pleyto non
19 deue ſer auido teſtimonio de oyda. † Quia reſpon-
deo naturam taxatiuæ eſſe excludere tantum di-
ſimilia, & amplecti ſimilia, & quæ ſimilis ſunt
rationis, iuxta textum, & Doctores, in l. 1. §. 1.
ff. ſi menſor falſum mod. dix. Gloſſa in l. illud 18.
vbi etiam Doctores, Cod. de Sacroſanctis Eccle-
ſiis, Gloſſa, & textus in l. ob as 12. Cod. de prædiis
minor, & in l. ita nobis cordi 18. Cod. ad legem Iu-
liam de adult. Parianus de probat. lib. 1. cap 31. à
num. 6. ita cum Corraſio, Farinacio, & aliis te-
net Scobar vbi ſupra dict. cap. 9. §. 4. à num. 49.
vbi ait quod cum ratio prædictorum iurium
æque interueniat in probandis qualitatibus an-
tiquiſſimæ familiæ, neceſſario eorum deciſio
obtinere locum debet; & ſic cum aliis Nico-
laus Garcia de beneficiis dict. 7. p. cap. 13. num. 35.
dixit abſolutè & ſine præfinitione, quod in
factis antiquis excedentibus hominum memo-
riam, teſtes de auditu plenè probant, ex dicta
lege Regia 29. & l. ſi arbiter, ff. de Probationibus,
& apparet ex verbis ibi, poteſt enim hoc memoria
non teneri intra annum (putà) factis cum interim
nemo ſit eorum, qui meminerint, & ibi, cum memo-
ria operis facti non extaret, & ex dicta l. 2. §. idem
labeo, ff. de aqua pluuia. vbi Doctores. † Et 20
amplius idẽ Garcia declarat procedere in factis,
ſeu rebus, in quibus commodè datur fama, quia
ſunt de ſe publica, ſeu patentia, & expoſita
ſenſibus, ac Iudicio hominis, vt in terminis,
d. l. Reg. 29. de opere, ſeu fabrica patente, & vi-
ſibili dicitur, quo facto ait poſſe concordari
opiniones de magno, ſeu graui, & paruo præ-
iudicio, de qua Aymon de antiquitate temporis 1.
p. §. viſo de fam. n. 1. Maſcard. concluſ. 104. Farin.
d. q. 69. à n. 135. quod etiam expendit Scobar d.
q. 9. §. 4. à n. 33.
Nec iterum ſi replices, ex d. l. 29. partita ibi, 21
mas en otro pleyto, quia reſpondeo, quod illa
verba non taxantur ſpecialiter ad caſum, de quo
ibi loquitur: nam ex quo eadem lex dixit quod
in antiquis, quorum memoria de viſu eſſe non
poteſt, teſtes de auditu poſſunt admitti, verifi-
cantur non ſolùm in caſu expreſſo ſpeciali, ſed
in omnibus contentis, in ratione expreſſa, iuxta
verba ibi, ſon tan antiquas que non a ome ninguno
viuo que las vieſſe fazer. Quæ verba comprehen-
dunt omnes antiquos caſus, qui cognoſci, nec
videri à viuentibus non potuerunt, quia clauſula,
ſeu verba generalia ad proximè ſpecialia dicta
referri debent textus, in l. ſi de certa 31. Cod. de
tranſact. vbi Iaſon, plura adducit iura Barboſa
clauſula 62. ex n. 1. & clauſula 70. ex n. 1. ita cum
aliis ſequitur, & declarat Scobar d q 9. §. 4. n. 51.
qui n. 52. ad id ponderat verba ibi, que en tal
pleyto como eſte, dicens quod tale eſt, idem, quod
ſimile, & ſic voluiſſe legem illam comprehen-
dere omnes caſus antiquos, qui cum per teſtes
de viſu probari non poſſint, probentur in quam
per teſtes de auditu. † Et confirmatur, ex l. 8. 22
tit. 11. lib. 2. recop. ibi, pero ſi el aquelo vbiere ſido
tan antiquo que los teſtigos no le pudieron conocer,
que alomanos depongan de el de oydas, quam legem
ponderat Couarruu. pract. q. 21. n. 8. & hoc pactò
debet intelligi d. l 28. tit. 16. p 3. iuxta ea, quæ
tradit Caſtillo tom. 6. Contr. lib. 5. p. 2. cap. 122 ex
n. 27. & ſic concludit Garcia de beneficiis, d n. 33.
in fine dictam, l. Regiam 29. non excludere alia
facta antiqua, quidquid alter Garcia de nobili-
tate dixerit, d. gloſſa 18. §. 1. n. 5.
Quibus iactis pro maiori declaratione huius 23
dubij dico quod teſtes de auditu probant homi-
num memoriam non extare, vtputà ſi dicant
hominum eſſe opinionem ſe non vidiſſe, vel au-
diuiſſe, quando hoc fieret, nec eos vidiſſe, vel
audiuiſſe, qui eos viderunt, vel audierunt, iuxta
textum, in d. l. ſi arbiter in fine, ff. de probationi-
bus, vbi cum manus verſic. non extare. Alberic.
n. 1. & contra n 2. Baldus col. 2 verſic item, &
cum aliis Farinacius d. q 69. n. 127. vbi num. 128.
ait pariter, & econtra per eoſdem teſtes de au-
ditu extare hominum memoriam, vt probat
textus,

textus, *in d. l.2. §. idem labeo, ff. de aqua pluuia,*
ibi, *cum quæritur an memoria extet ex facto opere,*
nec vtique neceſſe eſt ſupereſſe qui meminerint, ve-
rùm etiam ſi qui audiuerint eos, qui memoria tenue-
rint: videbis Paſianum *de probationibus, cap.9.*
*lib.*1. *n.*46. præter alios, quos refert Farinacius
*d. n.*128. vbi *n.*129. mouet quæſtionem an iſto
caſu ſufficiat vt teſtes dicant ſe audiuiſſe ab vno
tantum, an verò à pluribus, ad quam ſatisfa-
cies ex dictis *ſuprà q.*1.

24 Quod ſi ſcire deſideras quale dicatur tempus
antiquum, in quo admittantur teſtes de auditu,
& præmiſſis quæ adduxi, *ſuprà in d. cap. ante*
*penult. de probationibus, q.*2. verſic. *ad ſecundam*
& melius verſic. *ad quartam*, breuiter in propo-
ſito dico tempus antiquum reſpectu inſtrumen-
torum, debere eſſe centum annorum, reſpectu
verò teſtium eſſe annorum ſexaginta: ita refert
deciſum Seraphinus *deciſ.*75. *num.*2. Nicolaus
Garcia *de benef.*12.*p. cap.*2. *à n.*261. & ita tenet
Scobar *d. q.*9. §.4. *à n.*54. vbi ſic habes referens
plures Doctores dicentes hoc totum pendere à
Iudicis arbitrio, & latè dicit ibi, *q.*10. §.3. *ex*
*n.*14. *&* *q.*15. §.3. *ex n* 50. vbi ad diſputandum
videbis, & aliis adductis videbis Farinacium *d.*
25 *q.*69. *à n.*142. * Vbi *n.*144. ait negare non poſſe
magis communem opinionem eſſe, vt ad indu-
cendam plenam probationem per teſtes de au-
ditu, præ requiratur tempus annorum centum,
& refert *n.*145. quod quidquid ſit de iure tem-
pus antiquum in propoſito, dici tempus ſexa-
ginta annorum, prout teſtatur Caputaquen. *de-*
*ciſ.*5.*n.*3.*p.*3. optimè Paulus Granat. *Theorem* 12.
*n.*4. *&* 5. Et applicabis ad hanc quæſtionem dicta
in cap. cum cauſam 13. *de probat.*

26 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpon-
deam præmittendum eſt duplicem eſſe auditum,
aut proprium, an alienum, de hoc dixi, *ſuprà*
quæſtionibus præcedentibus; igitur auditus alienus,
vel auditus auditûs, dicitur auditus mediatus,
vt quando quis pro confirmatione dicti ſui, di-
cit ſe ita ab hoc, vel illo ab his, vel illis audi-
uiſſe; & ſic fundat ſe, non in auditu proprio,
ſed alieno, & per hunc auditum non percipi-
tur veritas ſenſus, ſed tantùm relatio quædam
27 veritatis. * Auditus verò proprius eſt ille, qui
immediatè, & in propria audientis perſona per-
cipitur, vt ſi quis, non ex relatione alterius, ſed
28 præſens audiuit aliquid dici, vel fieri. * Et ſic
Baldus ait *in d. l.*2. § *idem labeo, ff. de aqua plu-*
uia arcenda, quod teſtimonium de auditu duplex
eſt. Vnum nempe de auditu ſignificante actio-
nem, vt ſi audio ſtipulantem, & promittentem.
Alterum verò de auditu referente actum, vt
quando audio à te, quod mihi dicis te vidiſſe.

29 Et in noſtro textu, *n.*6. verſic. *nota quod in-*
terdum, facit differentiam, inter hæc duo, vi-
delicet *audio dicere, & audio dici*: nam ſi audio
contrahentes *audio eos dicere*, ſed ſi audio alios;
tunc audio de eis dici. Videbis Menochium *de ar-*
*bitr. lib.*2. *caſu* 475. *n.*3. & Farinac. *d. q* 69. *de*
30 *Teſtibus. à n.*146. * vbi *n.*147. ait quod quan-
do Doctores loquuntur de Teſtibus de auditu,
ſimpliciter intelliguntur de auditu alieno, vel
de auditu auditûs, non autem de auditu proprio,
quia quando teſtis proprio ſenſu audit contra-
hentes, & de hoc proprio ſuo auditu deponit,
tale teſtimonium non dicitur de auditu, ſed te-
ſtimonium propriũ: videbis Gloſſam *in c. iudica-*
uit 22. *q.*5. & Abbat. *in c. quoties* 5. *ſup. hoc tit. n* 7.

Quare dicendum eſt, quod ſi teſtes deponant 31
de auditu proprio, regulariter probant, vt pa-
ter ex iam longè actis in hoc tit. veluti ſi depo-
nant ſe aliquid audiuiſſe à parte promittente, vel
ſtipulante, Gloſſa *in d. l. ſi arbiter in gloſſa magna*
ante finem, verſic. *nam in quibuſlibet obligationib.*
ff. de probationibus. Bartol. *in d l.*2. §. *item labeo,*
ff. aqua pluuia arc. Hoſtienſis *hic n* 1. multis ad-
ductis Farinacius *d. q.*69. *à n.*148. * Vbi *n.*151. 32
cum Alberic. *n* 8. Cumano *n.*6. Bartol. *n.*4 *in d.*
§ *item labeo*, & aliis, ait idem eſſe in Teſtibus
deponentibus de eo, quod percipitur, non per
proprium auditum, ſed per alienum ſenſum,
putà per guſtum, tactum, vel odoratum, quia
tunc non eſt neceſſe, quod deponant de viſu,
ſed ſufficit quod deponant per illum ſenſum,
per quem talis res percipitur; imò & relati di-
xerunt hoc in caſu dici etiam deponere de viſu,
quia ſenſus viſus largiſſimè interpretatur pro
omni ſenſu, vt originaliter dixit Iacob. de Arena
*in d. §. item labeo, n.*1. *&* 2. * Et ſi Bartol. poſt 33
Gloſſam *in l.*1. §. *hoc interdicto, ff. de itinere,* actu-
que priuato, & cum aliis Decianus *in conſ.*83.
*n.*24. *lib.*3. dicunt tales teſtes de auditu proprio
probare, ſiue deponant affirmatiuè, ſiue nega-
tiuè, putà dicentes ſe fuiſſe præſentes, & non
audiuiſſe aliquem clamantem, quia ſi clamaſſet
audiuiſſent.

His tamen obſtat textus, *in cap cum dilectus* 34
de ſucceſſionibus abinteſtato, in verſic. *quia tamen*
alij teſtes dixerunt ſe audiuiſſe ipſum in Abbatis præ-
ſentiam, quod dictum eſt confitentem, non tanquam
ſufficienter probantes, ſed tanquam vehementer ad-
miniculantes aſſertionem Abbatis plurimum adiu-
uans, quibus verbis, vt ponderauit Hector Emi-
lius *de Teſtibus in materia teſtis de auditu, fol.*315.
*n.*64. videtur apertè probari, quod tale teſtimo-
nium de auditu non plenè probat, ſed facit ad-
miniculum tantùm. * Et confirmatur quia li- 35
cet de auditu proprio probent confeſſionem in
criminalibus, vtputà quando deponunt aliquem
audiuiſſe ſi publicè de peccato gloriantem ad
textum, *in cap. quam ſit graue de exceſſibus prælat.*
tamen non probare delictum confitentis plenè:
dixit Farinacius *dicta q.*69. *n* 154. *&* 155. cum
aliis ab eo relatis.

Sed reſpondeo ad textum, *in dicto cap. cum di-* 36
lectus, quod licet illi teſtes non probent aſſer-
tionem Abbatis, benè tamen probant confeſſio-
nem factam in præſentia Abbatis, & hoc ſuffi-
cere ait Farinacius *vbi ſuprà n.*150. *&* 53. quia
dicti teſtes deponunt, non ſuper aſſertione Ab-
batis, ſed ſuper confeſſione, cum teſtes auditu
proprio plenè probant confeſſionem alicuius,
non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in criminali-
bus, vt refert idem Farinacius ex multis *d. n.*153.
& 154. * Et ſic ad confirmationem reſpondeo 37
per tales teſtes probari plenè confeſſionem, par-
te præſente abſente autem parte tantùm ſemi-
plenè, vt de ciuilibus dixit Aymon *de antiquit.*1.
p. Sectio *viſo de fama, n* 8 verſ. *nec dicatur*: re-
fert Hector Emilius *in tract. de Teſtib. in materia*
*teſtis de auditu, fol.*260. *n* 21.

Hæc tamen omnia breuiter veniunt, ſic de- 38
claranda, nempe, vt teſtis de auditu proprio,
quando agitur de probatione alicuius rei, quæ
nonniſi per ſenſum auditûs percipitur, vel in
qua ſola verborum expreſſio ſufficit, ſecus au-
tem in his, in quibus, non ſufficit ſola verbo-
rum expreſſio, ſed opus eſt aliquo actu, vel in
his,

his, quæ non auditu, ſed viſu percipiuntur; ita
ex multis tradit Farinacius videndus *d. quæſt.*69.
39 *n.*156. * Vbi *n.*158. ait quod teſtis de auditu
proprio probat, etiam quod deponat ſuper actu,
qui viſui conueniat, quando ſenſus auditûs non
eſt omnino improportionabilis tali actui, vt-
potè quando teſtes dicant ex cortina, vel parie-
te audiuiſſe virum, & mulierem committentes,
vt infrà dicam.
40 In his tamen, quæ ſunt perceptibilia viſu, &
auditu ſimol, benè valere teſtimonium de au-
ditu, etiam quod teſtis de ſolo auditu deponat:
dixit Buttius *in cap. tam litteris hoc tit. n.*8. refert
Farinacius *vbi ſuprà à n.*159. qui *num.*160. refert
Menochium, & Emilium contrarium tenentes;
nempe quod vtrumque requiratur, ſed ipſe
*n.*161. expendens doctrinam Butrij, vtramque
ſententiam veram dicit in ſuo ſenſu: nam ſi di-
cat teſtis per ſenſum, auditûs non excluditur vi-
ſus, niſi aliud conſtet.
41 Et addit *à n.*168. quod licet debeant eſſe te-
ſtes rogati, ad hoc, vt de auditu proprio pro-
bent, vt docent Felinus *in dicto cap tam litteris,
n.*3. ſecus ſi non ſint rogati; vt tradit Curtius
Iunior *in l.*1. *n.*58. *ff. ſi certum petatur*, per text.
in cap. teſtes, §. *de his* 3. *q.*9. Tamen ipſe noluit
hanc declarationem eſſe contra mentem om-
nium Doctorum, quos ipſe allegat *num* 138. qui
ſimpliciter loquuntur, ſiue rogati, aut non ro-
gati ſint.
42 Ad quartam quæſtionis partem, vt reſpon-
deam exiſtimo diſtinguendum eſſe inter con-
tractus, vltimas voluntates, cauſas criminales,
& ciuiles, ſeu matrimoniales. Et regulariter
dico in contractibus, ſeu ciuilibus cauſis viuo-
rum teſtes, qui deponunt ex interjecto pariete,
vel cortina, probare ſufficienter, ſi componant
ſe audiuiſſe illum, cuius vocem notam habent
aliquid dixiſſe, promiſiſſe, ſtipulatum eſſe, aut
aliquem actum inter viuos feciſſe; ita Gloſſa
*in d. l.*2. §. *item Labeo*, in verbo *audierint .ff. de
aqua pluuia arcenda*, & ibi Batt. *n.*4. verſic. *ſed
ſi detur*, Imula *n* 7. & 8. Parianus *de probat. lib.* 1.
*cap.*10. *à n.*7. & 32. pluribus adductis Farinac.
*d. q.*69. *de Teſtibus*, *cap.*6. *à n.*375. qui hoc ve-
rius putat contra Albericum *in d.* §. *item Labeo*,
& contra alios, quos ipſe refert, *ibi num.*176.
Qui *n.*180. ait, quod teſtes iſti, etiam ſine ad-
miniculis fidem faciunt, quamuis ipſe referat
alios tenentes eos non facere plenam fidem, niſi
alia concurrant per textum, *in cap. præterea hoc
tit.* in quo diſponitur; quod ad probandam cu-
pulam carnalem, & commiſtionem per huiuſ-
modi teſtes, requiruntur adminicula, quia reſ-
pondebis ex his, quæ inferius dico de cauſa
matrimoniali.
43 Ex his infero quod iſti teſtes cortinati, vel ex
interjecto pariete, magis probent ea, quæ ſolo
auditu percipiuntur, vtputà ſonum campanæ,
rumorem, clamorem, vel etiam aliqua verba,
ſed non à quo, ita docent Aretinus *in cap. cum
cauſam*, *n.*43. *in prima concluſione hoc tit.* optimè
expendit Parianus *de probat. d. cap.*10. *à num* 68.
vbi idem dicit de ſtrepitu, cantu, arborum
fragore, equorum hinnitu, auium garritu, &
ſimilibus.
44 Item infero, quod huiuſmodi teſtes ſic ex
cortina audientes probant, etiamſi ex propoſito
fuerint ibidé ab aliquo poſiti, vt loquentis, quam
vocem notam habent, audiant, ac deinde ſuper
illius ſermonibus deponant. Eſt enim commu-
nis recepta cautela, vt huiuſmodi cortinati te-
ſtes adhibeantur, quando ſcilicet quis putà cre-
ditor, vult inducere aliquem, putà debitorem
ad confitendum, v. g. debitum, quod coram
Teſtibus fateri noluit, vt notant Hoſtienſis *in
cap.*2. *de conſuet.* Imola *in d. cap. præterea hoc tit.
n.*7. Felinus *n.*4. Maſcardus *de Probationib. lib.* 1.
*concl.*457. *n.*7. videbis Fuluium Parianum *dicto
cap.*10. *de probat. n.*9. & Hector Emilius *de Te-
ſtibus in Rubrica teſtis de auditu*, *fol.*117 *num* 69.
71. 72. & 74. vbi latè, & *in Rubrica teſtis actum
probans*, *fol.*37. *n.*4.
Circa ſecundum dubium de vltimis volunta- 45
tibus breuiter dico tales teſtes de auditu ex cor-
tina, vel ex interjecto pariete non probare, eo
quod in hoc actu teſtamentario teſtes debent
videre teſtatorem ad textum, *l*, *ſi non ſpeciale,
Cod. de teſtamentis*, iuxta inferius dicenda in
vltima parte huius quæſtionis, & *dicta in c.*28.
& 31.
Circa tertium videlicet criminalium, dico te- 46
ſtes ex cortina, vel interjecto pariete deponen-
tes aliquem deliquiſſe, nihil probare; ita Felin.
in d. cap. præterea hoc tit. docet Parianus *d. c.*10.
lib. 1. *n.*58. quem videbis *n.*22. & licet contra-
rium voluerint Alexander, & à Farinacio aliqui
relati, *d. q.*69 *n.*155. tamen ipſe *à n.*192. di-
ſtinguit dicendo, quod in crimine Læſæ Ma-
jeſtatis, putà in probando tractatus, & conſpi-
rationes, quæ ſecretè, & vtplurimum intra pri-
uatos Lares fiunt, admittuntur huiuſmodi te-
ſtes, etiam in criminalibus, in aliis verò caſibus
non item, niſi alia concurrant adminicula, vt
tradit Aretio. *in d. cap cauſam ſub n.*44. *hoc tit.* 32
†. Et addo præfatam doctrinam procedere, etiam 47
ſi teſtes cortinati, vel retro parietem ex propo-
ſito ad cautelam poſiti ſint; vt tradit Gigas *de
crimine Læſæ Majeſtatis tit. quem, & per quos cri-
men Læſæ Majeſt. probetur q.*10. *n.*6. * Et idem 48
Parianus *d. cap* 10. *à n.*14. ait quod in caſibus,
in quibus teſtimonium, de auditu proprio facit
in ciuilibus plenam probationem in eiſdem fa-
cere Iudicium ad torturam, ſecus in caſibus, in
quibus illud teſtimonium, non facit plenam pro-
bationem, quam conſiderationem non eſſe ma-
lam dixit Farin. *d. q* 69. *n.*90. *in fine.*
Circa quartum dubium dico, quod cum actus 49
commixtionis inter ſe carnaliter cognoſcentes;
& commiſcentes, ſit perceptibilis per ſenſum
auditûs, nec iſte ſenſus ſit improportionabilis
tali actui, plenè teſtes de audito probare, præ-
ſertim junctâ famâ, & adminiculis, iuxta verba
textus, *in d. cap. præterea* 27. *hoc tit.* vbi notat
Gloſſa, Innocentius, Hoſtienſis, & alij relati à
Farinacio *d. quæſt.*69. *à n.*197. cum aliis Maſcar-
dus *de probationibus*, *concl.*62. *n.*1. & 2. vbi alios
refert. * Et idem Farinacius ex multis addit 50
multò magis probare, quando deponunt de con-
feſſione extraiudiciali commiſcentium, *ibi n.*200.
nam iſti teſtes probant, ſicut qui deponunt, ſe
audiuiſſe oſcula, tergiuerſationes, & alios actus
venereos Gloſſa *in dicto cap præterea*, in verbo
conſcios, *cap. hoc videtur* 22. *quæſt.*5. * Et ex aliis 51
multis tradit prædicta locum habere, non ſo-
lùm vbi nulli ſit præiudicium, & agitur de de-
fenſione matrimonij, ſed etiam ſi agatur ad il-
lud impediendum, & etiam quod agatur ad tori
ſeparationem, non ſolùm excipiendo, ſed etiam
præſentialiter accuſando, & etiam quod agatur
ad

teatus, *in d. l.2. §. idem labeo, ff. de aqua pluuia,*
ibi, *cum quæritur an memoria extet ex facto opere,*
nec vtique neceſſe eſt ſupereſſe qui meminerint, ve-
rùm etiam ſi qui audiuerint eos, qui memoria tenue-
rint: videbis Pattanum *de probationibus, cap.9.*
lib.1. n.46. præter alios, quos refert Farinacius
d. n.128. vbi *n.129.* mouet quæſtionem an iſto
caſu ſufficiat vt teſtes dicant ſe audiuiſſe ab vno
tantum, an verò à pluribus, ad quam ſatisfa-
cies ex dictis *ſuprà q.1.*

24 Quod ſi ſcire deſideras quale dicatur tempus
antiquum, in quo admittantur teſtes de auditu,
& præmiſſis quæ adduxi, *ſuprà in d. cap. ante*
penult. de probationibus, q.2. verſic. *ad ſecundam*
& melius verſic. *ad quartam*, breuiter in propo-
ſito dico tempus antiquum reſpectu inſtrumen-
torum, debere eſſe centum annorum, reſpectu
verò teſtium eſſe annorum ſexaginta: ita refert
decisum Seraphinus *decis.75. num.2.* Nicolaus
Garcia *de benef. 12.p. cap.2. à n.261.* & ita tenet
Seobar *d. q.9. §.4. à n.54.* vbi ſic habet referens
plures Doctores dicentes hoc totum pendere à
Iudicis arbitrio, & latè dicit ibi, *q.10. §.3. ex*
n.14. & q.15. §.3. ex n 50. vbi ad diſputandum
videbis, & aliis adductis videbis Farinacium *d.*
25 *q.69. à n.142.* * Vbi *n.144.* ait negare non poſſe
magis communem opinionem eſſe, vt ad indu-
cendam plenam probationem per teſtes de au-
ditu, prærequiratur tempus annorum centum,
& refert *n.145.* quod quidquid ſit de iure tem-
pus antiquum in propoſito, dici tempus ſexa-
ginta annorum, prout teſtatur Caputaquen. *de-*
cis.5.n.3.p.3. optimè Paulus Granat. *Theorem 12.*
n.4 & 5. Et applicabis ad hanc quæſtionem dicta
in cap. cum cauſam 13. de probat.

26 Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpon-
deam præmittendum eſt duplicem eſſe auditum,
aut proprium, aut alienum, de hoc dixi, *ſuprà*
quæſtionibus præcedentibus; igitur auditus alienus,
vel auditus auditùs, dicitur auditus mediatus,
vt quando quis pro confirmatione dicti ſui, di-
cit ſe ita ab hoc, vel illo ab his, vel illis audi-
uiſſe; & ſic fundat ſe, non in auditu proprio,
ſed alieno, & per hunc auditum non percipi-
tur veritas ſenſus, ſed tantùm relatio quædam
27 veritatis. * Auditus verò proprius eſt ille, qui
immediatè, & in propria audientis perſona per-
cipitur, vt ſi quis, non ea relatione alterius, ſed
28 præſens audiuit aliquid dici, vel fieri. * Et ſic
Baldus ait *in d. l.2. § idem labeo, ff. de aqua plu-*
uia arcenda, quod teſtimonium de auditu duplex
eſt. Vnum nempe de auditu ſignificante actio-
nem, vt ſi audio ſtipulantem, & promittentem.
Alterum verò de auditu referente actum, vt
quando audio à te, quod mihi dicis te vidiſſe.

29 Et in noſtro textu, *n.6.* verſic. *nota quod in-*
terdum, facit differentiam, inter hæc duo, vi-
delicet *audio dicere, & audio dici:* nam ſi audio
contrahentes *audio eos dicere*, ſed ſi audio alios;
tunc audio de eis dici. Videbis Menochium *de ar-*
bitr. lib.2. caſu 475. n.3. & Farinac. *d. q.69. de*
30 *Teſtibus, à n.146.* * vbi *n.147.* ait quod quan-
do Doctores loquuntur de Teſtibus de auditu,
ſimpliciter intelliguntur de auditu alieno, vel
de auditu auditûs, non autem de auditu proprio,
quia quando teſtis proprio ſenſu audit contra-
hentes, & de hoc proprio ſuo auditu deponit,
tale teſtimonium non dicitur de auditu, ſed te-
ſtimonium propriũ: videbis Gloſſam *in c. indica-*
nit 22. q.5. & Abbat. *in c. quoties 5. ſup. hoc tit. n 7.*

Quare dicendum eſt, quod ſi teſtes deponant 31
de auditu proprio, regulariter probant, vt pa-
tet ex iam longè actis in hoc tit. veluti ſi depo-
nant ſe aliquid audiuiſſe à parte promittente, vel
ſtipulante, Gloſſa *in d. l. ſi arbiter in gloſſa magna*
ante finem, verſic. *nam in quibuſlibet obligationib.*
ff. de probationibus. Bartol. *in d l.2. §. item labeo,*
ff. aqua pluuia arc. Hoſtienſis *hic n 1.* multis ad-
ductis Farinacius *d. q.69. à n.148.* * Vbi *n.151.* 32
cum Alberic. *n 8.* Cumano *n.6.* Bartol. *n.4 in d.*
§. item labeo, & aliis, ait idem eſſe in Teſtibus
deponentibus de eo, quod percipitur, non per
proprium auditum, ſed per alienum ſenſum,
puta per guſtum, tactum, vel odoratum, quia
tunc non eſt neceſſe, quod deponant de viſu,
ſed ſufficit quod deponant per illum ſenſum,
per quem talis res percipitur; imò & relati di-
cerunt hoc in caſu dici etiam deponere de viſu,
quia ſenſus viſus largiſſimè interpretatur pro
omni ſenſu, vt originaliter dixit Iacob. de Arena
in d. §. item labeo, n.1. & 2. * Et ſi Bartol. poſt 33
Gloſſam *in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itinere,* actu-
que priuato, & cum aliis Decianus *in conſ.83.*
n.24. lib.3. dicunt tales teſtes de auditu proprio
probare, ſiue deponant affirmatiuè, ſiue nega-
tiuè, putà dicentes ſe fuiſſe præſentes, & non
audiuiſſe aliquem clamantem, quia ſi clamaſſet
audiuiſſent.

His tamen obſtat textus, *in cap cum dilectus* 34
de ſucceſſionibus abinteſtato, in verſic. *quia tamen*
alij teſtes dixerunt ſe audiuiſſe ipſum in Abbatis præ-
ſentiam, quod dictum eſt confitentem, non tanquam
ſufficienter probantes, ſed tanquam vehementer ad-
miniculantes aſſertionem Abbatis plurimum adiu-
uant, quibus verbis, vt ponderauit Hector Emi-
lius *de Teſtibus in materia teſtis de auditu, fol.315.*
n.64. videtur apertè probari, quod tale teſtimo-
nium de auditu non plenè probat, ſed facit ad-
minículum tantùm. * Et confirmatur quia li- 35
cet de auditu proprio probent confeſſionem in
criminalibus, vtputà quando deponunt aliquem
audiuiſſe ſe publicè de peccato gloriantem ad
textum, *in cap. quam ſit graue de exceſſibus prælat.*
tamen non probare delictum confitentis plenè:
dixit Farinacius *dicta q.69. n.154. & 155.* cum
aliis ab eo relatis.

Sed reſpondeo ad textum, *in dicto cap. cum di-* 36
lectus, quod licet illi teſtes non probent aſſer-
tionem Abbatis, benè tamen probant confeſſio-
nem factam in præſentia Abbatis, & hoc ſuffi-
cere ait Farinacius *vbi ſuprà n.150. & 53.* quia
dicti teſtes deponunt, non ſuper aſſertione Ab-
batis, ſed ſuper confeſſione, cum teſtes auditu
proprio plenè probant confeſſionem alicuius,
non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam in criminali-
bus, vt refert idem Farinacius ex multis *d. n.153.*
& 154. * Et ſic ad confirmationem reſpondeo 37
per tales teſtes probari plenè confeſſionem, par-
te præſente abſente autem parte tantùm ſemi-
plenè, vt de ciuilibus dixit Aymon *de antiquit. 1.*
p. Sectio *viſo de fama, n 8* verſ. *nec dicatur:* re-
fert Hector Emilius *in tract. de Teſtib. in materia*
teſtis de auditu, fol.160. n 21.

Hæc tamen omnia breuiter veniunt, ſic de- 38
claranda, nempe, vt teſtis de auditu proprio,
quando agitur de probatione alicuius rei, quæ
nonniſi per ſenſum auditûs percipitur, vel in
qua ſola verborum expreſſio ſufficit, ſecus au-
tem in his, in quibus, non ſufficit ſola verbo-
rum expreſſio, ſed opus eſt aliquo actu, vel in
his,

his, quæ non auditu, ſed viſu percipiuntur; ita
ex multis tradit Farinacius videndus *d. quæſt.69.*
39 *n.156.* * Vbi *n.158.* ait quod teſtis de auditu
proprio probat, etiam quod deponat ſuper actu,
qui viſui conueniat, quando ſenſus auditûs non
eſt omnino improportinnabilis tali actui, vtpotè
quando teſtes dicunt ex cortina, vel pariete audiuiſſe virum, & mulierem committentes,
vt infrà dicam.

40 In his tamen, quæ ſunt perceptibilia viſu, & auditu ſimul, benè valere teſtimonium de auditu, etiam quod teſtis de ſolo auditu deponat: dixit Butrius *in cap. tam litteris hoc tit. n.8.* refert Farinacius *vbi ſuprà à n.159.* qui *num.160.* refert Menochium, & Emilium contrarium tenentes; nempe quod vtrumque requiratur, ſed ipſe *n.161.* expendens doctrinam Butrij, vtramque ſententiam veram dicit in ſuo ſenſu: nam ſi dicat teſtis per ſenſum, auditûs non excluditur viſus, niſi aliud conſtet.

41 Et addit *à n.168.* quod licet debeant eſſe teſtes rogati, ad hoc, vt de auditu proprio probent, vt docent Felinus *in dicto cap tam litteris, n.3.* ſecus ſi non ſint rogati; vt tradit Curtius Iunior *in l.1. n.58. ff. ſi certum petatur*, per text. *in cap. teſtes, §. de his 3. q.9.* Tamen ipſe voluit hanc declarationem eſſe contra mentem omnium Doctorum, quos ipſe allegat *num* 158. qui ſimpliciter loquuntur, ſiue rogati, aut non rogati ſint.

42 Ad quartam quæſtionis partem, vt reſpondeam exiſtimo diſtinguendum eſſe inter contractus, vltimas voluntates, cauſas criminales, & ciuiles, ſeu matrimoniales. Et regulariter dico in contractibus, ſeu ciuilibus cauſis viuorum teſtes, qui deponunt ex interjecto pariete, vel cortina, probare ſufficienter, ſi componant ſe audiuiſſe illum, cuius vocem notam habent aliquid dixiſſe, promiſiſſe, ſtipulatum eſſe, aut aliquem actum inter viuos feciſſe; ita Gloſſa *in d. l.2. §. item Labeo*, in verbo *audierint .ff. de aqua pluuia arcenda*, & ibi Bart. *n.4.* verſic. *ſed ſi detur*, Imola *n 7. & 8.* Patianus *de probat. lib.1. cap.10. à n.7. & 32.* pluribus adductis Farinac. *d. q.69. de Teſtibus, cap.6. à n.375.* qui hoc verius putat contra Albericum *in d. §. item Labeo*, & contra alios, quos ipſe refert, *ibi num.176.* Qui *n.180.* ait, quod teſtes iſti, etiam ſine adminiculis fidem faciunt, quamuis ipſe referat alios tenentes eos non facere plenam fidem, niſi alia concurrant per textum, *in cap. præterea hoc tit.* in quo diſponitur; quod ad probandam copulam carnalem, & commiſtionem per huiuſmodi teſtes, requiruntur adminicula, quia reſpondebis ex his, quæ inferius dico de cauſa matrimoniali.

43 Ex his infero quod iſti teſtes cortinati, vel ex interjecto pariete, magis probent ea, quæ ſolo auditu percipiuntur, vtputà ſonum campanæ, rumorem, clamorem, vel etiam aliqua verba, ſed non à quo, ita docent Aretinus *in cap. cum cauſam, n.43. in prima concluſione hoc tit.* optimè expendit Patianus *de probat. d. cap.10. à num 68.* vbi idem dicit de ſtrepitu, cantu, arborum fragore, equorum hinnitu, auium garritu, & ſimilibus.

44 Item infero, quod huiuſmodi teſtes ſic ex cortina audientes probant, etiamſi ex propoſito fuerint ibidé ab aliquo poſiti, vt loquentis, quam vocem notam habent, audiant, ac deinde ſuper illius ſermonibus deponant. Eſt enim communis recepta cautela, vt huiuſmodi cortinati teſtes adhibeantur, quando ſcilicet quis putà creditor, vult inducere aliquem, putà debitorem ad confitendum, v. g. debitum, quod coram Teſtibus fateri noluit, vt notant Hoſtienſis *in cap.2. de confeſſ.* Imola *in d. cap. præterea hoc tit. n.7.* Felinus *n.4.* Maſcardus *de Probationib. lib.1. concl.457. n.7.* videbis Fuluium Patianum *dicto cap.10. de probat. n.9.* & Hector Emilius *de Teſtibus in Rubrica teſtis de auditu, fol.517 num 69. 71. 72. & 74.* vbi latè, & *in Rubrica teſtis actum probans, fol.37. n.4.*

Circa ſecundum dubium de vltimis volunta- 45
tibus breuiter dico tales teſtes de auditu ex cortina, vel ex interjecto pariete non probare, eo quod in hoc actu teſtamentario teſtes debent videre teſtatorem ad textum, *l. ſi non ſpeciale, Cod. de teſtamentis*, iuxta inferius dicenda in vltima parte huius quæſtionis, & *dicta in c.28. & 33.*

Circa tertium videlicet criminalium, dico te- 46
ſtes ex cortina, vel interjecto pariete deponentes aliquem deliquiſſe, nihil probare; ita Felin. *in d. cap. præterea hoc tit.* docet Patianus *d. c.10. lib.1. n.58.* quem videbis *n.12.* & licet contrarium voluerint Alexander, & à Farinacio aliqui relati, *d. q.69. n.155.* tamen ipſe *à n.192.* diſtinguit dicendo, quod in crimine Læſæ Majeſtatis, putà in probando tractatus, & conſpirationes, quæ ſecretè, & vtplurimum intra priuatos Lares fiunt, admittuntur huiuſmodi teſtes, etiam in criminalibus, in aliis verò caſibus non item, niſi alia concurrant adminicula, vt tradit Aretin. *in d. cap cauſam ſub n.44. hoc tit.*
† Et addo præfatam doctrinam procedere, etiam 47
ſi teſtes cortinati, vel retro parietem ex propoſito ad cautelam poſiti ſint; vt tradit Gigas *de crimine Læſæ Majeſtatis tit. quem, & per quos crimen Læſæ Majeſt. probetur q.20. n.6.* * Et idem 48
Patianus *d. cap 10. à n.14.* ait quod in caſibus, in quibus teſtimonium, de auditu proprio facit in ciuilibus plenam probationem in eiſdem facere Iudicium ad torturam, ſecus in caſibus, in quibus illud teſtimonium, non facit plenam probationem, quam conſiderationem non eſſe malam dixit Farin. *d. q 69. n.90. in fine.*

Circa quartum dubium dico, quod cum actus 49
commixtionis inter ſe carnaliter cognoſcentes, & commiſcentes, ſit perceptibilis per ſenſum auditûs, nec iſte ſenſus ſit improportionabilis tali actui, plenè teſtes de auditu probare, præſertim junctâ famâ, & adminiculis, iuxta verba textus, *in d. cap. præterea 17. hoc tit.* vbi notat Gloſſa, Innocentius, Hoſtienſis, & alij relati à Farinacio *d. quæſt.69. à n.197.* cum aliis Maſcardus *de probationibus, concl.62. n.1. & 2.* vbi alios refert. * Et idem Farinacius ex multis addit 50
multò magis probare, quando deponunt de confeſſione extraiudiciali commiſcentium, *ibi n.200.* nam iſti teſtes probant, ſicut qui deponunt, ſe audiuiſſe oſcula, tergiuerſationes, & alios actus venereos Gloſſa *in dicto cap præterea*, in verbo
conſcios, cap. hoc videtur 32. quæſt.5. * Et ex aliis 51
multis tradit prædicta locum habere, non ſolùm vbi nulli ſit præiudicium, & agitur de defenſione matrimonij, ſed etiam ſi agatur ad illud impediendum, & etiam quod agatur ad tori ſeparationem, non ſolùm excipiendo, ſed etiam præſentialiter accuſando, & etiam quod agatur
ad

Digitized by Google

ad dlrimendom,& diſſoluendum matrimooium,
52 & alia longè notat Farin. * Qui *n.206.* vt iſti te-
ſtes ſic de auditu deponentes, junctâ famâ, &
admioiculis, etiam in quocomque alio caſu
admittaotur, aliàs ſi non concurrant admioicu-
la, & fama, vt probat ibi cum Gloſſa *in d. cap.*
53 *præterea*, *n.214.* * Qui *n.225.* ait cum aliis hæc
procedere, quaodo teſtes depooont de aodiru
54 proprio; ſecus ſi de alieno. * Et *n.215.* ait ad
probandam copulam caroalem per teſtes de au-
dito, multùm peodere ab arbitrio Iudicis.

55 Itaque licet oonoulli in caoſa matrimonisli,
teneant ſufficere ad hanc probationem, etiam
ſi teſtes deponant ſine fama, & aliis admioicu-
lis, dum tamen ex cortina, vel patiete dicant ſe
audioiſſe verba apta ad contrahendum matri-
mooium, babeátque cootraheotium notas vo-
ces, vt docet Iaſon *in leg. ſi non ſpeciale, Cod. de
teſtament.* & alij relati à Farinacio *dict. q.69. à
n.177.* tamen ipſe *n.178.* ait, quod quando agi-
tor de contrabendo matrimooio, ſufficiunt re-
ſtes de aoditu, abſque admioiculis deponentes:
argumento textus, *in cap. ſuper eo 22. hoc tit.* &
quæ *ibi* dixit; ſecus vbi agitur de eo diſſoluen-
do, vt patet ex doctrina illius textus, vbi in hoc
caſu maior prærequiritur probatio: docet Iaſoo
ſuprà Menoch. *de arbitr. lib.2. caſu 475. num.21.*
ſed video ipſum Farinacium cum multis *d. q.69.
n.202.* adhuc quando agitor de impediendo ma-
trimonio, vbi leuior probatio ſufficit, veluti
famæ, & vnios teſtis, vt dixi *in d. cap. ſuper eo*,
nihilominus ſint præter teſtes de auditu neceſſa-
ria fama, & adminicula, iuxta textum, & Gloſ-
ſam *in d. cap. præterea hoc tit.*

56 Notabis autem, quod ad boc, vt teſtes de
audito deponeotes ex cortina, vel pariete fidem
faciant, debaot dicere ſe notam babere vocem
loquentis, etiam quod illum noo viderint, quan-
do ſcilicet in eo loco cum eo loqueute, à qui-
bus dicunt ſe audiuiſſe, aliæ perſonæ non ad-
eraot, nec adeſſe poſſent, quin teſtes ſciuiſſeot,
aliter ſecus, vt benè declarat Albericus *in dicta
l.2. §. idem Labeo, n.3.* verſic. *& tunc dices, ff. de*
57 *aqua pluuia.* * Vbi ait quod ſi teſtis iſto caſu
in torum ſe arctault dicẽdo, putà vltra cortinam
ooo adeſſe alios, niſi eos, quos loqueotes ad
vocem cognoouit, & quod ooo potuiſſent alij
ibidem eſſe, quin teſtis ſciret; tuoc tale dictum
oeceſſario coocludit, & ſufficiens probatio vi-
detor; aliter ſecus, vt optimè declarat Roman.
ibi n.8. verſic. *aut contrahentes.*

58 Vbi loquendo magiſtraliter probat, quod ſi
contrahentes ſunt in Camera ſoli, nec poteſt ad
illam cameram aliuode ingredi, niſi per oſtium,
iuxta qood dicti teſtes manent: tunc indubita-
tum eſſe, quod paties, aut cortina validitati te-
ſtium non obſtet; ſi verò intra parietem vna
cum contrahentibus, adſunt alij; tunc minimè
probare dictum talium teſtium, & huius diſtio-
ctionis, optimam reddit rationem: ſequitur Pa-
59 tianos *de probat. cap. 10. num.17.* * Vbi ait
quod iſto caſu tale teſtimonium probaret, & in
crimioalibus, vt tradunt addentes ad Abbatem
in cap.1. n.3. in verbo *poſuit poſt parietem*, de
conſuetudine, ſed an hoc verum ſit in criminа-
libus dubitat Farinac. per relata ab eo *dicta q. 69.
n.183. & 189.* qui *n.595.* aliam declarationem
60 refert, quæ ex proximè dicta apparet. * Et in
n.196. cum ab eo relatis, reſoluit demum his
Teſtibus eredi, ſi ita Iudici viſum fuerit ex facti,

& perſonarum qoalitate, aliter ſecus; Ita Meno-
chius *de arbitr. lib.2. caſu 475. n.22.* verſic. *ergo
pariter.*

Ad qointam qoæſtionis partem, ſatis reſpon- 61
dere poteris ex dictis in iam præcedenti verſic.
notabis autem, & ſic breuiter dico regulam eſſe,
vt teſtes de auditu proprio ab iis, quorum per-
ſonam cognoſcunt ad vocem probent; ita Bald.
*in dicta l.2. §. idem Labeo, n.8. ff. de aqua pluuia
Arcenda*, Romaous *n 8.* Henricus Boyc. *in cap.
tam litteris hoc tit.* cum multis Patianus *de Proba-
tionibus, d. cap.10. à n.7. & à n 32.* Hector Emi-
lius *de Teſtibus, in materia teſtis de auditu, fol.307.
à n.31. & fol.308. à n.34.* qui *n.306. n.27.* ait hoc
procedere non ſolùm in ciuilibus, ſed etiam io
criminalibus, quod ooo admittit Patianus *c.10.
n.11. lib.1.* verùm Farioacius *in praxi lib.2. q.62.
à num. 46.* relatis opinionibua variis Docto-
rum, dixit quod io crimioalibus teſtes deponeo-
tes hominem cognouiſſe ad vocem, licet probẽt,
ooo ſint tameo omni exceptione maiores, & ob
id vnus non faciet indicium ad torturam, prout,
oec duo ſufficient ad condemnandum ipſum, vi-
debis, *dicta q.69. de Teſtibus, n.189. & à 165.*
* Et *à num.169.* hanc regulam ait procedere, 62
dummodo teſtis taliter habeat benè ootam vo-
cem loqueotis, vt ex ea decipi non poſſit, ſe-
cus ſi illam ooo ſic benè, ſed putà mediocri-
ter notam habeat, vel ſi diceret, ſe audiuiſſe
ex aliquu loco, ex quu à communiter acce-
dentibus aodire oon poterat. * Vel qoando 63
teſtis diceret audiuiſſe aliquem acclamantem,
quia tunc oon ſufficit rationem reddere eo,
quia illius vocem notam habeat, ſed oportet, vt
dicat quod etiam illius clamorem ootom habet,
quia diuerſa eſt vox à clamore, & poteſt ſtare,
quod quia habeat ootam vocem, alicuius, non
tameo habeat notum clamorem. * Item vt 64
aduertit Atetious *in cap. cum cauſam 49. hoc tit.*
oportere, quod teſtis habeat notam vocem de
recenti, non autem ſufficit, quod de præterito,
putà in adoleſceotia, quia talis vox in virili
ætate mutatur.

Ex quibus colligo eum Baldo *in dicto §. idem* 65
Labeo dicto num. 8. probationem, de qua in
hoc dubio eſſe periculoſam, quia ſæpè homi-
num voces mutantur, ob id dico cum Patiano
dicto cap.10. de probat. lib.1. à num 41. Iudicis ar-
bitrio remiſſum eſſe an teſtis habeat notam lo-
quentis vocem. * Et deiode addit quod ex affi- 66
nitate, conſanguinitate, amicitia, & vicinitate
præſumitur teſtem habere notam vocem lo-
quentis, ad quod applicabis quæ de teſte cæco
dixit Farinacius *de teſt. quaſt.92. libro 2. num.26.
& quaſt.69. num.196.*

Ad vltimam quæſtioois partem, dico breuiſſi- 67
mè eſſe caſus quàmplures, in quibus neceſſum
eſt, vt teſtes de viſu deponaot, oec admittuntur
de auditu, ioter qoos ſit qood in teſtamentis,
& vltimis voluoratibus ita reqoiritur, quia in
bis debent teſtes videre teſtatorem ad textum,
in leg. ſi non ſpeciali, Cod. de Teſtamentis, vbi
Cynus dixit quod ſi teſtes ooo viderent teſta-
torem, ſæpiſſimè frans committeretur; oam
facillimè poteſt quis iu lecto ſupponi, vel
iuxta lectum, qui mortuo teſtatore, vel quaſi
mortuo vocem eius imitaretur, videbis quæ
tradit Patianus *de Probationibus dicto cap. 10.
libro 1. à num. 81.* & cum multis Farinacius *de
Teſtibus dicta quaſt.69. à num 185.* * Vbi cum 68
multis

multis tenet id etiam procedere in teſtamento
69 facto tempore peſtis. * Vel etiam io codicillis,
Menochius *de Arbitrariis*, *lib.2. cap.475. n.24.*
70 verſic. *contrariam*, & refert, *dicto n.185.* * idem
71 procedere, etiam ſi teſtator oon infirmaret.* Vel
quando teſtes ex pariete, vel cortina dicerent
ſe aliquid audiuiſſe ab infirmo, quia oon pro-
bant, etiam quod illius vocem notam habeant,
ſiue ſimus in teſtameotis, ſiue in actibus inter
viuos ſecundùm Imolam *in dicta l.2. §. idem La-
beo*, *ff. de aqua pluuia arcenda*, Parianus *ſuprà
n.30.* Farinacius *n.188.*

72 Quod ſi ſcite deſideras, cur in teſtamentis
viſus exigatur, io cootractibus ſufficiat audi-
tus, vt iam *ſuprà* dixi, & quia rationem Cy-
ni *ſuprà* adducti *numero præcedenti*, improbet
Pariaous *dicto cap.10. à num.83.* eo quod ſup-
poſitio vnius, loco alterius eſt delictum, & de-
licta non debent præſumi, *ex leg. merito*, *ff. pro
ſocio*, & alia tradit *à num.83.* vbi ait quod li-
cet in vtriſque fraus committi poſſit; Tameo
facilius io teſtamentis, eo quod io his oulla obli-
gatio de præſeoti audit, nec cadere poteſt, niſi
poſt mortem, vt conſiderauit in alus terminis
Fulgoſius *in leg. Caius*, *ff. de pignorat. actione*,
73 *numero 4.* * Et ob id cum ooo agatur de io-
tereſſe, oec de præiudicio viueotis, quoad
ipſum io vita, obligandum facilius euenire poſſe,
ait, vt fraus comoiſſa aduersùs hæreditatem
ipſius, & in ſuo occultetur, donec ipſe vixerit,
quod ſecus eſt in contractibus, in quos, quo-
niam obligatio de præſeoti cadit, & agitur de
obligaodo aliquem in vita, ob id ſi fraus com-
mitteretur, noo ita facilè occultaretur propter
ens, ſiua hæredes eorum, qui intereſſe præten-
dunt: alia ipſe Parianus conſiderat, quibus po-
teſt improbari hæc ratio, quæ mihi ooo eſt, im-
probabilis; ex eo quod regula ſit, vt in contracti-
bus ſufficiant teſtes de audito, cum requiſitis *ſu-
prà* adductis, oon ſic in teſtamentis ex alia com-
muni Doctorum, & ob id hæc Pariani conſide-
ratio ioter alias, debet eſſe plauſibilior.

74 Itaque ex his infero ad alios caſus, qui præ-
cisè requirunt, vt teſtes de viſu deponant, & hi
dicantur omnes hi, qui cadunt ſub prædicamen-
to viſus, cuius ſpecies ſunt decem, vt docent
Philoſophi, id eſt *lux, & tenebræ color, & corpus,
figura, & ſitus, remotio, & propinquitas, motus, &
quies*, vt retulit Bald. *in l. non ignoras, n.12.* verſic.
*multiplex tamen eſt oculus, col.4. C. de his, qui accuſ.
non poſſunt*, & *in cap. cum cauſam & l.1. n.35.* verſ.
quid ſi teſtis hoc tit.

75 Primus erit quando eſt diſputatio de colori-
bus, quoniam tunc in teſte neceſſarius eſt viſus:
tradit Innocentius *in cap. cauſam & l.1.* verſic. *de
cauſis*, *col.2. hoc tit.* & Speculator *in §. nunc tra-
ctandum*, *n.15.* verſic. *idem quoque quæritur de co-
lore de Teſtib.* & Bald. *in d. l. non ignoras*, n.13.
verſic. *ſuper his*, Bartolus *in l. de ætate*, *num.11.*
verſic. *nunc ad propoſitum*, *col.5. ff. de minor 25.
annorum.* Et ſub hoc primo caſu comprehendit
Parianus *dicto lib.1. de probationibus, n.48. pulchri-
tudinem, lucem, tenebras, albedinem, nigredinem*,
& ſimilia, quæ ſub coloribus quo quomodo
comprehendi valeant.

76 Secundus quando agitur de finibus, *leg. ſi in
irruptione*, *§ fin. ff. de finibus regundis*, ad quod
videbis dicta *ſuprà in cap. cum cauſam 13. de pro-
77 bat. & ibi quæſt.2.* * Tertius cum quæritur an
aliqua Virgo ſit, vel corrupta, textus *in cap. nec
aliqua*, & *in cap. quod ſi pœnitentiam 27. quæſt.1.*
& videbis quæ adduxi, *ſuprà in cap. propoſuiſti 4.*
& *in cap. cauſam 14. de probat.* * Quartus ſi 78
quæratur an aliquis ſit ſectus, vel habeat ali-
quod impedimentum io genitalibus, *cap. Lauda-
bilem*, vbi Gloſſa *in princip. de frigidis & maleſi-
ciatis*, de qua inſpectione ibi latè agam, cum
egerim de impedimento impotentiæ, vel ma-
leficij. * Quintus cum quæritur de ætate ho- 79
minis, *leg. minor 25. annis addito præſide*, &
Gloſſa *in leg. de ætate*, *ff. de minor 25. annorum.*
* Sexto cum quæritur an aliqua ſit prægnans; 80
l.1. ff. de ventre inſpiciendo. * Septimo cum 81
quæritur an aliquis ſit infirmus, quoniam
oculis medici ſubjicitur *leg. ſemel*, *Cod. de re
militari.* * Octauo cum quæritur an pecunia, 82
ſit numerata, & cuius generis ſit illa pecuoia,
leg. teſtium, *Cod. hoc tit.* * Nooo cum quæ- 83
ritur, an quis habeat maculam in oculo, vel
aliquod impedimentum corporale, *cap.2. cap.
fin. de corpore vitiatis*, Archidiaconus *in cap. hoc
videtur 22. quæſt.5. num.2.* verſic *probatio verò.*
* Decimus cum quæritur an inuentariū ſit benè 84
confectum, à quo cæcus omnino repellitur,
§. ſi vero abſunt, & ibi Gloſſa in verbo, *& vi-
diſſe*, *Auth. de hæred. & falcid.* notat Bellamera
in cap. præterea, num.7 hoc tit. * Vndecimus cum 85
quæritur de veritate delicti, quod eſt facti per-
manentis, *l.1. §. item illud ſciendum*, *ff. ad Sylan.*
notat Marſil. *in §. principium, n.5.* verſic. *& illud
pract. crim.* Clarus *in q.5. pract. crimin.* * Duo- 86
decimus cum quæritur de recognitione homi-
nis, vel alterius animalis, *l.3. §. ſi quis noxali*, *ff.
ad exhibendum*; notat Bartol. *in l. ſtigmata*, *C. de
frabic. lib.12* & Baldus egregiè *in dicto cap. cum
cauſam, & l.1. n.53 hoc tit.* verſic. *item vbi factum
eſt*, *col. fin.* vbi dicit quod in recognitione præ-
dicta debet homo, vel aliud animal exhiberi, &
oſtendi, io forma non mutata; docet ibi Feli-
nus *in tt.* verſic. *in eadem gloſſa*, ibi; *perſonas*,
col.10. * Decimus tertius eſt, cum quæritur an 87
quis teneat aliquam rem manu, vel habeat ga-
leam in capite, & ſimilia, vt ait Innocentius *in
dicto cap. cauſam & l.1. n.8.* verſic. *de cauſis, col.2.
hoc tit.* * Decimus quartus eſt cum generaliter 88
quæritur de vero actu hominis, vt eſt, quem
occidiſſe, quem vulneraſſe, quem iuraſſe, quem
ſcripſiſſe, & ſimilia, vt ait Cynus *in dicta leg. te-
ſtium, n.7. in 3. q. Cod. hoc tit.* tradit Parianus
de probat. dicto lib.1. cap 10. n 61. * Vbi *num.78.* 89
ait quod io ſubtractione anulli laudatione pecu-
niæ, & in ingreſſu poſſeſſionis, debeot teſtes de-
ponere per viſum, cum ſolo eo loco percipian-
tur, vt dixit Imola *in c. tam litteris hoc tit. n.9.* verſ.
quid autem, Bellamera *in cap. præterea, n 7.* verſic.
ſed hoc fallit hoc tit. & hoc verum, licet Butr.
in dicto cap. tam litteris, col.2. in princ. verſic. *ſi res
eſt perceptibilis*, dixerit in his debere teſtem de-
ponere per vtrumque ſenſum viſus, & auditus.
* Et ad hæc reducuntur quæ tradit Farinac. ex 90
multis *d.q.69. de teſt. n.157.* quatenus exemplis po-
ſitis ait teſtificationem de viſu requiri, quando
agitur de probando aliquod, io quo non ſufficit
ſola verborum expreſſio, ſed opus eſt aliquo actu,
& idem io his, quæ oon auditu, ſed viſu perci-
piuntur, quod declaratur exemplis poſitis.

Quare pro complemento dixerunt plerique, 91
quod ex quo poſſeſſio, & Dominium requirunt
verum actum hominis, qui actus poteſt per te-
ſtes de viſu probari, & talis probatio non eſt de

ſui natura difficilis; idcirco teſtes de auditu non probare, non ſolùm in non antiquis, ſed etiam in antiquis, niſi fama, & adminiculis concurrentibus: ſic Ruinus *conſ.* 34. *num.* 11. *lib.* 2. & *conſ.* 92. *num.* 13. *in fine*, *lib.* 4. Maſcardus *de Probat. lib.* 1. *concluſ.* 104. *n.* 16. 17. & 18. juncto *num.* 21. aliis adductis Farinacius *dicta quaeſt.* 69. *n.* 138. videndus *n.* 31. quod verum eſt in non antiquis, ſed quando antiquitas adeſt exiſtimo cum Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 475. *n.* 11. verſic. *ego* & cum aliis relatis à Farinacio *ſuprà n.* 139. teſtes de auditu ſufficere cum requiſitis, quæ præerequiruntur in antiquis, iuxta iam *ſuprà* dicta.

AD TEXTVM
IN CAPITE XLVIII.
Per tuas, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD materiam huius text. poſſunt applicari quæ adduxi, *ſup. in c. fraternitatis c. intimauit*, & *cap. præſentium hoc tit.* ſed quia ea ſpectat ad ea, quæ dico *in c. cum clamor* 53. *hoc tit.* vbi quando liceat re examinare teſtes, ſeu eos ſecundo interrogare; ideo ad ibi dicenda te remitto.

AD TEXTVM
IN CAPITE XLIX.
Licet dilectus, hoc Tit.

PRÆMISSVM.

AD textum hunc, qui de litibus non prorogandis agere videtur generaliter applicabis quæ *ſuprà* notaui *in Rub. & tit. de dilat.* & *in cap. finem litibus de dolo*, *& contumacia.* Item quia hic agitur de reprobandis Teſtibus ab vtraque parte, adductis aduersùs eorum dicta opponendo, vel excipiendo; ideo applicabis quæ longè dico *infrà in cap. teſtimonium* 54. *hoc tit.* videbis quæ notat Riccius *collect.* 10. *ad noſtrum textum*, & applicabis dicta *in cap. cum clamor* 53. *infrà.*

QVÆSTIO I.

An ſi reus poſitus in tortura præcedentibus legitimis indiciis, & interuenientibus aliis requiſitis, confeſſus eſt delictum; poſtea verò ductus ad ratificandum, tranſacto debito tempore, negat, & reuocat confeſſionem poſtmodum, attenta eius variatione, iterum ponitur in tortura, & confitetur delictum, & poſtea ductus ad ratificandum negat, & reuocat confeſſionem, ſit iterum torquendus, aut non?

SVMMARIVM.

1 *Reus tortus, & in ratificatione reuocans confeſſionem iterum, atque iterum ſed non vltrà torqueri poteſt, n.* 2. *&* 3.

QVæſtio hæc licet non ſit de caſu noſtri textus, ſed quia ad eius materiam admodum ſpectat; ideo breuiter dico non debere vltra tertiam vicem torqueri, propter infinitatem, & perplexitatem euitandam, maximè in actu, tam odioſo, & pœnali: argum. text. *in l. qui bona fide*, *§. fin. ff. de damno infecto*, & *in leg. fideicommiſſa*, *§. ſi qui decem*, *ff. de leg.* 3. *cum ſimilibus.* † Et probatur ex eo, quia tortura debet adhiberi moderatè, & hoc caſu Iudex apertè modum excederet, & tormentis reum perimeret, quod eſſe non debet, vt *in leg. quæſtionis modum*, *ff. de quæſtionibus*, *l. de minore*, *§. tormenta*, *ff. eodem.* † Et facit ſententia Bald. *in cap. olim ex litteris de reſcriptis*, *col.* 2. & *in cap. fin. de conſuetudine* 5. *column. num.* 29. vbi dicit quod arbitri quibus eſt data facultas prorogandi compromiſſum, quoties velint, non poſſunt prorogari, vltra tertiam vicem, quod ſequitur, & valde commendat Iaſon *in l. fin. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* 5. *col. n.* 17. & in terminis; licet non ita fundat iſtam ſententiam, & concluſionem; tenet Hipolytus de Marſil. *in l. repeti*, *ff. de quæſt.* 3. *col. num.* 14. idem *in ſua pract.* *§. quoniam* 3. *col.* verſic. *ſed ſucceſſiuè*, & per hæc omnia, & per caſum noſtri textus docet Antonius Gomezius *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 27. vbi *num.* 28. agit de quæſtione an in hoc caſu definitiuè abſoluatur, vbi benè, & doctè.

Margin numbers beside the paragraph above: 1 (at "QVæſtio hæc licet non ſit de caſu noſtri tex-"), 2 (at "qui decem, ff. de leg. 3. cum ſimilibus. † Et pro-"), 3 (at "dem. † Et facit ſententia Bald. in cap. olim ex").

AD TEXTVM
IN CAPITE L.
Præſentata, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD materiam huius textus videbis quæſtionem, quam adduxi *ſuprà*, an dicta teſtium in vno Iudicio, faciat fidem in alio, de qua *ſuprà in cap. cauſam* 9. *hoc tit.* & applicabis quæ notaui, *ſuprà in cap. fin. de probationibus.* I. Et quatenus hic agit textus, *ibi qui cum ſuſcepto*, de arbitris electis ad cognoſcendum, & an eorum aliquo mortuo cæteri poſſint ſententiare, vel an compromiſſum tranſeat ad hæredes, applicabis dicta *in cap. fin. de arbitris*, & *in cap. quia* 5. *de Iudiciis*, *in cap. veritatis de Iuriſiurando*, & *in cap. quoniam*, Abbas *de officio delegati.* videbis Couarruu. *in cap. requiſiſti de teſtamentis*, *à n.* 5. & ante vbi per hunc textum docet. II. Et de dubio an vno arbitro mortuo, vel delegato, qui ſupereſt, poſſit cognoſcere de cauſa duobus, vel tribus commiſſa: videbis quæ dico *in cap. prudentiam* 21. *de officio Iudicis delegati*, & *in cap. ex parte* 10. *de arbitris*, vbi, & *in illo tit. & Rubr.* ago latè de iuriſdictione arbitrorum.

III. Et ibi, *quod productis Teſtibus*, *& depoſitionibus publicatis*, & applicabis dicta *in c.* 17. 18. & *in cap. præſentium hoc tit.*

IV. Et ibi, *receptis allegationibus vtrarumque.* ad hæc verba applicabis quæ dixi, *ſupra in cap. in cauſis* 15. *hoc tit.* vbi quod publicatis atteſtationibus, publicè poteſt à partibus diſputari.

V. Eſ

Digitized by Google

V. Et ibi, *& actis omnibus redactis in ſcriptis*: applicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. quoniam contra falſam de probat. quæſtione* 1. vbi do neceſſitate ſcribeodi omnia acta in Iudicio facta, & de ſubſcriptione eorum à Tabellione, ſeu Notario cauſæ facienda.

VI. Et ibi, *qui diſtat per duodecim dietas*: his verbis agi poterit de dieta, & quot leucis conſtat; item ad quas dietas Iudex delegatus, ſeu Scholaſticus Salmantinus, aut Rectores Vniuerſitatum Valliſolet, ſeu Compluti ſe extendant, & quid de Iudicibus conſeruatoribus, applicabis quæ adduxi, *ſuprà in cap. ſanè 3. de foro compet. quæſt.* 10. *num.* 1. & *in cap.* 5. *quæſt.* 12. *num.* 29. & *in cap.* 15. *quæſt.* 18. *num.* 2. 3. & 15. vbi de aliis.

VII. Et ibi, *optione capitulo reſeruata*, & ibi, *vt idem teſtes admittantur*, iterum applicabis dicta de repetitione teſtium, *in cap. cum clamor* 53. *hoc tit.*

VIII. Et ibi, *ſaluo iure, quod in vtroque caſu eidem capitulo competit, tam in perſonas teſtium, quàm in dicta*: ad hæc verba applicabis quæ dico de oppoſitione contra teſtes, *infrà in cap. teſtimonium* 54. & de optimo caſu agit Gloſſa fin. *hic.* IX. Et ad intellectum huius textus videbis quæ adduxi, *ſup. in cap. fraternitatis* 17. *hoc tit. q.* 2. verſic. *ad quartam, per totum.*

X. Ex hoc textu notat cum aliis Barboſa *hic num.* 4. verſic. *iuxta*, quod dicta teſtium coram arbitro receptorum in ordinario Iudicio, non contradicente aduersâ parte probant. XI. Et eiſdem reproductionis tempore, mortuis fidem adhiberi, etiam reluctante aduerſario, niſi parti, quæ his teſtimoniis nititur, aliqua imputetur culpa: quare eos viuentes, non potuiſſet repeti: videbis Farinacium *in praxi quæſtione* 75. *numero* 116. XII. Et Bernard. Crauet. etiam *ad practicam imperialem, conſil.* 1. *concluſione* 103. *numero* 4. & 5. addit poſt Farinacium, quod dicta teſtium coram arbitro receptorum ab aduerſario acceptata probant, abſque repetitione.

XIII. Et quamuis ex hoc textu in verſic. *vel eas reſpuentes*, colligant Doctores aliqui receptas in vno Iudicio atteſtationes, & in eodem non publicatas in alio, etiam inter eaſdem perſonas non eſſe admittendas, vt tradit Gloſſa *in cap. fin. de probat.* verbo *nocumentum*, & *in cap. inter dilectos*, §. *porrò, de fide inſtrum.* & videatur probare textus, *in cap. cauſam* 19. *hoc tit.* Tamen *hic* Barboſa *ſub dicto numero* 4. verſicul. *valeas reſpuentes*, intelligit procedere quando teſtes, non à Iudice, ſed ab arbitrio, ſunt recepti; colligens ex verbis ibi, *ſuper hoc arbitros elegerunt*, & reſpondet ad textum, *in dicto cap. cauſam*, de quo *ibi.* Et adjunges quæ adduxi, *ſuprà in dicto cap. fraternitatis quæſt.* 1. verſiculo *ad quartam, vbi de arbitro.* Et notabis dicta *ſuprà in cap. fin. de probat.* & *in cap.* 10. & 11. *hoc titulo.*

AD TEXTVM
IN CAPITE LI.
Nuper, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD materiã huius textus de neceſſitate iuramenti, vt deponenti teſti adhibeatur fides, dixi latè *ſup. in cap. quoties* 5. *hoc tit. q.* 3. & 4. I. Et videbis quæ notani *ſuprà in cap. tuis quæſtionib.* 39. *hoc tit.* Et applicabis hîc dicta *in cap. inſuper* 6. *cap. cum nuntius* 12. & *in cap. in litteris*, vbi de Teſtibus de familia, vt cõmunitatis *ſup.* II. Et *in c. tertio loco de probat.* vbi Teſtes de vniuerſitate an admittantur in cauſa Monaſterij, aut Eccleſiæ, ſiue capituli. III. Et applicabis quæ dixi, *in cap.* 9. & *in cap* 16 *de Iudiciis*, vbi de religioſo comparente in Iudicio. IV. Et in Gloſſa *hic* verſic. *niſi*, & ibi, *vel vtrum eſſet*, vbi Barboſa cum aliis, *n.* 6. & 7. quod creditur vni teſti aſſerenti aliquem eſſe baptizatum, & Eccleſiam eſſe conſecratam, applicabis limitationes, de quibus dixi, *in c.* 18 *ſup. hoc tit.*

QVÆSTIO I.

An Monachus, ſiue religioſus admittatur in teſtem: Et an admittatur in cauſa ſui Monaſterij: Et an præcisè debeat Iurare de veritate dicenda, vt cæteri teſtes non Religioſi?

SVMMARIVM.

1 *Religioſus, Canonicus regularis, ſeu conuerſus teſtes eſſe poſſunt, n.* 2. 3. 4. 5. & *à n* 6.

8 *Monachus teſtis in teſtamẽtis poſſit ne eſſe, caſus de facto, num.* 9. 10. *quid vbi hæres eſt eius Monaſterium, n.* 11. *quid in aliis cauſis ſui Monaſterij, à n.* 12. *ad* 19. *n.* 23. & 24.

Cap. etſi Chriſtus de Iureiurando, & n. 22. Cap. veniens 38. de Teſtib. & n. 22.

20 *Monachus admittitur teſtis ad probandum factum extra capitulum, & num debeat Iurare, num.* 27.

25 L. conſenſu, §. ſin autem, *verſic.* ſuper plagiis, Cod. de repudiis.

26 *Teſtes, qui prohibentur, in quo differant ab his, qui admittuntur ad teſtificandum.*

AD primam quæſtionis partem, videtur dicendum contra textum noſtrum, vt Mona- 1
chi aliæque religioſæ perſonæ non admittantur in teſtes, vt probari quit per argumentum ex adductis, *in dicto cap.* 9. & *cap.* 16. *de Iudiciis.* † Tum 2
ex eo quod mortui ſunt mundo, *l. Deo nobis, Cod. de Epiſcop. & Cleric.* §. *illud*, & §. *ſi quis autem in Authent. de Monachis, cap. placuit* 16. *quæſt.* 1. licet quandoque ſic mortui imprægnent, *cap. licet ex litterarum de homicidio*; etiam proprias commatres, *cap. peruenit* 18. *q.* 3. † Secundò, quia 3
eorum vox funeſta reputatur, eamque potius interdici, quàm audiri oportet, *cap placuit* 2. *q.* 7. *c. ſi quis ex* 3. *quæſt.* 11. *l. pen. Cod. qui accuſare non poſſunt.* † Tertiò, quia cum religioſi, & Monachi 4

non habeant nolle ; nec velle,ſed eorum volun-
tas à ſuperioris voluntate dependeat , *cap. ſi re-
ligioſus , & cap. ſi Abbatem de electione in 6. c. fin.
de ſepult. eodem lib.6.* ſequitur vt Monachi , aut
religioſi nequeant in Iudicio comparare ad teſti-
5 ficandum pro aliis. † Quare Felinus *in cap. cum
nuntius hoc tit. num.3.* ait , vt quidqoid ſit de
Clerico ſæculari in Monacho difficulter in praxi
habebitur , vt poſſit eſſe teſtis, Boſius *de oppoſi-
tione contra teſtes,n.92.* Maſcardus *de probat.lib.3.
concluſ.*1358.*n.32. & lib.1.concluſ.*161.*num 5. &
n.12.* & ſic allegati per Campegium *de Teſtibus,
reg 94. in princ.* docent vbi in ſpecie de Mona-
chis, *& reg 96. pariter in princip.* vbi de fratribos
Prædicatoribus , ac etiam de Minoribus , &
Maſcard. *dicta concl.*161. *n.*1. *&* 2. vbi de Mona-
chis , & Canonicis Regularibus.

6 Sed quidquid hoc ſit exiſtimo diceodom , vt
Monachus Canonicus regularis,ſeu aliàs religio-
ſus,& conuerſus,non prohibeatur ferre teſtimo-
nium, vt tradit Gl. *inſt.de iure perſon. in princip.*in
verbo *aut ſerui*, verſic.*item quid de Monacho*,& *in
§.cogitandum*,verſic.*teſtes in eadem Auth.de Teſtib.*
item Gl.*in Auth ſi teſtis productus*,in verb.*implica-
tur*,verſic.*item quid de Monachis,& conuerſis, Cod.
hoc tit.*Speculator *in tit.de teſte*,§.1.*n*.40.verſ.*quid
de Monacho* , & ibi , *in addit. littera D.* Faber *in
§. teſtes autem inſtit. de Teſtamentis* , Campegius
de Teſtibus , Reg.93. & reg.95. aliis adductis Fa-
rinac. *de teſt. q 61. n.124.* quæ ſententia vera eſt
de Iure Ciuili,ſed de Iure Canooico, non æquè,
dixit Maſcardus *dicta concluſ.*261. *poſt num.4.*
verſic. *concordes hoc* ; qoo pacto vtraque ſenten-
tia vera eſt;ſed ſi religioſi venireot ad teſtifican-
dum cum licentia Prælati , non eſt cur atteſtifi-
cando repellantur , per ea , quæ adduxi *ſup.* latè
*in dicto cap. cauſam 9. & in cap. cum deputati 16.
de Iudicijs.* Et probant multi relati à Farinacio
*dicta q.*61. *n.*130. vbi ex aliis multis *num.*34. ait
quod licet religioſi ſioe ſuperioris licentiá exa-
minari oon poſſint ; ſi tamen examinentur va-
lebit eorum depoſitio ; itavt oihil de fide dimi-
nuatur, iuxta dicta *in cap.6. hoc tit. q. fin.*

7 Et ſic de Clericis ſæcularibus cootingere di-
xerunt Abbas *in d. cap. cum nuntius n.*3. *&* 4. Fe-
linus *n*.3. aliis adductis idem Farioac. *d. quæſt.*61.
n 84. Et ob id etiam ſi talis licentia requiratur
ad textum , *in cap. quamquam* 14. *q.*2. hoc tamen
inductum videtur ex quadam coudecentia , &
honore ordinis Clericalis , & ſic tauqoam leuis
ſolemoitas omiſſa non vitiat , *l.*1. *in fine , ff. de
ventre inſpiciendo* , Gloſſa *in cap. in ſumma* 63.
diſtinct. licet melius ſit habere prædictam licen-
tiam aſſerat Carauit. ſuper ritu magnæ Curiæ
Vicar. 144.*n*.33. ad effigiendas prædictas dubi-
tationes.

8 Et ſic licet ex noſtro textu inſurgas dicendo
quod abſolutè hic docetur Monachos teſtes eſſe
poſſe , eiſque fidem præſtari , ſi eorum depoſi-
tiones fuerint iuratæ : ergo oon eſt cur licentia
prærequiratur ab eorum ſuperiore , qoemad-
modum de Iure Ciuili dictum eſt. Reſpondeo
haoc licentiam ex iam dictis prærequiri, vt Mo-
nachi teſtes eſſe poſſint ; qua ſuppoſita admit-
tentur ad teſtificandom com iuramento , ſicut &
alij teſtes ſolent admitti , iuxta ea , quæ adduxi,
in d. cap. quoties 5. hoc tit. q.3. & 4.

9 Vode infero , quod taliter Monachi poſſint
eſſe teſtes , vt etiam admittantur in teſtamentis,
dixit Baldus *hic* Felinus *in dicto cap. cum nuntius*,
Crotus *de Teſtibus* , vbi de patribus minoribus,
& aliis mendicantibos , & Boſius *in tit. de oppo-
ſitione contra teſtes, n.*92.*in fine*, dixit quod ſi alias
habuit de facto in quodam teſtamento celebrato
vltra mootes,io quo erant adhibiti ſeptem teſtes
omnes Ordinis Minorum. † Et multò magis in 10
teſtamentis ad pias cauſas:tradit Campeg.*de Te-
ſtibus,reg.94. in 4. fallentia* , qood eſt intelligen-
dum , habitâ ſuperioris licentiâ, ſecundùm iam
dicta ; ſecus ſi ea oon habeatur, vt tradit ex aliis
Farinacius *dicta q 61. à n.*226.

Et in teſtamentis , in quo eorom Monaſte- 11
rium hæres inſtitutus eſt , vel illi aliquid lega-
tum eſt ; probant Farinac. *de teſt.q.60. num.*468.
cum aliis Barboſa hîc *n.4.*

Ad ſecondam quæſtionis partem , an admit- 12
tantur Monachi in cauſa ſui Monaſterij reſpon-
debis , iuxta diſtinctiones , de quibus *ſuprà in
cap.3. loco 5. de probat.* & *in cap. inſuper , cap. in
litteris hoc tit.* Et pro negatiua ſententia appli-
cabis dicta *in d. cap. inſuper , q. 4. num.* 81. &
etiam quæ generaliter dixi , *ibi , q.1. à n.1.* & *in
d. cap.3. loco de Teſtibus non admittendis , qui ha-
beant in cauſa intereſſe.*

Sed dicendum eſt Monachos admitti poſſe in 13
teſtes pro ſuo Monaſterio , vt docet Henricus
Boyc. *in dicto cap. inſuper , n.*11. Baldus *in dicto
cap. tertio loco de probationibus ad finem* , verſic.
ibi , *regularis* , id eſt *Monachus , & n.4.* in verbo
fratres , Odofredos *in l. in tantum , §. vniuerſi-
tatis , col.2.* verſic. *Hor ſignor , ff. de rerum diui-
ſione* , Afflictis *deciſ.*400. *num.*2. Maſcardos *de
Probationibus , concluſ.* 3. *num.*12. *& ſequentibus
lib* 1. † Et magis generaliter etiam procedere 14
in omnibus Fratribus Conuentualibus , & re-
gularibus , qui pariter pro ſuo Monaſterio , te-
ſtimonium ferre poſſunt : tenent per textum , *in
in dicto cap. inſuper omnes Doctores* , Abbas *hic
num 2. col.2. in princip.* verbo *item aduerte* , Feli-
nus *in ſummarie* , Decius *poſt num.2.* verſic. *&
hoc conceditur , & num.3. in primo notabili* , Cam-
pegius *de Teſtibus , reg.93.* † Et in Fratribus 15
Minoribus , & Prædicatoribus ; idem tenuit
Maſcardus *dicto lib 1. concluſ.3. poſt num.*12. Fa-
rinac. cum aliis de Teſtibus *quæſt.60. à num.*63.
qoi *à num.*56. eum Decio *num* 21. *hic* , & cum
Felino *in dicto cap. tertio loco de probat. num.3. in
fine*, & Baldo *n.*5. ait Fratres Prædicatores poſſe
adhiberi in teſtes in teſtamento , in quo eorum
Monaſterio aliquid relinquitur , & etiam in
Fratribus Sancti Auguſtini. Et pro hac gene-
rali doctrina faciuot quæ adduxi ſuprà in verſic.
ſed quidquid.

Adhuc tamen videtur non ſine ſcrupulo pro- 16
cedere doctrinam hanc , cum ſemper verum ſit
dicere Monachos in cauſa ſui Monaſterij & ſi-
miles , habere affectionis intereſſe , ex traditis
in dicto cap. inſuper . & *in dicto cap. tertio loco de
Probationibus* , & alibi , ſed reſpondetur id non
ſufficere , vt à teſtimonio repellantur : nam hæc
leuis ſoſpicio tollitur per iuramentum teſtis,
quia iorat veritatem dicere , & omiſsâ affectio-
oe deponere , ſecundùm ea , quæ latè dixi *in
dicto cap. quoties 5. hoc tit q.3. & 4.* † Non enim 17
veriſimile eſt ſingulos de vniuerſitate perjuros
eſſe , propter iura vniuerſitatis : nam quod
commuoe eſt facilè negligitur , *l.2. Cod. quando,
& quibus quarta pars , lib.*10. ita docet Baldus *in
cap. cum nuntius hoc tit. num.*3. † Sed quia iam 18
*in d. cap. tertio loco quæſt.*1. dixerim iſtos teſtes
non

Digitized by Google

non eſſe adhuc omni exceptione maiores; ideo cum Balba *ibi num.49. in fine*, dico per iuramentum nou omnino purgari præfatam affectionem & ob id illis Teſtibus minorem, adhiberi fidem, quàm aliis extraneis, vt *ibi* dixi & facit Textus, *in l.3.§.1.ff.hoc tit.per argumentum*.

19 Quare dubium eſt, an iſti monachi tantùm admittantur in teſtes, quando alij extranei non extant, vel abſolutè ſemper admitti valeant. Ad quam difficultatem reſpondebis ex his, quæ adduxi *in dict.cap.in ſuper,quæſt.*1. à verſic. *quare*, & licet quod in ſubſidium admittantur Monachi videantur probari ex Textu, *in cap. & ſi Chriſtus de Iureiurando*, vbi conceditur monachis in cauſa ſui monaſterij teſtes eſſe aliis Teſtibus deficientibus, & facit Textus *in cap. veniens 38. hoc tit.* vbi canonicis datur facultas teſtificandi in cauſa electionis, quia geſtum in capitulo per alios, quam per Canonicos probari non poterat, quaſi Textus velit eam facultatem ceſſare aliis extantibus; & ob id Gloſſa 2. *in dict.cap.tertio loco*, intelligit monachos in eius ſpecie in teſtes admiſſos eſſe, quia agebatur de probatione eorum, quæ intra capitulum acta fuerunt quæ, per alios extraneos probari non poterant, vt dixerunt *ibi* Panormitanus *num.5.* Felinus 7. & Butrius *num.24.* & faciunt plura, quæ adduxi *ibi quæſt.*2. in verſic. *verum*, & verſic. *quare*, & in verſic. *itaque*, cum aliis, & quando monachus poſſit eſſe Teſtis pro monaſterio, Nogerol. ſub *alleg.* 26.

20 Verùm quia, vt iam ex noſtro Textu ſit in dubitatum, vt monachi in teſtes admittantur ad probationem eorum, quæ fiunt extra capitulum, & quæ aliàs per extraneos frequenter probari poſſunt, vt colligitur ex generalitate Textus *in dict. cap. inſuper & cap. tuis quæſtionibus hoc tit.* vt omnes Doctores communiter obſeruant *ibi*, & *in cap.* 1. 14. *quæſt.* 2. eo quod nullo iure prohibitum eſt, vt teſtificentur, vt ob id neceſſe ſit, vt admittantur in teſtes; argumento Textus *in l.1.ff.hoc tit.* & notant Panormitanus *in dict. cap.inſuper, num.*2. Felinus 7. Decius, *num.*8. Et patet ex iam dictis *à num.*1. ideò dici debet, vt ſiue de factis intra capitulum, ſiue extra indifferenter admittantur, cum ea tamen ſuſpicione, ſeu diminuta idoneitate, de qua dixi *in d.c. tertio loco in locis relatis*.

21 Vnde non obſtat Textus *in dict. cap. & ſi Chriſtus*, quia reſpondeo diuerſam eſſe illius Textus ſpeciem, quia ibi monachi illi putabant iurare illis non eſſe licitum, propter perfectionis ſtatum, iuxta Chriſti verbum Matth. *cap.*5. ibi *nolite iurare omnino*, quæ verba non præcepti, ſed conſilij eſſe, & ad ſolos perfectos pertinere ſenſit Alphonſus de Caſtro *de hæreſibus*, verbo *iuramentum*, quamuis aliter intelligat Soto *de iuſt. & iure, quæſt.*4. *art.*3. & ideo eo ducti ſcrupulo, religioſi nolebant iurare in cauſa ſui monaſterij. Quare hunc ſcrupulum curauit tollere Romanus Pontifex dicens non eſſe contra illum perfectionis conſilium teſtificari in cauſa ſui monaſterij aliis Teſtibus deficientibus, ne iura monaſterij perirent; aliis verò Teſtibus exiſtentibus iuxta conſilium perfectionis vitabunt, quantùm eis ſit poſſibile iuramenti vinculum, & in illo Textu intelligi verbum *indulgemus*, Hoſtienſis Panormit, & Imola, cæterum ſi ſcrupulum deponant rectè poſſe teſtificari aliis Teſtibus exiſtentibus, cum à iure id non ſit prohibitum: docent Panormitanus *in d. c. inſuper, num.*2. Felinus 7.

Nec obſtat Textus *in dict. cap. veniens 38 hoc tit.* quia reſpondeo quod Pontifex non adducit rationem, de qua *ſupra* in verſic. *quare*, ad excuſandum teſtificantes in cauſa Eccleſiæ, ſiquidem canonici ibi teſtes non erant in cauſa Eccleſiæ, ſed in cauſa electionis inter duos contendentes ſuper decanatu; tendit ergo ea ratio ad hoc, quod abſolutio ad cautelam concedatur canonicis excommunicatis, vt poſſent eſſe teſtes, iuxta Textum *in cap. decernimus de ſent. excommunic.lib.6.* cum adductis ab Ant. Gabriel *tit. de Teſtibus, concluſ.*18. Couarr. *in cap. alma mater* 1. *p.§.* 7. *num.*7. Balbos *in dict. cap. tertio loco, num* 53. quo pacto in ſua ſpecie intelligitur Gloſſa relata *in dict.* verſic. *quare dict. cap.*3. *loco*. 22

Itaque ex dictis infero, vt eo magis Doctrina, de qua loquimur procedat in illis de vniuerſitate, qui ſunt religioſi, & ſacerdotes: nam illi multò magis præſumuntur dicere veritatem; & ideo magis admittuntur ad teſtificandum pro ſua vniuerſitate, vt in ſpecie loquuntur Decius *in dict. cap. in ſuper, num* 10. & *in dict. cap. tertio loco* 46. cum aliis Farinacius *dict.quæſt.*60. *n.*471. † Vbi *num.*472. ait cum Abbate *in dict. cap. inſuper*, & cum aliis pariter poſſe conuerſos pro eorum Eccleſia teſtificari, & Baldus *in dict. cap. cum nuntius hoc tit. in primo notab.* & Maſcardus *de probat.* docent poſſe illos, qui ſunt de aliquo collegio pro eo teſtificari. 23 24

Nec his omnibus obſtat Textus *in l. conſenſu, §.ſin autem*, verſic *ſuper plagiis, Cod de repudiis*, cum adductis in materia per Surdum, *conſ.*152. *num.*9. & 71. & 72. Flaminius *de confidentia beneficiali, quæſt* 7. *num.*73. & *quæſt.*66. *num.*12. Sed reſpondeo Textum illum loqui de Teſtibus inhabilibus, & à lege prohibitis, qui non recipiuntur; niſi in aliorum defectum; nos autem loquimur de Teſtibus de vniuerſitate, qui quidem inhabiles non ſunt, nec à lege prohibiti. † Eſt enim illud diſcrimen inter teſtes, qui prohibentur, & repelluntur omnino, qui interrogari non poſſunt, & inter eos, qui à iure admittuntur, & interrogari valent, licet non ſint integræ fidei, nec valeant interrogari, quia in primo caſu, nec teſtium qualitas, nec magnus numerus prodeſſe poterit cum eorum teſtimonium ſit iure reprobatum, poſteriori verò caſu procedere doctrinam, de qua loquimur, ita Balboa *in dicto cap. tertio loco, num.* 54. & 55. ideóque arbitrio Iudicis relinquitur quanta ſit fides Teſtibus illis adhibenda, *ex dict. l.3. §.1.ff. hoc tit.* ita communem dicens dixit Decius *in d.c. inſuper n.*7. Menoch. *de Arbitrariis caſu* 106. 25 26

Ad tertiam quæſtionis partem, an præciſè debeant iurare Monachi, ſeu Religioſi de veritate dicenda, quemadmodum cæteri teſtes non religioſi, ſatis reſpondebis ex aliquibus, quæ adduxi *ſuprà in prima quæſtionis parte*, & melius ex dictis, *ſuprà in dicto cap. quoties* 3. *hoc tit. q.*3. in verſic. *ad ſecundam*, vbi videbis. 27

AD TEXTVM
IN CAPITE LII.
Venerabili, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. AD Textum hunc poteſt applicari materia Textus, *cap. cum cauſam 37. hoc tit.* vbi latè dixi de diligentia adhibenda in teſtium examinatione; quæ eadem deſideratur in caſu noſtri Textus, ac in aliis caſibus peritur, vt patet ex verſ. ibi *examinare ſigilatim curetis ea diligentia, qua ſolet, & debet in receptione teſtium adhiberi.*

II. Et ibi *ſuper vita, & miraculis pia memoria, M. Abbatis monaſterij ſupra dictos duxerint producendos*: per hæc verba agi poteſt de informatione, quæ fit ad probationem alicuius ſancti, vel ad eum Canoniaandum, & qualiter fiat proceſſu ſuper hoc; dixi *ſupra in cap. fin. de libelli oblat. quæſt. 4. §. 9.* III. *à num. 25.* vbi de interrogatorio alicuius ſancti, *& n. 28.* IV. Quod Epiſcopus poteſt committere, vt fiat informatio alicuius ſancti. V. Et *num. 23. & 24.* Vbi de praxi litterarum remiſſorialium ad canonicationem alicuius ſancti. VI. Quare hic optimè poterat agi de canonicatione ſanctorum, de qua latè egi *ad titulum de reliquiis, & veneratione ſanctorum.* VII. Item & de eorum informatione de quo interim videbis Bellarm. *tom. 1. controverſ. c. 15. cum ſequentib. & lib. 2. c. 1. cum ſequentib.*

AD TEXTVM
IN CAPITE LIII.
Cum clamor, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

AD materiam poſſunt applicari, *dict. ſup. in cap. 17. & cap. 18.* item *& in cap. præſentium hoc tit.* I. Et de diligentia adhibenda in examine teſtium *ſup. in c. cum cauſam 37. hoc tit.* de qua ſuadent verba Textus hic *mandamus, quatenus eos examinetis iterum diligenter.*

II. Et ibi *tam eorum, quàm aliorum, quos receperitis teſtificata ſub ſigillis veſtris nobis fideliter referatis*: per hæc verba congruè valet diſputari de ſecreto, & cuſtodia, qua proceſſus, ſeu informationes à receptoribus, tabellionibus, Notariis, ſeu commiſſariis factis de commiſſione Iudicum ſuperiorum, debent ad eos remitti: videbis aliqua, *infra, quæſt. 4.*

QVÆSTIO I.

Quare iterum examinari poſſit teſtis, qui obſcurè depoſuit, cum certum ſit publicatis atteſtationibus eoſdem teſtes ſuper eiſdem articulis eſſe recipendos?

SVMMARIVM.

1 *Examinari iterum poteſt teſtis, qui obſcurè depoſuit, & quare, n. ſeq.* & à n. 7. quid in criminalibus, n. 9.
2 Cap. per tuas 48. de Teſtibus.
4 L. produci, ff. de Teſtibus.
10 *Teſtis vt dicatur ſubobſcurè deponens, qua ambiguitas ſit neceſſaria, n. 11. 12. 13.*
13 *Iudex poteſt ex officio cogere teſtem ad dubium declarandum, non ſit ad addendum, vel diminuendum primum dictum, n. 14. 15.*
16 *Teſtes recepti poſſunt in fine dictis ex pluribus cauſis, num. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 30.*
26 *Teſtis non bene examinatus, præſumitur Iudicis dolo.*
31 *Teſtis libenter ex ſe poteſt ire ad declarandum dictum.*

DIfficultatem faciunt ea, quæ adduxi, *in dict.* 1
cap. fraternitatis 17. & in cap. intimauit 18. cap.
præſentium, hoc tit. & adducta à Gloſſa *hic* in verſic.
depoſuere confuſè, quæ non repeto, adeſt enim adminus periculum ſubornationis teſtium, in hac
repetitione, quæ vtique viranda eſt, ne de facili
peieret, & contra id, quod ſemel dixerit iterum
deponat.

Secundo facit Textus, *in cap. per tuas 48. ſupra* 2
hoc tit. quo probatur poſt publicationem, non
debere teſtes interrogari ad petitionem partis
nec vllo pacto repeti; notat *ibi* Gloſſa in verbo
audiendum in princ. & *ibi* Baldus *in ſummario*, Ho-
ſtienſis, *num. 3.* verſic. *ad inſtantiam partis*, Annania
in ſummario & in primo notabili, Ioannes Andreas
num. 1. Aretinus, *num. 1. & num. 6.* † Vbi ait quod 3
iſto caſu teſtes non poſſunt repeti, nec vt ſe corrigant, nec vt addant, nec vt declarent, nec ex interuallo, nec in continenti, Abbas *in ſummario in*
primo notabili, num. 1. col. penult. vbi adducit plura
de ratione huius regulæ, & *col. 2.* verſic. *venio ad*
ſecundum, Felinus *in ſummario, & num. 2.* verſic. *ſecunda concluſio.* † Et probat Textus *in l. produci*, 4
& ibi Gloſſa in 3. intellectu, ff. de Teſtib. imo & Aretinus *dict. 6. & 7.* Hoſtienſis 4. Butrius 11. & Abbas *vbi ſupra id extendunt*, vt nec reperi poſſint
teſtes, etiam ad effectum declarandi dubiam eorum depoſitionem, ſecundùm communem, DD.
qui reſpondent contrariis. † Et Gloſſa *in dict.* 5
cap. per tuas, verbo *interrogans in fine*, dixit quod
licet de conſuetudine quidam iudices interrogét
teſtes etiam ad petitionem partium; talis tamen
conſuetodo eſt contra Ius: tenet Buttig. *in cap. licet cauſam, num. 4. de probat.* † Vbi etiam ampliat 6
dato termino ad probandum, & in hoc noſtro
Textu *num. 5.* vbi Felinus *num. 3.* Imola *num* 1 Ho-
ſtienſ. *poſt num. 1.* verſic. *tertio*, vbi obſcurè Gabriel
lib. 1. de Teſtib. concluſ. 22. num. 76 Boſius *in tit. de*
publicatione proceſſus, num. 15. cum aliis Farinacius
de Teſtib quæſt. 66. à num. 155. vbi *num. 157.* refert
contrarium tenentes *& num* 158 ait relatam doctrinam magis procedere, quando teſtis culpâ
partis obſcurè depoſuit, quia tunc ad einſdem
partis inſtantiam eo minus repeti poſſe ait ad declarandum ſuam dubiam depoſitionem; quod
vltimum videtur contra vltima verba *dict. cap. per*
tuas, idque malitioſè, vel negligenter fuerit prætermiſſum, quibus probatur etiam ad inſtantiam partis poſſe teſtes reperi, quando negligentia, ſeu malitia aderit in eorum examinatione.

Adhuc tamen dici debet iuxta ſpeciem noſtri 7
textus, vt quoties teſtes ſubobſcurè depoſuerint,
poſſa eorum dicta à iudice ex officio reperi, vt
teſtes

Digitized by Google

teſtes declarent eorum dubiam depoſitionem ;
probat Gloſſa *in d.c.per tuas*, in verbo *audiendum*,
verſic. *Iudex ex officio*, Butrigar, *num*.8. verſic. *quoad
capitula & num*.9. *col fin*. verſic. *ſecundus*, & Latius
n.10. Hoſtienſis *n*.5. Buttius *in d. cap. licet cauſam*
8 *de probat. num*.14. † Vbi id ampliat etiam elapſo
termino ad probandum ; ita docent *hic* Baldus
ante num.1. verſic. *tertio* Annania, *num*.13. & alij
adducti à Farinacio *dict. quaſt*.66.*num*.264. vbi di-
cit Textum noſtrum eſſe limitationem, *dict. cap.
per tuas*, idem cum aliis, *num*.263 vbi ait verum
eſſe, quando adeſt aliqua rationabilis cauſa ; plu-
ra tradit Clarus *in pract. §. fin. quaſt*.61. *& in q*.53.
9 verſic. *quartus eſt caſus*. † Vbi propterea conſu-
luit iudicibus præſertim in cauſis criminalibus
vt quantùm fieri poteſt caueant ab huiuſmodi
repetitionibus teſtium, quæ fiunt ad inſtantiam
partium, nam ſæpe numero inuoluunt, ac de-
ſtruunt, magnamque probent occaſionem ſub-
ornationibus, & falſitatibus ipſorum teſtium.
10 Quod ſi dubites de ambiguitate, quæ eſt neceſ-
ſaria ad hoc, vt iudex ex officio petat declaratio-
nem à teſte ſui dicti dubij, leges Aretinum, qui in
præſenti, *num*.1. *in* 2. *notab*. & ante eum ibidem
Innocentium *num*.3. *ad finem*, Baldum *poſt*, *num*.2.
verſic. *oppono quod obſcuritas* Tyndarum *in tract. de
Teſtib lib*.1.*cap*.4.*poſt*, *num*.7.*&* 8. dicentes eam ſo-
lùm dubietatem prærequiri, quæ nullo modo
11 poſſit intelligi, ſine declaratione. † Sed Ho-
ſtienſis *hic prope finem*, verſic. *aliqui tamen*, Ioan-
nes Andreas *num*.5. Butrius *num*.5. Boſius *in tract.
de publicat. proceſſus*, *num*.14. & Hector Emilius
de Teſtib. verſic. *teſtis ambiguè deponens*, *num*. 14.
fol. 152. docent ſufficere quamlibet ambiguita-
tem depoſitionis ad hoc, vt iudex poſſit teſtes in-
terrogare, & repetere ad declarandum quod ve-
12 rius dicit Farinacius *dict quaſt*.66.*num*.266. † Et
hæc dicta procedunt, quando obſcuritas depo-
ſitionis, culpa iudicis examinantis proceſſit ; ſe-
cus ſi culpâ partis fuiſſet cauſata, vt putà quia fe-
ciſſet obſcurum articulum, quia tunc teſtis non
repetitur, etiam officio iudicis, vt tradit Gabriel
lib.7.*concluſ*.58.*num*.15. Tyndarus *de Teſtib. lib*.1.
cap.4.*n*.12.
13 Quod declarandum venit, quia & iudex poſſit,
ſi velit teſtes repetere ad declarandum dubium,
non tamen cogitur, quia id ad eum ſpectat, ſi vo-
luerit, vel ſi ex aliqua iuxta cauſa ſibi videatur;
ita Ioannes Andreas *in dict. cap. per tuas*, *num*.13.
vbi ait præterea quod expēdit iſto caſu iudicem
habere gratioſam, Aretinus *hic in* 2 *notabili*. Ma-
ranta *in ſpeculo diſt*.9 *num*.31. aliis adductis Farina-
cius *d. quaſt*.66.*à num*.273. & cum aliis, *num*.263.
quamuis Gloſſa *hic* & Felinus *in d. c. per tuas*, te-
nuerint contrarium.
14 Et ſic notare debes, quod & ſi iudicis officio
teſtis repeti poſſit ad effectum declarandi ſuam
dubiam depoſitionem ; non ſic ad addendum, vel
minuendum primæ depoſitioni prætextu huius
declarationis ; refert, Farinacius *ſupra à num*.268.
& Gabriel pro vtraque parte adducit Doctores
15 *dict lib*.7.*concluſ* 28.*num*.24. † Et Baldus de Pe-
ruſio *in tractatu de Teſtibus*, *num* 44. Corradus *in
pract. tit. de teſt. Rub. dict. in teſt. aſſumendo*, *num*.38.
fol.131. poſt Baldum, & Iaſonem, doctrinam de-
clarant, vt teſtis, qui ſemel declarauit ſuam
dubiam depoſitionem, non ſit amplius inter-
rogandus.
16 Itaque ſi contingat, vt culpa, & malitia exa-
minatoris, ſeu iudicis fuerit omiſſum recipi te-
ſtes ; tunc poſt publicationem, etiam repeti poſſe
dixit de Franchis *in deciſ*.371. quem ſequitur Ric-
cius *collect*.1791. *ad noſtrum textum*, vbi *in princi-
pio* dixit eam eſſe limitationem, *dict. cap. fraterni-
tatis* 17. *hoc tit*. & aliorum, quibus dixi quod poſt
publicatos teſtes, non licet eos examinare, pro-
pter timorem ſubornationis : nam limitatur,
quando primum examen eſſet nullum, quia non
ritè factum, cum tunc, & examinari ſuper eiſdem
articulis poſſe, & referri ſe ad primum examen
factum dixerim ego *ibi* & tradit in terminis Ve-
rallus, qui refert deciſionem Rotæ Rom. 287 *p*.3.
Guid. Pap. *in dec*.72. † Quod ampliat, *in dec*.124. 17
procedere etiam, ſi nullitas culpâ iudicis proceſ-
ſiſſet dicens ita de conſuetudine omnium ciuit a-
rum ; quod ex multis declarat Farinacius *dicta
quaſt*.66.*à num*.180. vbi tradit poſſe eos repeti in
hoc caſu, etiam ad inſtantiam partis facta publi-
catione atteſtationum, & ſuadent verba textus
in dict. cap. per tuas ibi, *niſi forſan à principio illos
interrogari, ſuper certis capitulis poſtulaſſet, idque ma-
litioſe, vel negligenter fuerit prætermiſſum* · ſic Do-
ctores *ibi* communiter & Hoſtienſ. *hic poſt*, *num*.1.
verſic *ſecundo*, & Antonius Gabriel ita docens *d.
lib*.7.*concluſ*.28 *num*.57. † Et 8. 11, *&* 13. decla- 18
rat quod factâ publicatione atteſtationum, non
ſufficit ſola iudicis negligentia, ſed requiritur
etiam dolus: tamen ante publicationem ſufficere
ſolam negligentiam ; ad alia benè Farinac. *ſup. à
num*. 303.
Vnde fit quod ſi teſtes examinati ſui dicti ra- 19
tionem non reddiderint ad effectum, vt illam
reddant, poſſint etiam factâ publicatione repeti,
vt tenet Felinus *hic num*.2. verſic *&* dicit Baldus,
& Annania, *num*.2. Imola 2. Aretinus 7. Gabriel
de Teſtib. concluſ.21.*num*.78 *lib*.1.*& lib*.7 *concl*.28.
num. 17. & licet in hoc caſu dubium ſit, an ad
inſtantiam partis repeti poſſint, de quo *hic* Fe-
linus, & Imola, & Annania *in dict. cap. per
tuas*. Tamen cum Aretino, *num*. 7 & Farinac.
dict. quaſt.66. *num*.279. dico quòd ad effectum,
teſtis reddat rationem, quam in prima depoſi-
tione non reddiderit, poſſit ſi iudici videbitur
repeti, non ad inſtantiam partis quæ teſtem
produxit, bene tamen ad inſtantiam partis,
contra quam eſt productus : ſic Aretinus teſta-
tur de conſuetudine ſeruari, *in dict. cap. per tuas*,
num. 7. vbi bene comprobat Baldus, & red-
dit rationem huius diſtinctionis ; nec diſſentit
Felinus *ibid. col*. 5. verſic. *& adde*.
Item etiam declarabis, vt licet teſtes, non 20
poſſint repeti poſt publicationem ; poſſint ta-
men repeti ante publicationem, ſed quando
verum id ſit videbis Hoſtienſem, *hic num*.1. *ad
finem*, *& in dicto cap. per tuas*, *num*. 3. Imola 4.
cum aliis Farinacius *dict. quaſt* 66. *num*. 308. † 21
Et idem Hoſtienſis hic *num*.5. Imola 7. dicunt
repeti poſſe teſtes ad confirmandum primum
dictum ; non ſi de nouo aliquid deponant, vel
quando capitula ſunt diuerſa : tradit ex multis
Farinacius *ſupra num*. 306. *&* 307. de quo, &
de aliis dixi, *in dict. cap. fraternitatis* † Vbi 22
num. 199. ait teſtes examinatos in iudicio ſum-
mario, quandoque repeti in plenario, vt tra-
dit Abbas *in c. cum in tua hoc tit*. eo quod tunc
ceſſat timor ſubornationis, quod verum eſt
per tradita *in cap. veniens* 38. *hoc tit*. non enim
teſtes examinati in vno iudicio ad vnum
finem prohibentur, quandocumque in alio iu-
dicio repeti ad diuerſum finem, iuxta Textum

in dict. cap. in tua, in verſic. *quamquam*, & ibi
Gloſſa in verbo *ad aliud*, & io verbo, *ob aliud*,
verſic. *& ita*, & ob id examinatus cotam arbi-
tro, poteſt repeti cotam ordinario, ſecundùm
ea, quæ dixit Farinacius *de Teſtibus*, *quæſt.* 75.
à num. 107. *& à num.* 112. qui *d. quæſt.* 66. *num.* 302.
dixit quod examinatus in iudicio ciuili poteſt
23 repeti in criminali. ✝ Et Aotooius de Butrio
hic num 9. verſic. *tertius caſus*, Imola *num.* 4. ver-
ſic. *fallit*, Felious *num.* 2. dixerunt quod & ſi te-
ſtes, nun poſſiot repeti in eadem cauſa, & in-
ter eaſdem perſonas, examinatos tamen in vna
poſſe repeti in alia, inter diuerſas perſonas, quia
alias non facerent fidem: videbis quæ tradit
24 idem Farinacius *quæſt.* 76. *num.* 132. *de Teſtibus.* ✝
Qui cum aliis, *in dict. quæſt.* 66. *num.* 294. *&* 295.
ait, quod poteſt repeti teſtis, quando ad illum
noua peruenit ootitia, ex meliori fortè recorda-
tiooe: nam tuoc huius teſtis repetitio admitti-
25 tur iudicis officio. ✝ Et ſi atteſtationes eſſent
deperditæ; tunc reuera, etiam ad inſtantiam
partis, poſſeot repeti teſtes, vt docent Butrius
in dict. cap. per tuas, *num.* 9. Imola 4. Felinus 2.
*alia vberius videbis, quæ adduxi longè in dict. cap.
fraternitatis.*
26 Vnde iam pro complemento noto quod in
dubio teſtis non bene examinatus, præſumitur
iudicis dolo, & negligentiâ: docent Imola *in
dict. cap. per tuas*, *num.* 1. verſic. *ſecundo caſu* Zab.
ibi ad finem, verſic. *quæro*, Felinus *num.* 2. verſic.
item fallit dolo, & negligentiâ, & Abbas poſt Bo-
trium *num.* 1. Imola *col.* 2. Felinus 2. dicunt, vt
ſi nulla ſint data capitula in actis, poſſint teſtes
repeti, & interrogari ſuper tota cauſa; & ſic
non bene examinatus, poterit ad inſtantiam par-
27 tis iterum ioterrogari. ✝ Sed ſi interrogatus
reſponderit teſtis oon plene non poterit repeti;
ſecus ſi nulliter interrogatus ſit; vt tradit Bu-
trius *in dict. cap. per tuas*, vel ſi oon fuit bene
interrogatus, aut examinatus, vt tradunt alij
relati à Farinacio *in dict. quæſt.* 66. *à num.* 284.
qui *à num.* 287. alia bene cum multis expendit:
alia tradit Riccius *dict. collect.* 1791. ad Textum
28 noſtrum. ✝ Vbi dicit cum Theſauro *deciſ.* 28.
quod conceſſa repetitione teſtium ob examen
nullum, poſſunt etiam examioari alij noui te-
ſtes vltra iam examinatos, quam cautelam, vt
bonam tradit, ad euadendam deciſionem Tex-
tus, *in dict. cap. fraternitatis*, per quem ita te-
nuetont Domini de Rota *in deciſ.* 13. *hoc tit.*
29 in nouis, *& deciſ.* 13. *de probat.* in antiquis. ✝
Et iterum hæc repetitio poterit fieri, quando
declaratus proceſſus nullus, eo quod fuit com-
pilatus cum minore, non dato curatore, quia
tunc, vt ait Afflictis, poſſuot teſtes repeti,
Riccios in Curia Archiep. Neap. *deciſ.* 91.
30 Afflictis *deciſ.* 208. ✝ Et Franchis *deciſ.* 668. di-
cit etiam in cauſa appellatioois poſſe repeti te-
ſtes de oouo, vbi primæ atteſtationes eſſent nul-
læ. Et ex iam dictis intelliguntur adducta,
num. 1. *&* 2.
31 Et Aretinus *in dict. cap. per tuas*, *num.* 8. ait
poſſe teſtem propriâ voluntate ire ad declaran-
dum ſuum dictum dubium, licet id non poſſit ad
inſtantiam partis: ſequitur Farioac. *dict. quæſt.* 66.
num. 260. dicens procedere ſi teſtis ſit bonæ fidei,
& notæ, aliàs non item, vt dixit *ibi à num.* 236.
in ſummariis, ritè examioari dixit, *ibi*, *n.* 259.

QVÆSTIO II.

*An in criminalibus poſſint quandocumque
facta teſtium publicatione teſtes repeti:
Et an accuſatus, vel inquiſitus, poſſit
probare innocentiam, & defenſionem
ſuam, poſt terminum probatorium vel
vſque ad relatam exequutionem: Vel an
iudex poſſit in criminalibus inducere, &
recipere teſtes in qualibet parte litis, ad
offenſam, & punitionem rei?*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes repeti in criminalibus quandocumque ne
poſſint*, *n.* 2. 3.
4 *Accuſatus, & inquiſitus etiam poſt concluſum in
cauſa admittitur, ad excluſandam ſuam inno-
centiam, etiam ſi probationi renuntiaret*, *n.* 5.
6. 7. 8. *& poſt ſententiam*, *n.* 9. 10. 11.
11 L. 4. ff. de confeſſis.
12 *Sententia contra accuſatum lata, de cuius iniqui-
tate conſtat, non mandatur executioni; imo de
iure Regio, iudex inconſulto Principe poterit
eam reuocare*, *n.* 13. l. 4. tit. 7. p. 3.
14 *Iudex quis ad offenſam rei recipere teſtes,
etiam poſt concluſum in cauſa, & quare,
num.* 15.

AD primam quæſtonis partem, reſponde- 1
bis abunde ex his, quæ adduxi, *ſupra in
cap. fraternitatis* 17. *hoc tit. quæſt.* 3. quare breui-
ter dico, & addo dictis, quod quando teſtes in
criminalibus, primo infirmiter, & ſine partis
citatione pro informatiooe curiæ examinati re-
petereotur formiter, & parte citata ad confir-
mandum primum dictum; tunc etiam ſine du-
bio repetitionem admitti, datâ copiâ iodicio-
rum, tradita parti, & ſic poſt publicationem,
quod ex eo procedit, quia fiſcus habet electio-
nem, vel confrotandi cum reo teſtes pro curiæ
ioformatione examinatos, vel illos repeteodi par-
te citatâ: videbis quæ tradit Farinacins *d. q.* 66.
à num. 310. *& num.* 10. *&* 11. *&* 303. *&* 306. &
alia, quæ tradit, *quæſt.* 72. *num* 139. quem videbis
dict. quæſt. 66 *à dict. num.* 310. vbi *num.* 313. per Tex-
tum noſtrum, & Gloſſam in verbo *ita depoſuiſſe*,
verſic. *& ideo ſi obſcurè*, io criminalibus multò
magis officio iudicis teſtes repeti, ad declaran-
dum eorum, dictum dubium, vt tenent Ho-
ſtienſis *hic num.* 3. *&* 5. *& num.* 8. Annania *num* 5.
Ioanoes Andreas 4. Aretinus *num.* 1. Felinus 3. * 2
Et Clarus *in praxi*, *quæſt.* 61. verſic. *quæro nunquid*
ita tenens ait quod & ſi Speculator, & Alex. ab eo
relati aſſerant, vt ſi iudex velit poſſit de conſue-
tudine in criminalibus repetere ad partis inſtan-
tiam; tamen ipſe non admittit niſi ex iuſta cau-
ſa. & quando aliter veritas haberi non poſſet. Et
Aretinus *hic* dicit, *n.* 1. verſic, *item aduerte*, & *n.* 5.
& Felinus, *num.* 5. admitti non ſolùm ad declaran-
dum, ſed etiam ad addendum, & mutandum, quod
non admittit Ioannes Andreas, *num.* 5. & Felinus
num. 5. verſic. *& hoc procedat*, ait teſtes poſt publi-
cationem ad defenſam poſſe repeti poſt publica-
tionem, non ſolùm iudicis officio, ſed etiam ad
inſtantiam partis in criminalibus.
Quid tamen erit ſi ad inſtantiam promotoris, 3
ſeu proſequutoris inquiſitoris; & ſic quādo pro-
ceditur

ceditur ex officio, & ad partis querelam ſimul reſolues ex Gloſſa *hic* in verbo *ita depoſuere conſuetè*, vbi Innocent. *n.* 1 Andreas *n.* 3. Annania *à n.* 2. Hoſtienſ. *n.* 1. *in fine*, verſic. 15. *&* *n.* 4. Baldus latiſſimè *à n.* 2. Butrius *n.* 4. & Andreas Gayl. *de pace publica lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 7. vbi ait, quod in criminalibus Iudex ex officio, etiam poſt publicationem poteſt teſtes, ſiue offenſiuos repetere, & ſiue ad offenſam, ſiue ad defenſam; ad inſtantiam verò partis, ſcilicet Accuſatoris, non ad inſtantiam autem Rei *ibi* ipſa *n.* 9. *&* 18. vbi benè comprobat hanc diſtinctionem: Alia plura de repetitione proſequitur Farinacius *de Teſtibus q.* 75. *à n.* 407. *cap.* 14. *per totum*, vbi latè dixit, & quando in criminalibus, tam ad offenſam, quàm ad defenſam, & tam ad inſtantiam partis, quàm ex officio Iudicis, poſſint poſt publicationem Teſtes examinari.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem breuiter etiam reſpondeo ex dictis poſſe accuſatum, vel inquiſitum probare innocentiam, vel defenſionem, ne dum in termino probatorio, verùm & eo elapſo; Imò & etiam poſt publicationem, & concluſionem in cauſa, quia defenſio eſt adeò priuilegiata, & iure permiſſa, quod timor ſubornationis non debet eam excludere per dicta *ſuprà à n.* 2. & per alia quæ dixi *ſupra in dicto cap. fraternitatis* 17. *hoc tit. q.* 3. vbi dixi quod in cri-
5 minalibus nunquam concluditur. † Et ob id dixit textus *in l. vnius*, § *cognituram* verſic. *quamuis*, *ff. de quaſt.* & *ibi* Gloſſa ordinaria Bart. Alberic. & communiter DD. quod in cauſis criminalibus concluſio facta à partibus non tollit probationem: tradit Falin. *hic col.* 3. verſic. *& ſcias* idem Bart *in l.* 1. §. *ſi quis vltrò*, *ff. de quaſt.* idem *in l. Diui fratres. ff. de pœnis.* Syluanus *in l. fin. Cod de quaſt.* Baldus *in leg. ea quidem, Cod. de accuſat. num.* 56.

6 Vnde infero primò quod ſi talis Reus vel accuſatus renuntiauit defenſionibus ſuis, & termino probatorio ſibi aſſignato, poterit adhuc probare ſuam innocentiam, & defenſionem, quia talis renuntiatio non valet, nec tendit in præiudicium perſonæ & ſtatus: argumento textus *in l. liber homo*, *ff. ad leg. Aquil. & in l. lege Cornelia*, §. *fin. ff. ad leg. Cornel. de ſicariis*, *l. cum autem*, §. *excipitur*, *ff. de ædilit. edicto*, *l. omne*, §. *quiſ.* *ff. de re militari*, *l non tantum*, *ff. de appellat.* *textus in l.* 3. *&* 4. *ff. de liber cau. l. nec ſi volens*, *& in l. interrogatam*, *Cod. eodem tit.* docet expreſsè Gloſſa ſingularis *in l. pactum inter heredem*, *ff. de pactis in Gloſſa fin.* vbi Bart. Bald. Angel. Paulus, Iaſon, & communiter Doctores notant, & eam Gloſſam reputat ſingularem Baldus *in l. vnica Cod. de confeſſis*, *col.* 15. *n.* 6. *& in cap. cum non ab homine de Iudiciis. col. fin. & in cap. cum veniſſet de Teſtib.* Felinus *in cap. contingit de ſent. excommunic.* 2. *col.*
7 *in medio.* † Aliis adductis benè Antonius Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *n.* 33. verſic. *tertio*, vbi commendat dicendo, quod Iudices debent eſſe cauti, & ſumere optimum conſilium in practica, quod in criminalibus ſemper aſſignent terminum competentem partibus ad intentionem ſuam fundandam, & licet Reus accuſatus, vel Inquiſitus renuntiet, vt quotidie faciunt prædicto termino probatorio, non admittant prædictum terminum probatorium, ſed patiantur terminum labi, qui in defenſionem ſuam poſſit face-
8 re; Nam aliàs iniuſtè condemnaretur. † Quod intelligit, quando pro delicto veniret imponenda mortis pœna, vel corporalis; Secùs verò ſi pecuniaria, vel relegationis; quia tunc valeret renuntiatio: argumento textus, & eius regulæ *in l. ſi quis in conſcribendo*, *Cod. de pact.* ſic declarat in terminis Ioannes de Imola *in leg. cuſtodias*, *ff. de publ. Iud.* 2. *col. in medio.* Et ita ſe practicaſſe in cauſis pauperum dicit Gomezius, Carter. *in pract. in mat. expreſſ.* §. *tertius caſus*, *n.* 22. *&* §. *ſeptimus*, *n.* 12, Boſſius *in tit. de remedio contr. Ban. & in tit. de relict. princ. ſub n.* 3. ait *de pace publica lib.* 2. *cap.* 8, *n.* 2. Farinacius cum pluribus *q.* 75. *n.* 420. *& conſ.* 73. *in addit. ad lit. A*, *& q.* 81. *à n.* 25. *& q.* 11. *ex n.* 11.

Infero ſecundò quod poterit talis Reus accuſatus, vel inquiſitus probare innocentiam, & defenſionem ſuam, etiam poſt ſententiam definitiuam, & etiam contra eum latam, quando per euidentiam facti hoc poſſet conſtare, & hoc per officium Iudicis, non tamen ad inſtantiam partis iuxta textum ſingularem *in l.* 1. §. *ſi quis vltrò*, *ff. de quaſt.* vbi notat, & commendat Bart. Alberic. & communiter Doctores, item Bart. *in l. ſi maritus la* 2 §. *præſcriptiones*, *ff. de adulteriis*, & cum aliis Antonius Gomezius *dicto lib.* 3. *var. cap.* 13. *dicto n.* 33. verſic. *quartò.* 9

Vbi ait quod licet in caſibus ſuperioribus talis Reus accuſatus, vel inquiſitus poſſit Innocentiam, & defenſionem ſuam quolibet modo, & via legitima & ordinaria probare. Tamen in hoc caſu non poſſe, niſi per euidentiam facti probando negatiuam, quæ arguat, & oſtendat non eſſe delictum commiſſum, vt quia verè, & realiter probat hominem, qui ſic dicebatur interfectus viuere, vel quid ſimile, & in terminis probat textus *in dicto* §. *ſi quis vltrò.* 10

Nec obſtat textus *in l.* 4. *ff. de confeſſis*, vbi habetur, quod ſi quis confitetur ſeruum alterius occidiſſe, ex tali confeſſione debet condemnari, licet non occiderit, & euidenter probet contrarium, quia debet intelligi quando contra eum agitur ciuiliter actione legis Aquiliæ; Secùs verò criminaliter, vt in noſtro caſu, & materia; Ita tenent ibi Albericus, & Angelus, & communiter Doctores, & probat textus *in l. inde Neratius*, §. *fin. ff. ad leg. Aquil. & in l. confeſſionibus*, *ff. de interrogat. actionibus*, *l.* 5. *tit.* 13. *p.* 3. 11

Vnum tamen aduertitur, quod iſto caſu, quando conſtat de innocentia Rei per euidentiam facti poſt ſententiam non poterit ipſe Iudex, qui tulit ſententiam eam reuocare, ſed ſuperſedebit exequutioni, & reſcribet Principi, vt Reum abſoluat, & reuocet ſententiam textus *in dicta l.* 1. §. *ſi quis vltro*, *ff. de quaſt. in fine*, & ibi ſummè notat Bart. & communis Doctorum Salicetus *in l. & ſi ſeruetur*, *Cod. quibus ex cauſ. infam. irrogetur* 3. *col.* & ibi Paulus fin. & probat textus *in l. moris*, §. *ſed enim*, verſic. *& ſi fortè. ff. de pœnis* textus *in l. Diui fratres*, *eodem tit.* tradit Gomezius *dicto lib.* 3. *var. dicto cap* 13. *n.* 33. *in fine.* 12

† Vbi ait de iure noſtro Regio, vt benè poſſit ipſe Iudex qui ſententiam tulit eam reuocare, 13
etiam inconſulto Principe, vt determinauit *lex* 4. *tit.* 7. *p.* 3. ibi *deue loquitur.* Nec obſtare ait Gomezius ſi dicas, quod illa poteſt intelligi, vt ſuſpendatur exequutio, quia ex verbis eius apertè conſtat velle quod Reus definitiuè abſolueretur, & Iudex reuocet ſententiam, & ipſum Gomezium videbis ad alios caſus, quando ſcilicet poſt latam vltimam ſententiam definitiuam contra Reum ad mortem damnatum ſuſ-

pendi

pendi poſſit eios exequutio, aut reuoeari, de quo dico *in cap. de cætero, de ſent. & re Iud.* Morla *in empor. tit.2. n.74.* Gratian. *Reg.421.* Matienc. *in Dialog. p. 3. ex n. 69.* Caoeerius *variar. p. 2. cap.2. n.155.* Pareja *de inſtrum. edit. tom.2. tit. 6. Reſ.3. ex n.69. & aly.*

14 Ad tertiam quæſtionia partem, an Iudex in criminalibus, poſſit inducere, & recipere Teſtes in qualibet parte litis ad offenſam, & punitionem Rei, in qoo dubio Bartolus *in dicta l.1. §. ſi quis vltro, ff. de quaſt.* verſic. *nota tria*, Baldus *in l.ea quidem, Cod. de accuſat.* Felinus *hic col. 2.* verſic. *& hoc procedit*, & Gomezius *tomo 3. variar cap.13. n.34.* cum aliia ab eo relatis, Salicet. *in l.fin. Cod. de quaſt.* Aocharranua *in cap.cupientes, §. cæterum de elect. lib.6. col fin.* Annanias *in cap.s, de colluſ. detegenda*, docent quod Iudex modo procedat per viam accuſationia, modo pet viam iriquiſitionis, poteſt in qualibet parte litis vſque ad ſeutentiam defioitiuam durante termino probatorio, vel eo finito, adhue poſt publicationem, & eonelosionem in cauſa ex officio ſuo inducere, & recipete teſtes, & omnes alias probationes ad offenſam, & punitionem ipſius Rei delinquentis ex eo, quia in Iudice ceſſat ſobornationis timor ex doctrina textus noſtri, vbi Inuocent. & eommuoiter Doctores

15 *ſupra* telati *in 1. q.* † Tum etiam quia ſicut Iudex poteſt in totum procedere, & vieem Accuſatoris ſuſtinere ita poterit partem, & ſic Aecuſatorem coadiuuare, & teſtes, & probationes in qualiber parte litis recipere faoore Reipublicæ, ne delicta maneant impunita. Tertiò quia alias de facili poſſet dari eolluſio inter Aecuſatorem, & accuſarum, & veniret ipſe Reue liberandus in graue damnum, & præiudieium Reipublicæ. Vltimo facit textus *in l. 1. Cod. de abolitionibus*, vbi habetur, quod Accuſator renuntiat, vel deſiſtit ab accuſatione, Iudex poteſt ſupplere defectum partis, & procedere ex officio ſuo contra ipſum delinquentem.

Qvæstio III.

An poſt concluſnm in cauſa poſſint fieri à Iudice in cauſa interrogationet ipſis litigantibus: Vel an poſſit admitti confeſsio alterius litigantium: Vel an Iuramentum deferri poſſit in cauſa: Et an Teſtes poſſint in cauſa recipi poſt publicationem ſuper Articnlo præſentato per Reum, ſaluo iute impertinentium: *Et an Teſtium repetendornm per Examinatorem dicta debeant per extenſum redigi, an ſatis ſint, vt referantur ad primum dictnm?*

Svmmarivm.

2 *Interrogationes a Iudice fieri poſſunt in cauſa ad ſolam exorta dubitationis declarationem, n 3. fallit ſi eas faceret ad fundandam intentionem alterius, n.4. & quid facere debet Iudex in cauſis criminalibus ad fauorem Rei, n.5.*
6 L. Vbieumque, ff. de interrogat. actionibus.
6 Cap. Iudicantem 30. q. 5.
8 L. Offidiue, ff. de leg. 3.
9 Cap. Paſtotalis de eauſa poſſeſ. & prop.
10 Cap. cum Ioannes, *verſic.* verùm de fidè inſtroment. & n.14.
11 *Concluſio in cauſa olaudit litigatoribus annuam, vlteriùs probandi, non ſic Iudici, & quare.*
12 *Confeſſio alteriùs ex litigantibus, poſt concluſum in cauſa, non admittitur: quoties alia exceptiones deneganiur.*
14 *Iuramentum poſt conclufum in cauſa, an deferri queat, diſtinguitur inter Iudiciale voluntarium, & ſuppletorium, & qua iſta ſint, numero 15 ad 18.*
19 *Iuramentum calumnia poteſt poſt concluſum in cauſa praſtari.*
20 *Examen teſtium producendorum, per Reum non admittitur aduerſus quod erat probatum per Actorem poſt publicatienem in Articulo poſt Reum præſentato cum clauſula* ſaluo iure impedientium *contrarium probatum,*
21 *Repetitio Teſtium facta poſt publicationem redigitur in ſcriptis per extenſum, n.22.23.*

DE interrogationibus, quas Index facere debet à teſtibus, dixi *ſupra in cap. ſicut, & in cap. cum cauſam, hoc tit.* nunc verò, & ſi hæc diſſonare videantur à ooſtri textus diſpoſitione; tameo multùm ad eius materiam eooducunt; Siquidem *ſuprà q.1. & q. 2.* dixi etiam poſt conelusum in cauſa poſſe Iudicem ex officio, & aliquaodo ad inſtantiam partis repetere, nedom poſt publicationem atteſtationom, & hoe vt veritas cauſæ nou obumbretur; Quate in bunc ſanè finem de dubiis ptopoſitis in qoæſtione inquirendum eſt. 1

Ad primam ergò quæſtionis partem reſpondeo poſt eonclusionem io cauſa poſſe fieri à Iudice interrogationes, ad ſolam exortæ dubitationis declarationem; ita Iaſon *in l. admonendi, n.62 ff. de Iureiur.* Felinus *in cap. cum Ioannes, de fide inſtrument n. 11.* Menochius *de arbitrariis, q.35. n 23.* eum aliis videndus Paz *in praxi 1. p. temp.10. n.15.* vbi dicit poſſe Indieem, etiam ad indagandam veritatem id tempus inquirere, quia Iudici nunquam eoncluditur io cauſa, ſed ſemper vuiformitet vigere eius officium vſque ad ſententiam inelusiuè. Quare Mathientos *in dialogo relator 3. p. cap.52. in fine*, pulehrè ait ad officiom æqui, boniqoe Iudicis pertinere veritatem modis omnibus vodeeumque indagatam eruere, ad lucemque prodoeere, ne anguſtia probationum, aut negligentia Iudicie iuſtitia (quæ filia veritatis eſt) impiè occultetur. † Et bine leges præcipiunt, vt probationibos faueant, totiſque viribus curent, vt minime reſtringantur, ſed vt ſaluæ ſint *l. ne quis*, verſie. *de his. ff. de incendio ruinaque naufragio, l. curent Magiſtratus* ibi, *quod facilius negotia explicentur, & probatio rerum ſalua ſit, ff. hoc tit.* Bartolus, & cæteri *in l. ſi duo patroni, ff. de Iureiur.* 2 3

Vnde fit, vt ſi Iudicis interrogatio non tenderet ex ſuo officio ad dubij deelarationem, ſed ad fundandam inteotiooem alterius litigantiom fieri minimè poſſet: vt optimè noiat Menochius *dicte lib.1. de arbitrar. q.35. n.24. & lib. 2. cent. 1. caſu 51. n.32.* contra Iaſonem *in dicta l admonendi, n.63.* & contra alios ibidem à ſe relatos. Nec verùm eſt dicere abſolutè, nunquam Iudici eoneludi in caoſa, quoad ioterrogatioues faeiendas, & probationes admittendas ad fundandam partis intentionem, ſed quoad dubij ex eauſa producti inquiſitionem, & veritatis declarationem. 4

videbia

Digitized by Google

5 † Videbis quæ tradit Zeuallos *in pract. q. 167. & 821.* vbi *à n.5.* dicit quod in cauſis criminalibus ſemper debet Iudex inquirere de innocentia Rei, *leg. 1. § ſi quis vltrò, ff. de quæſt.* nunquam enim in his concluditur Iudici, quod idem eſt in ciuilibus ſummariis, & In omnibus cauſis, in quibus poſt concluſum in cauſa probationes recipi poſſunt, vt eſt in cauſa Matrimonij, & in aliis caſibus, in quibus ponit exempla Felinus *in cap. cum dilectus, de fide inſtrument.* Iaſon. *in l. admonendi, ff. de Iureiur.* quia veritas cauſæ vndecumque eſt inueſtiganda, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, *ex l. 10. tit. 17. lib 4. recopil.* de cuius intellectu plura adduxi *in cap. 6. de Iudiciis*, de quibus videbis quæ adduco *infra, in dicto cap. cum dilectus, q. 3.* in verſic. *vnde.*

6 Nec his obſtat textus *in l. vbicumque, ff. de interrogatoriis actionibus*, in verbis ibi, *vbicumque Iudicem æquitas mouerit æquè oportere fieri interrogationem dubium non eſt*, quibus verbis videtur colligi, tam ad fundandam patris intentionem, quàm quoad inquiſitionem ſolam veritatis, ſi æquitas poſtulet poſſe Iudicem interrogare litigantes, ſed reſpondeo, quod cum textus ille generaliter loquatur, debet eius deciſio reſtringi ad tempus habile: argumento textus, *in l. vt gradatim, ff. de muner. & honor.* quaſi ſenſus ſit, ita demùm Iudex interrogabit, cum ad interrogandum tempus habile ſupereſt; Ita Amator Rodriguez *de fulminando proceſſu cap. 11. num. 18.*

7 † Quo pacto intelligitur textus *in cap. Iudicantem in princ. 30. quæſt. 5.* in hæc verba *Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plenâ inquiſitione diſcutere interrogandi, reſpondendi, &c.*

8 Minùs obſtat textus *in l. Offidius, ff. de leg. 5.* quia reſpondeo in eius ſpecie ab Imperatore factam fuiſſe interrogationem, non qua quæreretur Ius patri, & eius intentio fundaretur, ſed ſolùm ad demonſtrandum legatarium illum ratione veriſimili adhuc petere rectè, vt in ſimili fecit Imperator *in l. proximè de his quæ in Teſtamento delentur*, vbi notat Gloſſa. verbo *heredem induxit.*

9 Nec refragatur textus *in cap. paſtoralis de cauſa poſſeſſ. & propr.* ibi, *his igitur, & aliis cauſis inſpectis, quæ continent æquitatem, aut iuſtè mouerint animam Iudicantis, poſtquam etiam fuerit concluſum poſſe agi poſſeſſorio Iudicio non negamus*; quibus probatur quod agens petitorio poſt concluſum in cauſa ad poſſeſſorium non reuertat, niſi magna ſuadente æquitate. De cuius intellectu latè *ibi* dixi, nec diſtat à doctrina iam tradita.

10 Non inquam textus *in cap. cum Ioannes,* verſic. *verum de fide inſtrument.* quia cum loquatur de interrogatione facta ad declarationem, iam exortæ dubitationis, vt conſtat ibi *non obſtante quod ipſa interrogatio facta fuerit poſtquàm à partibus extitit in cauſa concluſum, cum Iudex, qui vſque ad prolationem ſententiæ, debet vniuerſa rimari, poſſit interrogari de facto, quoties dubitationis aliquid occurrerit*, quid mirum, vt ſecundùm noſtram doctrinam intelligatur.

11 His tamen omnibus obſtat, quod poſtquam ſemel concluſum eſt in cauſa, nihil aliud ſupereſt in ea, præter ſententiam, vt colligitur ex Gloſſa verbo *concluſerint, in Auth de Teſtibus, §. quia verò multi collat. 7.* & Gloſſa verbo concluſum *in cap. cum dilectus, de fide inſtrum.* & Gloſſa verbo *renuntiationes, cap. quoniam contra falſam de probat.* & concluſione facta; nullam ampliùs oppoſitionem, aut exceptionem, ac probationem requirentem admitti, cum concluſio ſit terminus excluſiuus omnium probationum, vt præter Menochium *de arbitrariis dicta q. 55. n. 9.* probat Didacus Perez *in l. 6. tit. 11. lib. 3. ordinamenti* Gloſſa fin. verbo *eſt tamen notandum*; & taliter hæc procedere, vt dici ſoleat pariaeſſe, vel quod ſit concluſum in cauſa, vel quod ſit lata ſententia. Ergò videtur dicendum, vt poſt concluſum in cauſa, etiam officio Iudicis, tantùm ad inquirendam veritatem per dictas interrogationes fieri non poſſint: Sed reſpondeo, quod hæc puriſicatio procedit, quod ipſas partes litigantes, quibus ligantur manus ex concluſione in cauſa, ſed id non procedere quoad ipſum Iudicem, vt tradit Amator Rodriguez *dicto cap. 11. de ordin. proceſſu, n. 16. in fine*: argumento textus noſtri, & Gloſſæ, pro quo faciunt quæ adduxi *ſupra quæſtione 1. & 2.*

Ad ſecundam quæſtionis partem etiam Infero, quod licet Paz *in praxi, temp. 10. num. 13.* ex Baldi & Pauli ſententia *in Rubr. Cod. de probationib.* dicat admittendam eſſe probationem per confeſſionem partis aduerſæ, poſtquam fuerit in cauſa concluſum ex eo quod confeſſio non ſit probatio, ſed probationis releuatio, vt ſenſerunt Ioannes Andreas, Panormit. & Imola, *in Rubr. de probat.* & ſuaderi videtur *ex dicto cap. cum Ioannes,* verſic. *veriùm de fide inſtrum.* Tamen veriùs videtur dicendum, vt confeſſio partis aduerſæ non admittatur, quoties poſt concluſum in cauſa aliæ exceptiones, oppoſitiones, aut probationes non admittantur, quia confeſſio non tantùm eſt probatio, ſed omne probationis genus ſuperat iuxtà ea quæ adduxi *ſuprà, in Rubr. & tit. de confeſſis*, cum in confeſſione ſcilicet nullæ aliæ ſint Iudicis partes, niſi ad condemnandum, vt *in l. vnica, Cod de confeſſis*, & plus quam probationem eſſe, vt docet Ioannes Gutierrez. *lib. 1. pract. q. 116 n. 3.* ſequutus Auendañum *reſp. 18. num. 3.* 12

Nec obſtat textum *in dicto cap cum Ioannes,* 13 quia confeſſio, de qua ibi fuit facta à partibus ad interrogationem Iudicis pro indaganda veritate, & ad exortæ declarationem dubitationis iuxtà proximè dicta *dubio præcedenti*; Sic in terminis Rodrig. *de ordin. proceſſ n. 19.*

Ad tertiam quæſtionis partem, vt reſpondeam 14 breuiter ſuppono eſſe tres ſpecies Iuramenti deciſorij litis, videlicet voluntarium, Iudiciale, & neceſſarium, Gloſſa *in Rubr. ff. de Iureiurando, & Gloſſ fin. in § ſi quis poſtulante in Auth. de actionibus*, de quibus latè ago *infrà ad Rubr. & titulum de Iureiur.* Quo ſuppoſito, dico Iuramentum Iudiciale & voluntarium, poſt concluſum in cauſa admitti non debere, nec deferri, quia tale Iuramentum Iudiciale, tunc demùm defertur, quando alter ex litigantibus non poteſt probare ſuam intentionem, & dicit alteri parti, *ego volo ſtare Iuramento tuo*, quod debet fieri ante concluſum in cauſa, cum reuerà ſpectet ad probationem, quæ ſemper ante talem concluſionem fit inter partes, & hoc idem procedere debet in Iuramento voluntario, quod licet à parte, parti deferatur extrà Iudicium, & in Iudicio, in eius principio deferri poteſt ex multis docet ſubobſcure Rodriguez, *de ordin proceſſu, dicto cap. 11. de ordin. proceſſu, n 22 & 13.* vbi *in fine*, addit quod Iuramentum, quod ſolet Aduerſario deferri in Iudicio de veritate dicenda quale eſt illud, quod

poſitionibus

Google

poſitionibus ſolet apponi, nec etiam poſt concluſionem iu cauſa admittetur, nec deferetur, vt docet Maraota *de ordine Iudiciorum 6.p. actu 9. n.24.* videndus ad relata *n.22.* videbis tamen quæ dico *in cap. fin. de Iureiurando, quæſt.2.* verſic. *ad ſecundam.*

15 De Iutamento, quod defertur à Iudice in ſupplementum probationis maior eſt dubitatio, an poſt coocluſiooom in cauſa admittatur, in qno dubio reſpondendum eſt, quod cum ſoleant Iudices ſæpè in dubiis cauſis exacto Iureiurando ſecundùm eum Iudicare, qui iurauit ex textu *l. in bona fidei, Cod. de rebus creditis.* & ibi Gloſſa in verbo *oportet.* de qno latè dico *in cap. fin. de Iureiur.* & ibi *q.2.* verſic. *ad tertiam.*

16 Er neceſſarium dicatur, cum à Iudice parti, propter inopiam probationum deferatur ad indagandam veritatem in ſupplementum probationis iuxta Gloſſam fin. *in l.fin. Cod. de reb.cred.* ideò ſi tantùm officio Iudicis, & non ad petitionem partis tale iutamentum parti deferatur. Exiſtimo poſt concluſum in cauſa poſſe deferri, vt colligitur ex *l. generaliter, §. omne igitur, Cod. de reb.creditis:* Non ſic ſi à parte peteretur iuxtà ea, quæ adduxi *ſuprà q.1. ad textum noſtrum*, & facit ratio, de qua *ſuprà*, quia concluſio in cauſa eſt terminns excluſiuus eorum, quæ agenda ſunt per partes; non tamen excluſiuus eornm, quæ agenda ſunt per Iudicem, ad dubij, vel litis declarationem, ſeu ad indagandam veritatem.

17 Hodie verò, quod in quacumque parte litis teneatur litigator iutare practicatur, & etiã procedit in via exequutiua, tranſactis decem diebus oppoſitionis, vt *in l.31. tit.4.lib.3. recopilat.* de qua lege oblitus Auendaſius *in capitibus Prater, cap.8. n.1.* contrarium dixit, & Paz *in praxi 4. p. tomo 1. cap.3. n.3.9.* Parlador, *rerum quotidian. cap.fin p.5. §.10. n 26.* quod certiſſimum, & indubitatum dicit Zeuallos *in pract. dicta q. 167. circa finem.*

18 Vnde dixit Gregorius Lopex *in l.2, tit.11.p.3,* in Gloſſa verbo *vn teſtigo* ad iſtam delationem Iuramenti oon eſſe procedendum ex abrupto, ſed causâ cognitâ, vt *in dicta l. in bona fidei, Cod. de rebus creditis* ibi, *cauſa cognita res dedici oporteret*, & ideò Iudex debet habere æquitatem præ oculis, & ſic probationem, per huiuſmodi Iuramenti genus, non ordinariam, ſed extra ordinariam appellabit probationem, & ita ipſe *ibidem*, præter latè tradita à Iaſone *in dicta l. admonendi*, plures refert cauſas, in quibus locus non ſit delationi huius, & quæ requirantur, vt poſſit deferri, latè refernntur à Maranta *de ord.Iudic. dicto actu 9. à n.4.* & iuxta hanc reſolutionem dixit Rodrig. *ſupra de ord. proceſſu, dicto cap.11. num.26. in fine*, eſſe intelligeuda, quæ notat Pax. *in praxi 1.p. dicto* 10. *temp. num.11.*

19 Sed ſi dubites de Iuramento calumniæ, an poſſit poſt conclnſum in cauſa præſtari, reſpondeo affirmatiuè ex his, quæ adduxi *ſuprà in Rubric. de Iuramento calumnia, num.* 10. & latè *à n.21.* & probatur *ex cap.2. §. in omnibus*, ibi *poteſt Iudex à partibus exigere Iuramentum malitia, quoties videris expedire, & in cap.1.* ibi, *poterit poſt modum in qualibet parte litis Iurari eodem tit.lib.6.*

20 Ad quartam quæſtionis partem, vt pleniùs reſpondeas, leges quæ tradit Afflictis *in deciſ.33.* ſed breuiter reſpondeo non eſſe admittendum examen teſtinm producendornm per Reum conuentum, ad probandum cootrarium, quod fuerat probatum per Actotem, poſt publicationem teſtium in cauſa ſuper Articulo præſentato per Renm cum clauſula Iudicis, *ſalno Iure impertinentium* concerneote cootrarium, quod fuerat productum, & verificatum ab aliera parte; docent etiam Gratian. *in deciſ.95.n.5.* Carr. *in deciſ.49.n.19.* Riccius *collect.1791.* ad texinm noſtrum verſic. *obiter*, & hoc quamuis eſſet ad concomitantiam ſctiptutæ, cuius rei ratio fundatur *in dicto cap. per tuas hoc tit. & in cap. fraternitatis, cap. præſentinm ſupra eodem.*

Ad quintam quæſtionis partem, etiam reſo- 21
lutiuè, dico Teſtes repetendos eſſe & interrogandos per examioatorem poſt publicationem; Ita vt per extenſum eorum dicta redigantnr in ſcriptis, nec ſufficere, vt dicant per viam ſimplicis repetitionis ſe referendo ad priorem depoſitionem in alia, vel in eadem cauſa factam, vel ad reuelationem excommunicæ: Ita Riccius *in dicta collect.1791. in fine*, verſic. *quæro ſecnndò*, cum nouiſſimis *in pragmat.9. n.13. de ordine Iu-*
dic. † Et quamuis in praxi videam Teſtes co- 25
ram vno Iudice examinatos, ſi reproducantur eoram alio, non per extenſum, ſed per viam ſimplicis repetitionis & ratificationis ioterrogari, & reperi; Tamen exiſtimo illud procedere cum in termino probatorio ſit; ſecùs autem iam publicatis atteſtatiooibus, ſiquidem tunc ex noſtro textu ex cauſa teſtes repetuotur, oempè ſi ſub dubio depoſuerunt ad declaraodam veritatem, ob idque vltimo dicto, ſeu declarationi ſtandum eſſe oportere, vt ad extenſum ſcribatur & vt ſic veritas pateſiat.

Tamen de hac quæſtione ex multis differens 23
Barboſa *in cap. cum cauſam 37. ſupra hoc tit. n.13.* noſtram ſenteotiam dicit de Iure veriſſimam ex Felino *in cap. cum in tua, n.1. hoc tit.* ſed communiorem appellat quæ docet Teſtem ioutiliter interrogatum, ſi poſteà ſolemniter interrogatus referat ſe ad primnm dictum propter ſubſequutam repetitiooem & confirmationem ſolemnem validare priùs dictum, aliàs inutile; Sic ex Bartolo *in l. legata inutiliter 19. n.3. ff. de leg.1.* quem ibi ſequuntur Alex. *num 7.* Iaſon, *n. 16.* Boërius *deciſ.108. n.9 ad finem*, Antonius Gomez. *lib.1. var. cap.12. n.13. in fine*, Guillelmus *in cap. Rainutius*, verbo *alteroche.*

QVÆSTIO IV.

Informationes Teſtibus facta à Commiſſariis ſeu Receptoribus, ſub qua forma ſint remittenda ad Iudicem cauſa?

SVMMARIVM.

1 *Puritatis informationes, & in cauſis fidei ſigillata remittuntur à Commiſſariis, item, & qua fiunt in aliis Tribunalibus.*

EX verbis textus noſtri ibi *mandamus, qua-* 1
tenus examinatis eos iterùm diligenter, & tam eorum, quàm aliorum, quos receperitis teſtificata ſub ſigillis veſtris, nobis fideliter referatis; praxis ergo eſt quotidiana, vt ſiue litteris Rotalibus, aut Pontificis, ſiue Regiis, aut aliorum quorumlibet Iudicum Regiorum, vel Eccleſiæ, & etiam inferiorum Articulis præſentatis à partibus ad probaodum, vel ad petitionem

tionem Fiſci, ſeu ex officio Iudicis teneri receptores, Commiſſarios, ſiue alios delegatos ad id remittere Informationes, Probationes, ſeu alias diligentias ſibi commiſſas ad Iudices ſuperiores, ſigillatas, ſubſcriptas & clauſas, vt ſic cum ſecretó factæ Iudicium melius informetur: argumento eorum, quæ de Indiciis informandis practicatur: Nam partes litigantes nihil reuerà ſcire debent de probato ab aduerſa, & ſic econtra vſque ad publicationem Teſtium iuxtà relata, *in cap. præſentium ſuprà hoc tit.* aliàs Iudices, & Iudicia illuderentur. Et de remiſſorialibus; videbis Ortiz, & Salcedo *in ſua praxi, fol.261.B.* verſic. *quando*, & videbis *à fol. 143. B.* verſic. *aljuez*, & *à folio 246. & 248. & fol.251.* verſic. *auiendo.*

AD TEXTVM
IN CAPITE LIV.
Teſtimonium, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

1. HVius textus materia pertinet ad repulſas teſtium, vel quia criminoſi, aut quia aliis exceptionibus non debuerunt in cauſa deponere, quorum dicta, vel repellenda, aut pro nihilo habenda, aut nimis idonea reputanda forent. Et quia diuerſis in locis, tam Iuris Canonici, quàm ciuilis, poteſt de hoc puncto tractari; ideò *hic* dicenda non eſt cut ibi repetantur de Iure Canonico extant Iura *in cap. Teſtes 2. q.7. cap. ſuſpectus. cap. conſtituimus 3. q.5. cap.1.2.& 3.q.11. cap. infames 1, in fine 6.q.1.cap. ex parte. cap.licet ex quadam ſuprà hoc tit. cap præterea 7. infrà de Teſt cogend. cap.1. de except. cap. licet cauſam de probat. cap.2. ad finem de ordine cognitionum, & de Iure ciuili, l.3. §. pen. cum aliis, ff. de teſt. l. Imperiatis, Cod. de nuptiis, l.8. tit.16.p.3. l.fin. tit.1.p.7.* vbi Doctores, & facit textus *in cap. ſuper eo, & l.1.* & ibi Gloſſa *hoc tit. cap.conſtituimus 3. q.5.* II. Et quia de teſtibus minùs idoneis ratione affinitatis, amicitiæ, ſeu ſtatus, de inimicitiæ vel ſexus iam *ſuprà* egerim, tam *in cap. quoties*, quàm *in cap.ſuper eo, 22. cap. inſuper. cap. nuper, cap.tam litteris, cap. Iudæi, cap.in litteris*, & in aliis Iuribus, & hic ſolùm negatur de teſtibus criminoſis, & periuriis; ideò de his tantùm agendum erit, quia de teſtibus ſociis in crimine ago *infrà, in cap.fin. de teſtibus cogend.* III. Vide *infrà, in cap.fin. & ad quæſtionem ſuprà, in cap. cum à nobis 28.q.5.* verſic. *ad tertiam.* IV. Et de intellectu textus noſtri, *cap. conſtitutus de purgatione Canonica, & in cap. per tuas, de Simonia.* Agit hic Barboſa ſub *n.1*, verſic. *collige*, qui benè expenduntur quæſtionibus ſequentibus.

QVÆSTIO I.

An Criminoſi admittantur in Teſtes, quando in ciuili cauſa, & quando in criminali?

SVMMARIVM.

1 *Criminoſi Teſtes per ſententiam condemnati, non admittuntur: quid ſi crimen tantùm ſit probatum, nec lata Sententia.*

2 *Teſtis, cui per exceptionem crimen oppoſitum eſt, etiam repellitur à teſtimonio.*

3 Cap. licet Hely, de Simonia, & n.22.

4 L.3. §.lege Iulia ff. hoc tit. & n.23.

5 L. quæſitum 17. ff. hoc tit.& n.15.

6 L.qui Teſtamento, §. eum qui, ff. de Teſtamentis,& n.24.

7 *Infames infamia Iuris teſtes non admittuntur. quid de infamibus infamia facti, à num. 9. 10. 11. & 12.*

8 Cap.1. de exceptionibus.
Cap. forus de verborum ſignif.
L.8. tit.16. p. 3.

11 *Infamia facti notatus, licet in ciuilibus Teſtis admittatur; fallit in arduis cauſis, & magni præiudicij, n.15.16.17.18.*

13 *Infamia Iuris quæ ſit.*

14 *Infamia facti, quæ dicatur.*

16 *Teſtes notati infamià facti repellitur in matrimonialibus, & ingenuitatis, & maioratus, numero 17. & 18.*

19 *Crimen quod repellit Teſtem debet eſſe graue; etiam in criminalibus.*
L.1, Cod de modo mulct. vbi de banníto.

20 *Criminoſi nonnulli admittuntur ad teſtificandum in criminalibus exceptis, veluti læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ, & alij, & qualem fidem faciāt, n.21.22.23.24.25.26.27. & vbi alias veritas nequit haberi n.28.29.30.31.*

32 *Criminoſi in crimine perſeuerantes Teſtes eſſe prohibentur, Secùs ſi emendati ſint n. 33. 34. declaratur. num.35.38.*

33 L. palam, *verſic.* non ſolùm. ff. de ritu nuptiarum, l. qui cum vno. ff. de re militari, l. fugitiuus, ff de ædilitio edicto.

36 *Emendatio criminoſi non præſumitur, niſi probetur, num. 37.*

DVbium non leue eſt qualiter hæc procedant; Et ſic vt varia Iura expediri valeant generaliter dico, quod Teſtis criminoſus à teſtimonio repellitur, ſiue in cauſa ciuili, ſiue in criminali, vt notat textus *in cap. ſuper, & leg.1. hoc tit.* Vbi Gloſſa *cap conſtituimus 3. quæſtione 5.* vbi de Homicida, Malefico, Fure, Sacrilego, Adultero, incommittente, Benefico, Periuro, Falſario, Sortilego, & ſimilibus, videndus textus *in l.3. § lege Iulia, ff. hoc tit.* tradit Speculator *in tit. de Teſte, § 1. ſub num 25.* verſic. *item opponitur*, & *num.81*, verſic *item quod eſt*, Abbas & Felinus *hic num. 1.* Maſcardus *de probationibus, lib.1. concluſ. 464. num.1. & lib. 3. concluſ.1356. num.43. & 48.* vbi etiam de Homicida pluribus adductis, notat Farinacius *de Teſt. quæſtione 56. à num. 226.* notant Ordinarij hic, *& in cap.1. de exception.* vbi Balboa, & Graña plura Iura cumolant, quibus addo alios, quos refert Rodriguez. *de ordinando proceſſu, capite 9. à num.30.* Imò & Abbas, & Felinus *in dicto cap. ſuper eo num. 3.* per textum ibi dicunt procedere non ſolùm in eo, qui de crimine per ſententiam condemnatus eſt, ſed etiam in eo, qui non fuit per ſententiam condēnatus, quia adhuc repellitur, ſi crimen contra ipſum probetur, & huius dicti ratio ea nempe eſt, quia teſtimonium eſt Iudicij fundamentum, & ſi quæratur an Iudicium valeat, priùs videndum eſt an perſonæ, de quibus Iudicium ordinatur legitimæ ſint *l.ſi quæramus, ff. de teſtam.* cūque à teſtium depoſitione hominum exiſtimatio vita & mors, & denique om-

nium rerũ ſumma dependeat vt ex *ſupra* relatis iu-
ribus, & titulis patet,& Iudex debeat eorum fidẽ
ſequi *l.illicitas*, *§.veritas,ff.de off.Præſid.* eum teſtes
adhibeantur ad veritatem iuuandam, *l. eos, Cod.*
hoc tit. & ob id maxima ratio exigat, vt fidei ple-
nitudine 'inſtructi ſiot *dicte cap. teſtis 2. q. 7.* &
abſque vlla infamia, ſuſpicione vel macula ma-
nifeſta, immunes debeant eſſe, meritò, venit vt
criminoſi, & iofames repellantur à teſtimonio
fereodo, vt patet ex Iuribus iam *in princ. & in*
paraphraſi, relatis.
2 Vode euenit, vt ſi teſtis per exceptiooem ei
de crimine oppoſitam conuincitur, vel conuictus
appareat à teſtimuoio repellatur ex boc noſtro
textu, & meliùs ex textu, *in cap.1. de except.* & ex
Iuribus iam *ſupra* dictis, doceot prǽter otdioa-
rios Antooius Gomez. *lib.3. variar.c.* 11. *n.* 22.
Couatt. *in pract. cap.* 18. Zeuallos *in pract. q.* 162.
& 396. Donell. *lib.28. commentariorum, & lib.25.*
*cap.*8. vbi Oſuald. Duaten. *de teſt. cap.*2. Antoo.
Faber *in ſuo Codice eodem tit. definitione* 36.
3 Sed aduerſus regulam ſuptadictam obſtant
non leuia. Primò quia certum eſt in etimine læ-
ſæ Majeſtatis, Diuinæ, & humanæ admitti etiam
teſtes criminoſos, *cap.licet Hely cap. per tuas de*
Simonia,& Gloſſa *in dicta l.3.§.leg.Iul.* dixis quod
criminoſus admittitot in teſtem contra crimino-
4 ſum *ibi*, in verbo *palam*. † Tum etiam pugnat
textus *in dicta l.3.§.lege Iul.* vbi teſtis a teſtimo-
nio non repellitur, niſi priùs fuerit publico Indi-
cio damnatus, & ſic videtur vt non ſufficiat ſola
5 exeeptio criminis. † Prǽtereà textus *in l. quaſi-*
tum 17. *ff. hoc tit.* vbi probatur quod calumnia-
tores non prohibentur teſtificari, cum conſtet
iſtos de Iure publico Iudicio damnatos eſſe.
6 † Item textus *in l. qui teſtament. § eum qui, ff. de*
teſtament. in verbis ibi, *eum qui lege repetundarum*
damnatus eſt ad teſtament. adhiberi poſſe exiſtimo. &
rurſus facit, qoia criminoſi admittuntur in caſi-
bus, vbi veritas alitet haberi non poteſt, doeet
Batt. *in l.1. Cod. de Summa Triuit. & Fide Cathol.*
*n.*12. Gloſſa *in dicta l.3.§. leg.Iul ff hoc tit.* verſic.
palam; Item & ex noſtro texto, vbi criminoſus
emendatus de crimine, noo repellitur à Teſti-
monio.
7 Quare vt hæc omnia intelligere valeat adoer-
to diſtinguendum eſſe inter infames infamia iu-
ris, & inter infames infamia facti; Nam primò
caſu infames non admittuntur ex textu, *in dicto*
cap. infames 6. q.1. ibi *nec ad accuſationem, ſed ad*
teſtimonium vllatenùs recipi poſſunt, *dicta l.3. § leg.*
Cod. de teſtamentis, & *in §. ſed cum aliquis, inſtit. eodem*, dum probare videntur validum eſſe teſtamentum, licet eo tempore teſtis, ſeruus foret, quamuis aliàs ſeruus iure eſſe deberet, *l. quoniam liberi, Cod. hoc tit. §.teſtes inſtit. de teſtamentis.* Tamen reſpondeo, quod in ſpecie horum iurium teſtamentum nullum erat, ſtricta iuris diſputatione attenta, ſed ſpeciali Imperatorum reſcripto, vt *in dicta l.1.* & *in dicto §. ſed cum aliquis*, factum eſt, vt omnia iuris Ciuilis ſubtilitas temperaretur, æquitate ſuadente, quia teſtamenta plerúmque ordinantur ab ignorantibus, cum qui teſtes ad teſtamentum rogat, facilè ignorare poteſt eſſe ſeruum is, qui communiter exiſtimatur liber iuxta vulgatam regulam text. *in l. Barbarius ff. de offic. prætoru, l.competit, ff. qui & à quibus, l.3. ff. ad Macedonianum, l.4. tit.4. l.115. tit.18. p.3. l.4. tit.5. p.5. l.8. tit.9. lib.3. compil.* Conanus *lib.9. Comment. cap.3. n.3.* Duarenus *ad titulum de teſtamentis, cap. de Teſtib. idoneis*, Caldeira *lib.2. Var.cap.7. num.2.* Anton. Gomez. *in l.3. tauri, n.27.*

Verùm præfata concluſio in verſic. *ad quar-* 23
tam, vt ſcilicet in teſtamentis non ſit repellendus teſtis, niſi prius de crimine damnatus ſit, procedit quando ſcilicet contra teſtem teſtamenti opponitur exceptio criminis; attamen quādo opponitur defectus ætatis, ſexus, vel alterius qualitatis, v.g quod ſit ſeruus furioſus, inimicus, aut excommunicatus, ſufficiet Iure Ciuili attento defectum in exceptione probari, etiam ſi nulla præceſſerit ſententia, quia eo in caſu nullum eſt diſcrimen inter Ius Ciuile Pontificium, & Regium, vt colligitur ex iem dictis dicto verſic. *ad ſecundam*, in terminis Balboa *in d cap.1. de except. n.90.* Et pro maiori enodatione adiunges quæ adduxi *ſup. q.1.* in verſic. *nec textus in l. qui teſtamento*, cum verſic. *infertur*, & verſic. *quare.*

QVÆSTIO

Qvæstio IV.

An exceptio criminis, quæ non fuit oppoſita contra teſtem poſſit opponi in ſecunda appellationis inſtantia: Et an hac oppoſitio, liceat poſt publicatas atteſtationes: Vel poſt latam ſententiam: Et an ille, qui olim infamis fuit, ſi tamen ex tempore, aliquando infamis deſinit eſſe, admittatur in teſtem: Et an infamis poſſit in integrum per Principem ad famam reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Exceptio de crimine oppoſita contra teſtem in prima inſtantia, ea non probata, quit in ſecunda probari*, n.1. & 3.

L.1. tit.8, l.4. tit.9. lib.4. recopilationis.

4 *Exceptio criminis in teſtem quo tempore de iure, etiam hodie in teſtem, opponi poſſit*. n.5.

6 L. Imperator 8. ff. de poſtulando, n.10.l. generaliter, §.5. ff. de decurionib.n.10.l.C. quibus ex cauſis, n.10. l.fin. Cod. de his, qui exilij cauſa dati lib.10.

7 L. non potuit 63.ff.de furtis, & n.8.l.Diuus, ff. de iniuriis, n.8.

L. ad tempus 5. ff. de decurionibus, l. ordinarij 15. *verſic.* Minoribus, ff. ad municipalem, n.8. & n.11.

8 *Infamis olim, qui ex tempore deſinit eſſe talis, quando teſtis eſſe poſſit*, n.9. 10. & 11.

L. palam, ff. de ritu nuptiarum.

L.8. Cod. ex quibus cauſis.

L.s. §. fin. ad legem Corneliam de falſis.

11 L.1. & 2. C. de his, qui in exilium dati.

12 *Infamis per Principem, quit reſtitui, vt teſtis ſit* n.13. & 14.

1 AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum ex iuribus, quæ adduxi, *ſup. in cap. fraternitatis* 17. *hoc tit quæſt.*1.*num.*1. præterea quia ita in terminis probant Gloſſa *in cap. ex parte hoc tit.* verbo *teſtes ibi*, Aretinus *num.*19. Afflictis *deciſ.*266. veriorem dicens, & in Senatu Neapolit. ſeruatam, Azeuedo *in l.*1. *tit.*8. *n.*2. *lib.*4. *comp.* Didacus Perez *in l.*2. *tit.*4. *libro* 3. *ordinam.* Auendañus *reſp.*21. *n.*7. & *in capitibus prætor, lib.*2. *cap.*5. *n.*29. qui omnes mouentur ex regula textus, *in dicto cap. fraternitatis*, & *Clementina* 2. *hoc tit.* vbi publicatis atteſtationibus; non licet teſtes producere, propter periculum ſubornationis, quod militat in ſecunda inſtantia.

2 Ex aduerſo tamen ſunt multi, qui dicunt, quod ſi exceptio contra teſtem, oppoſita fuit in prima inſtantia, & non probata, poſſit in ſecunda appellationis inſtantia probari ex regula textus, *in leg. per hanc, Cod. de tempor. appellat. cap. cum Ioannes de fide inſtrumen.* vbi illa adducitur regula *non allegata allegabo, & non probata probabo.* Tum etiam textus, *in cap. præſentium hoc titulo*, vbi dicitur, quod vt omne illud, quod opponi poterat ante ſententiam, rectè poſſint opponi crimina aduersùs teſtes, ergo idem erit in cauſa appellationis. Præterea faciunt quæ adduxi, *ſuprà in dicto cap. fraternitatis, dicta quæſtione* 1. *num.*2. & hanc partem defendunt Gloſſa *in dicto cap.*1. *de exception.* vbi Panormitanus *num.*8. Felinus 2. Decius, & Pariſius 5. Mantua 21. Guido Pap.*deciſ.*50. Couarr. *in pract. cap.*18. *n.*5.

3 In hac tamen controuerſia, hanc vltimam opinionem tenendam eſſe credo in praxi ita vt repulſæ vulgò *tachas de teſtigos*, quæ omiſſæ ſunt in prima inſtantia, in ſecunda opponi poſſunt, dummodo id fiat in ipſo libello, in quo ſententiæ grauamina exprimuntur vulgò *eſcrito de agrauios*: nam poſt publicationem teſtium factam in cauſa appellationis, & ſic in termino ſtatuto ad reprobandos teſtes illius ſecundæ inſtantiæ, minimè opponi poterunt, vt reſoluit Couarruu. *in practic. dicto cap.*18. *num.*5. Azeuedus *in l.*1. *titul.*8. *libro* 4. *compilat. num.*9. Quo in ſenſu Balboa *in cap.*1. *de except.num* 63. intelligit textum, *in l.*1. *titulo* 8. & *in l.*4. *tit.*9. *libro* 4. *compil.* & *ordinam. Luſitan. libro* 3. *tit.*44. §.3. Alia dixi, *in cap. præſentium hoc titulo*, & *in dicto cap. fraternitatis.* Et videbis quæ tradit Rodriguez *de ordin proceſſu, cap.*9. *num.*3. adiunges quod adduco *infrà in Rubrica de appellat. quæſt.*5. verſic. *dubium.*

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, an poſt publicationem vel latam ſententiam, poſſit opponi in perſonas teſtium: reſpondebis ex multis quæ adduxi *ſuprà in dicto cap. fraternitatis*, & *in dicto cap. præſentium de Teſtibus*, & ſecundum eorum deciſionem, ſeu diſtinctionem intelligit Balboa textum, *in dicto cap.*1. *de exceptionibus, num.*64. vbi ait quod hodie de Iure Regio *in l.*16. *tit.*8. *lib* 2. *fori*, non ſeruatâ formâ dicti capituli præſentium opponi poſſet poſt publicatas atteſtationes criminis exceptio, & cum in ea lege diuiſum non eſſet, intra quod tempus quod exceptiones criminum, eſſent opponendæ contra perſonas teſtium poſt factam publicationem declaratum eſt, *in l.*1. *tit.*8. *lib.*4. *compilat.* oppoſitionem efficiendam eſſe intra 6. dies, à die publicationis, & notificationis factæ parti, aut eius procuratori, & ad illius probationem aſſignandum eſſe à Iudice terminum peremptorum quod nullo modo debet excedere termini medietatem termini aſſignati in cauſa principali. † Ita vt ſuper articulo 5
repulſarum minor, aut alius priuilegiatus, nullo modo aduersùs lapſum termini poſſit reſtitui, & hoc tam in prima, quàm in ſecunda inſtantia, & ita *ex leg.* 1. reſoluunt Azeued. *num.* 70. Couarruu. *practic. cap.*26. *num.*7. Gomez 1.*tom. Variar. cap.*1. *num.*7. Rebuffus *ad conſtitutiones Franciæ tomo* 1. *titul. de reſtitut. artic.*1. *gloſſa* 2. *num.* 16. quæ eſt notabilis limitatio ad regulam textus, *in leg. Minor annis* 37. *ff. de minoribus*, & eorum, quæ adduxi, *in dicto cap. fraternitatis hoc tit. quæſtione* 3. verſic. *ad ſecundam*, & quæ adduxi, *ſuprà in Rubrica de litis conteſtatione quæſtione* 15. in terminis docet Franchis *in deciſione* 421. quem ſequitur Riccius *collect.* 10. quod minor in cauſa repulſæ, non reſtituitur ad pinguias probandum.

6 Ad tertiam quæſtionis partem de eo, qui olim infamis fuit, an admitti poſſit in teſtem, ſi ex tempore deſinit eſſe infamis, dubium non leue eſt inter Doctores: nam qui in teſtem illud admittunt fundantur, *in leg. Imperator* 8. *de poſtulando, leg. generaliter*, §.5. *ff. de decurionibus*, *l.*3. *Cod. quibus cauſis infamia irrogetur*. *leg. fin.*

Cod.

Digitized by Google

Cod. quibus cauſis infamia irrogetur, *l. fin. Cod. de bu*, *qui exily dati; lib.* 10. quibus probatur poſſe ferre teſtimonium, & honores ſubire.
7 †. Tamen buic reſolutioni obſtant alia Iura *in l. 63. ff. de furtis*, *l. Diuus, ff. de Iniuriis*, vbi probatur, vt Iudex efficere non poſſit, vt ex cauſa famoſa damnatus, ei non ſequatur infamia, præcipue ſi temporali pœna ex cauſa famoſa ſit damnatus ad textum *in l. ad tempus* 5. *ff. de decurion. l. ordinarij* 15. verſic. *minoribus ff. ad municipalem*, pro quo facit illud Axioma, quod infamia nunquam aboleri poteſt, etiam à Principe Supremo, vt dico ſub dub. ſequenti.

8 Vt tamen reſpondeatur ſunt diſtinguendi tres caſus. Primus quando Iudex imponit delinquenti pœnam à Iure ſtatutam, quia tunc infamia perpetua eſt, licet pœna tempore finiatur, & in huc caſu non infligitur pœna à Iudice, ſed ab ipſa lege, cuius effectus perpetuus eſt, quo pacto intelligitur textus *in dicta l. 63. de furtis, dicta l. Diuus, de Iniuriis*, *l. palam, ff. de ritu nuptiarum cum ſimilibus*: Durat enim in iſto caſu ſemper infamia, quando pœna temporalis extinguatur *dicta l. ad tempus*, §. *Cod. de decurionibus*
9 *cum aliis*. † Alius caſus, cum Iudex duriorem pœnam imponit, quam lex delicto conſtituit, quia tunc cum pœna vltrà legem eſt impoſita, non eſt cur duret infamia poſt tempus pœnæ, cum ex duriori ſententia videatur quaſi tranſactum, vt ſecuritas pœnæ ſuccedat loco infamiæ, *l. quid ergo*, §. *pœna grauior*, *ff. de his, qui notantur infamia*. Quo pacto intelliguntur Iura *in dicta l. ad tempus*, §. & *l. 8. Cod. ex quibus cau-*
10 *ſis cum ſimilibus*. † Tertius caſus eſt, quando minorem pœnam à lege ſtatuit Iudex, quia tunc ſi ſola gratia ductus, abſque alia cauſa minuerit, ſemper durabit infamia, quamuis pœna temporalis extinguatur iuxtà dicta in primo caſu; Sin autem Iudex ex cauſa iuſta pœnam minuerit, tempore tranſacto, non reputabitur infamis quomodò venit intelligendus textus *in l. 3. Cod. ex quibus cauſis infamia irrogetur*, *l. generaliter 3*. §. 1. *ff. de decurion. l. 1.* §. *vlt. ff ad legem Cornel. de falſ. l. Imperator 8. ff. de poſtulando.*

11 Nec his obſtat textus *in l. 1. & 2. Cod. de his, qui in exilium dati*, vbi indiſtinctè dicitur ordine ad tempus interdictum nullam reportari infamiam per tempus, quia reſpondetur Iura illa procedere, quando interdictus ad tempus mitiorem pœnam, quam lex ſtatuerat paſſus eſt, vt notat Ioann. de Platea *ibi à n. 1.* Ant. Faber *in rationali ad text in l. Imperator*, *ff. de poſtulando*, Cujac. *lib. 1. reſpon.* Papin. *in d. l. ordinarij*, *ff. ad municipalem*, & *lib. 6. reſponſorum*, Papin. *in l. fin. ff. de public. Iudic.* & *lib. 20. obſeruat. cap. 38.*

12 Ad quartam quæſtionis partem videbatur etiam dicendum, quod cum infamia nunquam poſſit aboleri, etiam à Principe ſupremo, perinde infamem infamia facti, nunquam admitti poſſe ad teſtificandum, quia opinio hominum, ita in eorum mentibus imprimitur, vt nullâ humanâ poteſtate aboleri poſſit, vt notant Panormitan.
13 *n. 9.* & Felinus *in dicto cap. 1. de except. n. 10* † Sed quia hæc Principis reſtitutio de ſui natura reſpiciat, quando iuregrè reſtituit ad famam, & honorem, ad quorum effectum habet Princeps poteſtatem auferendi infamiam; Ideò dici debet, quod licet infamia facti, quæ conſiſtat in macula hominum, opinionem quam de aliquo habent, non auferat tamen eam auferre, quæ conſiſtit in Iure, docent Antonius Gomez *lib. 3. var. cap. 12. n. 38.* Hugolinus *de Simonia tabula 1. cap. 18.* §. *2. n. 12.* Sforcia *de in integrum reſtitut. p 2. q. 99. art 4.* Farinacius *de inquiſitione tomo 1. q 6. n. 45.* Balboa *in cap. 1. de except. n. 66.* Et probatur ex textu *in l. 1. Cod. de ſentent. paſſis l. 1.* §. *penult ff de poſtulando*, *c. ſi quem in fine 2. q 7. cap. ſi diligenti de Simonia*, *l. 6. tit. 6. p. 7.* vbi Gregorius Lopez. verbo *el Rey*.

Cumque effectus, tam Iuris, quàm facti in- 14
famiæ dependeant à Iure, quod mirùm, vt eos Princeps per reſtitutionem quam facit, auferat omninò; itavt reſtitutus ad teſtimonium admittatur *l. 3.* § *lege Iulia*, *ff. hoc tit.* ibi, *qui eorum in integrum reſtitutus non erit*, vt docet Bald. *in d. cap. fraternitatis hoc tit. n. 9* Alex. *conſ. 147. n. 11. lib. 7.* Sforcia *dicta p 2. de reſtit q. 99 art. 1. n. 6.* & notatur *in cap. cum ſe 23. de re Iudicata*, vbi *amplius dico de hac reſtitutione, qualiter fiat in aliis lib. 6. tit. 6. p. 7.*

QVÆSTIO V.

An repulſa contra Teſtes ſint neceſſariò proponenda ſpecialiter: Et quam proteſtationem faciat eas objiciens: Et an Perjurus à ferendo Teſtimonio repellatur, ſeu Blaſphemus: Et quid de aliis reſolutinè: Et an qui excipit contra Teſtes quod ſint falſarij, improbi, & criminoſi, non probant, teneatur actione iniuriarum: Et an emendati de delicto, vigore edicti ſint de delicto denuntiandi: Vel an Teſtes criminoſi, & infames admittantur in denuntiatione Euangelica?

SVMMARIVM.

1 *Repulſa contra Teſtes debent ſpecialiter apponi, num. 2. & 3.*
6 *Repulſa in Teſtes obyciens debet in libello proteſtari, ſi eas obycere, non animo iniuriam Teſtibus inferendi, & hoc cum Iuramento.*
7 *Periurus ad teſtificandum non admittitur n. 8. 9. ad 17. ſiue in aſſertorio, ſiue in promiſſorio, ſiue de præſenti, præterito, aut futuro, n. 10. & etiamſi talis ſit circà acceſſoria, n. 11.*
8 *Iuramentum violans, eſt ſemper de periuro ſuſpectus.*
9 C. accuſat. §. licet verò de hæret. l. 6. & n. 15.
10 *Periurus quantumcumque ſit emendatus teſtis non admittitur, nec ad ſe purgandum.*
11 *Periurus Teſtis non facit indicium, nec torturam, nec ad inquiſitionem, nec ad capturam.*
13 *Periurus Teſtis non admittitur contrà alium periurum.*
17 *Periurus admittitur Teſtis in illis omnibus caſibus, in quibus à Iuramento ſine dolo receſſit.*
18 *Blaſphemus ſemel damnatus teſtis non eſt.*
19 *Criminoſi alij à ferendo teſtimonio repelluntur, vt Meretrix, Birruarius, Bannitus, &c.*
20 L. ſi non conuitij, l. ſiquidem, Cod de iniuriis. l. ſi tibi, Cod. de lib. cauſ. l. ſi verò, §. fin. ff. qui ſatis date cogantur.
C. ſuper his de accuſ. l. 1. C. de aduocat diuerſ. Iudic. c. 1. de elect. lib. 6. & n. 18.
22 *Excipiens contra teſt. quod ſint falſarij, improbi, & criminoſi, non probans, non tenetur actione iniuriarum,*

*iniuriarum , ſi proteſtetur opponere , non animo iniuriandi, num.*23.24. *&* 25.26.27. vbi de praxi.

29 *Denuntiandi de delicto , vigore edicti , an ſint de eo emendati.*

30 *Teſtes infames , quando admittantur in denuntiatione Euangelica.*

1 AD primam quæſtionis partem controuerſum eſt inter Doctores, an debeant ſpecificè declarari obiecta contra teſtes , & in hoc Articulo video Doctores tenentes *in cap. præſentium*, §. *Teſtes hoc tit. lib.* 6. quod opponens obiectus aliquos contra teſtes , debet eos diſtinctè & ſpecificè opponere & exprimere, aliàs eius opoſitio nihil releuat ; Ita Rota *in decis.*355. aliàs 18. *hoc tit. in nouis & decis.*358. aliàs 8. *& decis. ſequenti in tit. de exception.* etiam *in nouis* , Boëtius *in decis.*323. *num.*8. & facit quod vult Caocerius *decis.*10. *hoc tit.* vbi opponens exceptionem inimicitiæ contra teſtes , debet ſpeciem illius exprimere : ſequitur Riceius *collect.* 1972 ad textum *in dicto* §. *teſtes* , iterùm *in collect.* 1989. *ad textum*
2 *in l.*1. vbi Bart. *Cod. de teſtibus.* † Vnde Maynardus *deciſum refert in decis.* 90. *lib.*4. in Gallia oppoſitiones generales , vagas , & incertas con-
3 tra teſtes non recipi. † Et propterea idem *in decis.*91. *eodem libro* dixit oppoſitionem contra teſtem , quod fuit inductus , & pecunia corruptus ad deponendum, niſi pecuniæ quantitas corruptioniſque modus locus, & tempus exprimatur à Curia Tholoſana non recipi.

4 Contraria tamen opinio ; Nempe vt non ſit neceſſarium exprimere relatas circunſtantias , & qualitates : Tenuit Ioannes Andrèas , argumento textus *in dicto cap. præſentium, hoc tit.* quem *ibi* ſequitur Ancharranus , dixit communem Iaſon. *in l. Titia Textores, n.*12. *ff. de leg.*1. tradit Maranta *de ordine Iudiciorum* 6. *p. actu* 13. *n.*3. & ob id dixit Alex. *conſ.*158. *volum.* 5. *n.* 13. ſatis eſſe crimina & obiecta probare.

5 Sed in praxi prima opinio eſt plauſibilior per textum *in dicto cap. præſentium* , §. *Teſtes*, vbi notat Gloſſa verbo *ſpecificationem* textus *in cap. vt circa de elect. lib.* 6. Sequitur Romanus *conſ.*200. *n.*1. Lanfraneus *in cap. quoniam contra falſam , de Probationib. n.*48. Auendañus *in capitibus Prætor, cap.*2. *n.*81. *p.*1. Didaeus Perez. *in l.*1. *tit* 4. *lib.*3. *ordinam. col.* 942. Menochius *de arbitr. lib.*1. *q.*32. & probat de Iure Regio textus *in l.*8. *tit.* 8. *lib. compil.* vbi notat Axeuedus *n.*1. Zeuallos *in pract. q.*152. vbi hanc opinionem hodie tenendam , & conſulendam dicit , quibus addo Rodriguez. *de ordin. proceſſu* , *cap.*9. *n.*2. *&* 42. per eam legem Regiam, ſic tenentem eum Couarr. *pract. c.* 18. *num.* 5.

6 Ad ſecundam partem quæſtionis , quam dico eſſe appendicem præcedentis dubij , & quæ ſpectat ad ſtylum & practicam obſeruandam in proponendis regulis aduerſus teſtes. Dico quod eas obijciens in repulſarum libello , debet ſubijcere , quod eas opponit non animo teſtibus inferendi iniuriam proteſtatione, & Iuramento ad hoc præmiſſo iuxtà textum *in dicto c. præſentium in fine hoc tit. lib* 6. *& in cap. qui contrà* 19. *cap. vt circà* 4. *ibi corporali præſtito Iuramento* , quod credunt ea, quæ exprimunt eſſe vera, & ſe poſſe probare , vt benè tradit Didaeus Perex *in dicta l.*1. *ordinamenti tit.* 4. *lib.* 3. in Gloſſa verbo *tachar.* verſic. *repulſam autem, f.*558. Paz. *in praxi* 1. *p. temp.*9. *n.*22. dicens id in libello ita ſub hac clauſula concipi *coniuramento y proteſtacion. queanto todas caſſas hago. que la dicha tacha , ni las demas, que puſiere contra los teſtigos no las pongo con animo de iniuriar. à ninguno de ellos.* Quæ tamen proteſtatio cum Iuramento illud operatur , licet verùm ſit , vt obijciens repulſam teſtibus criminis , vel infamiæ , & non probans iniuriarum actione non teneatur , de quo dico *infrà* in verſic. *ad quartam.*

7 Ad tertiam quæſtionis partem , quæ eſt alia principalis noſtri textus *ibi*, præter quam *pro reatu periury* , breuiter dico , quod periurus teſtis eſſe non poteſt in cauſa ciuili , nec in criminali, *cap ſi quis coniunctus. cap. paruuli* 22. *q.*5. *cap. quicumque* 6. *q.*5. *cap. ex parte*, & ibi Gloſſa in verbo *de periurio*, Vbi Abbas *n* 5. Felinus *num.*4. *hoc tit. cap. ſicut nobis* , & ibi Gloſſa fin, *ſuprà* & in hoc noſtro textu , vbi Abbas *n.*9. Felinus 19. Gloſſa *in cap. per tuas de Simonia*, in verbo *adultery*, Gloſſ. *in l. Lucius*, in verbo *debeantur* , *in fine de his , qui notantur infamia* , vbi Albericus *n.*3. & eſt ratio, quia periuros caret eo potiſſimum, quod in teſte potiſſimum eſt, ſcilicet veritate , quæ debet eſſe pura & ſimplex *cap. pura* 3. *q.* 9. & eo quod ſemel violauit Iuramentum , ſemper in eo remanet ſuſpicio periurij , Gloſſa *in c. paruuli* 22. *q.* 5.
† Et hoc maximè procedit in eo qui committit 8
periurium in teſtificando; Nam ex quo ſemel delinquit in officio ſemper eſt ſuſpectus in eodem *cap. quicumque ſciens* 6. *quæſt.*1. *l. ſi aliquid , Cod. de ſuſpect. & argent. lib.*10. Barbatia *in tract. de teſt. p.*3. *n.*7. & Farinac. dicit *p.*66. *de Teſtibus, n.*[illegible]6. *in fine* de hac regula dubitatum non eſſe. Primò quia in iure eſt benè fundata. Secundò quia rationabilis. Tertiò quia communiter à Doctorib. recepta.

Sed obſtat textus *in cap. accuſatus* , §. *licet verè* 9
*de hæret. lib.*6, quo cauetur , vt periurus admittatur in teſtem. Quod ſi reſpondeas ibi fieri ad fidei fauorem, vt docet Maſcardus *de probat. concluſ.*857. *n.*5. *lib.*2. Tu nec etiam vrges, nam ſunt alij caſus non ſpeciales, in quibus admittitur periurus , veluti , quia permittitur à lege permittente , vel Principe cogente , Iuramentum non ſeruauit , vel quia Papa diſponit vt periurus admittatur in teſtem. Quod ſi iterùm reſpondeas nihil mirum eſſe ſi lege permittente, aut Principe cogente , aut diſponente id contingat. Tunc vrget , quia ſi quis violat temerarium Iuramentum & illicitum non ob id à teſtimonio ferendo remouetur, vt notant Hoſtienſis *hic* Abbas *n.* 7. Felinus *ſub n.*19. cum aliis refert , & ſequitur Farinacius *d. q.*56. *à num.*198.

Tamen reuerà non eſt recedendum à Regula 10
iam ſuppoſita ex noſtro textu , & ex fundamentis jactis, Imò ampliatur à Gloſſa hic verbo *periury* ab Abbate *n.*7. Felino 19. Maſcardo *de probationibus concluſ.* 1168. *à n.* 16. quantumcumque quis ſit de periuro emendatus , quia adhuc repellitur à teſtimonio , & in ciuili, & in criminali , cum aliis Farinacius *dicta q.*56. vbi *à n.* 193. ait quod periurij defectus non purgatur per torturam, itavt etiã ſi ſint torti teſtes periurij, adhuc non faciant Indicium , neque ad inquiſitionem, neque ad capturam , ſed Maſcardus cum aliis ab eo relatis *dicta concluſ.* 1168. *num.*12. *&* 15. id admittit in cauſa criminali , non in ciuili , vt probant Doctores per textum *in l. ob carmen* , §. *pen. ff. hoc tit.* §. *ſi vero in Auth. eodem* , & Farinacius

Digitized by Google

cius *num.*194.ait nunquam vidiſſe iudices torquere teſtes ad purgandum eorum defectum, quia ſi hoc facerent, nunquam reperirentur homines, qui ſe ſponte examini ſubijcerent. Et Abbas *hic ſub num.* 7. Felinus, Ioannes Andreas, & alij, docent noſtram Doctrinam, procedere in quolibet iuramento violato, tam aſſertorio, quàm promiſſorio, & tam de præſenti, aut præterito, quàm de futuro, tradit Farinacius *num.*197.qui ex aliis, ait *num.*195.*&* 196.vt nec etiam ex generali diſpoſitione, qua caueatur, vt omnes inhabiles admittantur, debeat admitti periurus, niſi de eo ſpecialiter caueatur, iuxta ſententiam Gloſſæ *in c. per tuas de ſimonia*, in verſic. *adulterij*.

11 Et ſic euenit, vt teſtis periurus, non faciat indicium, ne dum ad torturam, ſed nec ad inquiſitionem formandam, nec ſufficiet ad capturam, vt cum multis tradit idem Farinacius *dict. quæſt.*56. *num.*188.*&* 189.Imo Textus *in cap. pura 3.quæſt.9.* Baldus *in l. ſi ex falſis in fine, Cod. de transact. & in l. fin num.*18.*Cod. de edicto Diui Adriani Toll. docent. quod periurus*, in parte, ſeu in vno repellitur in alio, ita vt in nullo fidem faciat ex eo, quia iuramentum; ſuper quo fundatur teſtimonium eſt indiuiſibile, & ipſum teſtimonium diuidi non de-
12 bet, vt pro parte, valeat, & pro parte pereat. † Et Maſcard. *d. concl.* 1168.*n.*121. & cum aliis idẽ Farin.*n.*192.docent quod ſi quis probetur, periurus, non in principali dicto, ſed circa acceſſoria, & extrinſeca, adhuc reprobari teſtimonium eius in totum; nam teſtis debet ſuper omnibus veritatem dicere, aliter, quod ſi deponeret ſuper articulo impertinenti diceretur periurus, & in totum repel-
13 leretur. † Et ſicut Gloſſa fin. hic docet, quod criminoſus repellitur contra alium Criminoſum; ita etiam repelli periurus contra periurum tradunt DD. *in l. cum mulier*, vbi Bartol. *ff. ſoluto matrim.* & ſcribentes hic Farinacius *dict. quæſt.*56.*num.*190.
14 † Qui *num.*257. idem dicit de excommunicato contra excommunicatum.

15 Nec obſtant relata *ſupra*, in verſic. *ſed obſtat*, quia Textus *in dict. cap. accuſatus.* §. *licet de hæret. lib.*6. procedit in hæreſi, cuius ſpecialitas maxima eſt ex his, quæ adduxi, *ſupra in cap.*28. *& cap. tam litteris hoc tit.* ſed tunc habebit locum, quando ex indiciis manifeſtis apparet, quod teſtis periurus, non ex animi leuitate, aut odij fomite, ſed ex cœlo iuſtitiæ deponat, & tam re, quàm contra alios illud, quod prius celauerat reuelet: ita in his terminis declarant illum Textum Aymon *conſ.*6.*num.*58.*l.*1. Maſcardus *de probat. concl.*462.
16 *num.*40. *lib.* 1. *& concluſ.*857. *num* 9. † Et idem cum aliis relatis à Farinacio, videntur idem admittere in crimine læſæ maieſtatis, licet tenerea ipſe, *num.*196. regulam ampliet dicendo quod periurus non admittitur in teſtem in hoc Crimine: alia inquam ibi tradita non obſtant, cum loquan-
17 tur in caſibus claris. † Et quod *ibi* dicitur de violante iuramentum illicitum, ſi modum certum ſit, ſecus ſi dubium, & dummodo talis periurus pœnitentiam egerit de huiuſmodi illicito iuramento, iuxta Textum noſtrum: ita ex aliis idem Farinacius *num.*199.*&* 200.qui *num.*202.dicit periurum addmitti in teſtem in illis omnibus caſibus, in quibus aliquis ſine dolo à iuramento receſſit, quia qui ſic receſſit non eſt periurus, cum periurium non committatur ſine dolo Felinus *hic num.*23.Maſcardus *de probat. concluſ.*1168.vbi de communi, *num.*22.*& ſequentibus*, *lib.*3. Baldus *in l. obſeruare*, §. *proficiſci*, verſic *nunquid index. ff. de off. proconſul.* Paulus de Caſtro *in l. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur*.

Ad quartum de Blaſphemo, an ab actu teſti- 18
ficandi repellatur, tanquam infamis optimè tradit videndus Couarruuias *in cap. quamuis pactum de pactis, lib.*6. §.7. *part.* 2. *num.* 12. verſic. *iſte quidem*, vbi affirmat quod licet infamis non ſit, vt volunt aliqui per Textum *in l. famoſi*, *ff. ad leg. iul. maieſt.* & ob id in teſtem admitti poſſe. Tamen ipſe Couarruuias ex aliis dicit repelli debere, dum tamen ſemel de Blaſphemia iam condemnatus ſit, ſaltim pœnâ pecuniariâ, & in his cauſis, quæ requirunt teſtes omni exceptione maiores ex iam dictis, & per Textum *in cap. licet 9 de probationibus*. De quo videbis quæ latè dicit Farinacius *dicta quæſt.* 56. *de Teſtibus*, *à num.* 414.

Sunt etiam, & alij criminoſi, qui à ferendo te- 19
ſtimonio repellantur, quos longum eſt recenſere, de quibus expendit Farinacius omnino videndus *dict. quæſt.*56.*per* 13. §§. vbi de lenone, meretrice, bituario, vſurario, bannito, excommunicato, iudæo, carcerato, vel accuſato, & de aliis, quos recenſet, *ibi à n.*399.de quibus nonnullis, iam dixi aliqua, vbi tradit de ſpurio, inceſtuoſo, luſore, ebrio, decocto, & fallito, proditore, fuſtigato, calumniatore, & litigatore continuo: ad alia plura, *quæſt.* 62.

Ad quartam quæſtionis partem, quæ inter Do- 20
ctores grauis eſt controuerſia, an actione iniuriarum teneatur excipiens contra teſtes in iudicio, eo quod falſarios eos eſſe dicat infames, & improbos, & hæc non probans aliquibus affirmantibus teneri fundamentum eſt, *in l. ſi non conuitij, l. ſi quidẽ, C. de iniuriis l. ſi tibi, C. de lib. cauſa, & in l. ſi vero*, §. 1 *ff. qui ſatis dare cogantur c. ſuper his de accuſat. l.*1.*C. de aduocatis diuerſ. iudic. c. de elect. lib.*6.
† Negantium fundamentum eſt, *in l. vlt ff. quod* 21
quiſque iuris, & in l. deferre, § *ſi communem*, *ff. de iure fiſci in l. nulla*, *Cod. de delator. lib.*10. *in l. qui cum maior* 14. § *ſi patris*, *ff. de bonis libert*, *in l. qui ex libertate*, *ff. de liberali cauſa in l. ſi libertus*, *ff. de in ius vocando*: videbis quæ tradunt Angelus, Salicet, Iaſon, & Bald. *in dict. l. vlt. ff quod quiſque iuris*, Oldradus *conſ.* 53. Boërius *conſ.* 4. *num.*21.22. Aufrerius ad Capellam Tholoſ. *deciſ.*409.Boſius *tit. de iniuriis, num.*21. Clarus *q.*53. *in praxi*, verſic. *caueant*, Andreas Gailius *lib.* 2. *obſeruat* 101.*n.*7.vbi alios refert.

Ex his enim opinionibus mihi probabilior eſt 22
& in praxi receptior negatiua, ex eo quia excipiens, non videtur teſtibus crimina objicere animo iniuriandi, ſed iuris ſui, ac ſe defendendi gratia, quia nemini facit iniuriam, qui ſuo iure vtitur *l. nullus ff. de reg. iuris*, nec Iuris executio habet executionem, *l. iniuriarum*, §.1 *ff. de iniuriis*: hanc partem bene iuribus defendit Eſquinetus, *lib.*9 *com. cap.*23.vbi in verſic. *obſeruari*: tradit bis in collegio inclyto vniuerſitatis. Ingolſtadienſis pronuntiatum fuiſſe non teneri actionne iniuriarum, & pro hac parte ponderat verba Textus, *in l. ſi quis de libertate* 12.*ff. de iniuriis dict. l. deferre ff de iure fiſci*, in verſic. *ſed communem*, *l. delator* 44.*ff. de eodem*, & faciunt quæ tradit Balboa *in cap.*1. *de except. à num* 44. Didacus Perez *in lib.*1 *tit* 4.*lib.*3.*ordinam.* verbo *tachar*, in verſic. *dubitari ſolet fol.* 156. qui hoc admittit, quando apparet obiectionem factam fuiſſe, potius ſui Iuris conſeruandi, quàm iniuriandi cauſa.

23 Quare nonnulli dixerunt ex noſtris procedure, ſi objiciens probauerit criminis exceptionem, aliàs à præſumpta malitia non excuſari, & conſequenter actione iniuriarum teneri, vt affirmat Felin. *in d. cap.* 1. *de exceptionib. n.* 18. Aufrerius ad Capellam Tholoſanam *deciſ.* 409. Boſius *in praxi, tit. de iniuriis d. n.* 21. Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 8. *n.* 17. *lib.* 4. *compil.* qui docent puniendum eſſe objicientem, & non probantem extra ordinem.

24 Cúmque hæc ſententia non ſit in praxi ſine difficultate, quia Roman. dixit in dicta *l. fin.* quod quiſque *iuris, & conſ.* 96. ex multis actionem iniuriarum non competere, ſiue objiciens probet, ſiue non probet exceptionem, pro quo facit citatus Faquinet. *d. lib.* 9. *controuerſ. cap.* 13. ideo ad tollendum omne periculum conſuluit Bald. oportere, vt objiciens crimina Teſtibus præmiſſo iuramento, proteſtetur non ex malitia, nec iniuriandi animo crimen opponere, ſed ſolùm ad ſui iuris defenſionem, & idem probat Paz *in praxi tempore* 9. *n.* 22. in verſic. *coniuramento*, vt *ſuprà*, retuli verſic. *ad ſecundam.*

25 Adhuc tamen in puncto iuris dicendum eſt proteſtationem ſolam nó ſufficere, niſi aliis conjecturis coadiuuaretur; nempe, quod illas opponens non habuiſſet animum iniuria afficiendi, quia tunc prodeſſet, vt ait Clar. *lib.* 5 *receptarum ſententiarum*, §. *iniuria, n.* 13. Paz *ſup. d. n.* 22. *in fin.* conſulens ob id optimam cautelam eſſe ſemper repulſas cum tali iuramento, & proteſtatione objici; Rodriguez *de ordin. proceſſu, cap.* 9. *n.* 42. *in* 26 *fine.* † Et quia adhuc vrget Ripa *in cap. cum M. Ferrar. de conſt. n.* 90. dicens per textum, *ibi*, & per textum, *in cap. ſolicitudinem* 54. *de appellat.* eo quod facto contrario tollitur virtus proteſtationis, & quia is, qui non probat quod objicit, præſumitur calumniare, *cap. ſi quem*, §. *prævaricator* 5. *q.* 3. Rebuffus ait *de reprobatione teſtium*, *n.* 2. admittendam eſſe actionem iniuriarum, ideo fieri, vt ſola proteſtatio non ſufficiat, vt dixi niſi aliàs probauerit objiciens dolo caruiſſe, v. g. quia Teſtibus, vel falſo rumore deceptus crimen oppoſuerint, vel aduerſarij potentiâ, vel aliâ cauſa impeditus crimen probare non potuit, ita Felin. *in d. cap.* 1. *de except. n.* 18. Balb. *ibi n.* 46. Azeued. *in d.* 27 *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 4. *recop. n.* 28. & 33. † Quibus omnibus adjungo plures alios, quos refert Zeuallos pro vtraque opinione, *in pract. q.* 323. qui hanc tenet *in praxi, n.* 8. intelligens, *n.* 9. procedere reſpectu partis, ſecus verò reſpectu aduocati, quia ex quo fuerit conſcripta à parte petitio injurioſo non eſt puniendus cum officium ſuum non debeat illi eſſe nociuum, vt *in l. fin.* § *fin. ff. de inofficioſo teſtam.* & ſic neceſſariam eſſe relatam proteſtationem; quod ſi crimen obiectum iam erat detectum Reipublicæ, cum eſſet ratio, nonnulli dicunt poſſe objici, abſque eo quod in objicientem competat actio iniuriarum, de quo videbis eundem *n.* 5. & *à n.* 1.

28 Vnde iam non obſtant iura adducta *n.* 1. non textus, *in d. l. ſi non commiſij*, quæ nihil ad rem facit, quia loquitur de eo, qui in rixa conuitium dixit. Nec textus *in d. l. ſiquidem*; quia non loquitur de eo, qui ſui iuris aſſerendi, aut defendendi gratia Auiam ſuam ancillam eſſe dixit, ſed infamandi cauſa, vt patet ex illis verbis ibi, *ſi auiam ſuam ancillam infamandi cauſa Reipublicæ, Ciuitatis Comanens dixit, &c.* Nec textus, *in dicta leg. ſi vero*, §. 1. *Cod. de liberali cauſa*, quia loquitur de eo, qui improbè ſeruitutis quæſtionem mouet; id eſt, *per calumniam*, vt exponit Gloſſa ibi. Nec textus, *in d. l. ſi vero*. §. 1. *ff. qui ſatiſdare cogantur*, quia non facit ad rem, cum loquatur de eo, qui euidentiſſimè locupletem, aut approbatum fideiuſſorem, non acceperit, *facia ſanè, non ſine qualibet iniuria eſt*, inquit, *dum in ius eum, qui ſatis fideiuſſorem det.* Nec text. *in l.* 1. *C. de aduocat. diuerſ.* quia loquitur de eo, qui inſtituit accuſationem contra patronum cauſæ, quia præuaricatus fuiſſet, & ait *ſi non doceris præuaricatum calumniâ notaberis*, quod nihil commune cum quæſtione noſtra habet; ita his omnibus ſatisfacit Faquinetus *dicto lib.* 9. *controuerſ. cap.* 23. in verſic. *ad leges*, vbi etiam dicit textum *in d. cap.* 1. *de electione*, *lib.* 6. loqui de eo, qui crimina obiecit aduerſùs electum, & non dicit eum teneri actione iniuriarum, ſed Eccleſiaſticis Beneficiis ſuſpenſum eſſe. Et idem dicit ad textum, *in dicto cap. ſuper his de accuſat.* vbi dicitur puniendum eſſe talem excipientem, & crimina objicientem ſecundùm arbitrium Iudicis diſcreti: tamen nihil decreuere Sanctum Pontificem de eo, qui excipiendo crimina oppoſuit, vt quia à teſtificatione, vel accuſatione repellatur, & an ſit puniendus necne.

29 Ad ſextam quæſtionis partem, an emendati de delicto, vigore edicti, ſint de delicto denuntiandi, vt reſpondeas, leges quæ adduxi, *ſuprà in cap. nouit de iud. q.* 28. & ibi, *n.* 7. & ad multa *ibi quæſtionibus ſequentibus*, vbi videbis, & multos referens Diana *p.* 1. *tract.* 4. *reſol.* 3. vbi dicit criminoſos iam emendatos, eſſe vigore edicti denuntiandos, quia denuntiatio iſtorum tendit ad punitionem, & non ad correctionem, alij contrarij dixerunt, & ſecundum iſtorum dictum, vt quis cenſeatur emendatus, dicit Felinus bie probari per Confeſſionem Sacramentalem, & quod præſumi poteſt emendatio, ſi talia fuiſſet conſequutus Iubilæum; alij dicunt ſi per triennium benè vixerit; alij putant id relinqui arbitrio boni viri: alia tradit *ibi* Diana ex aliis.

30 Ad ſeptimam, & vltimam quæſtionis partem, an teſtes criminoſi, & infames admittantur in denuntiatione Euangelica, breuiter dico cum Menochio *de Arbitrariis*, *lib.* 1. *quæſt.* 27. *à n.* 1. vbi refert Abbatem, & Innocentium tenentes, *in dicto cap. nouit. de Iudiciis*, *à num.* 45. & volentes in Euangelica denuntiatione teſtes infames repelli cum Iudicium illud ſola facti veritate inſpecta, & de æquitate tractari ſoleat, ſed ipſe Menochius dixit hanc opinionem dubiam eſſe, eo quod Iudex, vel arbiter, qui habet poteſtatem iudicandi, ſola facti veritate inſpectâ, poteſt admittere ad teſtimonium teſtes infames, quia ob æquitatis temperantiam admittuntur teſtes, qui ob infamiam, aliàs rejicerentur; ita ex Bartol. *in l. Filiusfamilias*, *n.* 6. *de donat.* & ex Abbate *in cap. dilecti filij de Iudiciis*, facit ſecundùm Menochium textus *in cap. per tuas*, §. *tales de Simonia*; licet Imola *in dicta l. Filiusfamilias*, contrarium ſenſerit: tradit Farinacius *de teſtam. quæſt.* 56. *num.* 89.

QVÆSTIO

QVESTIO VI.

An teſtes reprobati per ſententiam: fidem faciant, vel non: Et an pars contraria, ex quo aduerſus teſtes à ſe productos repulſa objiciuntur, poßit facere articulos comprobatorios, vulgò interrogatorio de abono: *Et quid conſiderare debeat Iudex repulſarum obiectione: Et an procurator alienius poßit nomine ſua partis repulſas objicere, abſque ſpeciali mandato: Et an Teſtibus receptis in ſummario obiici poßit: Et an ex ſola productione teſtis in Iudicio, non ſequuta eius examinatione, videatur eius fides approbata?*

SVMMARIVM.

1 *Teſtes reprobati per ſententiam reprobatoriam, & in Iudicio, quod eſt vnum cum primo non admittuntur, n. 23. & à n. 4. 5. & 6. ſecus econtra, n. 1. 2. 3. 7. & 8.*
2 L. geſta fio. C. de re iudicata, l. publicati 2. C. de teſtam. l. ootiooe 55. n. 7. Cod. de hæreticis in Cod. Theodos. & n. 7.
4 Cap. 1. de except. & n. 8. l. fin. tit. 1. parte 3. & num. 8.
9 *Articulos comprobationis poteſt facere pars, cui ab altera fuit obiectum contra teſtes eius, & quando eos Iudex æſtimabit, n. 10.*
11 *Repulſarũ obiectio, qualiter à Iudice conſideretur.*
12 *Repulſa nequeunt objici à procuratore, abſque ſpeciali mandata ſua partis.*
13 *Repulſa aduerſùs teſtes in ſummario Iudicia receptos, locum non habent: Quid in plenario, n. 14. 15. & 16.*
17 *Repulſa aduerſùs teſtes ex ſola eorum productione poſſunt oppom: Vbi quid ſit teſtiũ productio, & quod ius acquiratur aduerſa parti ex ea.*
18 *Repulſa non dantur Dea blaſphemanti, niſi ex inimicitia, & denegantur alys modis.*

1 AD primam quæſtionis partem, de qua agũt Rebuffus *ad leges Gallicas 3. tom. Rubric. de reprobat* teſtium Gloſſa vnica *n. 4. pag.* 858. Chriſtophorus de Paz *in ſuo tract. de tenuta. 1. p. cap. 32. à n. 28.* Valenzuela *conſ. 92. in prima eius parte, qua incipit à n. 8.* & latiſſimè Scobar *de puritate, 1. p. q. 13. §. 3. & §. 4.* vbi pro affirmatiua, & negatiua ſententia loquentes agunt quid dicendum eſt circa teſtes, & probationes per ſententiam reprobatas, quæ lata ſit aduerſùs eas, & teſtium dicta, & depoſitiones.
2 Igitur eandem ex reprobatis probationibus, & Teſtibus fidem oriri, quam ab initio inter reprobationem effecerant, probatur primo, *ex l geſta, fin. C. de re Iudicata,* & *in l publicati 2. C. de teſt.* & quemadmodum teſtamenta apperiantur, & vtrobique Gl. & DD. & *ex l. notione 55. C. de heret. in C. Theodoſiano. lib. 16.* vbi acta ſemel Iudicialiter in publicam formam redacta, & à Iudice ſolemniter approbata, perpetuam habent firmitatem; ergo eum probationes, de quibus hic ſemel à Iudice receptæ, & per eius receptionẽ approbatæ ſint, debent ſubſiſtere, ſaltim quoad fidem, quam
3 ex iure efficere potuerunt. † Secundò ex eo, quia
Iudicialis ſententia certis præcluditur finibus,
nempe abſolutione, aut condemnatione tantùm,
ſed adimere fidem Teſtibus diuerſum eſt, cum
hoc in iure conſiſtat, & ſecundum illud debeat
iudicari, vt probat textus vnicus, & ſingularis,
in l. ex ſtipulatione 7. juncta Gloſſa, verbo *finibus,*
Cod. de ſententijs, & interlocutionibus, ergo ſententiæ
vis non eſt cur ad reprobandas probationes,
& teſtes extendi poſſit, maximè ſi hoc
expreſsè non definiat.
Pro contraria facit textus, *in cap. 1. de except.* 4
vbi teſtes reprobati apertè abſque fide inhabiles,
& infames manent, & *ex l. fin. tit. 1. p. 3.* verſic.
caaſ.ez lo abonda. la verguenza que paſo el teſtigo.
en ſer dos echada de teſtimeme eſincar infamado.
Item quia certum eſt, quod ſententia iure reprobat
teſtes, & cæteras probationis ſpecies aduerſùs
quas fertur, ſecundùm textum ſingularem,
in cap. ſuborta 21. in verſic. *ſi præfati,* vbi
Gloſſa verbo *reprobati de ſent. & re iud.* fauet text.
in l. Lucius, ff. de his, qui notantur infamia. † Ex 5
his, & aliis multis argumentis vtramque ſententiam
refert Scobar *vbi ſuprà,* omnium videndus
ad plura alia, qui *à n. 48.* ait hanc ſecundam ſuſtineri,
adhibitis duabus declarationibus Prima,
vt locum habeat in ſententiis reprobatoriis, quæ
tranſeunt in rem iudicatam, quia ita efficiunt verum
ſuum, vt contrarij mendacium oſtendant.
† Secunda, vt locum habeat, quoties Iudicium 6
poſterius fuerit idem cum primo, cuius ſententia
pariat in illo exceptionem rei iudicatæ, nec ſit
cauſa, quia probationes contrariæ conſiſtere ſimul
poſſint, manente ſententia, quæ aliter proferri,
non valuit, niſi aliter contrarias abolendo
probationes, vt loquitur textus, *in dicto*
cap ſuborta 21. de re iud.
Vnde ait *n. 54.* cum multis ab eo relatis, quod 7
prima ſententia affirmatiua accipiatur, dum ſententia
lata, qua probationes reprobatæ videntur,
non tranſit in rem iudicatam, aut conſiſtere ſimul
poſſit cum ipſis probationibus, quæ compatibiles
ſunt, cum eadem ſentẽtia ex ſuo diſpoſito,
ex l. nec natales 10. l. matrem 17. C. de probat. l. non
hoc 4. C. vnde legitimi, & vnde cognati, l. ſi inter
me 15. ff. de exceptione rei iudicata. † Secunda 8
verò intelligenda ſit de probationibus, quæ reprobantur
per ſententiam tranſactam in rem
iudicatam, cum qua conſiſtere ſimul non poſſunt,
quia tunc deſtructæ, & illæſæ omnino, &
abſque fide manent, per regulam contrariorum,
de qua *in l. Papinianus 20. in fine principij, ff. de*
Minoribus, l. Pomponius 40. § ſed his in fine, ff. de
Procurator, ad alia videndus, *n. 55.* vbi latiſſimè
loquitur idem Scobar, & applicabis dicta *infrà*
in dicto cap ſuborta de re iud.
Ad ſecundam partem quæſtionis breuiter di- 9
co, quod pars, in cuius teſtes ab altera obiectum
eſt, poteſt facere ſuos articulos comprobatorios,
probando, quod ſunt homines bonæ famæ, &
opinionis, & emendatæ vitæ, Maranta *de Ordine*
Iudiciorum, tit. de teſtium repulſa 6. p. n. 3. ad
finem, Paz *in praxi tempore 9. à num. 37.* Mutla *in*
emporio iuris 1. p. tit. 11. n. 86.
Itaque Iudex debet eſſe accuſatos, & admoneri- 10
tere quod ſi plenè repulſas contra teſtes repererit
probatas, parum curet de generali probatione
legalitatis, fidelitatis, & bonitatis teſtium,
id eſt, *de la probanza de abonos echa en fauor de los*
teſtiges tachados, vt notat Paz *vbi ſup. n. 40.* Rodrig.
de ordin. proceſſu, cap 9. n. 45. quia quamuis

in dubio quilibet præſumatur bonus, vt *in cap. vlt. de præſumpt.* & *in l. merito, ff. pro ſocio:* fallit quando per partem aduerſam probatur malus, quia tunc probationi illi ſtandum erit, vt *in d. cap. vlt.* vbi notat Gloſſa, verbo *præſumatur idoneus*, & *in c. 1.* vbi Gloſſa verbo *æſtimare* de ſcrutinio in ordine faciẽdo, niſi legalitas, & bonitas ita in ſpecie, & concludenter allegetur, & probetur, vt omnino excluderet directè dictam repulſam, putà coarctando negatiuam loco, & tempore, iuxta Gloſſam communiter receptam verbo *per rerum naturam, in cap. bona 33. de elect.* de quo latiſſimè dixi, *in cap. quoniam contra falſam de probationibus*, vbi DD. vel niſi probetur teſtem, cui criminis objicitur exceptio, iam diu de crimine emendatum eſſe, ſecundùm textum noſtrum, & textum *in cap. 2. de except.* vt notant rectè Doctores iam citati.

11 Ad tertium quid conſiderare debeat Iudex in repulſarum obiectione, breuiter dico quod poſt earum obiectionem conſiderare debet, an ſint illæ concludentes ad excludendam in totum fidem teſtium, vel aliquantulum tantùm minuendam, vt ſic intelligat quanta fides Teſtibus adhibenda ſit, quæ ſatis percipientur ex his, quæ ſuperius dixi hic, & in aliis iuribus notat Rodrig. *de ordin. proceſſu, dicto cap. 9. n. 44.*

12 Ad quartam quæſtionis partem, etiam breuiter dico, quod ad proponendas repulſas in teſtes, non aliter procurator admittitur, niſi ad id habeat ſpeciale mandatum iuxta text. *in Clem. non poteſt de procurat.* cum aliis, quod latè comprobat rationibus, & fundamentis Didacus Perez *in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam.* in Gloſſa verbo *rachar*, verſic. *eſt tamen dubium, fol. 555.* & ad latiorem tractationem de his, quæ requirunt in procuratore ſpeciale mandatum; dixi aliqua *in cap. 9. de Iudiciis*, & *in cap. 14. eodem.*

13 Ad quintam quæſtionis partem, an Teſtibus receptis in ſummario obiici poſſit, & breuiter dico non eſſe admittendos defectus aduerſùs teſtes productos, ſaltem vt fiat eorũdem defectuum, & obiectionum probatio, vt deducitur ex textu *in cap. veniens & l. 8. hoc tit.* vbi Ioan. Andr. Abbas, Imola 2. *col.* 3. Felin. *n.* 13. & quod in cauſa ſũmariæ cognitionis, præcipuè, vbi agitur de præiudicio, quod poſſit per ſententiam definitiuam tolli, non admittitur teſtium reprobatio, nec eſt admittendus quis ad probandum defectus contra teſtes ab eodẽ obiectos: probat Rom. *ſingul.* 283. & ſimili ferè ratione, quoad legem Toleti, hoc die, *l. 2. tit. 21. lib. 5. recop.* latam de reſtit. agrorum communium alicuius Ciuitatis ſtatuis, *l. 4. tit. 3. lib. 7. ordinam.* hodie. *l. 3 tit. 7. lib. 7. recop* cuius meminit ad hoc Auendaňus *de exequendis mandatis cap. 4. n. 14.* & Couarr. *lib. pract. cap. 17. n. 4.* verſic. *ſeptimo.* Vbi refert quod ſi tractatur ſummatim de præſtandis alimentis, & expenſis litis alicui lite pendente, erit circa teſtium reprobationem, & ſimilia ſeruãdum, quod ipſe de illo interdicto dicit in illo capite, de quo iam nonnulla ſcripſi, *in cap. licet 9. de probat.* quia & hæc cauſa incidens eſt ac ſummariè tractari ſolet, ob idque ſi teſtes ad ſummariam cognitionem recepti fuerint, non erunt admittendi aduerſùs eos vlli defectus, vt ſaltem probatio obiectionum minimè fiat. Et ratio noſtræ doctrinæ ea nempe eſt, quia in interdicto *ſummario*, vulgò *del interim*, non tractatur quis debeat poſſidere adhuc lite pendente, ſed quis debeat eſſe in poſſeſſione adhuc lite pẽdẽte, aliud enim eſt poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe, *l. ſi quis autem, ff. de acquir. poſſeſſ.* præſertim quia per diffinitiuam ſententiam reparatur hoc præiudicium, vt reſpondet Capicius *in deciſ. Neapol. 55.* dicens ita fuiſſe pronuntiatum in ſupremo illius Regni tribunali. † Et ſic Riccius *in collect. 834.* dixit ceſſare repulſam in Iudicio manutentionis, & in poſſeſſorii ſummariſſimi Iudicio, & in quauis alia cauſa ſummaria, idem cum 14
Capicio *deciſ. 55.* tradit *in collect. 10* & vtrobique de aliis caſibus agit. † Vide quæ cum multis ex 15
antiquis tradit Rodriguez *de ordin. proceſſu cap. 9. num. 21.* qui cum Menochio *de Arbitrariis, lib. 1. q. 32.* iactam doctrinam limitat quando is, qui ad repulſandos teſtes, petit admitti ex iuſta cauſa æqua euidenti, & rationabili, quia tunc repulſationem etiam in ſummario concedendam eſſe ait, cum tendat ad iuſtam defenſionem, quæ eſt iuris naturalis, ex doctrina Bartol. *in Extrauaganti ad reprimendum, n. 1. in fine*, quo etiam in loco ipſe Menochius tractat, quando repulſæ, & in quibus admitti debeant, quando verò non: ad quod applicabis *dicta in cap. dilect. 6. quæſt. 15. & 16. de Iudiciis.*

Difficilius eſt teſtis recepti in Iudicio ſummario, an poſſit aduerſùs eos opponi in plenario, 16
& Felinus *in cap. præſentium, n 10. hoc tit.* dicit poſſe opponi exceptionem in perſonam in plenario, ſecundùm Antonium, quem refert, ſed Ioan. Gutt. dubius eſt, eo quod ex ſola productione producens videatur approbare perſonam teſtis, de quo dico *ſequenti dubio, in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. n. 132.*

Ad vltimam quæſtionis partem, quæ vtilis eſt 17
in praxi, breuiter etiam dico ſolam productionem ſufficere ad hunc ſcilicet effectum, vt poſſit teſtis repulſari per producentem, quia per productionem oritur conſenſus, & approbatio perſonæ teſtis, quia productio eſt actus poſitiuus, & affirmatiuus cõſenſus, ex quo acquiritur ius parti aduerſæ, in cuius præiudiciũ producens non poteſt pœnitere productionis, non examinando teſtem, & ſic licet examinari non faciat teſtem, productum ſaluum remanet Ius acquiſitum alteri parti ex productione ipſius teſtis, & ab eo inuito ſine facto ſuo auelli non poteſt per regulam iuris, ius *noſtrum*, &c. ita docet Felinus *in dicto cap præſentium, n. 8. hoc tit.* ex Speculatore, & Ioanne Andrea, Guttierrez *in d. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. n. 130.* Boërius *deciſ. 255. n. 3.* vbi *n. 1.* amplius tenet ſcilicet, quod pars, quæ teſtes produxit in Iudicio, & ipſi teſtes iurauerunt, non poteſt altera parte inuita eis renuntiare, & eorum productioni, vt non examinentur, quia per productionem effecti ſunt communes, & altera pars poteſt facere eos examinari; & ſic corroboratur ſententia iacta in hoc dubio, quod ſæpè accidit, vtputà quia pars, quæ teſtem produxit nullum, vel non poſſit illum examinare, vel ex negligentia id omittat.

Notabis verò, quod producẽs teſtẽ, pro ſe non 18
poteſt illum repulſare, & blaſphemanti Deum, nulla datur repulſa, niſi ex capite inimicitiæ, vel quãdo nõ fuit petita, vel reſeruata in publicatione, nec datur in ſecunda inſtantia teſtium examinatorum in prima, niſi vellet repulſare ex cauſa falſitatis, vel quando in prima inſtantia eſſent propoſita capita repulſæ; verum non probata, vel ſi impedimentum adeſſet, aut eſſet conſuetudo in contrarium. Sed cum ſententia non dato

termino

termino ad repulſam, negat Trebiſan. *deciſ.* 54. *part.* 1. quem refert Riecius *dict. deciſ.* 834. *in fine*, ipſum videbis ad alia, *collect.* 1989. vide aliqua *ſup. in cap. cum à nobis, q.* 3, verſic. *ad tertiam, & in cap. fine*,

AD TEXTVM IN CAPITE LV.

Vltra tertiam, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

I. Mataria huius Textua ſpectat ad dilationem dandam; & ſic applicabis quæ dixi *ſupra de dilat. cap.* 1. *quaſt.* 5. de iurante quod neque per ſe, neque per aliam teſtificata ſubtraxit, vel fuerit percunctatus: applicabis, *dict. in cap. intimauit* 18. *& in cap. conſtitutis* 46. *hoc tit.* Et applicabis, *dict. ſupra in cap. fraternitatis* 17, *hoc tit. quaſt.* 1. à verſic *eſt enim*, & verſic. *vnde.* Et applicabis materiam Textus, *in cap. præſentium*, in verſic. *niſi formam, vel oſtendere, &c.* & Textus *in cap. paſtoralis* 4. *de exceptionib.*

II. Et quia video nonnullòs ex antiquis hic agere de quæſtione, an retractetur ſenteutia, vel teſtamentum ex iuſtrumentis de uouo repertis, ex verſic. hic *ſed quia*, videbis de ſententia, & re iudicata, *c. ſub orta* 21. applicabis quæ dico ſub *q.* 4. *de excepe.*

QVÆSTIO I.

An quarta dilatio detur ad probandum: Et an idem ſit productio, ac dilatio?

SVMMARIVM.

1 *Quarta teſtium dilatio, non datur abſque ſolemnitate legali: fallit in nonnullis caſibus, n.* 2. 3. 4. 5. 6. 7.

9 Cap. in cauſis 15. cap. ſignificauerunt 36. cap. de Teſt. 29. hoc tit. & n. 10.

10 *Productio teſtium, in quo differat à dilatione, & quid ſit, vide* in c. 54. n. 17.

11 *Dilatio ſecunda non conceditur illi, qui in prima nullam fecit probationem, vel ſi ſteterint in compromiſſum partes, n.* 12.

13 *Dilatio ſecunda aſſignata contra primam, impedit, vt currat tempus ſecunda.*

1 TExtus iſte cum Textu *in cap. in cauſis* 15. *hoc tit* agit de hac materia quartæ dilationis, &
quia ex dictis *ſuprà ad Rubricam, & titulum de dilationibus*, poteris in longum trahere, & ex notatis *ſupra in præmiſſo*, ideo breniter, & reſolutiuè
dico ex his Iuribus regolam de Iure conſtitui, vt
quarta dilatio non detur abſque ſolemnitate legali; ita Doctores *hic*, quos congerit vtrobique
Barboſa, quibus addo Riecium *collect.* 1209. ad
2 Textum *in dict. cap. in cauſis*, Balbum *deciſ.* 12. †
Et hinc cenſuit Bannit. *in deciſ.* 43. *Rota Romana*,
dilationem ſecuudam non eſſe concedendam illi,
qui nullam probationem fecerit in prima inſtan-
3 tia. † Et cum nouus Iudex nouam dilationem
dare poſſit: agit Capella Tholoſan. *deciſ.* 48. licet

Fermoſin de probationib. Tom. I.

poſt lapſam primam dilationem ad probaudum
admittatur purgatio moræ, ſi quis velit in conti-
nenti poſt ipſam dilationem probare abſque alia
petitioue dilationis, Balbus *deciſ.* 356. † Et quod 4
ad quartam dilationem, impetrandam non ſuffi-
ciat generale mandatum; probat Mynſing. *obſer-
uat.* 73. *cent.* 1,

Tameu hæc noſtri Textus concluſio, etiam li- 5
mitatur in caſibus, de quibus ipſe Pontifex reſ-
pondet in verſic. *niſi*, veluti ſi probatum fuerit
impedimentum, propter quod uou potuerit pro-
bare quia tunc non ſolùm ſecunda, & tertia dila-
tio, ſed etiam, & quarta poteſt dari Gailius *obſer-
uat.* 91. *lib.* 1. † Quod non procedit in dilatione 6
ſtatutaria, quæ nec augeri, uec minui poteſt Fran-
ciſcos Marcus *deciſ.* 57. † Item ſi iudex ſit impe- 7
ritus, poterit coucedi dilatio quarta, Mynſing. *ob-
ſeruat* 71. *cent.* 1. † Qui *obſeruat.* 73. ibi, docet de 8
Iure communi poſt quartam dilationem conceſ-
ſam defuucto dari in hærede aliam nouam.

Ad ſecundam partem quæſtionis, an idem ſit 9
productio ac dilatio videtur quod ſic eo quod hic
dicatur vltra tertiam productiouem teſtes ad-
mittendos non eſſe, vt probant Textus *in c. in cauſis* 15. *c.* 29. *de Teſtibus, c. ſignificauerunt* 36. *Auth. vt qui ſemel, Cod. de probat. Auth. de Teſtib.* §. *quia vero collat.* 8. tradunt Gloſſa verbo *productione*, Innocentius, & Baldus *in princ.* Abbas, Felinus, & Bellamera *in dict. cap.* 15. Doctores *in cap fraternitatis*, *& in cap. cum veniſſent, hoc tit. & in Clem.* 2. *eodem*, Crotus *de Teſtibus*, *à num.* 362. Socinus *reg.* 498. Couar. *pract. cap.* 18. *num.* 2. Didacus *in lib.* 4. *tit.* 11. *lib.* 3. *ordinam.* & alij relati à Barboſa *in dict. cap.* 15. *num.* 2. *&* 3. ſic duceut, & tenet Gloſſa *hic* verbo *productionem*; quaſi ſenſus, Textus *in dict. cap* 15. & noſtri Textus ſit, vt finita prima dilatione iuſta cauſa allegata, iudex dabit ſecundam, & itetum tertiam, quartam verò, nou niſi interueniente Iuris ſolemnitate, vt dixi.

Verius tamen eſt prædicta Iura præcipuè Tex- 10
tus *in dict. cap.* 15 *hoc tit.* nou procedere in dilatio-
ne, ſed io actu produceodi teſtes, ſiue inter vnam,
ſiue iuter aliam temporis dilationem, trina ſepa-
rata: tamen productio. & legitimè facta procedat,
prout in effectu colligitur ex Abbate, *ibi, num.* 1.
& ex Bart. *in dict. Auth. is qui ſemel, num.* 8. vbi Bal-
dus, & ſic confirmat, & ducet Barboſa *ibi ſub n.* 2.
per verba eiuſdem ibi, *debent teſtes produci*, quæ
verba intelligi non poſſe ait de dilatatione, quæ
diuerſa eſt, ſed de actu producendi ipſos teſtes, ſiue
in nominatione, ſiue in præſentatioue illorum
conſiſtat.

Notabis verò quod ſecunda dilatio non eſt 11
concedenda illi, qui in prima uullam probatio-
nem fecit, docet Maſcardus *de probationibus con-
cluſ.* 516. *num.* 1. niſi ſe impedimeutum fuiſſe pro-
bauit aduerſarij facto, Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel-
lariæ*, §. 3. *procem. num.* 4. *cum ſequentib.* vel facto iu-
dicis Maſcard. *concl.* 1229 *à num.* 89. *& concl.* 1236.
num. 40. † Vel ſi ſteterunt in compromiſſum par- 12
tes, Boërius *deciſ.* 294. *n.* 17. Lancellotus *de attent.
p.* 2. *c* 15. *à n.* 34.

Notabis iterum quod ſecunda dilatione aſſig- 13
nata intra primam, non currit tempus ſecundæ,
niſi finita prima, Tyraquell. *de retract. conuent.* § 2.
Gloſſa 1. *num* 13. *&* 67. *ad finem*, Gregorius Lopez
in l. 2. verbo *ceſſa, tit.* 15. *p.* 3. Menchaca *quaſt. vſufruct.* c. 14 *n.* 10. Capicius *deciſ.* 13. *à n.* 3. Franciſcus
Marcus, *q.* 34.

AD TEXTVM IN CAPITE FIN.

Non debet, hoc Titulo.

PRÆMISSVM.

VT Textus huios materlam plenè intelligas, applicabis quæ latè dixi, *ſupra in cap. teſtimonium hoc tit.* vbi egi de criminoſo in teſtem non admittendo, & quando admitti valeat eiua teſtimoniom, *& in cap.* 1. *de except.* I. Et Gloſſa bic, *pendente accuſatione*, de pluribus inqoirit, quam videbis præter ordinarios. II. Et qood criminoſus, ſeu infamis accuſatus, noo queat ordioari: videbis qoæ dico, *ſupra in cap. fin. de tempor. ordinat. & in cap. Omnipotens* 4. *de accuſationibus.*

QVÆSTIO I.

Cur accuſati niſi prius ſe probauerint innocentes ab accuſatione, & receptione ordinum repellantur: Cum videatur minimè probari poſſe innocentiam eius, qui in alio iudicio confeſſus, vel conuictus eſt: Et an dum quis eſt accuſatus de crimine poſſit alium accuſare vel aduerſarium recuſare valeat?

SVMMARIVM.

1 Cap. 1. de exceptionib. cum cap. teſt. boe tit. & n. ſeq.

2 *Accuſati, vt queant admitti ad accuſandum, vel ad receptionem ordinum, qualiter ſe prius probent innocentes, n.* 4. 5. 6. 7. 8. 9.

3 *Accuſati, vt admittantur ad teſtificandum, qualiter debeant ſeipſos innocentes probare, n.* 4. 5. 6. 7. 8. 9.

4 *Emendatus an propriè poſſit dici innocens, ſeu alique modo,* n. ſeq.

5 *Innocens propriè appellatur, qui nunquam deliquit.*

9 *Offenſa ex quolibet delicto triplex inuenitur Reipublica, Iudici, & parti, quam parte remittente iudex vindicare poteſt* 10.

10 *Crimen quodlibet parit Iudicium duplex Ciuile ad rem, & criminali ad vindictam.*

11 *accuſatus de crimine, dum non det eius accuſatie, alterum nequit accuſare, an & reaccuſare, n.* 12 *quid in cauſa leui, n.* 13.

1 QVod criminoſi, ſeu accuſati de crimine, niſi prius ſe probauerint innocentes à ferendo teſtimnnio repellantur, dixi latiſſimè, *ſupra in cap. teſtimonium* 54. *hoc tit.* de qoo *hic* poſſet diſputari ex verbis Textus noſtri ibi *non debet qnu in criminibus, niſi forſan in exceptu ad teſtificandum admitti pendente accuſatione de crimine contra ipſum*, & quæ excepta crimina dicantur, in quibus admitti poſſit dixi, *ibi quæſt.* 1.

2 Quare ex doctrina *ibi* relata, & vt probet primam eios Textus partem Pontifex hic addit io verſic. *cum etiam accuſati*, verba ſequentia, *cum etiam accuſati, niſi prius ſe probauerint innocentes ab accuſatione, & receptione ordinum repellantur:* ex quibus duo capita inſpiciuntur. Primum quod accuſati ab accuſatione repelluntur hoc eſt vt alium aecuſare nequeant, quemadmodum, nec in eom dicere teſtimooium. Secundùm quod accuſati de erimine à ſuſceptione ordinum repelluntur.

3 Vnde dubiom eſt, qualiter contingere poſſit, qood ſie aecuſati ſi ſe probauerint innocentes admittantur ad teſtificandum, ad accuſandum, ſeo ſuſcipiendos ordines, cum bæc probatio videatur impoſſibilis, qoia de crimine coofeſſus, vel conuictus in vno iudicio nullo modo poteſt admitti ad probandum, non commiſiſſe delictum, cum in ea ſpeeie intendat probare negatiuam, quæ per rerum naturam eſt impoſſibilis, iuxta ea, quæ latè dixi, *in cap. quoniam contra falſam de probat.* per Textum *ibi:* Deinde quia & ſi contingat quem aſſe iudicialiter abſolutum à crimine, vel per Principem reſtiturum ad famam; adhuc tameo remanet iofamia facti, quæ conſiſtit in communi hominum exiſtimatione, quæ à teſtificando repellit, ſecundùm ea, quæ adduxi *in d. c. teſt.*

4 Hæc tamen difficultas viſa eſt valdè difficilis Interpretibus, vt tradit Decius *in cap.* 1. *de except. num.* 7. Sed Gloſſa *ibi* communiter recepta, verbum *innocentes*, de quo Pontifex ibi in verſic. *niſi prius ſe probauerint innocentes*, loquens in eodem caſu Cæleſtinus III. ae loquutus fuit hic Gregorius IX. docet illud verbum *innocentes*, iotelligendum; id eſt emendatos, quaſi dicat non aliter eſſe admittendos de erimine conuictos niſi ſe probauerint emendatos iuxta celebrem diſtioctionem *dict. cap. teſtimonium* 54. *huius tituli*, vt probant Hoſtienſis, Ioannes, Andreas, & Abbas, *in dict. cap* 1. *num.* 12. Decius *num.* 13. Mantoa 28. Pariſius 22. ex eo qoia peccator poſt emendationem, innocens cenſetur, arg. Textus *in cap. ferrum, cap. fidelior* 50. *diſt. l. imperiales, Cod. de nuptiis*, pro qua parte faciunt quæ adduxi *in dict. cap. teſtimonium*, in verſic. *nec obſtat vltimum, q.* 2. *&* 3. *in princ.*

5 Hæc tamen interpretatio conuincitur apertè, quia innocens propriè appellatur ille, qui nunquam deliquit, non verò qoi poſt delictum emendatur, *cap. innocens* 22. *quæſt.* 4. Et de tali innocenti loquitur Stephanus Papa *in cap. neganda* 3. *quæſt.* 11. ex quo deſumpta ſunt verba Textus noſtri, *& dict. cap.* 1. *de except.* ibi *ſe probauerint innocentes*, loquitur enim ibi de accuſatis, qui nondum ſunt conicti, vel confeſſi, eamquæ Authoritatem adduxit Pontifex, *in dict. cap.* 1. & hic per argumentum à maiori, nam ſi illi, qui accuſati ſunt, quamuis, nec confeſſi, nec conoincti repelluntur, niſi ſe probauerint innocentes, ergo multò magis repellendi ſunt, qui conuicti, aut confeſſi ſunt. Tum etiam quia vix intelligi poteſt qoaliter probetur huiuſmodi criminis emendatio, de quo leges quæ adduxi *ſupra in cap. cum à nobis* 28. *hoc tit. quæſt.* 3. verſic. *ad tertiam.*

6 Vnde ad difficultatem *ſupra* poſitam, dupliciter exiſtimant Doctores reſponderi poſſe. Primo illa verba Textus noſtri ibi, *niſi prius ſe probauerint innocentes*, & Textus *in dict. cap.* 1. *de exceptionibus*,

ceptionibus, ibi *niſi prius ſe probauerint innocentes*, non eſſe partem deciſionis horum iurium, ſed potius illius Authoritatis Stephani Papæ, & aliorum Pontificum, qui in his, & aliis iuribus referuntur quaſi ſenſus ſit, non eſſe credendum eorum confeſſioni, qui criminibus implicantur; id eſt inuoluuntur, niſi reprobauerint innocentes & ob id Pontifices rectè deduxerunt argumentum, quod ſi pendente lite ſuper criminis accuſatione, non creditur accuſatis, contra alios, niſi prius ſe probauerint innocentes, iuxta Alexandri, *hic*, & Stephani, *in dict. cap.* 1. & aliorum Pontificum decreta, ergo à fortiori non erit credendum eis, qui de crimine conuicti, vel confeſſi ſunt, niſi prius ſe probauerint innocentes, vt exiſtimat Decius *in dict. cap.* 1. *de except. num.* 7. & videbis quæ tradit Graſſa *ibi num.* 17.

7 Secundo alij reſpondent; quod & ſi fateatur illa verba eſſe partem deciſionis, tam Textus noſtri, *& dict. cap.* 1. *de except.* quam aliorum iurium facilè occurritur negando antecedens, quidquis teſtibus conuictus ſit, de crimine rectè poterit probare ſuam innocentiam, probando negatiuam loco, & tempore coarctatam, *l. optimam, Cod. de contrahenda ſtipulatione, cap. ex tenore* 35. Gloſſa celebris *in cap. bona memoria* 23. verbo *per rerum naturam, de elect.* de quo dixi latè, *in cap. quoniam contra falſam de probationibus*, & alibi. Copiosè Portius *lib.* 1. *regularum concluſ.* 39. *limit.* 10. Clarus *in praxi*, §. *fin q.* 51. Franciſcus Marcus *deciſ.* 266. *part.* 2 & quamuis contra propriam confeſſionem venire non poſſit regulariter loquendo; poterit tamen ſuæ confeſſionis errorem oſtendere, *l.* 2. vbi Bartol. & omnes, *ff. de confeſſis*, Padilla *in l. error à principio, Cod. de iuris, & facti ignorant*, de quo latè dixi *in cap. fin. ſupra de confeſſis*; & ſic innocentiam poſſe probari refert Balboa *in dict. c.* 1. *de except. n.* 82. Imola docet, *n.* 8.

8 Nec his ſolutionibus obſtat conſideratio in verſic. *vnde dubium eſt*, ibi *deinde*, & regula vulgaris Textus *in dict. cap. teſtimonium hoc tit.* dum probat teſtem de crimine conuictum etiam emendatum, à teſtimonio repellendum; quia iterum ex Gloſſa reſpondeo; vt iam *ibi* latè dixi Textum noſtrum, & Textum *in dict. cap.* 1. *de except.* intelligendos eſſe, iuxta diſtinctionem dicti capituli teſtimonium, vbi diſtinguitur inter cauſas Ciuiles & Criminales, & teſtes infames, & periuros ab aliis Criminoſis, vt iam latiſſimè dixi, & de infami facti infamia, ſeu iuris.

9 Et addo *ibi* dictis pro explicatione notandum eſſe triplicem ex quocumque delicto offenſam oriri partis, iudicis, & Reipublicæ, & ideo adhuc parte remittente iudex poterit vindicare, & ob id illud vulgatum axioma, quod paria delicta mutua compenſatione tolluntur, *l. viro at qui vxore* 40. *ff. ſoluto matrim.* intelligatur, quoad ipſas partes, ſecus autem quoad iudicem, & Rempublicam, quia crimina, non remiſſione, ſed innocentia purgantur, *l. is qui reus, ff. de publicis Iudiciis, l.* 2 §. *qui hoc dicis l. ſi vxor* 13. §. *Iudex, ff. ad leg. Iul. de adulter.* inde quæ euenit, vt ex quocumque Crimine duplex oriatur iudicium; alterum Ciuile ad rem ipſam, atque æſtimationem conſequendam. alterum verò Criminale ipſius Criminis, reſpiciens vindictam, *l fin. ff. de priuatis delict. l. fin. ff. de furtis, l qui hoc nomine* 25. *ff. ad leg. Cornel. de falſis, l. vnica, Cod. quando Ciuilis actio, cap. ſuper his de accuſat lib.* 9. *tit.* 4. *part.* 3. quando autem de vtroque agatur erit iudicium mixtum teſte Gloſſa *in cap. ſua de procurat.* verbo *mixta*, de quo plura cumulant Clarus *in praxi, quaſt.* 1. Aſinius *in praxi in princ. c.* 5. *&* 6. docentes, quando iudicium Criminale, quando Ciuile & quando mixtum ſit, de quo dixi *ſup. ad Rub. de iudiciis*.

Quo ſuppoſito bene, *in dict. cap. teſtimonium factum eſt*, vt teſtes Infames & periurij diſtinguantur ab aliis, & quod infames infamia iuris ſint repellendi indiſtinctè, in Cauſis tam Ciuilibus, quàm Criminalibus, etiam ſi emendati fuerint, ſecundùm intellectum, quem *ibi* ſcripſi inter infames infamia iuris, & infamia facti, ſeu infamia legali, vel Canonica. 10

Ad ſecundam partem quaſtionis, quatenus in ea propono, an accuſatus de crimine, poſſit interim, dum pendet accuſatio alium accuſare, videtur negatiuè reſpondendum ex Textu noſtro, & ex dictis *dubio præcedenti*, quia valet argumentum de teſte ad accuſatorem; & ſic quemadmodum iam dixi Teſtem Criminoſum, & infamem non admitti ad teſtificandum contra alium iuxta *dict. ſup. in dict. cap. teſtimonium*, & de aliis Teſtibus defectuoſis, veluti inimicis, vt dixi, *ſup. in cap. quaſiis* 5. *hoc tit.* & in pluribus iuribus huius tituli. Ita ſimiliter, nec accuſatus de Crimine, dum pendet iudicium, non poterit alium accuſare, quia qui teſtis eſſe non poteſt, nec etiam alium accuſare valet, vt probat Textus noſter, & Textus, *in cap ſuper prudentia* 12 *quaſt.* 2. *cap. ipſi Apoſtolici & cap teſtes* 2. *quaſt.* 7 *cap. cum ſane* 35. *quaſt.* 3. *l. qui cum mater* §. 1. *ff. de bonis libertorum*, Speculator *in tit. de accuſat* §. 1 *num.* 27. *circa medium*, verſic. *item quod eſt talis, qui non poteſt eſſe teſtis, & eſt*, cum aliis quos plenè cumulat Tiberius Decianus quem videbis benè comprobantem & declarantem hanc propoſitionem, ſeu concluſionem *in ſuis tract. criminali. lib.* 3. *cap.* 23 *part.* 1. *à num.* 1 Contrad *in practica, tit. de accuſatione num.* 14. *pag. mihi* 231. *in* 1. *Columna*. Vbi quod accuſatio, & teſtificatio æquiparantur: alia congerit Farinacius *in praxi tit. de inquiſit. quaſt.* 12. *& ibi num.* 37. Et ſic quia hæc difficultas ſatis explanatur per ea, quæ dixi *in dict. c. teſtimonium de teſte Criminoſo accuſato*; ideo non inſiſto. 11

Ad tertiam quæſtionis partem, quia ſatis, ſuperque reſponderi poteſt ex his, quæ adduxi *ſupra in Rub. de mutuis petition & ibi quaſt.* 5. vbi de reconuentione ſuper cauſa criminali de quo videbis quæ dicam *infra in cap.* 1. *de exceptionibus*, interim videbis quæ adducit Balboa *ibi in* 3. *eius parte*, cum multis Farinacium *de inquiſitione. q.* 12. *n.* 13 Riccium *collect.* 1418. vbi bene, & breuiter expendit. 12

Notabis verò communiter à Doctoribus colligi ex Textu noſtro accuſatum pendente accuſatione criminis reprobari in cauſa criminali, ſi delictum de quo quis accuſatur ſit graue, capitale, & infamatorium; ſecus ſi leue late, & eleganter, de quo plures adducit *hic* Barboſa, *& in cap. omnipotens de accuſat, & in cap.* 2 *hoc tit.* vbi refert omnes, qui tamquam viles, & infames à ferendo teſtimonio repelli poſſunt de quibus iam dixi *in dict. cap. teſtimonium*, & in aliis iuribus. 13

AD RVBRICAM ET TITVLVM DE TESTIBVS COGENDIS.

PRÆMISSVM.

RVBRICA huius tituli continetur ſub Rubro, & quia *in cap.* 1. contineri poteſt materia textus, *in cap.* 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. *&* 10. ideo facta repetitione de illo non eſt cur ad explanationem prædictorum iurium accedam, præter paraphraſim ſolitam ad quodlibet caput videbis dicta *ſuprà in cap. ſi qui teſtium* 8. *de Teſtibus*: Et qui de materia huius tituli agunt; refert Barboſa *in princip. Rubrica.*

AD TEXTVM IN CAP. I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. & X. hoc Titulo.

QVÆSTIO I.

Quare teſtes per Cenſuram Eccleſiaſticam, ſeu aliter compelli poſſint, ad ferendum teſtimonium, cum multi ſint caſus in quibus, hac compulſio fieri non debet: Et eſto, quod queant compelli procedat, ſiue in cauſis Ciuilibus, ſiue in Criminalibus?

SVMMARIVM.

1 *Teſtes poſſunt compelli cenſuris, aliiſve modis ad ferendum teſtimonium, n.* 2. 3. 4. *&* 5. *& à n.* 6. *&* 7. *cum alys, & à n.* 13. *&* 14. *vbi de Iudicio ſæculari, & Eccleſiaſtico.*

6 *Teſtes ad ferendum teſtimonium, tenentur, tam de Iure Ciuili, quàm Canonico, ne veritas occultetur, & ne malus, vt bonus æſtimetur, n.* 7.

8 *Teſtificandi officium publicum eſt, taliter vt inuitus quis compellatur in cauſis quibuſlibet, n.* 10. *&* 11. *vbi præcipuè ſe ſubtrahat, vel à parte, vel dicat ſe ſcire veritatem.*

9 *Iudex repellitur à munere iudicandi, propter actum teſtificandi, quia faciliùs reperiuntur centum Iudices, quàm vnus teſtis.*

12 *Teſtis ſe ſubtrahere à teſtificando, quando dicatur.*

16 *Carceris pœna nunquid mulctetur teſtis ſe ſubtrahens à teſtificando, n.* 17.

18 *Teſtes nolentes teſtificari, poſſunt compelli à Iudice Ordinario & delegato.*

19 *Teſtis, qui reuera impeditus fuit excommunicatus, vt deponeret, indiget abſolutione quoad forum fori.*

20 *Teſtes priuilegiati, non coguntur teſtificari, ſeu iam examinati, n.* 23.

21 *Teſtes etiam, quod ſe non ſubtrahendo odio, gratia, vel timore, de Iure Ciuili compelluntur teſtificare.*

22 *Teſtis tunc poterit puniri ad teſtificandum ſe ſubtrahens, ſi præceſſit monitio.*

AD primam quæſtionis partem dubitationem mouet dictum Bald. *in l. lege Iulia in lectura antiqua in fine*, in verſic. *vel quid ſi cogeret de facto, ff. de Teſtibus*, Florianus *in leg. inuiti, la* 2. *ad finem*, verſic. *adde tamen, ff. eodem*, Carretius *in practic. num.* 2. *tractatu de Indiciis, & tortura*, §. *vlt. an teſtis, num.* 9. qui dicunt quod teſtes coacti ad examinandum in cauſa, in qua de iure non debebant cogi, aut compelli, non probant, ſed nec faciunt indicium, & Carret. *vbi ſuprà n.* 11. ait quod talis defectus non purgatur per torturam. 1

Deinde videtur magis dubia hæc difficultas ex textu, *in cap. lectorum* 10. *hoc titulo*, in verſic. *præterquam ſuper criminibus*, quo probatur non compelli teſtes ad ferendum teſtimonium in criminalibus. † Tertiò, quia ex regula iurium explanandorum, tum demum dicit cogi teſtes, quando ſe ſubtrahunt ab examinando gratia vel timore, aut odio, quod ſi ſe non ſubtrahunt, tunc de Iure Canonico non coguntur ad Gloſſam *in cap* 1. *hoc tit.* in verbo *timore*, vbi Butr. ita docent plures, *in dicto cap. dilectorum*, quos refert Farinacius *de Teſtibus, quæſt* 78. *num.* 51. † Quartò, quia in Teſtibus Synodalibus, id eſt, publicis denuntiatoribus ab Ordinario deputatis, qui ſi ſemel coram Ordinario depoſuerunt, non poſſunt amplius cogi vt ſubeant examen coram delegato ſuper eadem cauſa, dummodo ex primo examine fiat fides Iudici delegato, & ſic niſi abundè veritas haberi non poſſit, 2 3 4

&

& dummodò etiam contingat ipſum examinari
ſuper aliquo nouo & incidenti articulo cap. præ-
5 tereà 7. hoc tit. vbi Gloſſa, & omnes. † Et fa-
cit textus in l. ex libro, ff. de quæſt. per quem dixit
Baldus in deciſ. 91. p. 1. Teſtes pro ferendo teſti-
monio regulariter cogi non poſſe niſi vacillent,
quod notat Riccius collect. 1145. ad dictam legem,
& textum in cap. ſuper his, de pœnis.

6 Nihilominùs dici debet ex noſtro textu & cu-
ribus iactis, quod teſtes in cauſis ciuilibus ad
perhibendum teſtimonium teneantur, tam de
Iure Ciuili, quàm Canonico; conſonant relata
Iura, quibus addo textum in cap. quoniam 3, cap.
intimauit 18. & cap. 45. de teſtibus, cap. ſtatutum,
§. in proferendo de reſcriptis lib. 6. l. poſt legatum 5.
§. his verò ff. quibus vt indignis l. inuiti 8. 9. & 19.
ff. de Teſtibus, l. cum ab initio 4. ff. quemadmodum
teſtamenta aperiantur, l. ad perſonas 15. ff. de Iu-
reiur. l. quando, l. parentes. Cod. de Teſtibus, leg.
iubemus 37. § omnes, Cod. de Epiſcopis & Cleri-
cis l. 15. tit. 16. p. 3. lib. 6. tit. 6. lib. 4. compilat. Ita
Doctores antiqui in prædictis Iuribus, & Gloſſa
in dicto cap. 1. hoc tit. in verbo occultent, vbi In-
nocent. num. 2. Hoſtienſis num. 1. Ancharranus
num. 3. Anania num. 3. Felinus in ſumma, Ho-
ſtienſis in cap. 2. à num. 1. Gloſſa in cap. ſuper eo,
in verbo timore, verſic. & Teſtes inuiti cogendi
ſunt, refert plures Farinacius de Teſtibus q. 78.
num. 3. Menochius de præſumpt. lib. 2. præſumptio-
ne 55. Riccius in praxi Eccleſiaſt. deciſ. 447. Co-
uarruu. in cap. quamuis pactum, in princ. num. 25.
& 27. Gilguenius in l. Iudices, Cod. de fide inſtru-
ment. Duarenus addit de Teſtibus, cap. 2. Donell.
in l. 1. Cod. de quæſt. idem in l. ſi quando, & l. pa-
rentes, Cod. de Teſtib. & lib. 25. comment. cap. 25.
& ibi cap. 16. de euocatione Teſtium, & qua actio-
ne Antonius Faber in rationali ad textum, in l. ad
perſonas 15. ff. de Iureiur.

7 Ratio autem horum Iurium, ſeu noſtræ con-
cluſionis; ea nempe eſt, ne veritas occultetur,
& ne malus, vt bonus æſtimetur, cap. quam-
quam 14. q. 2. tum etiam quia eſt peccatum mor-
tale occultare veritatem, cap. quiſquis 11. q. 3.
deinde quia ferre teſtimonium eſt munus pu-
blicum, ad quod ſubeundum quiſque poteſt co-
gi, l. ſi quis munus, ff. de muneribus & honorib. ita
Odofredus in l. inuiti la primera. Cod. de Teſtibus,
& in l. inuiti la 2. verſic. quia ferre teſtimonium eſt
publicum officium, ff. eodem, Antonius Gomez,
lib. 3. var. cap. 12. num. 14. Gailius obſeruat. 150
num. 2. lib. 1. qui benè Iuribus comprobat hanc
rationem Tollerius in practica, num. 8. in verbo
Teſtibus diligenter examinatis, num. 5. † Vbi etiam
8 benè declarat, an, & quo reſpectu officium Te-
ſtis dicatur publicum, vel quaſi publicum, tam
de Iure Ciuili, quàm de Iure Canonico, Hector
Emilius in tract. de teſtibus. verbo teſtis locus ge-
neralis n. 14. vbi declarat an teſtis officium ſit
publicum, an quaſi publicum, & quo reſpectu
dicatur publicum poſt Baldum, Felinum, &
Abbatem hic cum aliis ab eo adductis; tradit
Gloſſa in dicto cap. 1. verbo occultent, vbi omnes
Gratis ibi, num. 2. Et ob id Valenſis in Rubrica
hic, num. 1. taliter hoc officium ait teſtificandi
publicum eſſe, vt ad id inuitus quis compella-
tur per textum in l. cum ab initio, & ibi Gloſſa
in verbo cogat, & l. ſed ſi quis, ff. quemadmodum
9 teſtem aperiantur. † Quare ſit vt quis repellatur
à munere Iudicandi, propter actum teſtifican-
di, cap. dilecto 40. hoc tit. eo quod faciliùs re-
periantur centum Iudices, quàm vnus Teſtis,
Abbas ibi. num. 3. vbi num. 10. tradit praxim, qua
quis poſſit in teſtem producere ordinarium cau-
ſæ Iudicem, quando ille ſibi pro teſte eſt neceſ-
ſarius: videbis Gratianum in cap. ſi Teſtes, §. exi-
gat 5. quæſt. 3.

Et ibi num. 3. ait in cauſis ciuilibus hoc eſſe 10
indubitatum, & Farinacius cum multis dicta
quæſt. 78. à num. 6. ait hæc omnia multo magis
procedere ſi teſtes ſe ſubtrahant à ferendo teſti-
monio gratia, odio, vel timore, & multo ma-
gis ſi ſubtrahantur à parte, contra quam produ-
cuntur, vel ab alio eius nomine, idem ibi n. 15.
qui etiam num. 18. per textum in cap. 2. hoc tit.
ait compelli ad teſtificandum, quando veritas
haberi non poteſt ibi teſtimonium veſtrum neceſſa- 11
rium. † Et eo magis cogendi erunt, quando
iactant ſe ſcire veritatem, & quando ſemel exa-
minati obſcurè depoſuerunt ad declarandum eo-
rum dubiam & obſcuram depoſitionem per ea,
quæ adduxi ſuprà in cap. cum clamor hoc tit. idem
Farinacius ibi à num. 10. cum aliis, vbi plures
caſus congerit dicens procedere etiam in cauſa
Matrimoniali, & in cauſis ſpiritualibus, dum-
modo teſtes ſe ſubtrahant gratia, odio, vel timore,
iuxtà verba textus in cap. cæterùm hoc tit. ex quo
idem probat in cauſa conſanguinitatis, ſi aga-
tur ad Matrimonium coniungendum; ſecùs ſi
ad ſucceſſionem, vel tutelam deferendam Iudi-
cem recuſandum, & his ſimilia, quia tunc non
coguntur.

Vnde euenit quod ſi dubites, quando dica- 12
tur teſtis ſubtrahi: tunc reuerà procedere quan-
do teſtis monitus ad teſtificandum, non com-
parens præſumitur ſe ſubtrahere gratia, odio,
vel timore iuxtà Gloſſam in dicto cap. 1. hîc verbo
timore, vbi omnes, & multis adductis refert Fa-
rinacius ſuprà à num. 7. qui hoc limitat, quando
v. g. teſtis ſit Religioſus; quia iurare veretur, ad
quod applicabis quæ ſuprà adduxi in cap. nuper
51. de teſtibus. Et fallit etiam in perſonis priui-
legiatis, quæ ad teſtificandum, etiam vocatæ
venire non tenentur iuxtà ea, quæ adduxi ſuprà,
in cap. ſi qui teſtium 8. de teſtibus; Item ait Gloſſa
in dicto cap. 1. verbo timore, quod ſi veritas
aliundè poſſit haberi; tunc non dicetur ſe ſub-
trahere teſtis, qui non comparet,

Itemque ſi dubites qualiter teſtes ad feren- 13
dum teſtimonium compellantur, breuiter re-
ſpondeo hoc ſumendum eſſe iuxtà fori qualita-
tem, vel captis pignoribus, vel multa inflicta:
argumento textus in l. 1. §. 3 ff. de ventr. inſpic
vel per cenſuras Eccleſiaſticas, videlicet ſuſpen-
ſionem, interdictum, excommunicationem, vel
degradationem cap. 198. & 5. hoc tit. tradit Va-
lenſis in R. num. 2. pluribus adductis probat
Farinacius dicta q. 78. à num. 36. ad quod appli-
cabis quæ adduxi ſuprà in cap. 1. & 3. vt lite non
conteſtata. † Et Barboſa cum multis in cap. 2. 14
num 2. hoc tit. hanc praxim docet quòd teſtibus
Eccleſiaſticis, maximè abſentibus, poteſt poni
præceptum, quod in tali termino compareant
ad perhibendum teſtimonium veritati, nempe
intrà triduum ſub pœna pecuniaria, & ſi in alio
triduo non comparuerint ſub pœna excommu-
nicationis, & ſi in alio adhuc non comparuerint
ſub pœna depoſitionis, idque in eiſdem litteris
aduertens ex Genuenſe iuxtà Tridentinum ſeſſio-
ne 25. de reformatione cap. 3. priùs incipiendum ab
executione reali, & perſonali vſque ad bono-
rum

rum confiſcationem, & in ſubſidium poſteà accedat ad excommunicandum alia *ibi* addit.

15 Tamen ſi cauſa agatur coram Iudice ſæculari, tunc teſtes cogentur per indictionem mulctæ *l. 1. in princ. ff. ſi quis Ius dicendi non obtemper. vel capeis pignor. l. curent. ff. de teſtibus l. Iudices. Cod. de fide inſtrument. §. fin. Inſt. de ſatiſdat.* quæ multa quandoque poterit extendi vſque ad confiſcationem bonorum, ſecundùm Baldum *in cap. 2. hoc tit.* quod in praxi nunquam receptum vidiſſe teſtatur Farinac. *dicta q. 78. n. 83.* qui ait nec etiam exhandiri ex hoc teſtes vidiſſe, licet ad eam pœnam poſſe procedi dixerit Angel. Perus. *in tract. de teſtibus, num. 25.* vbi loquitur, quando ita ſuadet conſuetudo ciuitatis.

16 Hinc procedit dubium, an ſi teſtis ſe excoſet à ferendo teſtimonio queat incarcerari, & in hac difficultate, & in hoc caſu diſcrepant Doctores; Nam quidam dicunt, quod non incarcerantur, ſed monentur, & ſi moniti comcompareant, vel examinantur, vel admittuntur cum fideiuſſoria, vel iuratoria cautione, ne recedant à loco antequàm teſtificentur ad textum expreſſum *in l. ſi quando, in princ.* & ibi Gloſſa in verbo *non ampliùs*, vbi Odofredus *num 1*, Maſcardus *de probationibus lib. 1. quaſt. 5. num. 61.* Sed Belia Pertica dixit *ibi*, in verſic. *ſed quæritur* poſſe hos teſtes à principio cogi per carcerationem, quod tamen *ibi* Bart. *num. 7.* admittit in cauſis criminalibus, Fulgoſ. *n 4.* vbi dicit, quod in criminalibus, in quibus agitur de publica vtilitate, ſi teſtes, qui venerunt vt examinentur, non dant fideiuſſorem de non recedendo, donec examinentur detruduntur in carceres, & de hac quotidiana praxi teſtatur Caranit ſuper ritu magnæ curiæ 87. *num. 8.* verſic. *ſed hoc verum*, vbi quod ad Fiſci inſtantiam, quandoque teſtis, qui citatus non curat comparere, carceratur.

17 Tamen Bart. *in l. cum eo, ff. ad leg. Iul. pecul.* ait quod etiam in ciuilibus, quando teſtis eſt talis, vt ab eo non poſſit exigi multa, nec capi pignora, tunc inuitus extraheretur de domo, vel contra eum procedetur tanquàm ſuſpectum, & ſubornatum ad pœnam falſi, ſi pretio ſe ſubtraxerit iuxtà doctrinam eiuſdem Bartoli *in l. 1. §. 1. ff. de falſis*, vel alias ad pœnam extraordinariam iuxta Bartoli Doctrinam *in l. presbyteri, in princ. col. fin. Cod. de Epiſcopis, & Cleric.* Sic addentes ad Abbatem *in cap. dilectorum hoc tit. littera C, in 2 additione* verſic. *item quando*: tradit Farinacius *dicta q 78. à num. 40.* vbi ait *n. 43.* cum multis ab eo relatis, quod excuſatur teſtis à pœna cenſuratum, & excommunicationis ſi neceſſario impedimento impeditus non potuit venire vt examinetur, etiam quod id fuerit monitus ſub pœna excommunicationis: argomento textus *in l. Celſus, §. idem ait, ff. de arbitr.*

18 Quod ſi dubites à quo Iudice poſſint cogi tales teſtes, dico non ſolùm à Iudice ordinario, ſed etiam à delegato, Butrius *in cap. 1. hic num. 4.* Imola *num. 1.* vbi reſpondet contrariis, Maſcardus *de probat.* vbi præcipue loquitur in delegato à Papa, vel à Principe *q. 5. n. 58.* alia tradit Farinacius *dicta q. 78. num. 23.* Qui *num. 50.* ſit cum aliis in arbitris, qui non poſſunt cogere teſtes ad teſtificandum; tunc eos compellat, qui cogit, & arbitrum ad pronuntiandum *l. labeo, §. 1 ff. de arbitris*, Maſcard. *ſuprà dicto cap. 5. n. 55.*

19 Itaque notabis, vt ſi Iudex a principio excommunicaſſet ſi in tali termino citatus, & monitus non veniſſet, dubium eſt an iſte ſit excommunicatus, ſi impeditus non potuit venire, & an indigeat abſolutione. In quo caſu dicendum eſt, quo ad Deum iſtum non manere excommunicatum, quia impoſſibile præceptum non ligat, *l. Paulus, ff. quæ ſententia ſine appellatione reſcindantur*; Sed quia Eccleſia illud ignorat, debet ſic excommunicatus docere de impedimento, quo acto abſolui debet ſine difficultate; Ita Gloſſa *in cap. 2. hoc tit.* verbo *depoſitionis*; Multa tradit *ibi* Hoſtienſis *n. 5.* Ioannes Andreas 6. Henric. Boye. *n. 1.* Bellamera 1. Butrius 6. Imola 5. Ancharranus 5. Abbas 6. Felin. 4. vbi latè facit regulam cum limitationibus.

His ſic præmiſſis, iam facilis eſt explanatio 20
eorum quæ adduxi *ſuprà à num. 1.* quia *ibi* adductum ex doctrina Baldi, & Floriani, loquitur quando teſtis cogi non debebat, vt contingit in teſtibus priuilegiatis, de quibus *infrà* aſſumptiuè dico, & hi erunt, qui enumerentur *in l. in lege Iulia, & in l. inuiti, la 1. ff. de teſtibus*, quæ leges Canonicatæ ſunt *in cap ſi teſtes*, verſic. *lege Iulia.* & verſic. *item inuiti 4. q. 3.* Ad textum *in cap. dilectorum* 10. *hoc tit.* reſpondetur ex dictis *in dubio ſequenti.*

Nec obſtat tertium, quia reſpondeo regulam 21
de qua loquimur intelligi, ſecundùm declarationem illius argumenti, iuxtà Ius canonicum; Nam de Iure ciuili teſtes compelluntur, etiam, quod ſe non ſubtrahant odio, gratia, vel timore partis, à qua producuntur ex textu *in cap. ſuper eo in fine* ibi, *ad hoc paſſim poſſint de Iuris humani rigore compelli*, & tenent *ibi*, Butrius *num. 3. in fine* Imola *poſt num. 1.* Abbas *poſt num. 3. hoc tit.* & licet Tolerius *in pract. crim. Canon. cap. 8* in verbo *teſtibus diligenter examinatis, num. 4. in fine* in verſic. *in ciuilibus*, dixerit quod in ciuilibus, etiam indiſtinctè compelluntur (hoc eſt vtroque Iure) etiam quod ſe non ſubtrahant odio, vel timore, aut gratia, & Anania *in dicto cap. ſuper, num. 5. hoc tit.*

Tamen hoc eſt intelligendum, dummodò 22
præcedat monitio, quia præcedente monitione præſumitur quod teſtis non comparens ſe ſubtrahit odio, gratia, vel timore ex iam dictis, & docet Farinacius *dicta q. 78. à num. 55*, ait quod licet teſtes ad teſtificandum compellantur, non tamen hoc contingit præciſè, & ex abrupto, ſed eſt neceſſe vt præcedat monitio iuxtà textum *in dict. cap. 1. hoc tit.* ibi *diligentius moneas*, & ex *dicto cap. ſuper eo*, ibi *monendi ſunt, non cogendi*, vbi Gloſſa, & Doctores vtrobique, & addit Hoſtienſis *in ſumma Rubr. de teſtibus cogend. §. & qualiter*, & verſic. *dicunt quidam*, quod hæc monitio eſt neceſſaria, tam de Iure Ciuili, quàm Canonico, quod limitat Abbas *in cap. 2. ante num. 5.* quando veritas aliter haberi non poteſt, quia tunc non præſumitur monitio, ſed à principio coguntur teſtes, vt examina ſubeant ſub pœna ſuſpenſionis, excommunicationis, & depoſitionis: Videbis Valenſem *in Rubrica hic, num. 4.*

Quartum non obſtat de Teſtibus ſynodalibus 23
vt de ſe patet: imò ex eo argumento infero generaliter ad omnes teſtes, qui ſemel tulerunt teſtimonium, quod non poſſint cogi ad iterùm teſtificandum, niſi in defectum probationum, quia poſſunt ſe excuſare à ſecundo examine ad vitandas contrarietates, & maleuolentias: tradit

Digitized by Google

dit Tyndarus *de teſtibus p.2.cap.9. num.14. & 15.* Item inſero quod ſi teſtes venerunt vt examinentur, & ſteterunt ad hunc effectum per 15. dies in loco, vbi examinari debuerant, qui Iudicis negligentia examinari non fuerunt, poſſunt propria authoritate, & ſine licentiâ recedere; Itavt ampliùs cogi non poſſint iuxta textum expreſſum, *in l. ſi quando §. ſed cum oportet*, & ibi Odofredus *n.* 1. Cyn. *num.*4. Bartolus *in 1. & 2. lectura in ſummario, Cod. de Teſtibus*, Baldus *ante num.*1. ſed in teſtibus vacillantibus ideò aliud examen requiritur iuxtà textum *in dicta l. ex libere, ff. de quaſt.* quia ibi adeſt ratio indagandæ veritatis, vt ſciat Iudex, in quo Teſtis inſiſtit iuxtà notata *ſuprà in capite cum clamor, hoc titulo.*

24 Ad tertiam quæſtionis partem, an in cauſis criminalibus teſtes ad ferendum teſtimonium cogantur, dico *q. ſequenti.*

QVÆSTIO II.

An Teſtes poſſint cogi ad ferendum teſtimonium in Cauſis Criminalibus: Et an perſona priuilegiata cogantur venire ad teſtificandum coram Iudice, aut ſi Iudex eat, vel mittat ad eorum domus pro recipiendo teſtimonio, ſi ſe ſubtrahant poſſint cogi: Et an Teſtes ad teſtificandum cogi poſſint, etiam quod per alios veritas haberi non poſſit: Et in qua ætate poſſint cogi vt teſtimonium dicant: Et qualiter puniatur, ſubtrahens ſe à ferendo Teſtimonio?

SVMMARIVM.

1 Cap. dilectorum 10. hoc titulo, & à numero 12.13.14.
Teſtes in Criminalibus cauſis verius eſt, vt compellantur teſtificare, numeris ſequentibus, & à num.7. fallit, n.15.
8 Cap. fin. hoc tit. & n.9.10.& 11.
9 *Teſtis qui Iurauit non deponere, nihilominùs compellitur, & an abſolutio prærequiratur à tali Iuramento, n.10. 11.*
13 Cap. ſuper eo hoc tit.
17 Cap. peruenit 5.cap. peruenit 4.hoc tit.
18 *Teſtes priuilegiati, in quo caſu compelli poſſint ad deponendum. n. 19.20.21.22.23.24.25. & coram quo examinentur, n.25.& quæ differentia cum non priuilegiatis, n.26.*
21 L. iubemus 37. §. omnes, Cod. de Epiſcopis, & Clericis.
24 Cap.fin. §. fin. de officio delegati.
27 *Teſtes in qua ætate debeant eſſe, vt cogi queant ad teſtificandum, vel non.*
38 *Teſtis qui ſe ſubtrahit à teſtificando, quibus puniatur pœnis. n.29.30.31.32.33.*
33 *Teſtis à teſtificando ſe ſubtrahens, tenetur parti ad damna, & intereſſe.*
34 *Priuilegiati qui ſint à ferendo teſtimonio, numero 34.35.36. & quando hi compellantur, numero 35.& 36. Quid de Clericis & familiaribus ſancti officy remiſſiuè; & de caſu Diui Philip. Aloſio Secretary Regy noſtri Conſilij Inquiſitionis.*

AD primam quæſtionis partem videtur dicendum, quod ſuper criminalibus cauſis teſtes non cogantur ad ferendum teſtimonium vt probare videtur textus *in cap. dilectorum* 10. *hoc tit.* in verſic. ibi *præter quam ſuper criminibus*, ex quibus verbis probatur, quod etſi teſtes in cauſa ciuili compelli poſſint; non tamen in criminali. † Et probatur quia ſi veritas aliter ha- 2
beri non poteſt, debent cogi, vt tradunt Innocentius *in cap.1. hoc tit. n.*1. Hoſtienſ. *num* 3. Bu-
trius 7. † Deinde coguntur, quando ſubtrahunt 3
ſe odio, timore, vel gratia, & aliis modis, de quibus dico in hoc dubio: Et ſic ex aliis docent hanc partem teneri à Farinacio *de teſt. q.78. à numero* 116. & Graña *in cap.1 hic n.4.*

Verùm generaliter dicendum eſt in Crimina- 4
libus cauſis, quando agitur directè ad pœnam teſtes cogi non poſſe ad teſtificandum, vt communiter docent Canoniſtæ *in hoc tit.* vt Hoſtienſ. *in ſumma Rubr. de Teſtibus cogendis*, §. 1. *in fine*, teſtatur Gloſſa *in dicto cap. dilectorum*, verbo *ſuper Criminibus*, vbi Abbas *num.*3 hanc opinionem defendit, & reſpondet contrariis.
† Et ſic dixit Baldus *in dicto cap. dilectorum, n.6.* 5
Felinus 3. nullatenùs cogendos eſſe teſtes in Criminalibus ad ſe examinandum, quando ex eorum depoſitione periculum eſt, vt contrahant inimicitiam cum aliquo potenti, & reddit rationem Menochius *de arbitrariis, caſu* 487. *à num.*3. quia ſi æquitati conuenit, ne quis cogi poſſit ad ferendum teſtimonium in ſuorum affinium perniciem *l. lege Iulia, ff. de Teſtib.* multò æquius eſt, ne quis contra ſe ipſum, & ſui perniciem teſtimonium ferat, ex quo teſtimonio in cauſa capitali, grauis, capitaliſque oriri ſolet inimicitia *cap. cum P. de accuſat.* quam quiſque excuſare curat per textum *in l. ſi quando, hoc tit.* cum charitas benè ordinata incipiat à ſe ipſa,
l. Præſes. Cod. de ſeruit. & aqua. † Et ſic ex mul- 6
tis tradit Farinacius *dicta quæſtione 78. de teſtibus, num.*120. quod hic opinio ſeruatur de conſuetudine Curiæ Romanæ.

Sed quia idem Farinacius hanc quæſtionem 7
tractat diffusè *dicta quæſtione* 78 *à num.*115. ideò ad longam diſputationem eum videbis; Ego tamen breuiter dico probabilius eſſe, vt teſtes in Criminalibus cogi poſſint, ſicut in Ciuilibus, iuxta textum *in cap. peruenit 4. & 5. cap. ſuper hoc cap. cum contrà hoc tit.* quia hoc non eſt alteri detrahere, ſed veritatem dicere, non animo detrahendi ſed veritatem dicendi quàm interfugatum à Iudice celare eſſet graue, imò mortale peccatum, *cap. quiſquis 11. quæſt.3.* Gloſſa *in capite 1. verſic. occultem hoc tit.* expedit enim Reipublicæ ne crimina maneant impunita, *cap. vt fama 35. de ſent. excommunic.*

Et ſic quidquid Doctores doceant, quod te- 8
ſtes non compellantur teſtificari in cauſis Criminalibus ex textu *in cap. penult. hoc tit.* Tamen hodie indiſtinctè obſeruatur, vt cogantur deponere, & in Ciuilibus, & in Criminalibus, Farinacius *de Teſt. quæſt.78. cap.3. n.120.* Barboſa cum aliis *in dicto cap. pen. n.4.*

Vnde euenit, vt ſi quis Iuraſſet ſe non teſtifi- 9
caturum, nihilominùs ad id compelli non poſſet non obſtante Iuramento *dicto cap. peruenit 4. hoc tit.* & ibi Gloſſa, *capite intimauit 18. de teſtibus* quia cum tale Iuramentum ſit contra bonos mores, & ſemetarium non eſt obligatorium, *cap. non eſt obligatorium de Reg. Iur. in 6.* tradit Valenſis

Valenſis *in Rubr. hic num.* 3. vbi ait, quod poteſt
Iurans in teſtem vocatus, etiam præuia authoritate,
& nulla præuia abſolutione petita illi
contrauenire abſque vllo periculo periurij,
prout habet communis opinio *in cap. conſtitutis* 45.
& ibidem Gloſſa in verbo *teneri, de teſti-*
10 *bus* latè Gailius *lib.* 3. *obſeruat.* 100. † Alias enim
ſi in Iudicio non vocaretur, faciens contra Iuramentum,
periurus eſſet, ſi reuelaret ſecretum
quod Iurauerat; Imò & ſi illud retinere non Iurauerat,
anhuc nefariè, & improbè faceret ſecreta
alterius populandu, adeòque actionem
in facto adintereſſe, vel Iniuriarum conueniri
poſſe, quia monitio præcedere debet coactionem:
dixit textus *in cap.* 1. *hoc tit.* non autem
prohibet, vt ait Gloſſa ibi.
11 Videbis quæ tradit Farinacius *dicta quæſt.* 78.
num. 149. cum aliis, vbi ait abſolutionem eſſe
neceſſariam in tali Iuramantò ad cautelam tantùm,
& illum teſtem facere probationem ſemiplenam,
videbis quæ tradit Graña *hic num.* 6. *in
fine*, vbi expendit textum *in cap. fin. hoc tit. & in
cap. olim de accuſat.* fit enim relaxatio Iuramenti
ad cautelam: argumento textus *in capite cum
quidam*, §. *illi vero de Iureiurando*, de quo amplitùs
ibi *in cap.* 1.
12 Quo ſuppoſito reſpondeo ad textum *in dicto
cap. dilectorum* 10. verſic. *præter quam ſuper criminibus*,
quod ibi agitur de criminibus, quæ ipſis
teſtibus obiiciuntur, non quidem vt puniantur,
ſeu criminaliter, vt patet ex eo, quod ibi quæſtio
erat ſuper conuentione, & reconuentione,
quæ in Criminalibus locum non habet, ſaltim
vt ſimultaneo proceſſu terminetur, quia non
criminis relatione, ſed innocentia Reus purgatur,
13 *cap. hi qui, ff. de public. Iudic.* † Vel dic
quod agebatur per Procuratorem, qui in Criminalibus
non admittitur, ſed agitur de iſtis
Criminibus, ad hoc vt à teſtimonio repellantur;
Ad hæc autem probanda crimina teſtes
non coguntur, quia nemo cogitur ad denudandam
famam alterius, vt ait Hoſtienſis *in ſumma
hoc titulo, num.* 2. Andreas Valenſis *in Rubrica,
num.* 5.
14 Vel dices verba illiùs textus non eſſe generaliter
accipienda; Itavt in omnibus Cauſis Criminalibus
teſtes non debeant compelli, ſed tantùm
mentem Pontificis *ibi* fuiſſe, videlicet in
ſpecie illius textus fuiſſe actum inter Epiſcopum
& capitulum, partim de Criminalibus, partim
de Ciuilibus Cauſis, & quamuis in Ciuilibus
teſtes compelli poſſent, tamen non ſic in Criminalibus,
non quia Criminalis eſſet cauſa, ſed
quia ibi in Criminali adhuc lis non erat conteſtata,
cum Reus abſens non poterat per Procuratorem
audiri cum propria eius præſentia defendi
debuerat *cap. tua, de procurat. c. veniens* 15.
de accuſat. Cujacius *lib.* 20. *obſeruat. cap.* 20. Donellus
lib. 18. *comment. cap.* 10. Graña *in dicto
cap.* 1. *hoc tit. num.* 4. & faciunt quæ adduxi de
Iudic. *in cap.* 24. *q.* 3.
15 Itaque fit quod etſi quando crimen eſt occultum
teſtes ad teſtificandum de illo cogi non
poſſunt iuxta textum *in cap. ſuper eo hoc tit.* in
verſic. *verum ſi non eſt notorium teſtes qui interfuerunt
facto monendi ſunt, & cogendi ad ferendum
teſtimonium*: Tamen ſi crimen eſſet tale, quod
non poſſet ſine periculo diſſimulari, prout eſt
hæreſis, dilapidatio, blaſphemia, & ſimilia,
tunc teſtes cogendi ſunt ad teſtimonium, etiam
quod crimen ſit occultum, Innocent. *in cap.* 1.
hic num. 5. Hoſtienſis 10. Socinus *Reg.* 417. cum
aliis Farinacius *num.* 122.
Qui *à num.* 153. ait quod in cauſis Inquiſitionis, 16
& quando agitur de inquirendo, poſſunt
etiam Teſtes in Criminalibus compelli, vt probant
Doctores ab eo adducti per textum, *in cap.
ſuper his hoc tit.* alios caſus, quamplures tradit
à num. 154. qui ex doctrina jacta determinari
queunt.
Nec obſtant Iura *in d. c. peruenit* 5. *& in c. peruenit* 17
4. *hoc tit.* quia reſpondeo ad textum *in d. c.* 4. in
verſic. *ad detegendum tanta fraudis, & calliditatis
commentum*, compelli teſtes *ibi* ad teſtimonium,
non ſolùm propter malitiam, de qua priùs Iurant,
ſed etiam propter cauſam principalem, &
criminalem. Ad textum *in dicto cap.* 5. dico quod
licet de iniuriis illatis in caſu illius textus non
ſit directa reſponſio, tamen & obliquè Pontifex
reſpondet. quaſi diceret, quod ſi in rebus Eccleſiaſticis
compellūtur præcipue, & maxime ſuper
perſonis Eccleſiaſticis compelli debent, cum
Clerici etiā nomine rerum Eccleſiaſticarum cōprehendantur,
vt notat gloſſ. *ibi* verbo *Eccleſiaſticis*,
ſic Graña vtrique Iuri reſpondet *hic, n.* 5. *&* 6. 18
Ad ſecundam partem quæſtionis, quæ duplici
inſpectione meritur, dico vt quatenùs in
dubio proponitur de perſonis priuilegiatis, quæ
ad Iudicium vocatæ non veniunt, vt teſtimonium
dicant, ſed additum eſt ad domus illorum,
recurres ad textum *in cap. ſi qui teſtium* 8.
ſupra de teſtibus, vbi *q.* 1. *&* 2. latè dixi. Sed quatenùs
propono in quæſtione, an teſtes priuilegiati,
ad quorum domum itum eſt, ſi ſe ſubtrahant
poſſint cogi; reſpondeo quod teſtes omnes,
niſi ſpecialiter reperiantur priuilegiati, cogi
poſſunt ferre teſtimonium, notat Butrius *in
cap. dilectorum num.* 4. cum aliis Farinacius *de teſtibus*,
q. 78. *num.* 57. † Et addit Maſcardus *de* 19
probationibus q. 5. *num.* 63. quod Viator in itinere
poteſt ad teſtificandum compelli.
Vnde licet nonnulli exiſtiment nunquam per- 20
ſonas priuilegiatas poſſe cogi, vt teſtimonium
ferant, taliter vt id procedat etiam ſi aliàs veritas
haberi non poſſit: Tamen ego hanc rem, vt
à longa diſputatione ſubtraham ſub leui diſtinctiōne
expendo, dicens quod teſtes, qui indulto
potiuntur, ne veniant ad teſtificandum coram
Iudice, ad id nunquam compellantur, tamen
ſi Iudex ad eos mittat Nuntium receptorem,
aut ipſe ext ad eorum domus, non erit cur
ſe excuſant a ferendo teſtimonio, quando aliàs
veritas haberi non poſſit; Ita Odofred. *in l. inuiti
la* 1. *col.* 2. *Cod. de teſtibus*, nec diſſentit Bald.
ibidem Bart. *in princ.* Alberic. *n.* 1. verſic. *de hoc
dixi*: iuncto verſic. *Sed de Iure Canonico*; ſic poſt
multorum dicta diſtinguit Farin. videndus *dicta
q.* 78. *de teſt. à n.* 108. *ad* 114.
Ex his intelligitur textus *n l. Iubemus* 37. §. 21
omnes, C. de Epiſc. & Cleric. vbi egregiæ perſonæ
compelluntur in Iudicio reſpondere; Itavt Prætor
ad eas ire non debeat, quod eſt omninò aduerſus
textum *in dicto cap. ſi qui teſtium* 8. *de teſtibus*,
*& textum in dicta l. inuiti, Cod. de Teſt. l.
ad perſonas, ff. de Iureiurando. cap.* 1. verſic. *eorum
nuntio hoc tit. cap* 1. verſic. *ſed cum de Iudic. lib.* 6.
clem. 1. *de officio delegati, Auth. ſed Iudex, Cod. de
Epiſcop. & Cleric.* quæ omnia intelliguntur ſuper
prædicta diſtinctione, vt latius dixi *ſupra in
dict. cap.* 8. *de teſt. q.* 1. *&* 2. vbi leges.

Ec

22 Et ſi dicas Iudicem teneri in hoc caſu ire ad
domum teſtium, & non mittere Notarium re-
23 ſpondebis, vt ibi dixi. † Nec obſtat ſi dicas quod
ſi Iudex mittit ad egregias perſonas, & non iit,
non informabit animum eo modo, quo debe-
ret iuxta doctrinam textus, de quo *ibi in cap. in
noſtra 32 de teſtibus, & in l. 3. §. 1.* verſic. *tu ma-
gis, ſcire poteſt, ff. de Teſtibus*, veluti an vera, vel
falſa ſint quæ deponunt, vt ſi cum pudore, vel
alio modo verba proferant, & adiuuat deciſio
textus *in cap. vlt. §. vlt. de officio delegati*, vbi
probatur non poſſe committi Iudicis nudum
miniſterium, quod eſſe videtur teſtium receptio,
ſed reſpondeo melius eſſe, vt Iudex eat, & teſtes
egregios examinet per ſe, ſed quia ſæpiùs Iudi-
ces occupati, atque intenti ſunt aliis iuſtitiæ
miniſteriis; Ideò committunt Tabelliones exa-
men, vt dixi in loco relato.

24 Nec obſtat textus *in dicto cap. fin. §. fin. de offi-
cio delegati*, quia conſtituitur diſcrimen inter
nudum miniſterium, quod conſiſtit ex delega-
tione, & inter illud, quod ratione proprij offi-
cij in primo caſu nequaquam committi poſſe,
tradit Graña *in c. 1. hoc tit. n. 13.* vt contingit *in d.
§. fin.* ſecùs in poſteriori vt contingit *in d. c. ſi qui
teſt. 8. de teſt. clem. 1. §. ſane de hæret. c. inter cætera*, verſ.
25 *inde de offic. ordin. c. 2. de Iudic. lib. 6.* † Video tamen
ex pluribus docere Barboſam *hic ſub num. 6.* Te-
ſtes apud Iudicem eſſe repreſentandos in Crimi-
nalibus ad effectum, vt ipſe videre poſſit quo
vultu, qua conſtantia, quove ſermone loquan-
tur, & ideò non poſſe Iudicem committere exa-
men teſtium Notario, etiam in loco Iudicij
exiſtentium, & hoc etiam ſi teſtes eſſent perſo-
næ egregiæ, quæ aliàs in eorum domibus exa-
minari deberent iuxta textum *in l. ad perſonas ff.
de Iureiur.* de quo iam dixi *in cap. ſi qui teſtium 8.
hoc tit.* quia in criminalibus coguntur accedere
coram Iudice ad dicendum teſtimonium; vide-
bis Farinacium *de Teſtibus, quæſt. 77. num. 196.
& num. 235.*

26 Ad tertiam quæſtionis partem, quia ex iam
dictis ſatis fit; Ideò breuiter dico, quod etſi
verum ſit, vt teſtes etiam priuilegiati compelli
poſſint ad deferendum teſtimonium, cum veri-
tas aliter haberi non poteſt, & per hoc videa-
tur nullum eſſe diſcrimen inter priuilegiatos, &
non priuilegiatos; Tamen ea differentia inter
